Universidad de Deusto
Biblioteca

PHILONIS JUDÆI

OPERA

SCRIPT. SACR.

NRICVS Cunradinus Gam-
rivius.
Grambinius, Hamburgensis, German.
oeta Lutheranus.
s Poema im expurgationem vide
2. Delic. Germ. 3. Class. — Item, De
Familiæ Ranzovianæ, Antuerpię
1. permittitur apposita nota solita.

ENNINGVS Cunradus, Luth.

HENNINGVS Goden.

, Goeden, Havelbergensis, I. C.
EIVS Consilium, De Venatione, vide in
olum. Consiliorum Laurentij Kircho-
1. Class.

HENNINGVS Vvegnerus.

HENRICVS Altingius.

... scriptoribus Con-

HENRICVS Bocerus.

German. I. C. Luthera

HENRICVS Bomius.

HENRICVS Boethius.

HENRIC

German. Theol

HENRI

Professor Leide

HENRICVS

losoph.

HENRICVS

HENRI

Professor Lond

HENRICVS BrincKelous.

Seu, BrinKelovus, seu, BrinKelovu, qui edidit lib. sub nomine Roderici Morsij, cum ipse esset civis, ac mercator Londinensis, sed Lutheranus, ac in Pontificem, & Clerum iniurius, & Medicus, Londini inter proditionis reos strangulatur, anno 1544.

HENRICVS Bruningus.

German. I. C. Lutheranus.

HENRICVS Bullingerus.

Helvetius, Pastor Tigurinus, Calvino-Zuinglianus.

HENRICVS Buntingus.

Seu, Heinricus Butingus. German. Hannoverensis, Theolog. Mathematicus, & Historicus, Lutheran. Pastor Grunoensis, in Ducatu Brunschuicensi, & superinten-
... Caslariensis.

... ectorem, ut caute eo utatur, & ab illorum nominibus, & testimonijs citandis, quos in prima Classe nostri Cathalogi descriptos invenerit, omninò abstineat. — In Epistola Dedicatoria, quæ incipit, Illustrissime Princeps, pagin. 2. in medio, in §. Laudo quidem, dele à principio, §. usque ad, Sed cùm anni Hebræorum, exclus. Deinde in fine, §. post illa verba, Veritate consentit, dele usque ad finem §. — Pagin. 5. eiusdem Dedicatoriæ ante finem num. 4. in §. Quarto eadem, post illud 1415. dele, Paulò ante martyriũ Ioannis Hus. — Fol. 8. post libri initium, dele totum Epigramma, quod inscribitur, M. Ioannes Falconius, &c. Item, & alterũ Epigramma subsequens, quod incipit, Hæc mea prodocto. — Et deinde in Cathalogo Auctorum, expunge nomina Hæresiarcharum. — Fol. 238. pag. 2. ad finem, in §. Acquiescant ergo, post illa verba, Quam proximè accedit,

dele

BIBLIOTECA DE LOYOLA
Sala 1 Estante 2 Plúteo 2
Universidad de Deusto Biblioteca

& Expurgat. H I. Class.

Post appositam notam, ex Epistola dedicatoria ad Senatum Luneburgensem, quæ incipit, *Princeps ille, &c.* pagin. 8. ad med. post illa verba, *Qui hæc ignorent*, dele 29. lineas, usque ad, *His præstantissimis viris, &c.* exclus. — Deinde duo laudatoria Hardevvigi poemata, alterum Andreæ Heldij, alterum Græcum Balthasari Ossanæi Luneburgensium, tertium etiam anonymum. — In Præmio, sub titulo, *De origine Civitatis Luneburgensis*, pag. 16. à §. qui incipit, anno 1530. expunge tria omnino folia, usque ad pag. 22, inclusivè, & usque ad Titulum, *De vocabulo statutorum*, exclus.

HARTMANNVS Beyer.

Francus, Medicus, & Astronomus. Scribebat, *Quæstiones in Sphæram*, Sacrobusti Venet. 1597. Francof. 1603. quæ permittuntur, apposita nota Auctori, & o[illegible]ri.

HEIZO Buscherus.

Seu, *Heinzo*, seu, *Bruscherus*, German. thematic. & Theolog. Lutheran. Aug. Confess.

HELFRICVS Emmelius Vrbacensis.

HELFRICVS Vlricus Hunni[illegible]

German. I. C. Lutheranus.

HELIAS Pancochæus.

Qui & Postellus.

HELIAS Schadæus.

Seu, *Elias Schadæus*.

Seu, *Schadius*, German. Theolog. Histor[illegible]cus, & Philologus, Lutheranus, August[illegible]næ Confessionis, Pastor Ecclesiæ Arge[illegible]tinensis.

Oratio de *Linguæ sanctæ origin[illegible]* & varia fortuna. Arg[illegible]

[illegible]TMANNVS Pal[illegible]

PHILONIS IVDAEI, SVMMI PHILOSOPHI, AC SCRIPTORIS eloquentissimi,

Operum, quotquot ad hunc diem haberi potuerunt,

TOMVS PRIOR.

INTERPRETE,

Sigismundo Gelenio, Ioanne Christophorsono & Ioanne Vœuræo.

Cum vtriusque Tomi singularibus & amplissimis Indicibus.

VIRTVTE DVCE, COMITE FORTVNA.



LVGDVNI, APVD HAERED. SEB. GRYPHII. MDLXI.

Societatis Jesu. Burgis. 1862.

Typographus Lectoribus S.

PHILONIS *Opera quæ inuestigari potuerunt, omnia vobis, Amici Lectores, exhibemus in duos Tomos diuisa: tum facilioris gestationis ergò, tum magis decoræ libri formæ. In quibus cùm nonnullæ partes sint à diuersis in Latinum sermonem traductæ, quanquam dissimili interpretandi genere, ac dicendi charactere, vt ab hominibus diuersæ nationis, Germanicæ, Anglicæ, Gallicæ, & idcirco diuersi ingenij. cùm vnus quidem verba scrutatus, fidelem præstiterit versorem: alter ambitiosior paraphrasies neglectis singularibus verbis, sententiarum vim, cum amplitudine sit sectatus: alius denique orationis ornatu & splendore, lucem philosophicæ, & Philonianæ obscuritati admouere sit conatus: neminem horum sua laude fraudandum duxi. sed omnes eodem iure censendos, & emittendos existimaui. Germanum quippe Sigismundum, & Anglum Christophorsonum, ne nostra exteris detrahere gentibus Gallia videatur. Vœurœum item Gallum, quo non melior alter erat, neq; linguarum peritior fortasse futurus: si ad viridē saltē ætatem peruenisset bonus ille iuuenis longiori vita dignior. Itaq;, Lectores gratissimi tribus ad collationem, iudicium, & delectum simul oblatis, nō magis grauabimini: quàm si vobis in cōuiuio assidentibus quispiam tria varia eiusdem cibi condimenta apponat, pro suo cuiusq; gustu assumenda.*

GENEROSO ADOLESCENTI D. IOANNI A BALMA PERANO RE. PROTONOTARIO.

Sigis. Gelenius S.

CIO equidē, adolescens generose, ex quo post illos giganteos conatus diuisæ sunt linguæ μεροπων ἀνθρώπων, earum cuiq; suam datā gratiam, vt semper vel barbarum hominē meus intelligamus, libētiúsque audiamus propria lingua loquentē quàm per interpretem. Vertit olim Timæum Platonis eloquētis philosophi librū M. Tullius orator eloquētissimus: sed etiāsi hoc opus extaret, nemo qui Græcè scit non mallet illū in sua lingua legere. Fuit tamen superiorū seculorū, post translatū euersumq; à barbaris imperiū, & vastatā literarū altricē Italiam, tanta infelicitas, vt ne historiæ quidem Romanę maneret series, fœde interrupta, mutilis & magna sui parte laceris relictis præcipuis eius autoribus. ergo huic & cæteris disciplinis succurrēdū erat propter eos qui latinè tantū sciūt, versis sat multis per nostri seculi eruditos voluminibus: mihi sacris profanisq; historiis manus admoliri libuit, quantū potui succisiuis & interdū furtiuis horis in hoc meo vitæ genere, quo saxū Sisyphiū, vel potius Plautinā molā, iā per decē ferè lustra voluo reuoluóq; lectione tumultuaria, versans Græcos Latinósq; codices. Pergem' igitur quādo & nos manū ferulæ subduxim', inuēturi aliquos qui hęc nō fastidiant, vt sunt varia mortaliū iudicia, quomodo autē ætatē laturi sint hi nostri partus, viderit posteritas, mihi interim patroni eorū quærēdi sunt, ne fortè sim tā μινυνθάδιος, vt parentē suū relinquāt superstitē. In eorū numero tu adolescēs generose iādudū designatus es animo, vt nihil haesten' præter occasionē defuerit. nō possum em non exosculari tuū elegāt: simū ingeniū, quod sub idoneo formatore do. Gilberto Cognato viro doctissimo gnauiter excolis, nec cōtentus imitari viros literatos, etiā epistolis amātissimis ad mutuā inuitas beneuolētiā: quæ omnia mihi optimę frugis maturæ secururęq; spē faciūt. Deboo igit & ipse in hoc virtutis stadio anhelanti aspergere frigidā: & inuenies hic exempla egregia hominū, quos Christus ipse iā tunc ante carnē assumptā colloquio dignatus est, vt Abrahami, Iacobi Mosisq;, & cū primis Iosephi in omni ætate omniq

fortuna in similis.quãuis nõ desint tibi exẽpla domestica, quæ solẽt acriores addere stimulos: vt qui nobilissima Burgundiæ familia & cũ aliis equè nobilibus cõiuncta ortus sis.in quib⁹ vt proximi sic prçcipui sunt,pater Philibertus à Balma,Peræ Corgenonisq; in Segusiis dominus,& maternus auus illustris baro Diogoniæ Ioãnes à Damis:prætereà duo auũculi,totidẽ vestrę Burgũdiæ sidera,reuerend.dominus G.à Poupet,abbas Balmæ Balernæ Goillæq;,& frater huius illustris d.I.à Calce, vnus ex intimis aulæ Cæsareæ,tãto monarchæ suo merito charissim⁹. Vadit igitur ad te Philo,ducẽs secũ Mosem illũ antiquissimũ, Ogygio seculo natũ,& Cadmo multo superiorẽ,quandoquidẽ eius tẽpore illiteratã Græciã fuisse testãtur Chronographi.affe runt autẽ hi viri diuina placita,& eorũ interpretamenta iuxta priscorũ sententiã. nõ est tamẽ cp te maiestas hæc rerũ absterreat,sed alliciat potius,prçsertim cũ sacris functionib⁹ destinatus.iã nunc te his parare debeas,& vt facis,respõdere spei cõceptæ de tua indole.inueniẽtur hic multa quæ sacros sensus ostẽdant certius,nõ tã obscuros aliqua caligine,quàm præstringẽtes mẽtis oculos splẽdore nimio.licebit etiã hic pleraq; agnoscere,quæ post sũmi theologi trãsferẽda putarũt in suos cõmẽtarios.certe nõ debet esse ingrata huius lectio,cũ Platonẽ nõ tã prope ad nostros accedẽtẽ,& alieniorẽ Aristotelẽ,Auerroémq; scriptis ac religione barbarũ,in scholas admittãt etiã theologi,habẽda tantũ est ratio tẽporũ,simúlq; cogitandũ,hæc fuisse scripta cũ nondũ satis vulgata esset lux euãgelica habuit & pietas religióq; suã infantiã,iuuentã,virilitatẽ,& visa est aliquãdo ad seniũ vergere.sed nescit seniũ res immortalis,& Deo charissima.Qualis autẽ quãtúsq; vir fuerit hic Philo,docebũt subiũcta aliquot testimonia.Fuit certe inter suos primarius.Tiberij Alexandri Alabarchæ (sic in Aegypto Iudæorũ summũ magistratũ vocant)frater,eius qui Romæ inter cõsulares Vespasiani amicos statuã habuit,sicut Iuuenalis cũ stomacho meminit,eruditione nõ minus celebris,quã germanus opibus.vnde illud vulgatũ, ἢ Φίλωνι Πλατωνίζει, ἢ Πλάτωνι Φιλωνίζει.mihi Plato potius Φιλωνίζων videt,id est Mosẽ æmulari, cuius Philo fuit discipulus.constat enim Platonẽ in Aegypto peregrinatũ,ibi audisse nõ magis Aegyptiorũ quã Iudæorũ ἱερογραμματεῖς. Hæc apud te adolescẽs generose præfari libuit,quo magis accendaris ad operis visẽdi cupiditatẽ,quod te aĩmi nostri erga te propẽnsissimi admonebit.Bene vale.Basileę Cal.Feb. An.M.D.LIIII.

TEST

TESTIMONIA SANCTISSIMORVM VIRORVM DE PHILONE IVDAEO.

EVSEBIVS HISTORIAE ECCLESIASTICAE LIBRO II.

CAII Cæsaris temporibus,Philo magna famæ celebritate apud plurimos fuit,vir sanè qui non nostrorum hominum solùm, sed etiam Gentilium, qui humanitatis ac politioris literaturæ elegãtia excellebãt,facilè principem locum obtinuit.Genus autem antiquitus ex Hebræorum stirpe duxit:atq; illis viris,qui Alexãdriæ in summis honorũ gradibus locati,magnum splẽdorem acquisiuissent, nulla ex parte inferior putabatur. In diuinas prætereà & patrias disciplinas quantum & quàm magnum laborem contulerit,inter omnes liquidò constat. Quinetiam in studiis philosophię,liberaliũmque artium cognitione qualis & quàm excellens fuerit, non necesse habeo dicere: præsertim cùm Platonicæ & Pytagoricæ disciplinæ formam ardentiore studio imitatus, omnibus suæ memoriæ & ætatis viris antecelluisse prædicetur.

Ac rursus de eo sic loquitur. Philo quidem verbis copiosus, sententiis locuples,in diuinis scripturis explicandis altus,& in sublime se tollens,variam ac multiplicem sacri eloquij interpretationem pertexuit.Et paulò pòst.Istum,Caio regnãte Romam profectum esse, & librum de Caij impietate ac scelere à se cõpositum (quem facetè admodum& dissimulanter,De virtutibus,inscripsit)posteà.Claudio imperium gerente,corã vniuerso senatu recitasse memoriæ proditum est.Quapropter nõ illud opus solùm,verumetiam alia ab eo edita tũtopere admirabantur Romani, vt digna existimarent, quę in ipsorum bibliotheca,tanquam monumenta quædam reponerentur.

AVGVSTINVS CONTRA FAVSTVM MANICHAEVM, LIB. XII. CAP. II.

VIdit hoc, inquit, Philo quidam, vir liberaliter eruditissimus,vnus,eorum,cuius eloquium Græci Platoni æquare nõn dubitant.

Universidad de Deusto Biblioteca

HIERONYMVS IN CATALOGO SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM.

PHilo Iudæus, natione Alexãdrinus, de genere sacerdotum, idcirco à nobis inter scriptores ecclesiasticos ponitur, quia librum de prima Marci euangelistæ apud Alexandriam scribẽs ecclesia, in nostrorum laude versatus est: non solùm eos ibi, sed in multis quoq; prouinciis esse memorans, & habitacula eorũ dicens monasteria. Ex quo apparet, talem primum Christo credentium fuisse ecclesiam, quales nunc monachi esse nituntur & cupiunt, vt nihil cuiusquam proprium sit, nullus pauper, patrimonia egentibus diuidũtur, orationi vacatur & psalmis, doctrinæ quoq; & cõtinentię: quales & Lucas refert primũ Hierosolymæ fuisse credentes. Aiunt hunc sub Caio Caligula Romę periclitatũ, quò legatus gentis suæ missus fuerat. Cùm secũda vice venisset ad Claudiũ, in eadem vrbe locutũ esse cum apostolo Petro, eiúsq; habuisse amicitias, & ob hanc causam etiam ecclesiam Marci, discipuli Petri, apud Alexandriã sectatores ornasse laudibus. Extant huius pręclara & innumerabilia opera, In quinq; libros Moysi: De confusione linguarum liber vnus: De natura & inuẽtione liber vnus: De his quæ sensu precamur & testamur liber vnus: De eruditione liber vnus: De hærede diuinarum rerũ liber vnus: De diuisione æqualiũ & contrariorũ liber vnus: De tribus virtutibus liber vnus: Quare quorũdam in scripturis mutata sint nomina liber vn⁹: De pactis libri duo: De vita sapientis liber vnus: De gigãtibus liber vnus. Quòd somnia mittãtur à deo libri quinq;: Quęstionũ & solutionum in Exodo libri quinq;: De tabernaculo & decalogo libri quatuor: Necnon de victimis & repromissionibus, siue maledictis: De prouidentia: De Iudæis: De conuersatione vitæ: De Alexandro, dicente quod propriam rationem muta animalia habeant, & quòd omnis insipiens seruus sit: Et de vita nostrorum librum, de quo suprà diximus, id est, de apostolicis viris, quem & inscrisit περὶ βίου θεωρητικοῦ ἱκετῶν, quód videlicet cælestia contemplentur, & semper deum orent. & sub aliis indicibus: De agricultura duo: De ebrietate duo. Sunt & alia eius monumenta ingenij, quæ in nostras manus non peruenerunt. De hoc vulgo apud Græcos dicitur, ἢ πλάτων φιλωνίζει, ἢ φίλων πλατωνίζει, id est, aut Plato Philonem sequitur, aut Platonem Philo: tanta est similitudo sensuum & eloquij.

RAPH

RAPHAEL VOLATERRANVS ANTHROPOLOGIAE LIB. XVIII. EX SVIDA.

PHilo Iudæus, Alexandriæ natus, disciplinísq; omnibus eruditus, in nostra & Græcorum philosophia facilè cæteros antecellit, eloquentiæ Platonis, adeo æmulator, vt prouerbium fuerit, ἢ πλάτων φιλωνίζει, ἢ φίλων πλατωνίζει, id est, aut Plato Philonizat, aut Philo Platonizat. In diuinis autẽ legibus & patriis institutis quantus fuerit, ex his quæ nobis librorum suorũ tradidit monumentis palàm est. Igitur temporibus Caij principis quanta acciderint Iudæis mala, voluminibus absoluit: in quibus & suam legationẽ pro Iudæis apud ipsum Imperatorẽ refert: vnde suggillatus nec sine periculo domum rediit. Sed & Iosephus huius legationis meminit lib. 18. his verbis, Et quidẽ cùm seditio apud Alexãdriam fuisset inter Iudæos & Græcos, terni ab vtrisq; legati partibus mittũtur ad Caium, in quibus pro parte Græcorũ erat quidã Appion grãmaticus, qui cũ in cæteris insimularet eos, tum ꝙ honores diuinos (vt mos est apud alios) Cæsari non deferrent: quapropter iratũ reddidit Caium. Philo, qui legationi pręerat Iudęorum, vir in omnibus magnificus, philosophiæ non ignarus, vehemẽtissimè omnia cõfutauit. tãdem absterritus ac repulsus, bono nos, inquit, animo esse oportet, quibus est Caius infestus. Necesse nãq; diuinũ adesse, vbi humanũ cesset auxilium. Hæc quidẽ ille. Sed Philo in ipso libro, quem de sua legatione scripsit, omnia exequitur, Iterũ ergo reuertens legatus ad Claudium in vrbe, cum apostolo Petro ũc primũ congressus est, venitq; in eius & Marci discipuli amicitiam, ob quam causam postea Alexandrinã ecclesiam, cui Marcus præfuit, & Christianos ea tempestate laudibus prosequitur, vt Hieronymus testatur. Volumen eius ingens plures continens libros ad nos peruenit, cõuersum Sixti IIII Pontificis tempore à Lilio Tiphernate meo præceptore, bibliochecéque Vaticanæ dicatum.

CATALOGVS ET ORDO librorum in hocce Philonis Iudæi Tomo contentorum.

1 De mundi opificio. pagina 1
2 Legis Allegoriarum liber primus. 35
3 Legis Allegoriarum liber secundus. 53
4 De Cherubim. 95
5 De sacrificiis Abelis & Caimi. 115
6 Quòd deterius potiori insidiari soleat. 137
7 De agricultura. 165
8 De plantatione Noe. 188
9 De temulentia. 210
10 De his verbis, Resipuit Noe. 239
11 De Gigantibus. 248
12 Quòd Deus sit immutabilis. 256
13 De confusione linguarum. 278
14 De Abhramo. 303
15 De migratione Abrahami. 336
16 De congressu quærendæ eruditionis gratia 367
17 De profugis. 389
18 Quis rerum diuinarũ hæres sit. 415
19 De Ioseph. 453
20 De somniis. 454

Universidad de Deusto Biblioteca

PHILONIS IVDAEI DE EA QVAM MOSES DESCRIBIT MVNDI CREATIONE Liber,

Sigismundo Gelenio interprete.

CAETERI Legislatores partim nullo ornatu adhibito nudũ ius præscripserũt: partim ad exaggerãdam apud vulgus rem, fabulosis figmentis veritatẽ prętexerũt. Moses verò vtraq; ratione posthabita, altera vt rudi ac ignaua parúmq; decora philosopho, altera vt mẽdace plenáq; præstigiis, perpulchrũ ac honestissimum legũ suarum fecit initium: neq; statim quæ facienda, quæúe nõ, admonens: neq; quoniam formandæ prius erant mentes accepturorũ has leges, affingẽs fabulas, aut aliorũ figmenta recipiens: sed admirãdum (vt dicere cœpi) est hoc principium creationẽ mundi complexum; vtpote cùm & mundus legi & lex mundo conueniat: & homo legi obnoxius mox ciuis mundi euadat, dirigens sua facta ad arbitriũ naturæ gubernãtis hãc rerum vniuersitatẽ, eam sublimitatem sensuum quibus mundi creatio traditur, nullus poëta, nullus scriptor laudare queat pro dignitate: superant enim omnẽ dicendi audiẽdíve facultatem, vtpote sublimiores quàm vt mortali quopiam vase possint cõuenienter percipi: non tamẽ ideo cessandum est, sed studio pietatis vel vltra vires audendum: nõ vt priuatim afferamus aliquid proprium, sed è multis pauca quædam, ad quæ humanã mentem penetrare fas est, deductam amore ac desiderio sapientiæ. Quẽadmodum enim collosorũ similitudines vel in exiguo exprimuntur anulo: ita fortasis etiã scripturæ creationẽ mundi prodentis pulchritudo eximia splendore quodam percellens lectorũ animos, mediocri stilo enarrabitur: si prius admoneãtur, quod admoneri operepretiũ fuerit. Quidam enim mũdum magis admirati quàm eius conditorem, hunc quidem nõ factum æternúmq; asseuerãt: Deum verò in alto otio degere mẽtiunt impij: cùm debuissent cõtrà,

huius vt conditoris ac parentis admirari potentiam, illum nõ supra modum venerari. At Moses tum philosophiæ fastigium assecutus, tum oraculo de præcipuis naturæ arcanis edoctus, animaduertit duo esse in rebus necessaria: alterũ causam agentem, alterum quod ab agẽte afficitur, præterea agens illud esse huius vniuersi mentẽ sincerissimã ingentissimámq;, præstantiorẽ quàm sit virtus aut sciẽtia, imò quàm ipsum summũ bonum & ipsum summũ pulchrum: alterum autẽ illud passioni obnoxium, inanime & suapté natura immobile, motũ, formatum animatúmq; à mente illa, redditum esse opus absolutissimum. Cæterùm qui mũdum factũ negant, non animaduertunt se tollere quod est in vita vtilissimũ, & ad pietatẽ summé necessarium, nẽpe prouidentiam, nã opificiũ non negligi ab opifice suo parentéq; docet ratio. Etenim pater hoc agit vt permaneat sua progenies, cõditor item diuturnitati à se conditorum consulit, arcens quicquid noxã damnúmve illaturũ videtur, cõtra quicquid vtile cõmodúmq;, modis omnibus prospiciẽs. At quod factum nõ est, nihil cõmercii habet cum eo qui se nõ fecit. Est autẽ absurda opinio atq; inutilis, mũdum tanq̃ rempu. sine magistratu inducere, cui non præfectus, nõ præses, non iudex præsit, quem omnia dispẽsare gubernaréq; deceat. At magnus ille Moses longissimo interuallo distare existimãs rem visibilem ab infecta: quãdoquidem quicquid sensui subiectum est, generationi, mutationiq; obnoxium, nunquã eodem statu manet: inuisibili & mente sola prehensibili naturæ æternitatẽ tanquam germanã cognatámq; attribuit: de sensibili verò generationem tanquam proprium vocabulum prædicat: quoniã igitur visibilis sensibilisq; hic mundus est, factũ esse consequitur necessariò. quapropter nõ alienum fuit ab autoris proposito, generationẽ eius scripto prodere, idq́; admodum grauiter ac theologice. Sex autem diebus fabricatum ait mundum, non q̃ tẽporis spatio opus habuerit conditor. Deum enim nõ iussu solùm, verùm & cogitatu operari creditur: sed quoniam opus erat rescreari quodã ordine: ordini autẽ numerus est ꝓprius. inter numeros verò lege naturæ aptissimus generationi est senarius. nam post vnitatẽ primus occurrit perfectus parilibus cõstans partibus è quibus conficitur: è ternione, scilicet sui dimidio, è binario parte tertia, & exvnione parte sexta: qui (vt ita loquar) mascula simul ac fœminea natura præditus est, & cõpositus ex vtriusq; virib⁹. masculus enim in rebus cẽsetur impar

num

numerus, sicut par fœmina: imparium aũt principium ternio, parium binarius: ex amborũ verò viribus constat senio. oportet enim mũdum cùm sit creaturarũ omnium absolutissimus, iuxta perfectum numerũ compingi, nempe senarium: & quia in seipso complexurus erat generationes è binaria copula formari ad numerũ mixtum, eum qui primus pariter impar est, vt in se cõtineret tum pro seminantis masculi, tum fœminę genituram suscepturæ speciẽ singulis autem diebus attribuit aliquã vniuersi portionem, excepto primo die, quem ne nominat quidem primũ, ne cõnumeretur cæteris: sed vnum nominans, apto vtitur vocabulo, considerata vnionis natura, appellationéq; eius hic cõuenientissima. Disseremus igitur quæ his verbis continẽtur quantum fieri potest, quãdo impossibile est dici omnia. Inest enim hic eximius ille mũdus intellectu solo cõspicuus, sicut procedẽte sermone patebit in enarratione huius diei. Deus enim vbi pro sua deitate præuidit, imitamentũ pulchrum non posse absq; exemplari pulchro existere, nec sensibile quicquam citra exceptionẽ probari posse quod non archetypo intelligibilis ideæ respõdeat, postquã decreuit visibilem huncce mũdum condere, prius formauit simulacrum eius intelligibile, vt ad exemplar incorporei deóq; simillimi, corporeum absolueret mundum recentiorem hunc antiquioris effigiem, totidem complexurum sensibilia genera, quot in illo intelligibilia. mũdum autem illum qui ex ideis cõstat, nefas est loco vllo dicendo, cogitãdóve circunscribere: sciemus tamen quo pacto consistat, si considerauerimus aliquã rerum nostratium similitudinem, quoties cõdenda est vrbs cura regis alicuius aut imperatoris pro fortuna magnifici, pręsto est quispiam peritus architectonicæ, qui contemplatus loci opportunitatẽ, primùm intra seipsum partes futurę vrbis propemodũ omnes deliniat, tẽpla, gymnasia, curias, fora, portus, naualia, vias angi portúsq;, mœniorum situm, & ædificiorum tam priuatorum quàm publicorũ, deinde impressis velut in ceram in suum animum singularũ rerum imaginibus, effingit vrbem intelligibilem, cuius effigiem innata retractans memoria, atque ita impressis sibi magis etiam simulacris, vt bonus artifex, ad semel propositum exemplar respiciens, aggreditur designatã suam structuram è saxis & materie, representans incorporeas illas ideas singulis operis partibus. Eodẽ fermè modo de Deo sentiendum est, qui vbi decreuit ingentem hanc vrbem condere,

 prius

prius formas eius cõcepit:ex quibus postquam intelligibilem mundum cõstituit,ad illius exemplar sensibilem hũc cõdidit. Quẽadmodum igitur illa in architecto præsignata vrbs locũ extra nullum habuit,tãtum impressa artificis animo:eodẽ modo ne ille quidem ex ideis constãs mũdus alibi locum habere poterat quàm in Dei verbo quod adornauit hæc omnia. Quis enim alius possit esse locus virtutũ Dei, idoneus ad cõcipiendas,nõ dico omnes ideas,sed vel vnã quampiam earũ simplissimam:est autem virtus etiã mundi effectrix, à verò bono ceu à fonte oriũda,nam si quis vellet causam huius vniuersalis opificij perscrutari,nõ aberraret opinor à scopo,si diceret ꝙ quidam priscus sapiens:bonum esse patrem conditorémq;,ideóq; suapte naturæ bonitate nõ inuidisse substãtiæ,nihil boni ex seipsa habẽti,quæ tamẽ quiduis fieri poterat.erat enim ex seipsa expers omnis qualitatis,indigesta,inanis,plena ruditate, cõfusione,atq; discordia:sed capax alterationis mutationisq; in cõtrarium statũ optimum,videlicet ordinẽ,qualitatẽ, animationem,similitudinem,identitatẽ,coaptationẽ atq; consonãtiam, cæteráq; quæ ad potiorem ideam attinent.Tum Deus nemine monẽte(quis enim erat alius?)suopte cõsilio decreuit diuitias gratiæ suæ copiosè largitérq; profundere in naturã nullius bonæ rei per se capacem sine diuina munificẽtia.attamen nõ pro magnitudine gratiæ suæ beneficus est,nimirũ infinitæ ac incõprehensibilis:sed attemperat se ad vires eorum,quos dignatur sua beneficentia.nec enim sicut Deus ad benefaciẽdum natura propensus est,ita creatura ad accipienda beneficia.illius enim potentia longé superat,at huius infirmitas impar est eorũ magnitudini,succũberétq; nisi Deus pro cuiusq; portione moderaretur suã gratiam,quòd si cui libeat apertioribus vti vocabulis,nil aliud dixerit esse mũdum intelligibilem,quàm verbum Dei iam mundum condentis.nec enim intelligibilis vrbs est aliud quid,quàm illa architecti ratiocinatio,cogitãtis iam vrbem mente conceptã condere.Mosis enim est opinio hæc, non mea.ergo hominis generationẽ aggressus scribere, procedẽte sermone,diserté fatetur,formatũ eum vtiq; ad Dei imaginem. quod si pars imago est imaginis,patet ꝙ etiã tota hæc species, videlicet vniuersus hic mundus,qui magis quàm homo refert diuinã imaginẽ.liquet autẽ ꝙ archetypũ sigillum, quem dicimus esse mũdum intelligibilem,ipse sit archetypũ illud exemplar,idea idearũ,verbum Dei.narrat enim quomodo in principio

pio fecit Deus cœlum & terram,principium vsurpans, non vt quidam putant,iuxtà significationẽ temporis. tẽpus enim ante mũdum nõ erat,sed aut vnà factũ est,aut post eum. Cùm enim tempus sit spatiũ motus cæli,fieri nõ potest, vt motus rem motam præcesserit:sed necesse est hũc aut pòst, aut simul existere. necessariò igitur colligitur,tẽpus aut æquæuum esse mũdo,aut recentius.affirmare autẽ illud esse antiquius,re vera alienũ est à philosophia.quod si principiũ non accipitur nũc iuxta significatum temporis,cõueniens fuerit id significari iuxta numerũ, vt hæ voces, IN PRINCIPIO FECIT, idem valeant quòd PRIMVM fecit cælum.Est enim reuera consentaneum rationi,primũ in generatione illud prouenisse,cùm sit præstantissimum ex his quæ facta sunt,& è purissima cõstet essentia: quãobrem Deorũ tam nõ apparentium,quàm sensui patẽtium,destinatum est domicilium sacratissimũ.Nam si omnia simul & semel fecisset cõdita,minus ordinis fuisset in rebus tã pulchré conditis,nec enim est quicquã pulchri in cõfuso ordine. Ordo verò est cõsequentia seriésq; rerũ præcedentium & sequẽtium, si nõ ipso opere,certè cõsiliis opificum,si modò caueatur vt ea certa inconfusaq; sint.Itaq; ante omnia conditor fecit in mundo intelligibili cælum incorporeũ & terrã inuisibilẽ,& aëris ideam & vacui.hũc vocauit tenebras, vtpote atrũ naturaliter. vacuum verò abyssum:profundissimũ enim est.& dehiscit patentissimé.deinceps fecit aquę incorpoream essentiam,itémq; spiritus,deniq; postremam lucis septimam æquè incorporeã, & exemplar solis intelligibile,omniúmq; stellarũ quæ cælo lucem erant illaturæ,dignatus priuilegio lucem & spiritũ. Hũc enim nominauit Dei,quia spiritus plurimũ ad vitam cõferat, quæ ab autore Deo proficiscitur.lucẽ verò appellauit valde bonam:hæc enim intelligibilis visibili tanto est lucidior ac splẽdidior,vt existimo,quãto sol antecellit tenebras, dies noctem, quãtóq; mẽs totius animi imperatrix sensus quibus res discernimus,& oculi reliquas partes corporis.cæterùm inuisibile illud & intẽlligibile diuinũ verbum,& Dei verbũ, imaginem dicit Dei:& huius imaginem lucẽ illam intelligibilem, quæ facta est imago diuini verbi,suæ generationis interpretis:quę est supercælestis stella, fons stellarũ sensibilium: quã non temerè appellare possemus vniuersalẽ lucem.à qua sol,luna, cæteræq; stellæ tam fixæ quàm erraticæ hauriũt singulę pro viribus cõuenientes sibi splẽdores sinceræ illius & puræ lucis,quæ obscur

rātur quàm primùm vergit ab intelligibili ad sensibilem. Sincerum enim nihil sensu percipitur. Recté autē se habet illud quoq; dictum, quod Tenebræ erāt super abyssum.] Aër enim quodā modo existit suprà vacuū, quādoquidem omnē illam immensam regionem vacuā disertāmq; explcuit, quæ ad nos vsque à lunari orbe pertinet. cæterùm postquā effulxit lux illa intelligibilis sole antiquior, cesserūt aduersæ tenebræ, dispensēte Deo dirimentéq;, cui perspicuæ sunt cōtrarietates rerū, & natiua quædam certamina ne igitur perpetuis laborarent seditionibus, néve bellum pulsa pace prævaleret cōfuso in mundo ordine, nō solùm separauit lucem à tenebris, verùm & terminos in mediis spatiis posuit, quibus vtrūq; arceatur ab extremitatibus alterius. Alioqui propter vicinitatē inductura erant confusionem contentionibus de principatu mutuis, pertinaci ambitione luctā appetētia, nisi præfixi in medio termini ad pugnam gestientia dirimerēt. hi sunt vesper & mane, quorū alterum prænūtiat lætum aduentum solis orituri, sensim tenebras submouens. vesper autem occidentē solem subsequitur, ingruēntes tenebras leniter excipiens. atque hæc ipsa, mane inquam & vesper, in ordine incorporearum intelligibiliúmq; rerum ponēda sunt. nā nihil omnino sensibile est in his, sed omnia ideæ mensuraq; ac loci & sigilla incorporea, ad generationem aliarum rerum corporearum. Facta autem luce & succedente tenebris, fixisq; in medio terminis vespera ac mane, necessariò temporis mensura mox effecta est, quem diem nominauit opifex eúmq; nō primum, sed vnū: qui sic dicitur propter singularitatē intelligibilis mūdi habentis naturā vnitatis. Iamq; perfectus erat mūdus ille incorporeus, situs in diuino verbo, cùm sensibilishic ad exemplar alterius absoluebatur: & ante alias eius partes potissimā omniū faciebat cōditor, cælum videlicet, quod aptè firmamentū appellauit, vt rem corporeā. corpus enim naturaliter firmum est solidúmque, tres dimensiones habens. solidi autem & corporis quæ potest esse alia cogitatio, quàm quaqua versum dimensio? Meritò igitur suppositio pro incorporeo sensibili hoc corporeóq; firmamētū id vocauit: quod mox οὐρανὸν id est cælum aptè valdéq; propriè appellauit: siue quia omniū ὅρον, id est terminus. siue quia primū ὁρατῶν, id est visibiliū factum sit. post cuius generationē nominat diem secundū, integrum diei spatium, mensurámque ad cælum referens, ob eius inter sensibilia dignitatem honorémq;. Post hæc quoniam vniuersa

uersa aqua in totam terram diffusa erat, omnésque eius partes penetrauerat, quemadmodum spongia humorem cōbibit, vt ceu palus quædam cœnosa ex vtroq; elemento macerato confunderetur, & quodammodo fermentaretur in vnam indiscretam informémq; naturam: iubet Deus quicquid aquarum salsum erat ac proinde offecturum fertilitati satorum & arborū, collectum in vnum confluere ex omnibus terræ foraminibus: tum aridā emergere, dulci humore in ea relicto ad eius perpetuitatem. humor enim hic moderatus pro glutine est iungēdis partibus distantibus. quo fit etiā, ne omnino exsiccata terra infrugifera & sterilis reddatur, vtq; tāquam mater, nō solùm alterum alimenti genus, cibum, sed vtrūq; ceu natis suis cibum ac potum præbeat. quapropter venis māmarum similibus exū dauit, que per cauernas editæ fluuios fontésque profunderent. nihilo secius tamen latentes quoq; humores indidit omnibus aruis & latifundiis, ac fertilitatem fructuum copiosimam. his ita dispositis autor nomina imposuit, aridæ terram, aquæ verò inde secretæ mare. atq; ita ornare terram aggressus, iubet eam proferre herbas & spicas, omnigenáq; olera producere, tū prata fœno virentia, & quicquid cessurum erat pecuariis in pabulum, aut in cibum hominibus. Eodem iussu & arborū species omnes sunt editæ, nulla omissa vel mitiū vel syluestrium: eáq; omnia fructibus suis abūdabāt in ipso statim ortu, secus quàm hodie. nunc enim singula gignūtur suis vicibus, non simul omnia. Quis enim nescit primā esse semētem & plantationem, tum sequi incrementa satorum plantarúmq; deorsum radices ceu fundamenta demittentiū, sursum item altas stirpes attollētium? Deinde frondes foliáq; germināt, postremò fructus profertur, ac ne is quidem perfectus, sed varias subinde facies recipiens, & nunc formā mutās, nunc magnitudinem. Nam primò tam minutus est, vt penè visum fugiat, similis atomis corpusculis, quæ nō temere vocari possunt prima sensibilia. Post hæc paulatim accedente alimēto quod rigat arborē, & afflatibus tēperatis ac tepidis auríq; mollibus nutricātibus augescit & ad iustā magnitudinem peruenit. cum qua etiā qualitates variat, ceu picturæ artificio iam his iā illis tinctus coloribus. At in prima huius vniuersitatis generatione (vt dixi) Deus omnem stirpiū syluā è terra produxit perfectā, fructibus non inchoatis, sed maturis refertā, sine dilatione inuitātē ad fruēdum affutura mox animalia. Terra verò ad illi⁹ iussum tāquā

dudum prægnans & parturiens, parit omnes satorũ, arborumq; atque fructuũ inenarrabiles species: qui quidem fructus nõ solùm in alimoniã facti sunt animãtibus, verùm etiam in hoc prẽparati, vt in perpetuũ propagaretur similiũ generatio, quippe qui cõtinebant vim seminariã, obscuris & incertis rationibus insitã, quæ se tãdem proferret statis tẽporum circuitibus. Voluit enim Deus naturã certis horarũ spatiis decurrere, consulens immortalitati specierũ, & reddens eas æternitatis participes. Quapropter inchoata perduxit ad finem properè, rursumq; à fine reflexit ad initiũ, è plãtis enim fit fructus tanquã è principio finis: & è fructu semen, intra se denuo plantã continens, tãquam è fine principiũ. Quartò autem die, cælum picturis exornauit, non quòd terræ id posthaberet, dãs inferiori naturæ priuilegiũ, potiorem verò ac diuiniorem secũdo loco ponens, sed vt euidentissimè imperij sui potentiam ostenderet. Quippe qui præuidens opiniones nondũ creatorum hominũ, cõiecturas verisimiles & credibiles libenter sequentium, quæ multam quidẽ rationis speciem habent, non item syncerã veritatẽ: & quod suis oculis magis crederent esse quàm Deo, admiratores sophisticæ potius quàm sapiẽtiæ: quòdq; solis ac lunæ cursibus tũ æstiuis, hibernis, vernis autumnalibusq; mutationibus, annuorũ terræ prouentuum omniúmq; nascentium causas acceptũ laturi essent syderum cælestium ambitibus: ne cui creaturæ asscribere primas causas auderent, siue per impudentiam, siue per ignorantiã nimiam: recurrant, inquit, mentibus ad primã huius vniuersitatis generationem, meminerĩtq; ante solem & lunam omnigenas stirpes, omnigenósq; fructus è terra proditos. Atque ita sibi persuadeãt, & in posterum eam prolaturã eos ex cælestis patris arbitratu, quoties ei placuerit non expectato cæli fauore, cui dedit quidem potentiã, sed non liberam. Nam ipse quemadmodũ auriga habenas, aut gubernator clauũ tenens, dirigit quà vult recto more ac lege singula, nullius ope indigens: omnia enim Deo possibilia. Atq; hæc est causa cur terra prior germinarit, & herbã protulerit: cælũ verò pòst sit ornatũ in numero perfecto quaternario, quem denarij omnium absolutissimi causam fontémq; non falsò dicere licet. Quod enim actu est denarius, hoc quaternarius potentia esse videtur. Si igitur ab vnitate vsq; quaternionem deinceps cõponantur numeri denarium conficient: qui est immensitatis numerorum terminus, ad quem ceu metam circũagun-

tur &

tur & se reflectunt. Quin & musicas symphoniarum rationes idem quaternio continet, videlicet diatessaron, diapente, diapason, disdiapason, è quibus concentus fit absolutissimus. Nam diatessaron proportionẽ habet supertertiam, diapente sesqualteram, diaposon duplã. Eas proportiones omnes quaternio in se continet, super tertiam in quatuor ad tria: sesqualterã in tria ad duo, duplã in duo ad vnum, aut quatuor ad duo. Quadruplã verò in quatuor ad vnum: est & alia vis quaternarij, dictu cogitatúq; miranda. Primus enim hic solidi naturam ostẽdit, cùm præcedẽtes numeri incorporeis rebus dicati sint. Nam in vnitate censetur punctũ quod vocant geometræ, in binario linea. Ea est longitudo sine latitudine, quæ vbi accessit, fit superficies, ad ternarium pertinens. Hæc quominus sit corpus natura solidũ, vna destituitur altitudine: qua iuncta ad ternariũ, fit quaternarius. Vnde multum existimationis cõtigit huic numero, qui ab incorporea intelligibiliq; essentia duxit nos ad cõsideratio nem corporis trifariam patentis, quod suaptè natura primum sensu percipitur. Id qui parum intelligit, è lusu quodam vulgato cognoscet. Qui nucibus ludunt, solent positis prius in plano tribus quartam superimponere, in formam pyramidis. Triangulus igitur ille in plano consistit intra ternarium: cui superimposita quaternariũ in numero facit, in figura verò pyramidem, solidum iam corpus. Præterea nec illud ignorandum, quòd primus numerorũ quatuor, quadrãgulus est pariter par, mensura æquabilitatis ac iustitiæ: quódque solus ex eisdem & compositione & innata potẽtia consistit. Compositione ex duobus & duobus. Rursum potẽtia ex bis duo, pulcherrimã quandam cõsonantiæ speciem præ se ferens, quæ nulli inest ex aliis numeris. Mox enim senarius cõpositus è duobus ternariis, non amplius gignitur his per se multiplicatis, sed alius, nempe nouenarius. Aliis quoq; multis viribus præditus est quaternio, quæ accuratius & copiosius in proprio tractatu indicãdæ sunt. Nunc illud addidisse sat erit, eum totius cæli mundiq; generationi dedisse initiũ. Nam quatuor elementa ex quibus vniuersum hoc conditum est, tanquam à fonte manauerunt à numero quaternario: atque adeò hæc quatuor, quibus annus distinguitur, tẽpora, vnde animantes plantæq; proueniunt, scilicet hiẽs, ver, æstas & autumnus. Cùm igitur tot priuilegiis à natura honoratus sit modo dictus numerus, necessariò conditor rerũ ornabat cælũ, quarto die, adhibitis ornamentis pulcherrimis ac

diuinis

diuinissimis.hoc est stellis luciferis:& gnarus lucē esse ommiū rerum prestantissimam,fecit eam instrumentū visus,sensuum excellētissimi.Quod enim mens in animo est,id oculus in corpore. Videt enim vterq;:altera intelligibiles res,alter sensibiles.Vsus autem mentis in scientia ad noscenda incorporea,cæterùm oculi in luce ad contēplationem corporū, quæ res & ad alia multa bona prodest hominibus, & in primis ad id quod maximum est.scilicet philosophiam. visus enim à luce subductus in superna.consideratáq; natura stellarum& motu earum tam concinno, tum fixarum ac erraticarum statis circuitibus, dum illæ eodem semper modo circūferuntur, hæ verò dissimiliter & in contrarium duplici cursu vtuntur:ad hæc chorea vniuersarum modulata, & ad musicæ leges pulchrè conueniente, ineffabilem delectationem voluptatémq; in animo excitat.atque ita insciatus aliis atque aliis spectaculis(nam vnū ex alio nascitur)nullam contēplandi satietatem consequitur.Posthæc, vt fieri solet,vlterius procedente curiositate scrutatur quænam sit rerum harum visibiliū essentia : & verum generatæ sint, an nullū habuerint principium : quisve modus sit motus earum, quæúe causæ quibus dispensantur singula. Ex huiusmodi verò disquisitionibus philosophia nata est,qua nullū perfectius bonum introiuit vitam hominum. Cæterùm opifex respiciēs ad intelligibilis lucis ideam,de qua dictū est in mentione mundi incorporei,condidit has sensibiles stellas,simulachra diuina& pulcherrima,quas tanquam in tēplo inter corporeas essentias pulcherrimo collocauit in cælo multis de causis. Primū lucis inferendæ deinde signorū,tum temporum quibus annus distinguitur,postremò dierū,mensium,annorum,quæ sunt mensuræ tēporis , ex quibus nata est natura numeri. quem autē singula hæc vsum, quàmve vtilitatem prebeant,liquet ex eorum effectibus.Sed quo diligentius animaduertātur,non alienū fortasse fuerit etiam disserēdo veritatem vestigare.Cùm vniuersum tempus distributū sit in duas partes,diem & noctem,diei præfecit pater ille solem tanquam magnū regem:nocti verò lunā cum cæterarum stellarū multitudine,magnitudini autē virtutis ac potestatis solaris præclarè attestantur quæ modo dicta sunt.Vnus enim cùm sit & solus,priuatim & peculiariter dimidium totius tēporis sortitus est , scilicet diem:reliquæ verò omnes stellæ vnà cum luna alterū dimidium,quod vocatum est nox.& illo exorto tot stellæ quæ apparebant, non obscurantur solum,

solum,sed euanescunt etiam præsplendore diffuso. post occasum verò eius,vno momēto incipiūt ostentare suas species. Factæ sunt autem,vt ipse ait,non solùm ad lucem emittēdam in terras,sed etiā vt futura præsignificent.aut enim exortu earum & occasu deliquióve , aut emersione occultationéve , aut aliis motuū differentiis,homines de futuris coniiciunt,& præsagiunt copiā inopiámve fructuū, prouentum vel pestem animantium,serenū & nubilum, tranquillitatē aëris & procellas ventorum,inūdationes & exilitates fluminū,molliciem maris & tempestatem,horarū anni vices præposteras, dum aut æstas hybernat,aut hyems æstuat,aut ver autumnū refert, aut cōtrà autumnus vernam temperiem. Nec defuerunt qui concussionem terræ motúmq; ex cæli obseruatione prædicerēt,aliáque multa euentu certissimo:ita vt verisimè dictū sit,in signa esse factas stellas.atq; etiam in tempora. tēpora porrò de quatuor annuis vicibus horarum intelligenda sunt. Et quidni?tempus enim quod aliud esse potest,quàm tēpus rei bene gerendæ ? at horæ anni omnia perficiunt & ad bonū euentum perducūt,sationes,plantationes,genituras & incremēta animalium.Factæ sunt etiam stellæ ad mensuras tēporum.nam solis lunæq; & aliorū siderū recursus,dies & menses annósq; cōficiunt. móxq; res vtilissima, numeri natura exstitit , tempore illam proferente.Ex vna enim die fit vnū,è duabus duo,è tribus tria:è mēse triginta,ex anno tātus numerus, quantū dierum continetur duodecim mēsibus : & ex infinito tempore infinitus numerus. Tantas & tā necessarias vtilitates afferūt naturæ motúsq; stellarum cælestiū:ne quid dicam de rebus nobis incognitis (nec enim mortalibus nota sunt omnia)attamen ad perpetuitatem mundi cōferentibus,quas legibus à Deo præfinitis haud quaquā violabilibus oportet semper & vbiq; administrari. Posteaquam autē terra & cælū suis ornamētis exculta sunt,altera tertio die,alterū(vt dictum est)quarto,mortalia genera animaliū fingere aggressus est rerum opifex, exorsus ab aquatilibus die quinto,existimans nullā esse inter duo quæpiā tantam cognationem,quantā inter animalia & quinariū. Differunt enim animata ab inanimis non alia re magis quàm sensu. is verò in quinq; diuiditur in visum,auditū,gustum, odoratum & tactū: quorū singulis Deus attribuit certas materias , & instrumenta propria ad subiecta iudicanda : colores visui, voces auditui,sapores gustui, vapores odoratui , tactui verò mollicies & duricies,

cies, tum quicquid calidum est & frigidũ, leue & asperũ. iussit igitur omnifaria piscium genera, cetorúmq; suis locis existere, tũ quantitate tum qualitate inter se differentia. Sunt enim in alio mari alia, interdũ etiam eadẽ. Nec tamen vbiq; omnia singebantur, & fortasse meritò. quædã enim amãt palustre ac vadosum mare, quædã cloacas & portus, q̃ nec in terrã prepere nec longè à terra natare valent. quædã in alto mari degentia, vitãt promontoria in id procurrẽtia & insulas & scopulos. & alia serenitate trãquillitatéque delectãtur, alia fluctibus & tempestate. Nam continuis iactationibus exercita, & vi cõtra impetũ reluctantia, firmiora euadunt, pinguescúntq; amplius. mox autem etiam genera volucriũ creauit, tãquam germana aquatilium. Vtraq; enim natatilia: nec vlla species per aërem meantiũ, vt imperfecta omissa est. Iámq; aqua & aëre cõueniẽtium sibi animantiũ ceu sortẽ adeptis, rursum prouocatur terra ad generationis partem reliquã. reliqua autẽ erant post stirpes animalia terrestria, & dixit: Producat terra pecudes & feras & reptilia in suo quæq; genere.] Illa verò cõtinuò emisit quæcũq; iussa est, eáque ornata eximiè, tum robore, tũ innatis nocendi iuuandive viribus. Vltimus autem omniũ homo creatus est. modũ verò creationis eius paulò pòst dicam, vbi prius ostendero pulcherrimã consequentiam in creationis animaliũ ordine. anima enim inertissima & rudissima generi piscium obuenit: absolutissima autem & lõgè optima generi hominum: cæterum inter vtrasq; media generi terrestrium ac volucriũ. Hæc enim acutiores sensus habet quàm illa piscibus indita, hebetiores tamẽ quàm humana. ideóq; primi creati sunt pisces, corporeæ plus quàm animalis essentiæ participes, quodãmodo animalia & non animalia, mobilia inanima, ad solã corporis conseruationẽ vi animali eis addita, sicut vulgò salẽ inspergunt carnibus, ne facilè putrefiãt. Post pisces verò secuta sunt volucria & terrestria, videlicet acrioribus iã sensibus prædita, & animales proprietates habitu ipso præ se ferẽtia, postremus (vt dixi) homo creatus est: cui conditor mentem eximiã donauit, quæ sit ceu animæ anima, quẽadmodum pupilla in oculo. nam hanc quoq; scrutatores naturæ dicunt esse oculi oculum. tũ igitur omnia simul sunt cõdita. in quo quidẽ vniuersali opificio necesse erat seruari ordinẽ, propter futurã generationem aliarum rerũ ex aliis, in his autem quæ succesiuè generãtur, ordo hic est, vt natura incipiens à vilissimis, desinat in præstantissima

tissima omniũ. id verò quid sit, dicendũ apertius. Semen genitale est principiũ animalium. hoc esse vilissimũ videmus, spumæ simile. cæterùm vbi invuluam iectũ hasserit, motus mox particeps, in vesicam quandam mutatur: ea semine est melior. & quoniã motus placidus ineſt fœtibus tanquã artifex, vel vt magis propriè dicã, irreprehensibilis ars, fingit animal ex humida essentia, in corporis mẽbra partésq; eam distribuẽs: sicut spiritualẽ essentiã in virtutes animæ, nutritiuã & sensitiuam. nam de rationali nũc supersedendũ est dicere, propter eos qui aiunt eam externè aduenire diuinã sempiternámq;. atque ita generatio quã natura cœpit à vili semine, in res prestantissimas desiit, animal & hominẽ. idẽ hoc & in vniuersi huius creatione contigit, quãdo enim res effingere placuit opifici, in ordine primi fuerunt, qui & vilissimi, pisces: postremi verò, qui & optimi, homines. reliqua verò inter extremitates media, potiora prioribus, deteriora posterioribus, terrestria & volucria. Cæterùm post alia omnia (vt dixi) hominẽ ait iuxta imaginẽ factũ & similitudinem, valde pulchrè. nihil enim è terra genitũ Deo similius quàm homo. hanc porrò similitudinẽ nemo æstimet figura corporis. nam neq; Deus humana forma est conspicuus, neq; humanũ corpus refert Dei speciẽ. sed dicitur imago iuxta mentem rectricẽ animæ. ad illud enim singulare ceu archetypum, in vnoquoq; mens effigiata est, quodãmodo Deus eius, qui ipsam circũfert vt statuã. sicut enim se habet magnus ille Imperator ad vniuersum mundũ, ita se habere videtur humana mens ad hominẽ. inuisibilis enim est, vidẽs ipsa omnes res: & ignotam habet essentiam suam, cũ alienas intelligat: & instructa artibus. scientiisque multifariis, aperit sibi vias omnes terra marique, vtrunq; elementũ perscrutans. móxq; sublimis euolans, & aërem eiúsq; mutationes cõtemplata, profert se ad summũ æthera: vagatãq; circa stellarum tum fixarũ, tum erraticarum cursus ac choreas iuxta musicæ præcepta absolutissimas, trahitur amore sapientiæ se deducentis; atque ita emergens supra omnem sensibilem essentiam, demũ intelligibilis desiderio corripitur, illic cõspicata exemplaria ideásq; rerum quas hic vidit sensibilium, eximias illas pulchritudines, ebrietate quadam sobria capta, tanquã corybantes lymphatur, alio plena amore longè meliore, à quo ad summum fastigiũ adducta rerum intelligibiliũ ad ipsum magnũ regem videtur tendere. tum verò in videndi cupidam purissimus ac merissimus

diuinæ

diuinæ lucis radius more torrentis effunditur, ita vt ad eũ splẽdorem caliget mentis oculus. Sed quoniam nõ quæuis imago refert exemplar archetypũ, suntq; multæ dissimiles, post hæc verba IVXTA IMAGINEM, additum est significantius ET SIMILITVDINEM, vt intelligatur exactũ sigillum, formã habẽs euidentissimã. introducit enim propheta patrem huius vniuersitatis, dicẽtem hæc: Faciamus hominẽ iuxta imaginem nostram & iuxta similitudinẽ.] Dicat aliquis: nõ quid opus est quopiam ei, cui obediunt omnia? an cũ cælum faceret, terrã & maria, nullo egebat cooperatore: hominem verò tã paruum animal ac fragile facturus, non poterat absque alieno adiutorio suismetipse viribus effingere? Huius rei causam verisimã necesse est Deum solũ scire: cæterùm quæ per coniecturas credibiles videtur rationi cõsentanea, non est cælanda: est autem hæc. Rerum quæ sunt in natura, aliæ nec virtutis participes censentur nec vitij, vt stirpes & bruta: illæ quia inanimæ, & suapte natura imaginationis expertes: hæc quia carẽt mente ac ratione: vitij verò ac virtutis tanquam domiciliũ videtur mẽs & ratio, in quibus cõmode inhabitent. aliæ itẽ sola virtute præditæ, nihil omnino habent vitij, vt stellæ. nã hæ animalia esse dicũtur, & quidẽ intelligentia: vel potius mentes singulares, totæ quãtę probæ, nec vllius capaces vitij. rursum aliæ mixtæ ex vtraq; natura, vt homo, qui contrariorũ est capax, prudẽtiæ, & imprudentiæ, tẽperantiæ & incõtinentiæ, fortitudinis & timiditatis, iustitiæ & iniustitiæ: & vt cõpendio dicã boni & mali, turpis & honesti, virtutis & vitij. ergo cõueniebat vt vniuersalis ille pater Deus bona quidem per seipsum solũ faceret, quippe sibi cognata: sicut nec indifferentiũ creatio fuit aliena ab eo, quandoquidem hæc quoq; expertia sunt vitij Deo inimici. cæterùm mixtorum creatio, partim erat ei propria, partim impropria. propria propter admixtam eis meliorem ideam: impropria verò, propter contrariam & deteriorem. quamobrẽ de sola hominis generatiõe scriptũ est: Dixit Deus, Faciamus hominẽ: quod indicat assumptos alios tãquam cooperatores: vt irreprehensibiles tã voluntates quàm actiones hominis rectè se gerentis acceptũ ferantur Deo rectori omniũ: cõtrariæ verò alijs ipsi subditis. oportebat enim patrẽ non esse causam malorũ suis filiis. malũ autem est vitiũ, vitiosæq; actiones. Pulchrè autem cũ dixisset in genere hominem, mox discreuit species, dicens: Marẽ & fœminam conditos, licet nondũ sua cuiq; forma contigerat, quand

quandoquidẽ extremæ species cõtinentur in genere, & tanquã in speculo apparẽt cernẽtibus acutius. Quærat hic aliquis causam, cur vltimũ operum sit homo in mũdi creatione. nã post omnia alia cũ conditor ac pater fecit, vt docẽt sacræ literæ. Qui legem rimantur profundius, eámq; quàm maximè fieri potest excutiunt summa diligentia, dicunt quod postquã Deus hominem in suam cognationem admisit, ratione donatũ dono lõgè optimo, ne cætera quidem ei inuidit: sed vt animali familiarissimo amicissimóq;, omnia quæ mũdo cõtinentur præparauit, volens vt recens creatus nulla re careret, quæ ad vitã, atq; adeò bene viuendũ conferat. quorum alterũ præstat copia vbertásq; rerum ad fruendũ paratarum: alterũ contemplatio cælestium, qua quidem perculsa mens, amorem ac desiderium scientiæ rerum huiusmodi concipit: vnde prognata est philosophia, per quã homo quãuis mortalis, immortalitatẽ adipiscitur. quẽadmodum igitur conuiuatores non prius ad cœnam vocãt quàm instructo bene conuiuio: & qui edũt ludos aut athletarum spectacula, priusquã spectatores vocati conueniant in theatra vel stadia, parant copiam concertatorum, earúmq; rerum quæ ad oculos aurésve oblectãdas pertinent: ita etiam mũdi totius Imperator, tanquã cõuiuator ludorúmve præfectus, vocaturus hominem ad conuiuiũ simul & spectaculũ, quicquid ad vtrumq; pertinebat præparauit: vt ille in mundũ ingressus mox inueniret & conuiuiũ & theatrũ sacratissimum: alterũ refertũ copiis, quas terra fluuij mare aër suppeditãt ad vsum simul & voluptatem: alterũ spectaculis, quorũ tum essentia, tum qualitates stupendæ sint, necnon motus choreæq; admiratione dignissimæ, propter ordinem couenientissimum, numerum proportione aptissimũ, cursus recursusq; mirè concinnos: in quibus omnibus veram illam & exemplarẽ musicam inesse non falso quis dixerit: quam postea homines animis suis impressam prodiderunt, artem vtilissimã vitæ summæq; necessariam. Hæc quidẽ prima causa est, ob quã homo rebus omnibus præpositus esse videtur. altera quoq, non absurda dicenda est. Mox vt natus est homo, paratum inuenit quicquid ad vitam opus erat, vt futura disceret: tantũnon diserte clamante natura, fore vt si autorem sui generis imitarentur, vitã sine dolore & sine labore in vberrimis copiis degerent. id ita futurum, si nec voluptates rationi cõtrariæ dominationẽ in animã occupauerint, vẽtris veneríq; studio ceu arcibus cõmunitis in ea: nec gloriæ, honorum, pecuniarum,

niatum,cupiditates in vita sibi potentiam vsurpauerint: nec mœrores mentem depressam curuatámq; sibi subdiderint: nec timor malus consultor præclaros ad virtutem impetus repressérit: nec imprudentia, timiditas, iniustitia, cæterorúmq; vitiorum turba ingruerit. nã in hæc omnia mala, quæ modò dixi, abutentium felicitate hominũ, & affectibus prauis deditorũ, effusorúmq; in cupidines, quas ne nominare quidẽ fas est, animaduertit iustũ iudiciũ, de impiis studiis pœnas exigens. Itaq; criminũ reos necessariò sequitur inopia. ægrè enim proscindẽtes arua, & fontanos fluuialésq; riuos inducentes, adhæc seminantes plantantésq;, & agriculturæ laborem noctu atque interdiu obeuntes, quotannis comportant necessaria, eaque interdum tenuia, nec admodum suffectura, vtpote læsa ex causis variis. aut enim perpetuis imbribus abripuit inundatio, aut grãdo vno impetu delata perfregit, aut nix adduxit frigore, aut procellæ subuerterunt radicitus. multæ enim aëris & aquarũ inexpectatæ mutationes inopiam fructuũ afferunt. quòd si per temperantiam lenirentur affectus immodici, & iustitiæ subderetur honorũ iniustiq; lucri studium, vtque cõpendio dicam, actionibus ad virtutẽ compositis vitiosæ ac proinde inanes decederent, sublato ex anima bello verè omniũ difficillimo grauissimóq;, & pace prævalẽte cõstituentéq; dotes nostras cũ lenitate ac modestia: sperare liceret Deum vtpote boni honestiq; amãtem, & insuper humani generis, affluentiam bonorũ vltro largiturum hominibus. Liquet enim facilius esse prouentum rerum absq; agricultura largiter suggerere, quàm res ipsas ex nihilo producere, atq; hæc altera causa dicta sit: tertia verò est hæc. Principium & finem Deus volens inter se coaptare, vt res necessitudine cõiunctas & amicitia, principium quidem fecit cælum, finem verò hominẽ: illud inter se sensibilia & incorruptibilia perfectissimũ, hunc inter ex terra genita & corruptibilia optimum, paruum (si vera dicenda sunt) cælum, multarũ naturarũ stellis similium simulacra intra se gestantem, in quibusdam artibus & scientiis, singulisq; celebrium virtutum cõtemplationibus. nam cũ contrarias naturas habeãt, id quod est corruptibile, & id quod incorruptibile, vtriusque speciei quod pulcherrimum est, principio finiq; attribuit: principio cælum, vt dixi, fini hominem. Præter has illa etiam causa reddi solet à quibusdam. necesse erat omnium rerũ creatarum postremum produci hominẽ, vt nouissimus repentè inter alias animantes existens

existens, terrorem eis incuteret. sic enim futurũ erat vt ad primum eius conspectum obstupefactæ, adorarent tanquam rectorem à natura datum & dominum. quapropter hoc viso omnes ad vnam cicuratæ sunt, & vel ferocissimæ primo statim intuitu mansuescebant, rabiem qua in se inuicem efferabantur, erga solum mitigãtes hominem. quamobrem opifex eius & pater animal hoc naturaliter ratione præditum, non re solùm, sed & verborũ autoritate regem constituit omnium sub luna terrestrium, aquatilium, volucrium. quicquid enim est mortale in his tribus elementis, terra, aqua, aëre, totũ ei subiecit, cælestia tantùm excipiens, vt diuiniorem partem sortita. huius autem regni fides apparet euidentissimè, dum pecorum multitudo maxima ductatur à vulgari quopiã homine, nec armis instructo, nec ferro accincto, nec vllum telũ gestante, sed mastrucam tantùm habente pro velamine, & baculum quo ea dirigat, & inter viam lassitudine tentatus subnitatur. itaq; frequentissimos greges ouium, caprarũ, boum, præ se agit opilio, caprarius bubulcus, homines ne corporibus quidem robusti & vigentes, vt saltem habitudine bona stupendi sint suis pecudibus: sed tanta illa robora virésq; armis instructæ (plerisque enim instrumenta quibus se defendãt à natura sunt addita) tanquam serui dominũ reuerentur, & imperata faciunt. tauri subiugum missi ad terræ culturam, profundos sulcos proscindunt tota die, nonnunquam etiam per longum spatium, subsequente quopiam agricola. arietes ægrè sustinentes onus vellerum, verno tempore iussu pastoris stant quieti, & libenter se prębẽt tundẽdos, assuefacti velut populi annuũ tributum pẽdere suo regi à natura impositum. quid equus animal animosissimũ? hic quoque facilè recepto freno regitur, quominus lasciuiat, vtq; habenis pareat: simulq; tergum aptè sessori accõmodat, móxque sublimem fert cursu concitatissimo, quocunq; ille peruenire cupit cum rectore suo properans, isq; insidens absque labore, admodũ quietus, alieno corpore, pedibúsq; alienis cursũ conficit. Liceret & alia multa dicere, si liberet esse prolixũ, quibus euidẽs fieret, nullum animal sibi libertatem vsurpare detrectando obsequiũ homini debitum: quare iam dictis exemplis cõtenti erimus. nec illud tamen ignorare oportet, non statim quia postremus homo factus est, esse inferiorẽ ordine. id quod testantur aurigæ gubernatorésq;, nam alteri post quadrigas locati à tergo cursum earum moderãtur habenis vtcũque

visum fuerit,nũc laxando eas ad celeritatem, nunc reducẽdo, si videatur iusto maior impetus. gubernatores item in nauis postrema parte puppi consistentes,omnibus omnino præstantiores habenturvectoribus:quippe quorũ in manu nauis ipsius sarcinarúmq; salus sit posita.sic & hominem ceu aurigã quẽdam & gubernatorem conditor rebus præfecit omnibus, vt regat & gubernet quicquid terra continetur,curam gerendo stirpiũ animaliúmq;,tanquã quidam subpræfectus illius primarij sumnúq; regis. Postquam autẽ vniuersus hic mundus perfectus est iuxta perfectã naturam numeri senarij,sequenti diei septimo pater honorẽ addidit,quẽ vbi laudauit,mox sanctum appellare dignatus est,est enim festus non vnius populi regionisve,sed in vniuersum omniũ:quæ sola digna est vt dicatur popularis festiuitas,& mundi natalis.Cæterùm septenarij naturã nescio an quis satislaudare queat,cũ ea sit præstãtior quàm vt vlla facundia possit exprimi.nec tamen quia miranda quædam de eo prædicãtur,ideo silere debemus.imò audendum potius,si nõ omnia aut magis,propria possumus,certè ea prodere,quæ mente valemus assequi. Dupliciter septenarius dicitur:alter intra denariũ, quẽ vnitate sola septies metimur, constantẽ ex septẽ vnitatibus.alter extra denariũ,cuius omnino principium est vnitas iuxta duplices aut triplices aut vtiq; proportionales numeros,vt se habet LXIIII.& DCCXXIX. prior ab vnitate duplicãdo crescẽs,posterior triplicãdo.vtraq; autem species nõ obiter considerãda est.secunda certè manifestissimum habet priuilegium.semper enim qui abvnitate cõponitur in duplis aut triplis aut vtiq; proportionalibus septimus numerus,cubitus est simul & quadrangulus,vtrãque speciem cõtinens,tum incorporeæ,tum corporalis essentiæ.incorporeæ quidem planiciem,quam cõficiunt quadranguli,corporalis verò iuxta aliam dimẽsionem,quã cõficiunt cubi. id euidentissimè patet in modò dictis numeris.mox enim ab vnitate dupla ratione crescens septimus,scilicet LXIIII,quadrangulus quidem est,octies octo multiplicatis: cubus autẽ quater quatuor quater.rursum tripla ratione crescẽs ab vnitate septimus,videlicet DCCXXIX,quadrãgulus quidem est multiplicato per seipsum XXVII, cubus autẽ multiplicato nouies nouem nouies,sempérq; à septimo incipiens vt prius ab vnitate, & eadẽ proportione augens vsq; septimum, inuenies omnino eum crescere in cubum simul & quadrangulũ.Ergo à LXIIII

com

compositus dupla ratione faciet septimum MMMMXCVI, quadrangulum simul & cubum, quadrãgulum quidem latus habentẽ ipsum LXIIII,cubicumverò numerum XVI.Trãseundum iam & ad alterã septenarij speciem quæ cõtinetur in denario,mirificam præ se ferentem naturam nõ minus quàm prior. Septem ipsa cõficiuntur ex vno & duobus & quatuor habentibus duas rationes cõcinnissimas, duplã videlicet & quadruplã.alteram diapason cõsonantiæ: alterã verò scilicet quadruplam,cõsonantiã disdiapason cõficientem. cõtinet & alias diuisione septenarius, cõstans ex quibusdam cõiugationibus. diuiditur enim primùm in vnitatem & senionẽ, deinde binarium & quinarium,postremò in ternionẽ & quaternionẽ. Est autem hæc quoq; proportio numerorum admodum musica. sex enim ad vnum habent rationem sexcuplã.sexcupla autem ratio maximum inter tonos interstitium facit,quo distat grauissimus ab acutissimo,sicut demõstrabimus, cùm à numeris ad harmonias sermonem traduxerimus.cæterùm quinque ad duo maximã in harmonia vim ostendunt,fermè equipollentẽ harmonię diapason,quod in regulis eiꝰ artis apparet liqdissimè. quatuor autẽ ad tria primam harmoniam efficiũt supertertiam,quæ est diatessaron.Præterea aliam quoq; pulchritudinem suam profert septenarius, eámq; sacræ cõsiderationis. Cùm enim constet è ternione & quaternione, rectam in rebus & nusquam vergentem figurã naturaliter exhibet.id quomodo fiat declarandum est.rectangula forma, quandoquidem est principium qualitatũ,cõstat ex numeris his,III & IIII & V. tria autem & quatuor,quæ quidem est essentia septenarij, rectum angulum efficiunt.nam obtusus & acutus inæqualitatẽ, cõfusionem & imparitatem præ se ferunt.cũ sint iusto acutiores obtusioréve.at rectus collationem nõ admittit,nec fit recto rectior,semper sui similis,nec vnq̃ propriã naturã varians. Iã si rectangulus triãgulus figurarũ & qualitatũ est principiũ: in hoc autem rem maximè necessariam rectum angulũ essentia septenarij præbet,ternio simul & quaternio,meritò censendus est hic fons omnis figuræ & omnis qualitatis.Huc accedit & illud,quòd III planæ figuræ est numerus,quandoquidẽ iuxta vnionem est punctũ,linea iuxta duernionẽ,superficies verò iuxta ternionem ordinatur.quaternio porrò ad solidũ corpus pertinet,per accessionẽ vnitatis accedente ad superficiem altitudine,vnde liquet essentiam septenarij geometriæ & solida

metiendi esse principiũ,& vt cõpendio dicã, incorporeorum simũl corporeorũmq;,tanta in septenario sanctitas est sita,vt præeminẽtiam habeat præ omnibus numeris nõ excedẽtibus denarium.nã ex illis alij gignunt nõ gignũtur, alij gignũtur quidẽ non gignunt tamen.alij tum gignunt tum gignũtur,solus septenarius in nulla harũ parte consideratur id ita esse demõstratione cõfirmandum est.Vnum quidẽ gignit omnes deinceps sequentes numeros,ipsum à nullo omnino genitũ.octo autẽ gignuntur quidem à bis quatuor,sed nullum gignunt,ex his qui sunt inti a denariũ.item 1 1 1 1 eundẽ locum inter genitores & prognatos obtinet, repetitus enim v 1 1 1 gignit, ipse gignitur à repetito 1 1.soli vt dixi v 1 1 nec gignere natura dedit,nec gigni.quam ob causam cæteri quidem philosophi numerum hunc assimilãt natæ sine matre Virgini Victoriæ, quã ex Iouis capite exortã narrant fabulæ: Pythagorici verò vniuersitatis huius imperatori.nã quicquid nec gignit nec gignitur,immotum manet.in motu enim generatio, quãdoquidem & id quod gignitur,nõ caret motu.mouetur enim alterũ vt gignat,alterũ vt gignatur.solus autẽ nec mouet nec mouetur antiquus ille princeps & autor,cuius imago meritò dici potest septenarius.Attestatur meis dictis Philolaus verbis his:Est,inquit,autor & princeps rerum omniũ Deus,semper vnus, stabilis,immobilis,ipse sui similis,aliorũ dissimilis.Ergo in rebus intelligibilibus immobilis& impassibilis apparet septenari⁹. in sensibilibus quoq; declarat suam magnã latissimẽq; patentem vim,natã ad profectũ omnium terrestrium,vel lunæ certis recursibus.Quo autẽ modo considerãdum est: Septenarius ex vnitate & reliquis deinceps numeris compositus, gignit x x v 1 1 1.perfectum numerũ æquatũ suis partibus, is ita natus numerus aptus est ad restituendam lunã in id momẽtum ex quo primùm cœpit crescere sensibiliter,& ad quod decrescendo solet recurrere:ea crescit à prima lunata facie vsq; dimidiatã diebus septenis,nõq; totidem aliis ad plenum orbem proficit:deinde rursum à meta per eandem viam à pleno orbe ad dimidiatum aliis septenis diebus recurrit, totidẽmq; ad lunatã faciem,quibus deinceps additis conficitur modo dictus numerus.Vocatur autem septenarius à proprietatis vocabulorũ studiosis etiã absolutorius:quia hoc absoluuntur vniuersa & perficiuntur. Id inde coniectare licet, quia omne corpus actiuũ tres habet dimensiones, longitudinem, altitudinẽ, & latitu

& latitudinem,quatuor autem fines,punctum,lineam, superficiem,solidum,ex quibus cõpositus conficitur septenarius.Impossibile autem erat corpora septenario metiri,iuxta illam è tribus dimensionibus suisq; finibus cõpositionem, ni contigisset primorum numerorum ideas, videlicet vnius, duorum, trium,quatuor,in quibus fundatur denarius, in se complecti naturam septenarij.nam modo dicti numeri quatuor quidem habent terminos,primum,secundum,tertium,quartũ:dimensiones verò tres,primam ab vno ad duo, secundã à duobus ad tria,tertiam à tribus ad quatuor.Præterea clarissimè demonstrant vim perfectiuã rerum insitã septenario vel ętates ab infantia senectutem vsq;,quas septimanis annorũ metimur.nãq; primo septennio dentes proueniunt,secũdo tẽpestiui ad genituram emittẽdam reddimur,tertio barbã promittimus,quarto augmentũ roboris consequimur,tum quinto tẽpus nuptias postulat,sexto vix intelligendi maturatur, septimo tum mens seipsa melior auctiórq; euadit tum ratio, octauo vtraq; plenè perficitur,nono verò æquitas ac mansuetudo,affectibus maiore ex parte perdomitis:porrò decimo finis vitæ optimus, integris etiamtum instrumentis sensuum.solet enim longa senectus vnumquenq; supplantare & affligere.quas ætates etiam Solon Athenienſium legislator descripsit his Elegiacis.

Impubes pueri septem voluentibus annis
Claudunt enatis dentibus eloquium.
Post alios totidem,diuorum numine dextrò,
Occultum pubis nascitur indicium.
Annis ter septem prima lanugine malas
Vestiet,ætatis robore conspicuus.
Quartus id augebit iam septenarius,isq;
Optimà virtutis proferet indicia.
Adde alios totidem,festinans ocyus ætas
Coniugio monuit quærere progeniem.
Sexta ætas animo si quid deest addet,eáque
Discès quid deceat,quid quoque dedeceat.
At quæ succedunt per proxima ter duo lustra,
Ornabunt linguam dulcibus eloquiis.
Nona ætas languet,tum frigida membra retardant
Virtutem non vnquam interitutam animi.
At quisquis decimam poterit contigere metam,
Iam tempestiuo funere conciderit.

Ita quidem Solon modo dictis decẽ ſeptimanis humanã vitam dinumerat. Hippocrates verò medicꝰ ait ſeptẽ eſſe ętates, infantis, pueri, adoleſcẽtis, iuuenis, viri, ſenioris, ſenis. Harum menſurã ſeptimanas annorum, non tamẽ deiuceps. Sic autem dicit: In hominis natura ſeptẽ ſunt tẽpora, quas ætates vocant, infans, puer, adoleſcẽs, & reliquæ. Infans eſt donec intra ſeptẽnium dentes amittat. Puer vſq; genituræ excretionẽ, ad geminatum ſeptennĩ. Adoleſcens vſq; barbæ hirſutiem, ad annum ter ſeptimum. Iuuenis vſq; dum creſcit totũ corpus, ad quater ſeptimũ. Vir vſq; vndequinquageſimũ, ad ſepties ſeptimũ. Senior vſq; ſextum ſupra quinquageſimum, ad octies ſeptimum. Quicquid verò deinceps ſequitur, ad ſenĩ pertinet. Illud quoque ad peculiarem ſeptenarij cõmendationem affertur, quòd mirum habeat in natura ordinẽ, cõſtans ex tribus & quatuor. Tertiũ quidem ab vnitate ſi quis duplicet, inueniet quadrãgulum. quartũ verò cubum. ex vtroq; autem compoſitũ, cubum ſimul & quadrãgulum. Itaq; ab vnitate tertius, in dupla ratione quadrangulus eſt. Quartus verò, ſcilicet octo, cubus, ſeptimus autem quatuor ad ſeptẽ, cubus ſimul & quadrangulus, ita vt omnino pfectus ſit ſeptimus numerus, ambas æqualitates promittens. & ſuperficialẽ per triangulum, iuxta ternionis cognationẽ: & ſolidam per cubũ iuxta familiaritatẽ quam habet cũ quaternione. Ex ternione autẽ & quaternione fit ſeptenarius. Eſt autem nõ ſolùm perfectiuus, ſed vt verbo dicam, maximè harmonicus, & quodãmodo fons pulcherrimi diagrãmatis, q̃ omnes harmonias, ſcilicet diateſſaron, diapente, diapaſon: omnes itẽ proportiones, ſcilicet arithmeticã, geometricã, & inſuper harmonicã cõtinet. Is laterculus conſtat ex his numeris, ſex, octo, nouem, duodecim. octo quidẽ ad ſex ratione ſupertertia, quæ eſt harmoniæ diateſſaron. Nouem verò ad ſex ſeſquialtera, quæ eſt diapẽte. At duodecim ad ſex ratione dupla, quę eſt diapaſon. Cõtinet autẽ (vt dixi) etiã proportiones omnes: arithmeticam quidẽ in his numeris, ſex, nouẽ, duodecim. ſicut enim medius primũ tribus ſuperat, ita totidẽ ſuperatur ab vltimo. Geometricã verò ex his quatuor numeris, ſcilicet ſex, octo, nouem, duodecim. Qua enim ratione ſe habent octo ad ſex, eadẽ duodecim ad nouẽ. Eſt autẽ ratio ſupertertia. Harmonicã porrò ex his tribus, ſex, octo, duodecim. eſtq; harmonicæ proportionis duplex iudiciũ. Vnum, quando quam rationẽ habet vltimus ad primũ, eãdem habet id quo ſuperat vltimus mediũ, ad id

id quo primus ſuperatur à medio. Id euidentiſsimũ fiet ex modò propoſitis numeris, qui ſunt ſex, octo, duodecim. Vltimus enim primi duplus eſt, & partes quibus ſe inuicem hi numeri ſuperant, itẽ duplę. Nam duo denarius octonariũ ſuperat quatuor, & octonarius ſenarium duobus. Quatuor autẽ duorum duplum eſt. Alterum autẽ iudicium harmonicæ proportionis, quãdo medius æqua portione & ſuperat & ſuperatur ab extremis. octo enim conſiſtẽs in medio, ſuperat primum portione tertia. ſubtractis enim ſex, reliqua duo ſunt primi tertia portio. ſuperatquoq; ab vltimo æqua portione. Subtractis enim octo à duodecim, reliqua quatuor fient vltimi portio tertia. Hæc neceſſariò dicẽda habuimus de pulchritudine quã habet hoc diagramma ſiue laterculus, ſiue quocunq; alio libet appellare nomine. tot ideas atq; etiam plures ſeptenarius oſtẽdit in rebus incorporeis & intelligibilibus. extendit autẽ ſe eius natura & in omnem viſibilem eſſentiam, quæ cælum ac terrã, id eſt, huius vniuerſi fines occupat. quæ enim mundi pars erga ſeptenariũ non afficitur, amore & deſiderio eius domita? Primò cælum ipſum aiunt ſeptẽ cinctũ circulis, quorũ nomina ſunt hæc, arcticus, antarcticus, tropicus ſolſtitialis, tropicus brumalis, æquinoctialis, ſignifer, & inſuper lacteus. nam horizon noſtrum eſt accidẽs, quatenus quiſq; aut acutè cernit, aut contrà, ſenſu circũquaq; protendente ſe vlterius aut citerius. certè erraticarũ cohors aduerſum fixis curſum tenẽs, ſeptẽ diſtinguitur ordinibus, maximum præ ſe ferens affectum erga terrã & aëra. nam hũc quidem quaternis quotãnis temporibus variat, per ſingula infinitas mutationes afferẽs, tráquillitatibus, ſerenitatibus, nubilationibus, procellarũ violẽtia. Fluuios quoq; inundant & minuunt, campósq; ſtagnare aut contra ſqualere faciunt. Quin & in mari eaſdem vices inducũt, accedẽte recedentéq;. Licet enim videre ſinus marinos vbi refugiente æſtu amplum repentè littus exiſtit: & paulò pòſt reuertẽte mare ſe reddit altiſsimum, nõ paruis onerariis, ſed cẽties cẽtenas amphoras vehentibus nauigabile. Nec minus terrenis omnibus tum animãtibus tum ſtirpibus largiũtur incremẽta maturitatémq; fructuũ, ſingulorum naturam fouendo ad curſus recurſusq; indefatigabiles, vt noui flores ſuccedant móxq; matureſcant ad præbẽdam indigẽtibus copiã. Vrſa quidẽ quã vocant nautarũ deductrix, è ſeptẽ ſtellis conſtat: quã ſpectãdo gubernatores mille viis ſulcãt maria, tentãtes rem arduã & maiorẽ

quàm pro humana sapientia. hoc enim scopo vsi, scrutãdo inuenerunt regiones ignotas maioribus, continentis quidẽ incolæ insulas, insulani verò in cõtinente sitas. oportebat enim à purissima cæli essentia animali Deo charo terræ simul marisque recessus abditos ostendi, videlicet humano generi. Huc accedit etiam pleiadum chorus ex septem stellis absolutus, quarum emersus & occultationes magnorum cõmodorum causa fiũt omnibus: his enim occidentibus sulci proscindũtur ad sementẽ. ortu verò earum instãte, lætum futuræ messis nuntiũ afferunt. exortę item agricolas gestientes ad cõportationem rerũ necessariarũ excitant. illi verò libẽter recundunt cibaria, quæ mox in quotidianos vsus depromant. Sol ipse diei dux, bina quotãnis æquinoctia faciens, vere atq; autumno, vernũ in ariete, autumnale in libra, euidentissimã probationẽ exibet diuinæ maiestatis in septenario. vtrũq; enim æquinoctiũ sit mẽsę septimo. qbus tẽporib⁹ etiã festa indixit lex duo maxima & celeberrima, quãdoquidẽ vtroq; quicquid terra fert perficit, vere quidẽ frumentum & quæcunq; seminamus alia: autumno verò vitis fructus & plerarúmq; aliarum arborũ. & quoniã à cælestibus terrena dependent iusta quendã naturalem cõsensum, septena rij ratio supernè orta, descẽdit & ad nos, vt mortales inuiseret. Iãprimum nostræ animæ, excepta mente rectrice, partes septẽ sunt, accedẽte ad quinq; sensus organo vocis, & postrema vi genitali. quæ sanę omnia, sicut fit in miraculosis machinis, à mẽte tanquã occultis quibusdã neruis trahẽte, nunc mouentur, nunc sinũtur quiescere, vtcũq; motus aut quies cõpetit, Similiter & corporis siquis internas externásve partes examinet, septenas inueniet. in propatulo quidẽ hasce: caput, pectus, ventrẽ, manus geminas & pedes: intestinas verò stomachũ. cor, pulmonẽ, lienẽ, iecur, renes duos. itẽ quod regnũ obtinet in animãte caput, maximè necessariis instrumentis septẽ vtitur, geminis oculis auribúsq; & totidẽ naribus, septimóq; ore, per quod mortalia (vt ait Plato) intrãt, exeũt immortalia. Intrant enim id cibi & potus, corruptilis corporis alimẽta corruptibilia: prodeũt autẽ à ratione immortalis animę immortales leges, per quas rationalis vita regitur. Itẽ quæ per visum præstãtissimũ omniũ sensuum iudicãtur, ad eũdem numerũ pertinẽt in genere. Septem enim sunt quæ cõspiciũtur, corpus, distãtia, figura, magnitudo, color, mot⁹, status, præterea nihil. Vocis quoq; mutationes vniuersæ cadunt in septenariũ, acuta, grauis, circũflexa, quarto loco vox

co vox aspera, quinto lenis, sexto lõga, breuis septimo. Quin & motus septẽ esse animaduertũtur, sursum, deorsum, dextrorsũ, sinistrorsumq;, prorsum, retrorsumq;, & in orbẽ, sicut clarissimè liquere potest ex saltationibus. Aiunt insuper excrementa quoq; corporis subiici modo dicto numero. nãq; ex oculis promanant lachrymæ, sicut per ambas nares purgationes capitis. per os item saliuæ quas exspuimus. Insunt etiã geminæ cloacæ per quas deriuãtur superfluitates corporũ, altera antica. postica altera. Sextũ est per totũ corpus sudoris profluuiũ, adhæc naturalissima seminis effusio per membra genitalia. Rursum mulierũ fluxus mẽstruus ad diem vt plurimũ septimũ durat: & fœtus intra vterũ mẽsibus septẽ animãtur naturaliter, vt quidam valde mirãdũ accidat. Fiunt enim septimestres partus vitales, cùm octimestres omnino impossibile est viuere. Acuti quoq; morbi corporũ, præsertim cùm ex mala tẽperatura virium in febres cõtinuas incidimus, septimo fermè die iudicãtur. Hic enim in tali de vita certamine, aliis salutẽ, aliis mortẽ decernit. Eiusdem numeri vis non solùm in iam dictis, verùm etiã in optima quaq; scientiarũ versatur, vt grãmatica & musica. Lyra enim septẽ tenta fidibus, proportione respõdens septẽ erraticarũ choreæ, memorabiles harmonias perficit, princeps inter omnia, ppemodũ instrumẽta musica, inter elemẽta quoq; grãmaticæ, vocales quæ verè sic dicũtur, septẽ sunt, quãdoquidẽ & per se videtur sonare. & aliis cõiunctæ, voces articulatas effi ciunt, nã in semiuocalibus supplẽt quod deest, reddendo sonos integros. mutarũ verò vertũt & mutãt naturas, afflando eis virtutes proprias, vt ineffabiles anteà, iam fiãt effabiles. Quãobrẽ mihi videtur primi nominũ impositores, quippe sapientes, vocasse hũc numerũ ἀπὸ τοῦ σεβασμοῦ, id est ab insita maiestate honestatéq;. Romani certè addito sigma quod deest in Græco vocabulo, clarius etiã exprimũt vim etymologicã, SEPTIMVM eũ appellando, à maiestate (vt dictum est) honestatéq; ipsius. Hæc aliáq; plura à philosophiæ studiosis dicũtur de septenario, propter quæ summo honore in natura superna dignatus est. nec minus honoratur apud præcipuos vel Græcos vel Barbaros. q exercẽt disciplinã mathematicã: in honore est etiam apud virtutum amãtissimũ Mosen, qui cius pulchritudinẽ inscripsit sacratissimis legis tabulis. eandémq; animis posterorũ cũctorũ cũctis insculpsit. post sex dies iubẽs festũ agi septimo, ab aliis abstinẽdo operibus quæcunq; ad querẽdum parãdúmq; victũ

attinent,interim vocãdo vni philoſophiæ ſtudio corrigẽdisq; moribus & examini cõſcientiæ:quod inſitum in anima,tanquã iudex obiurgare nõ veretur,aliis intẽtãdo minas vehemẽtius, alios admonẽdo modeſtius:eos quidẽ qui ſpõte ſua cõtumaces ſunt,minis territãs,eos verò qui peccãt inuiti per imprudẽtiã, ciuiliter admonẽs,ne poſthac labãtur ſimiliter.Deinde per epilogũ creationẽ mundi ſummatim memorãs,inquit propheta: Hic eſt liber generationis cæli, & terræ, quando creata ſunt, die quo fecit Deus cælum & terrã,& omne virgultũ agri antequã oriretur in terra, omnẽq; herbã agri prius quàm germinaret.] An-nõ manifeſtẽ ĩcorporeas & intelligibiles ideas memorat,quibus tanquã anulis ſignatoriis exprimi res ſenſibiles cõtigit.prius enim quàm terra virgultũ proderet,ait in rerum natura virgultũ ipſum fuiſſe,& prius quàm herba in agro exiſteret,herbã fuiſſe inuiſibilẽ:ſubintelligendũ autẽ quod & ante ſingulas res alias quas ſenſus indicant, antiquiores effigies mẽſurẽq; quibus effigiãtur & metiuntur,iã fuerant.nam etiãſi pticulariter percẽſuiſſet omnia, vir alioqui breuitatis ſtudioſus ſiquis alius,nihilominus iam dicta pauca hæc eſſent exẽpla naturæ vniuerſorũ,quę abſq; incorporeo exẽplari nihil in rebꝰ ſenſibilibus perficit,deinde ordinẽ ſequẽdo, & obſeruãdo rerũ cõſequentiã dicit:Fõs autẽ aſcẽdebat è terra,& irrigabat omnẽ ſuperficiẽ eius.]Nam alij philoſophi vniuerſam aquã aiũt eſſe elementũ vnum ex quatuor,ex quibus mundus creatus eſt.ſed Moſes actioribus oculis etiã lõginqua diligenter cõtemplari & cõprehendere ſolitus,elemẽtum quidẽ opinatur eſſe magnũ hoc mare,partem quartã vniuerſi, quã poſteriores oceanũ nominãtes,maria quæ nos permeamus ad illũ collata habere portuum magnitudinẽ exiſtimant.dulcem autem aquã & potabilem ſecreuit à marina,quã terræ attribuit,ratus huius partem nõ illius,vel ob cauſam dictã ſuperius. vt tanquã vinculo cõtineatur dulci qualitate pro glutine inſita.arida eñ relicta nullo ſubintrante humore,q foramina ipſius varia permearet, fortaſſe fathiſceret.nunc cõtinetur & permanet,partim vi vniẽtis ſpiritus,partim humore qui nõ ſinit arefactã abire in fragmẽta maiora minoráq;.& hæc quidã vna eſt cauſa.iam dicenda & altera,à veritate tanquã ſcopo nõ aberrans.Nihil è terra genitum abſq; humida eſſentia cõſiſtere natura patitur. id ſemina iacta indicant:quæ quidem aut humida ſunt vt animaliũ, aut ſine humiditate non germinãt,qualia ſunt ſtirpiũ. Vnde liquet neceſſa

neceſſariò dictã humidam eſſentiã partẽ eſſe terræ omnia pariẽtis,ſicut mulieres opus habent mẽſtruis.Aiunt enim naturę perquiſitores hanc eſſe fœtuũ eſſentiã in vtero,nec diſſentaneũ eſt ab his quæ diximus quod mox dicetur.Cuilibet matri tanquã partẽ ſummè neceſſariã natura ſcaturientes mãmas addidit,prępãrãs alimenta naſcituris infantibus.Mater autẽ etiam terra eſſe videtur,quapropter & priſcis illis placuit vt vocaretur Μητηρ, compoſito è matre & terra nomine.nõ eñ terra mulierem(vt dixit Plato)ſed mulier terram imitatur: quã verò poëtica gens omniparentẽ,frugiferã,Pandorámq; nominare ſolita eſt:quippe cauſam generationis & perpetuitatis tã ſtirpium quàm animalium.Meritò igitur terrę quoq; antiquiſsimæ matrum ac fœcundiſsimæ natura tanquã mammas dedit, amnium fluenta fontiúmq;,vt ſtirpes rigentur, & omnia animalia potum copioſum habeant, Poſt hæc autem inquit: Formauit Deus hominem.humo ſumpta de terra: & inſpirauit in faciem eius ſpiritum vitæ.] Hic quoq; manifeſtiſsimè docet, plurimum differre inter eum qui nũc formatus eſt hominem, & eum qui ad imaginem Dei factus eſt antea. Qui enim nunc formatur,ſenſibilis eſt,particeps qualitatis,ex corpore cõſtans & anima,vir & mulier,natura mortalis. Ille verò ad imaginẽ factus,idea quædam aut genus aut ſignaculum, intelligibilis, incorporeus,nec mas,nec fœmina,naturaliter incorruptibilis: ſenſibilis autem & ſpecialis hominis ſtructurã cõpoſitam eſſe ait ex terrena eſsẽtia & diuino ſpiritu.Factũ enim corpus quidem ex humo quã ſumpſit artifex,& formam humanã inde effinxit.anima verò ex nulla omnino re creata, ſed ex patre atq; rectore rerũ omniũ. Ná quod dicit Inſpirauit,nihil erat aliud quàm ſpiritus diuinus è beata illa & felice natura in coloniam hãc miſſus ad vtilitatẽ noſtri generis: vt quamuis mortalis ſit iuxta partẽ conſpicuã,ſaltẽ iuxta inuiſibilẽ immortalis redda tur.Quamobrẽ ,ppriè dicere licet,hominẽ mortalis & immortalis naturæ eſſe cõfiniũ,vtriuſq; quãtũ neceſſe eſt participẽ,factúmq; mortalẽ ſimul & immortalẽ:mortalẽ iuxta corpus,iuxta mentẽ immortalẽ.Ille autẽ primus homo terrigena, princeps totius noſtri generis,vtraq; parte pręſtãtiſsimus & anima & corpore factꝰ mihi videtur,lõgéq; poſteros ſuos antecellere vtraq; præſtãtia.hic ipſe enim erat re vera pulcher atq; bonus. Coniecturã autẽ formoſitatis eius corporis vel ex tribus cauſis licet capere,quarũ prima eſt hæc. Cùm terra tũ recẽs extitiſſet

ſecre

secreta ab aquarum mole,quod mare appellatū est,sequebatur vt materia rerū sincera& infucata puráq; esset,ex qua quicquid cōficiebatur,meritò erat inculpabile. Altera verò,quia non ex quauis terræ parte humo sumpta videtur Deus hanc humana specie statuam formare voluisse summa cum diligentia:sed selecta vndequaq; optima,ex pura materia ad id quod inerat purissimū excolasse accuratè,quod maximè ad hoc opus aptum erat.Domus enim quædam aut templū sacratum fabricabatur rationali animæ, quam illa diuina imago circūferre debebat. Tertia ne cōferenda quidē cum iam dictis. Opifex bonus erat arte quoq; inter cætera,vt singulæ corporis partes & priuatim cōuenientibus absoluerētur numeris,& aptè in vniuersum cohærerent.Ad eam per omnia quadrantē cōmensionē accessit& habitudo bona & color appositissimus, vt quàm maximè fieri potest pulcherrimus idē qui primus homo aspiceretur. Quod autem in anima quoque par inerat præstantia,manifestum est. nullo enim creato exemplari in ea faciēda vsus videtur,sed solo(vt diximus)suoipsius verbo.ideóq; narratur effigiem & imitametum fuisse hunc hominem inspiratum in faciem,vbi sensus locātur,quibus corpus animauit Opifex. deinde ratione in partem principalem imposita circundedit ei satellitium,vt colores & sonos,itidémque sapores atque vapores & cætera similia tractaret, quæ sine ope sensuum per seipsam percipere non poterat.sequitur autē necessariò, omnibus modis pulchri exēplaris pulcherrimam esse imaginem. nam Dei verbum etiam eam quę in natura est pulchritudinē superat,quippe non ornatum pulchritudine,sed ipsum ornamentum illius(si vera fatēda sunt)decentissimum.Talis mihi videtur factus primus homo tum corpore tum anima, omniū quotquot sunt fuerúntve præstantissimus.Nos enim ex hominibus gignimur,illum verò Deus condidit.quanto autem melior autor, tātò etiam opus melius:quemadmodum sanè quicquid viget senescēte melius est,siue animal,siue planta,siue fructus, siue aliud quid ex his quę natura cōtinet.itaq; par est illum recens creatum hominē robur fuisse vniuersi nostri generis, posteros verò eius nōn ita viguisse,degenerantibus vsq; formarum & viriū successionibus:quod quidē & in plastarū & in pictorum arte vidi fieri. deteriora enim sunt quę exprimuntur ad exēplar propositū.quod si hæc ipsa imitetur plastes pictórve,multò magis degenerant: quippe lōgè remota à principio.simile quiddā.in magnete spectatur

ctatur.nā qui è ferreis annulis ipsum tāgit, hæret tenacissimè: qui verò hunc deinceps,minus,pēdent tamē & tertius à secūdo & quartus à tertio,& quintus à quarto,& alij ab aliis per longā seriem vna vi trahente cōtinentéq;,sed nō eodē modo. Semper enim quo lōgius absunt à principio laxātur, cò quòd remittatur vis attractoria,nec iā pariter astringere valeat. Tale quiddā & humano generi accidisse videtur, per singula secula succedentibus exilioribus & corporis & animæ viribus ac qualitatibus. Quod si principem illum nostrū,non tantùm primū hominem,sed & solum mundi ciuē dicamus,dicemus verissimè. erat enim domus ei mūdus & ciuitas, haudquaquā manufacta ex modo creata saxorum lignorúmq; materia, in qua tāquam in patria securissimè habitabat,alienus ab omni metu, vtpote dignatus dominatione rerum terrestriū,& formidandus cęteris mortalibus animātibus,vt domino doctis obedire aut coactis,pacatéq; viuebat in iucunditatibus innocens. quoniā autē omnis legitima ciuitas habet instituta sua,necesse erat mundi ciues vti institutis cum toto mundo cōmunibus. Ea sunt recta ratio naturæ,quæ ratio magis propriè cognominatur ius, lex diuina,suum cuiq; ita vt debetur & cōuenit tribuens. huius ciuitatis ac reipublicæ opportebat esse quosdam ante hominem ciues,qui meritò dici possent magnæ vrbis ciues,amplissima pomœria sortiti ad habitandū,& asscripti in ius ciuitatis maximæ perfectissimæq;. hi verò quinā alij possint esse quàm rationales diuinæ naturæ,partim intelligibiles incorporeæque, partim nō sine corporibus,quales stellæ sunt.cum his cōuiuendo & colloquendo,verisimiliter in felicitate sinceriſsima degebat ille cognatus summi regis recens in lucē proditus:qui plenus largissimo spiritu diuino omnia tū dicere tum facere studebat ad placitum patris regisq; sui,sequens eius vias eisdem vestigiis,quā virtutes viam publicā muniunt:per quas vias solis animabus fas est incedere,eum finē affectantibus,vt tādem reddātur genitori Deo similes. Atq; ita primi hominis vtraq; pulchritudo tā corporis quàm animæ,& si multò infra veritatem,certè pro nostra virili,quantū fieri poterat,dicta est.Poste ritas autem eiusdē ideę particeps,necessariò tametsi obscuras, seruat tamen adhuc formas cognationis quæ sibi cū patre illo intercedit.cuiusnā cognationis?omnis homo iuxta mentē diuino verbo est cognatus,beatæ illius naturæ sigillū siue particula quædā,siue splēdor & quasi radi°:itē mūdo vniuerso iuxta

structur

structurã corporis. est enim cõtemperatus ex eisdem elemẽtis, terra, aqua aëre, igne, singulis portionẽ suam conferentibus ad supplementũ materiæ sufficientissimæ: eam oportebat sumere opificem, vt fabricaret hanc visibilem imaginem. præterea in omnibus modò dictis regionibus tanquã in domesticis cognatisq; versatur, locum loco mutans & aliàs aliò se conferens, vt propriè dicere liceat hominem esse omnia, terrenũ, aquaticũ, volucrem, cælestẽ: quatenus enim habitat & ingreditur in terra, terrestre est animal: quatenus vrinatur, natat, & sæpe nauigat, aquaticum. cuius rei testes sunt naucleri, negotiatores purpurarum captatores, cæterorúmq; cõchyliorum atq; piscium. quatenus autem sublime in pensilibus degit cœnaculis, meritò dici potest aëricola. atq; insuper cæleste, propter principem inter sensus visum, quo solem advsq; & lunã cæterarúmq; stellarum tum erraticarum tum fixarũ singulas euadit. Perpulchrè autẽ & impositio nominũ assignatur primo homini. ad sapientiam enim & regnũ pertinet. at ille sapiens est suimetipse discipulus & doctor per Dei gratiã, & insuper rex quoq;. Decet autẽ rectorem vt appellet vnumquenq; subditorum. eximiam verò oportet fuisse imperãdi vim in primo illo homine, quem accuratè formatũ Deus secũdo post honore dignatus, subpręfectum sibi, rectorem aliarum rerũ omnium constituit. quãdoquidem etiam tot seculorũ posteritas eius euanescẽte iam per tã longũ spatium genere, nihilominus adhuc brutis dominatur, seruãs tanquã scintillã principatus & potentiæ hereditariæ. Ait igitur scriptura: Omnes animãtes à Deo adductas ad hominẽ. vt videret quas hic appellationes singulis inderet.] non q̃ dubitaret. ignotum enim Deo nihil, sed sibi conscius q̃ rationalẽ in mortali naturã fecerit suapte vi mobilem, ne ipse esset vitij particeps. itaq; periculũ faciebat iam noti tanquã præceptor, insitũ ei habitũ excitans, & ad cõtemplationem operũ suorũ prouocans: vt eis ex tempore nomina imponeret, nec impropria nec incõuenientia, sed disertè rerũ proprietates exprimentia. cùm enim rationalis natura ctiamtũ pura maneret in anima, nullo turbãte lãguore, aut morbo, aut affectu, purisq; vteretur tã corporũ quàm rerũ imaginationib⁹, nõ aberrabat à vero dũ nomina eis inderet, appositè significatis applicãdo, vt ad primũ vocabuli sonũ mox natura cuiusq; intelligeretur. tantũ omnigenarum virtutum inerat homini, cõtendenti ad ipsum sinẽ humanæ felicitatis. Verùm quia nihil est in rebus genitis firmũ, sed omnia

omnia mortalia necessarias mutationes admittunt, oportebat & primum hominẽ experiri aliquam infelicitatẽ. vt autẽ obnoxius viueret, occasio fuit mulier. donec enim solus erat, similitudine referebat creatũ mundũ & Deum, gestãs vtriusq; naturæ formas expressas in anima, non omnes, sed quotquot earum mortalis ipsa capere poterat. vbiverò formata est & mulier, cõspicatus germanã speciem, & cognatã formam, gauisus eo spectaculo, & accedens eam cõplexus est. at illa cùm nullũ animal videret sibi similius, libẽter eum resalutauit, & reuerẽter. deinde superueniẽs amor, tãquã vnius animalis duo dimidia prius distãtia collecta tũc in vnum coaptauit, indita vtriq; cupidine gignẽdi similem prolẽ per mutuã consuetudinẽ. ea cupido etiã corporum voluptatẽ peperit. Vnde est origo iniquitãtũ præuaricationúmq; omnium: quãdo talis voluptas mutauit mortalẽ & infelicẽ vitam beata immortaliq;. Viro autẽ adhuc solitariã vitam degente, necdum formata muliere, paradisus à Deo plãtatus dicitur, nostris his nequaquã similis. nostrorũ enim inania mata sylua est, arboribus plena omnigenis, aliis semper virentibus ad amœnitatẽ perpetuam, aliis primo vere pubescẽtibus ac germinãtibus. rursum aliis mites fructus in vsum humanũ ferẽtibus, nõ modò ad necessitatẽ, sed & ad superfluas voluptates vitę delicatioris: aliis dissimilem, qui necessariò feris relinquitur. at Dei paradisus animatas omnes arbores habet rationéq; prædītas, quarũ fructus virtutes sunt & incorruptus intellectus atq; sagacitas, quid turpe sit, quid honestũ, diiudicãs. ad hæc vita sana & incorruptibilitas, & quicqd est simile. hæc autẽ philosophia per similitudines magis quàm ꝓpriè loqui videt̃. arbores em̃ in terra nec vnquã prius natæ sunt, nec nascituras est credibile, vitæ aut intellect⁹ feraces, sed vt puto subindicat: per paradisum quidẽ principalis vis animæ, quæ est plena ceu plantis, innumeris opinionibus: per arborem autẽ vitæ, pietas inter omnes virtutes eminentissima, per quã immortalis redditur anima: sicut per dignotionem boni maliq; arbitra prudentia, quæ discernit res naturaliter contrarias. his ceu terminisin anima positis, Deus tanquã iudex considerabat vtrò esset propensior, & postquam vidit eam vergere ad calliditatem, sanctitate pietatéq; posthabita, ex quibus immortalis vita prouenit, meritó eiecit pulsam è paradiso in exilium, præcisa omni spe reditus, propter eius erratum difficile sanatu & incurabile, quandoquidem etiam deceptionis occasio non mediocriter

ter

ter fuit culpabilis, non dissimulãda hoc loco per silentiũ. Fertur antiquum illum veneficũ & terrigenã serpentem humana voce vsum esse. is olim conditi ante omnes viri vxorẽ aggressus, opprobrauit ei stupiditatẽ & numinis reuerẽtiam nimiã, q̃ cunctando procrastinaret carpere fructũ aspectu speciosissimum omnium, gustu verò suauissimum: ad hæc vtilissimum. quippe cui vis insit dignoscẽdi bona & mala. ibi mulier, ppter mẽtis incõstantiam incõsideratè assentiens, gustatũ pomũ viro cõmunicauit. itáq; ambo repente ex innocentia simplicitatéq; morum, in calliditatẽ mutati sunt. Id indigné ferẽs ille pater (merebatur enim iram facinus, quandoquidem neglecta vitæ immortalis arbore, hoc est virtute absolutissima, vnde longæuam ac beatã vitã carpere potuerãt, breuem mortalémq;, non dico vitã, sed tẽpus erũnosum prætulerãt) pœnæ meritæ sentẽtiam eis intulit. Sunt autẽ hæc nõ figmenta fabulosa, qualibus poëtæ ludunt & sophistæ, sed figurata documenta, ad allegoricę scrutationem inuitantia per latentes coniecturas; quas si quis sequatur vt decet, serpentẽ haud absurdè voluptatẽ subindicare interpretabitur: primũ quia pedibus carẽs pronus vẽtre nititur: deinde quia terræ glebis pro cibo vtitur: tertio, quia venenum gestat in dentibus, quo solet morsos tollere. Quibus omnibus malis obnoxius est homo voluptati deditus: quippe qui ægrè caput attollit, grauatus depressũsq;, subuertente supplantantéq; ipsum intemperantia. Vescitur quoq; non cibis cælestibus, quos sapiẽtia viris contẽplatiuis per sermones & opiniones porrigit: sed his qui quotannis è terra proueniant: vnde ortę æbrietates & cupedinarij gulosiq; appetitus ventris, postquam auctæ totum hominem dediderũt huiusmodi studio, ea quoque quæ sub ventre sunt excitant & in furores quosdã erũpere faciunt. qui enim coquorum & popinariorũ laborẽ abliguriunt, attacti caput nidoribus ex condimentis exhalantibus, participes huius turpitudinis fieri cupiũt. & vbi quis sumptuosam mensam viderit, toto corpore in appositа irruit, dátq; operam vt expleatur omnibus hoc solum spectás, vt nihil è tanto apparatu sinat reliquũ. Quamobrem nõ minus quàm serpens in suis dẽtibus venenũ circũfert: hi sunt enim insatiabilitatis ministri & operarij, nihil nõ ad cibũ secãtes cõterentésq;: qui primò linguæ diiudicandos sopores offẽrant, deinde gulæ. Est autem immoderata ciborũ congestio lethifera naturaliter & venefica, vtpote concoctionẽ præ multitudine non admittentibus

bus quæ ingesta sunt, quãdo adduntur alia super alia priusquã priora digesta sint. Vocem autem humanam serpẽs emisisse dicitur, quia plurimos sui studiosos propugnatoresq; voluptas habet: qui defensione huius suscepta, nouam audent afferre doctrinam, tribuentes ei potentiam in rebus omnibus magnis ac paruis absq; vlla exceptione. quãdo & primi maris fœminæq; congressus sequestram habent voluptatem, & genitutæ absque hac non perficiuntur. tum quæ genita sunt nullius prius cõsuetudinẽ affectant quàm huius, quippe gaudentia voluptate, contrarium verò huic dolorem ægre ferẽtia. quapropter plorat infans recens editus, nimirum dolẽs propter frigus. nã è calidissimo loco vuluæ, in qua lõgo tempore habitauerat, progressus repentè in aërem frigidum & inassuetũ sibi, velut ictus eo sentit, doloris ac vexationis manifestissimum fletu præbens indicium. festinat enim, vt aiunt, ad voluptatem, tanquam ad maximè necessarium & cuncta complectẽtem finem omne animal, præcipuè homo. Nam reliqua per solum gustum & genitalia frui hac expetũt, homo per alios quoque sensus, quicquid spectatu auditúq; delectare potest cõsectans auribus atque oculis. Quin & alia dicuntur in laudẽ huius affectus plurima, & quòd sit animalibus familiarissimus atq; cognatissimus. Verùm satis sint exempli causa iam dicta propter quę humanam vocem serpens emisisse visus est. ideo, vt puto, Moses etiam in legibus quas priuatim scripsit de animalibus quæ sint cibis apta, quæ nõ, maximè laudat eum qui vocatur ophiomacus. Est autẽ reptile subnixum lõgis cruribus, quibus à terra pro ingenio suo prosilit & sublime fertur, quemadmodum cætera locustarũ genera. nam hic ophiomacus nihil aliud mihi esse videtur, quàm tẽperantiæ symbolum, quæ implacabile absque vllis induciis bellum gerit cum voluptate atque intemperantia. altera enim frũgalitatẽ, parsimoniã, sola necessaria, subrigidã honestámq; vitã eximiè cõplectitur: altera operositatẽ sumptuositatémq;, quæ lautitias delitiásq; afferunt animæ atq; corpori, & vitã reddunt obnoxiam, morte molestiorẽ his qui rectè sapiunt. Cæterùm voluptas suas præstigias ac fraudes viro nõ audet admoliri, sed fœminæ, & per hanc illi, idq; admodum appositè efficaci térq;, in nobis enim quasi vir est mẽs, sensus quasi fœmina. Voluptas verò prius appellat pertentátq; sensus, per quos id quod principale est mentẽ illicit. Postquam enim singuli sensus eius veneficiis subiecti fuerint, adlubescẽtes his quæ offeruntur, co-

loribus figurisq: variis visus, vocum cõcentibus auditus, saporum suauitatibus gustus, exalantiũ vaporum ftagrantiæ odoratus, acceptis his donis tanquã famuli afferunt ea veluti dominę ratiocinationi, aduocatã adhibẽdo suadelã. ne repulsam vlla in re patiãtur. Ratio porrò ineſcata, iámq; ex regina facta ſubdita & ſerua ex domina, & exul ex ciue, mortalis ſit quę immortalis antea fuerat. Omnino enim ſcire oportet, quòd voluptas tãquã laſciua meretricula amatorem appetit. quarẽs ſtupri conciliatores per quos illũ ceu hamo capiat. ſunt autẽ huius cupidinis ſequeſtri ſenſus, quos poſtquam ineſcarit, facilè mentẽ ſubiugat: quæ res externas intrò admittat, illis interruntiis & oſtentãtibus ſingularũ formas, & ei ſuum affectum imprimentibus. nam ceræ ſimilis, recipit per ſenſus imaginationes, quibus apprehendit corpora, quod per ſeipſam non valet, vt antè dixi. Cõtinuò autem mercedẽ voluptatis habuerunt, qui primi ſeſe in ſeruitutẽ dediderũt moleſto huic morbo & inſanabili: mulier quidẽ vehemẽtes dolores parturitionis. & in reliqua vita cõtinuas triſtitias, præſertim in gignẽdis educãdiſq, liberis, ægrotis ſaniſq;, in proſperitate & aduerſitate deplẽtibus, quominus libertate frueret, vitæ ſociũ agnoſcẽs pro dño, cuius mãdata exequi neceſſe habeat. viro itẽ pro parte ſua labores exãtlandi ſũt appoſiti, ſudoréſq; cõtinui, vt acquireret neceſſaria victui. præterea mulctat vbertate terræ ſpõtanea, quę prius abſq; agricolæ opera artéq; fertilitatẽ didicerat: iã verò inexauſtis laboribus ſuccurrẽdũ eſt inopiæ ne fames internecionẽ afferat. Opinor eñ quẽadmodũ ſol & luna perpetuò lucẽ miniſtrãt ſemel iuſſi in rerũ primordio. & diuinũ mãdatũ indefinẽter faciunt, nõ ob aliã cauſam q̃ quia malitia procul terminis cæli exulat: eodẽ modo terræ quoq; latiſundia frugifera ſine arte curáque agricolarũ latura fuiſſe ingẽtes reũ copias annuis prouẽtibus. nunc autẽ perrẽnes illi fontes Dei gratiarũ retẽti ſunt, poſtquã cœperũt vitia maiores q̃ virtus profect⁹ facere, ne in indignos profunderetur beneficẽtia. Itaq; debuerat humanũ genus, ſi pœna par culpę luenda eſſet, omnino deleri propter tantã erga benefactorem ſeruatorémq; Deũ ingratitudinẽ. at ille ſuopte ingenio clemẽs, miſeratione vindictã moderat⁹ eſt, genus quidẽ manere ſinẽs, victũ autem nõ æquè vt antea præbẽs, ne duobus malis accedẽtibus, otio ſaturitatéq; proni ad vim & peccatũ fierent. Talis erat vita innocẽter ab initio ſimplicitérq; viuentiũ: talis item poſtquã virtutẽ poſthabuerunt vitiis, à quibus abſtinendum

nendũ eſt. Licet porrò ex ſuperiore de mũdo cõdito narratione alia quoq; multa nos diſcere, præcipue quinq; res omniũ pulcherrimas & optimas. primũ, eſſe & præeſſe numẽ, ne nos fallãt impij: quorũ alij dubitarũt, ambigẽdo an ſit: alij verò his audaciores perfricta frõte negauerũt eſſe. ſed verbis tantũmodo celebrari ab hominibus per figmẽta fabularũ veritatẽ adumbrãtibus. Secũdò, Deum vnũ eſſe, ne fallamur à multorũ deorũ aſſertoribus: quos nõ pudet deterrimã reip. ſpeciem ex terra in cælum transferre vulgi potentiã. Tertiò (ſicut iam dictum eſt) mundũ eſſe factũ, aduerſus eorum opinionẽ qui eum infectum ſempiternúmq; eſſe cõtendunt, nihil Deo tribuentes amplius. Quartò, hunc ipſum creatum mundũ eſſe vnũ, quando & vnus eius opifex eſt, qui hac vnitate opus ſuũ ſimile ſibi reddidit, ad cuius vniuerſi perfectionẽ vſus eſt omni eſſentia integrũ enim nõ eſſet, niſi cõpactũ & conſtitutũ fuiſſet ex omnibus partibus. nam non deſunt qui credãt plures mundos eſſe, quidam etiam infinitos. ipſi carentes fine modóq; ignorãtiæ, & ad veritatem indociles: quos noſſe caueréq; bonũ eſt. Quintò, præeſſe mundo Dei prouidentiã. ſemper enim autor curã gerit operis ſui. communi neceſſariáq; lege naturę: quemadmodũ & parentes curãt ſuã progeniem. Hæc quicunq; non tã auribus quàm cogitatione maturè perceperit, & in animũ ſuum mirandas, omniq; ſtudio petendas, ſpecies impreſſerit: eſſe Deum præeſſéq; rebus, & hunc vnũ eſſe qui verè ſit, & ab ipſo mundũ conditũ credi oportere. eũq; (vt dictũ eſt) vnicũ, hac vnitate autori ſuo ſimilem, poſtremò nunquam nõ gubernari eum ab opifice ſuo: is beatam felicémq; vitã acturus eſt, decretis pietatis diuinis formatus.

PHILONIS IVDAEI,
Sacræ legis allegoriarum poſt ſex dierũ opus, liber primus.

ET perfecti ſunt cæli & omnis eorum militia.] Poſtquam de mẽtis ſenſusq; generatione dudum dixit, nunc ex vtroque perfectionẽ mãdat literis. Sed neque mentẽ indiuiduam, neq; ſenſum particularẽ perfectũ eſſe ait, verùm ideas: alteram mentis, alteram ſenſus. Tecte quidẽ men-

tem cælum,quoniã intelligibiles in eo sunt naturæ,vocat: sensum verò terram,quia constitutionem corpori simile & fermè terrenam sensus sortitus est. Ornant autẽ mentem quidem intelligibilia incorporeáq; omnia:sensum verò corporea & quęcunq; sensibilia. Et cõpleuit Deus die sexto opus suum quod fecerat. Rusticanæ simplicitatis est putare,sex diebus, aut vtiq; certo tempore mundũ conditum: quia totus mundus vicissitudo est dierũ ac noctium, quam solis motus super terrã sub terráq; meantis necessariò conficit.Sol autem pars cæli cẽsetur,vt fatendũ sit tempus posterius mundo esse,quippe quod mũdi est effectus:nã cæli motus indicauit naturã temporis. Ergo cũ audis:Cõpleuit sexto die opera, intelligere nõ debes de diebus aliquot,sed de senario perfecto numero,quia primus in tres partes æquales diuiditur,dimidiã,tertiam,sextã, & ex æquilateris duobus cõstat,bis tribus. binarius quidẽ & ternarius excedunt iuxta corpus æqualitatẽ:alter materiæ imago,quę diuiditur secatúrq; tanquã mortalis,alter verò solidi corporis, quod iuxta triplicẽ dimensionẽ potest diuidi.quin & organicorũ animaliũ motibus cognatus est.sic enim organicũ corpus natũ est vt suopte ingenio moueri queat prorsum,retrorsum,sursũ, deorsũ, dextrorsum,sinistrorsúmve. Vult igitur indicare propheta,tũ mortalia, tũ incorruptibilia genera ex ꝓpriis cõstitisse numeris,mortalia(vt dixi)senario metiẽs,beata verò & felicia septenario.Primũ igitur septimo die requiescens à mortalibus operibus,alias diuiniores formationes incipit.nunquã enim Deus operari desinit:sed sicut proprium ignis est vrere,& niuis refrigerare:ita Dei quoq; operari:idq; multò magis, eò quòd ipse aliis etiam rebus omnibus operandi autor est.Rectè sanè dicitur Quiescere fecit,non Quieuit.quiescunt enim quæ videtur operari,ipsa non agẽtia.at factor ille nõ quiescit.ideo subinfertur, Quiescere fecit quæ exorsus est. Quæcunq; enim nostris artibus fabricantur, ea semel absoluta stant manéntq;. at quæ Deus perficit sua sciẽtia,mouẽtur denuo.fines enim eorũ, aliorũ sunt principia:vt diei finis,noctis initiũ.mẽses quoq; & annos desinẽtes,initia sequẽtiũ cogitare debemus. itidem dũ alia corrũpũtur,gignuntur alia:& dũ alia gignuntur,corrumpũtur alia:vt verè dictũ sit,perire nihil eorũ quæ generata sunt. sed aliud accedẽs ad aliud,aliã formã repræsentat.gaudet autẽ natura septenario.erraticæ septẽ sunt.in cõtrariũ nitẽtes quotidiano cæli cursui.vrsa septẽ stellis cõpletur,cõmerciorũ, consociationis

tionis hospitalitatisq; hominũ causa præcipua.mutationes quoque lunæ singulis septimanis fiũt,sideris rebus terrestribus familiarissimi:ꝙ quascunq; in aëre mutationes operatur, maximè iuxta suas hebdomadarias figurationes efficit.mortalia certè(vt dixi)omnia quæ diuinius principiũ cælitus sibi cõtrahunt. iuxta septenariũ mouẽtur salutariter. Quis enim nescit infantiũ septimestriũ felices partus:ũ verò tempus vteri producatur in mensem octauũ,plerosq; omnes infelices? rationem quoq; aiunt in homine absolui primo septẽnio,quãdo iã idoneus est interpres vsitatorũ nominum ac verborũ,rationalem habitudinem sibi cõparans:itẽ sequenti septennio ad summã pfectionẽ peruenire,nimirũ ad potentiã progignendi sui similẽ:id quod accidit circiter annum ætatis quartũdecimũ. tertiũ deinde septenniũ incrementi finis est.nam vsq; primũ supra vigesimum annũ augetur proceritas hominis:quod tẽpus à multis vocatur ætatis maturitas.animæ quidẽ bruta pars septifariã diuiditur, in quinq; sensus,& vocis instrumentũ,& genitalẽ vim suis mẽbris insitã.Item corporũ motus septẽ sunt,sex pro ratione mẽbrorũ,in orbem septimus. septẽ item interiora viscera,stomachus,cor,lien,iecur,pulmõ,renes gemini:totidem quoq; membra corporis,caput,ceruix,pectus,manus,vẽter,inguen,pedes. certè principalis pars hominis septem habet foramina,oculos duos,totidem aures narésq;, os septimũ.septẽ sunt & excremẽta,lacryma,mucus,saliua,genitura,quæq; per geminas corporis cloacas deriuantur, sudorq; totius corporis.in morbis sanè septimus dies maximè iudicat:& mulieribus menstruæ purgationes vsq; septimũ diẽ protendũtur. quin & ad vtilissimas artes vis huius numeri peruenit, scilicet grãmaticã & musicam: quãdoquidem in grãmatica vocales optimæ elementorũ potẽtissimæq; septem sunt:& in musica lyra chordarũ septem,præstãtissima est instrumentorũ fermè omniũ:quoniã harmoniarum ratio,quæ quidẽ in melico genere pulcherrima est,in hac cõsideratur maximè.tonorũ quoq; septẽ sunt,discrimina, acutus,grauis.circũflexus,asper,tenuis,lõgus,breuis.& primus numerus nascitur ex perfecto,id est senario, & vnitate. præterea iuxta quandã rationem qui intra denariũ sunt numeri, aut gignũt eos qui sunt intra denariũ,aut gignũtur ab eis,aut vtrũq;. at septenarius nec gignit vllum eorum nec gignitur à quoquã,quapropter in suis fabulis Pythagorici eũ semper virginẽ matre natæ assimilant,quia & illa nec partu est edita, nec

vnquã pariet. Itaq; quieſcere fecit diẽ ſeptimũ ab operib⁹ ſuis quæ fecit.] Id autem ſic intelligendũ, mortalia genera tũ Deus ceſſat fingere, cũ incipit facere diuina, & ſeptenarij naturę familiaria. id ad mores pertinet hoc modo: quãdo in animã ſubintrauerit illud iuxta ſeptenariũ verbũ ſanctũ, cõpeſcit ſenarius, & quicquid occupatũ videtur in faciẽdis hiſce reb⁹ mortalib⁹. Et benedixit Deus diẽ ſeptimũ, & ſanctificauit eũ.] Mores qui iuxta ſeptimã veréq; diuinã lucem facti ſunt, benedicit Deus, móxq; ſanctificat. ſúma em̃ cognatione benedictus ſancto iũgit. ideo de illo q magnũ votũ vouit ſcriptura dicit. quòd ſi mutatio repẽtina polluerit eius mentẽ, nõ erit ſanctus. Cæterũ dies prio res meritò irrationales ſunt. irrationalis eſt em̃ quivis nõ ſanctus mos. ideóq; qui benedictus ſanctus. Rectè igitur dictũ, q̃ ſeptimũ benedixit ſimul & ſanctificauit, quia in eo ceſſauit ab omnib⁹ operibus ſuis quę cœpit Deus facere.] Cauſa reddit ob quam benedictus ſanctúsq; factus ſit, qui iuxta ſeptimã perfectãq; lucem degit. quãdoquidem in hac natura quieſcit mortalium cõſtitutio. ita enim ſe res habet. poſtquã ſplendor virtutis exort⁹ fuerit, clarus reuera diuinúsq;, ceſſare facit generationẽ naturæ cõtrariæ. docuimus autẽ q̃ Deus facere nõ ceſſat, ſed aliarũ rerũ generationẽ aggreditur, quippe nõ opifex modo, verũ & pater rerum cõditarũ. Hic eſt liber generationis cæli & terræ, quãdo creata ſunt.] Hæc quæ iuxta ſeptenariũ mouetur perfecta ratio, principiũ eſt tũ ordinati iuxta ideas intellectus, tũ generationis intelligibilis rerũ iuxta ideas ordinatarũ: vel vt propriè loquar, ad ſenſum pertinentiũ. Librũ autẽ vocat Dei verbũ, in quo inſcriptæ inſculptæq; habẽtur exterarũ rerũ ſubſtãtiæ. Ne autẽ ſuſpiceris intra certa tẽporis ſpatia numen facere aliquid, ſed ignota, incerta, inſeruta bilia, incomprehẽſibilia humano generi eſſe eius opera, ſubinfert has voces, Quãdo creata ſunt, nõ definiẽs diſertè quãdonã. Incircũſcripte em̃ fit quicquid ab hac cauſa fit. atq; ita negatur hoc vniuerſum intra ſex dies cõditũ. Die quo fecit Deus celũ & terrã, & omne virẽs agri antequã oriretur in terra, omnẽq; herbã agri prius q̃ germinaret. Nõ em̃ pluerat Deus ſup terrã, & homo nõ erat q̃ operaretur terrã.] Diem hunc ſuperius librũ dixit, ſiquidẽ vtrobiq; cæli & terræ deſcribit generationẽ. nã illuſtriſsimo ſplendidiſsimóq; ſuo verbo, vno edicto Deus vtrũq; creat, & ideã intellectus, quã figuratè cælũ vocauit; & ideã ſenſus, quã ſignificauit terræ nomine. Duobus autẽ agris aſsimilat ideã intellectus, & ideã ſenſus,

ſus. intellectus enim fructus ſunt quę intelligũtur: ſicut ſenſus ea quæ ſentiũtur. Quod autẽ dicit tale eſt. ſicut particulari indiuiduóq; intellectu prior eſt quædã idea tanquã archetypũ huius exẽplar: itẽ particularis ſenſus alia, ad exprimẽdas formas vicem ſignaculi obtinẽs: ita priusquã fierẽt idiuidua intelligibilia, erat idipſum intelligibile, ob cuius participationẽ cętera quoq; ſic nominãtur. Virens quidẽ agri, intelligibile dixit mẽtis. ſicut enim in agro virẽtia germinãt florentq;, ita mẽtis germen eſt intelligibile. itaq; prius quàm indiuiduũ intelligibile crearetur, illud ipſum intelligibile abſolutũ erat, generale iã tũ vniuerſaléq;, quippe cõpletum. Et omnẽ, inquit, herbã agri prius quàm germinaret.] id eſt prius q̃ germinarẽt indiuidua ſenſibilia, iã erat generale ſenſibile per creatoris prouidẽtiam. Hic quoq; addidit Omnẽ. decẽter ſanè ſenſibile cõtulit cum herba, quia animæ parti brutæ ſorte obuenit. alioqui cur ſupradixit, virẽs agri & omnẽ herbã, ac ſi herba nequaquã vireret? ſed virẽs agri eſt intelligibile mẽtis germẽ: herba verò ſẽſibile, ipſũ quoq; germẽ brutæ partis animæ. Nõ em̃ pluerat Deus ſuper terram, & homo nõ erat qui operaretur terrã.] Valde naturaliter. niſi enim Deus pluerit ſuper ſẽſum perceptiones ſubiectorum, ne intellectus quidẽ circa ſenſum operabitur & occupabitur. Cũ enim ipſe ex ſeipſo, nõ ſit idoneus ad irrorãdos viſui colores, voces auditui, guſtui ſapores, cæterisq; ſua perindẽ ſubiecta ſenſibus, quàm primũ Deus ſenſibilibus ſenſum rigare cœperit, mox intellectus tãquã vberrimæ terræ cultor prẽſto eſt. at idea ſenſus, quæ figuratè vocatur pluuia, nullo alimẽto indiget. ſed alimẽtũ ſenſuũ ſunt indiuidua ſenſibilia, quæ vtiq; cõrpora ſunt. idea autẽ aliud q̃ corpus eſt. cæterũ prius quã exiſtẽrẽt indiuidua, nõ pluerat Deus ſuper ideã ſenſus, quæ terra hic nominatur, hoc eſt nullũ alimẽtũ ei præbuit. nã ea nullo prorſus opus habebat ſenſibili. quod autẽ ſequit: Et homo non erat qui operaretur terrã, idẽ eſt q̃ idea intellectus ideã ſenſus non exercebat. mẽs enim eiúsq; intellectus exercet ſenſũ per ſenſibilia. intellectus autẽ idea, prius q̃ vllũ exiſtat indiuiduũ illi ſamiliare corpus, nõ exercet ideã ſenſus. ſi enim exerceret, exerceret per ſenſibilia. nã in ideis nihil eſt ſenſibile. Fons autem aſcẽdebat de terra, & irrigabat eius faciem.] Hic intellectũ dicit terræ fontẽ, ſenſus verò faciẽ eius. hũc enim locũ ex vniuerſo corpore ad exercẽdas ideas aptiſsimũ, natura omnia prouidens eis attribuit. Fontis autẽ modo intellectus ſenſum quẽq;

irrigat,immittēs riuos cōuenientes singulis.& vide quomodo analytica ratione potētiæ animalis inuicē cōnexæ sunt, cū em tria sint,intellectus,sensus & sensibile.medius est sensus,vtrīq; autem extremitatem occupāt intellectus & sensibile. atqui ne intellectus quidē potest operari, hoc est exercere se per sensi. nisi autem Deus pluerit & rigarit sensibile,ne cōplutæ quidē rei sensibilis vlla est vtilitas,ni terræ modo intellectus extendens se vsq; sensum mouerit eum quiescentē, & adduxerit ad subiecti sui cōprehensionē.itaq, intellectus & sensibile semper par pari referre conātur,hoc quidē subiectū sensui tanquā materia:ille verò mouens sensum ad externa tanquā artifex, vt fiat impetus.animal enim nō animali præstat rebus duab⁹, imaginatione & impetu: imaginatio fit progresso intellectu per sensum ad extera:impetus verò imaginationis germanus per intellectus vim intensiuā,quam intēdens per sensum attingit subiectū,& accedit ad id, cupiens cōprehendere. Et finxit Deus hominē de humo terræ, & inspirauit in faciem eius spiritū vitæ:& factus est homo in animā viuentem.] Duplex hominum genus.alter est celestis,terrestris alter: cælestis quidē, vtpote ad imaginē Dei factus,expers corruptibilis & in totum terrenæ essentiæ.terrestris verò è seminali materia, quam humum vocat,cōpactus est:ideo cælestē non fictum dicit, sed formatum ad imaginē.terrestre verò figmentū, irrationalis progeniē esse artificis.cæterùm homo terreus accipiēdus est intellectus qui inseritur corpori,nōdum ei cōcretus.is terrenus reuera est & corruptibilis, nisi ꝙ Deus inspirauit illi vim veræ vitæ.ac tum demū fit iam,non amplius fingitur, in animā non otiosam & ignauā,sed intelligentē veréq; viuentē.ait enim:In animā viuētem factus est homo.Quærat aliquis,cur Deus terrigenā & corpori additā mentē spiritu diuino dignatus sit, & non potius illā iuxta ideam factā,& iuxta imaginē ipsius Dei, Secūdò,quid sit quod dicit,inspirauit.Tertiò,quā ob rem in faciem inspirat.Quartò,quamobrem vtatur spiritus vocabulo: num ita,sicut quādo dicit.Et spiritus Dei ferebatur super aquā: flatus nunc non spiritus fit mentio. Ad primū respondendum, primò, quòd benignus cùm sit Deus, largitur bona omnibus etiam nō perfectis.inuitās eos vt æmulatores virtutis atq; participes fiant,ostētānsq; immensas suas diuitias, quod sufficiāt etiam his qui non magnam vtilitatem inde capiunt.Hoc autē etiam aliis rebus declarat manifestissimè.Quoties enim pluit in

in mare,fontes producit in locis desertissimis,tenuem & asperam sterilémq; terram rigat inundans fluminibus, quid aliud exhibet quàm nimietatem diuitiarum benignitatisq; suæ.Eadem est causa,ob quam nullam animā sterilem boni creauit, quamuis sint quædam quibus hoc est inutile. Altera responsio commūdat diuinam iustitiam.Inspiratus aliquis vera vita,sed virtutis expers,puniendus propter peccata,iniquè secum iniustéque agi diceret,quandoquidem per ignorantiam boni prolapsus sit in ea.Esse autem in causa ipsum qui nullam ei mentē inspirasset.& forsitan negaret omnino se peccasse, siquidē quæ ab imprudentibus fiunt, ne in peccatorum quidem rationem competere quidam asseuerant.hæc quidem vox Inspirauit,idē valet quod afflauit animauitq; in anima, absit enim vt putemus Deum oris aut narium instrumentis vsum ad inspirandū. expers enim qualitatis Deus, tantùm abest à forma humana. quin & aliud naturæ arcanū hæ voces proferunt.Tria enim hic requirūtur,quod inspirat,quod inspirationē capit, & quod ex inspiratione accipitur.Deus inspirat, mens inspirationē capit, spiritus ex inspiratione accipitur.quid ergo ex his colligitur? vnitio fit horū trium,porrigēte Deo à seipso manantē vim per medium spiritum vsq; subiectum:ad quid aliud nisi vt cogitatione percipiamus eum?alioqui quomodo anima Deum intelexisset, nisi ipse inspirando attigisset eam quantū fieri potuit? nec enim ausa fuisset humana mens tam altè ascendere, vt attentaret Dei naturā,ni Deus ipse trahendo subleuasset eam ad seipsum,quatenus fas erat humanum intellectum subleuari. Quin & formauit eum pro ipsius viribus.Cæterùm faciem inspirat naturaliter & moraliter:naturaliter quia in facie sensus creabat:quæ pars corporis maximè animata est & inspirata. moraliter sic: quēadmodum principalis pars corporis est facies,ita animæ pars principalis est mens.hanc solam inspirat Deus,aliàs hoc honore nō dignatur,sensum,ratiocinationem, gignendiq; vim,nam hæ secundum locum obtinent.à quo igitur hæ quoque inspirantur?Dubio procul à mente. Quicquid enim hæc accipit à Deo,brutis animæ partibus communicat. quo fit vt mens animetur à Deo,brutū verò quod ineſt animæ, à mente. Est enim mens tanquā Deus partis brutæ,& ideo Mosen quoq; scriptura nō grauatur Deum Pharaonis dicere. Nāque fiunt,partim à Deo & per ipsum fiunt:sicut procedente cōtextu legetur,Plātauit Deus paradisum.inter ea mās censetur:

Bruta verò pars à Deo quidē facta est,nō autē per Deū, sed per rationalē partē præsidentē regnātémq; in anima. Spiritū porrò non flatū dixit,quasi interfit aliquid.Nā in spiritu intelligimus robur,tenorē,& vim:flatus tanquā aura quædā est & exhalatio lenis ac sedata.Quapropter mēs facta ad ideā & imaginē dici potest cōmunicare cū spiritu.robur enim hic intelligitur. procedēs autē à materia leuiore,aura dicitur exhalatióq;,qualis fit ex aromātibus:quę asseruata vel sine suffitu emittūt quādam fragrantiā. Et plātauit Deus paradisum in Edē ad orientem,& posuit ibi hominē quē finxerat.] Diuinā & cælestē illā sapientiā cū nominasset multis nominib⁹,& varias appellationes eā habere ostēdisset,vt quā principiū & imaginem & visionem Dei vocauit:nunc eius tanquā exēplaris imitamentū terrenā sapientiā insinuat per paradisi plātationē.absit enī vt tāta rationē nostrā inuadat impietas, vt suspicemur Deū plātare & terrā colere.cur enim id faceret,statim occurrit dubitatio.non enī vt amœnos secessus & voluptates sibi quęreret,quę fabulositas ne in cogitationē quidem admittenda est.nā Deo ne totus mundus dignū esset domicilium:qui sibiipse locus est, & ipse seipso plenus sibiq; sufficiēs,cū Deus alienā indigentiā,solitudinem inanitatēq; impleat & cōtineat, ipse verò à nullo alio cōtineatur,vtpote vnus & totū ipse ens.ergo terrenā virtutē semi nat ac plātat Deus humano generi,quæ sit imago effigiésq; cęlestis virtutis.miseratus enī nostrū genus, & cōspicatus id plurimis refertū vitiis,auxiliatricē & depultricē animę morborū virtutē terrenā radicauit,ad imitationem formāq; cęlestis exēplaris,eāq; nō vno vocat nomine.Paradisus certè figuratè dicitur virtus.locus autē proprius paradiso Edē,id est deliciæ. virtuti autē cōuenit pax,voluptas,gaudiū,in quibus sunt veræ deliciæ.quin & ad orientē est huius paradisi plātatio.nā nec occidit nec extinguitur,sed perpetuò suapte natura lux eius oritur: & vt puto,sicut sol exortus caliginosū aērē replet luce: sic etiā virtus exorta in anima caliginē eius illustrat,& multū tenebrarum discutit. Et posuit,inquit,ibi hominē quē finxerat.]Cùm enim bonus sit Deus, & ad virtutē tanquā peculiare suū opus, exerceat genus nostrū,mētē collocat in virtute, videlicet vt nihil aliud quàm hanc colat curétq; ceu bonus agricola.Quærat hic aliquis,quare cū fas piūq; sit imitari opera Dei, ego vetor plātare lucū apud sacrariū.Deus autē plātat paradisum:ait enī lex:Nō plantabis tibiipse lucū,omnē arborē apud sacrariū Dei tui

tui nō facies tibiipse.quid igitur dicendū?Decēs esse Deo plātare & ædificare virtutes in anima.mēs aūt sui amās & impia, volēs videri æqualis Deo,dum se facere putat,reuera patitur, cęterùm cùm Deus seminat & plātat in anima quicquid honestum est,mēs si dicat,ego plāto,impiè facit. nō plātabis igitur qñ Deus plantat.q; si & plantas in anima posueris,ō vnime,fructiferas plāta omnes,& nō lucū.In luco enī tā syluestres quàm mites sunt arbores.vitiū aūt sterile in anima cū mitibus fructiferáq; plātare virtute,lepræ est biformis & cōfusę propriū,si tū ea quæ miseri nō debēt in vnū coēgeris,separa secernéq; à pura & incōtaminata natura,quæ solet offerre Deo res irreprehēsibiles.hæc autē est sacrariū.ab hoc enim alienū est dicere,op⁹ aliquod esse animæ,cū ad Deū referātur omnia, & permiscere fructifera infructiferis.reprehēdendū enī hoc:tu offer Deo res irreprehēsibiles. ergo siqd in his præuaricata fueris ō anima, teipsa lædes,nō Deum.ideo dicitur:Nō plantabis tibiipse.Deo enim nemo operatur,præsertim vilia.mó xq; additur,Non facies tibiipse.dicit autem & alibi scriptura,Nō facietis mecum deos argēteos,& deos aureos non facietis vobisipsis. quisquis enim vel qualitatem putat habere Deum,vel nō vnum esse. vel nō ingenitum & incorruptibilem,vel non immutabilem,sibiipse iniuriā facit nō Deo.& quisquis aliter sentit,suam ipse animā implet opinione falsa & impia.nō vides q; etiam si nos inducat in virtutem,& inducti plātemus, nihil quidem infructiferum,sed omnem arborē cibo vtilem, iubet tamē purgare præputium:id autem est,videri plantare.eam arrogātiam abscidere præcipit, nā impura est naturaliter. Hunc recens fictū hominē posuit in paradiso] inquit scriptura nil aldēs prętera.quis igitur est de quo post dicit:Apprehēdit dās Deus hominem quem finxerat,& posuit eū in paradiso vt operaretur eum & custodiret] Nū fortè alius est hic homo iuxta imaginem & ideā factus,vt duo homines in paradisum introducātur,alter fictus,alter iuxta imaginē.ergo qui iuxta ideā factus est,nō solū inter plātationes virtutū cēsetur,verùm etiā operarius est earū & custos,id est memor eorū quę audiuit & exercuit.at fict⁹ ille nec operatur virtutes nec custodit,tantū introducitur in decreta Dei fauente ipso,mox virtutis trāsfuga futurus.ideo quē tātū nodo ponit in paradiso,fictū vocat: illum verò quem operarium custodémq; cōstituit,non fictū,sed quē fecit.& hūc quidē apprehēdit,illū verò expellit,eū autem quem apprehēdit, tribus

bus dignatur ex quibus cõstitus est, bonitate naturæ,tangẽdi facultate,diuturnitate memoriæ.ergo tãgẽdi facultas, est positio in paradiso,memoria verò custos seruatrixq; sanctorũ decretorum:sicut bonitas naturæ, actio rerum honestarũ & operatio.at ficta mens nec meminit honestatis,nec operatur eam, contenta facultate tangẽdi.ideo posita in paradiso, paulò pòst fugitiua expellitur. Et emisit Deus è terra omnẽ arborẽ pulchram visu,& bonam ad cibum,& arborem vitæ in medio paradisi,& arborẽ scientiæ boni maliq;.] Arbores virtutis quæ in anima nascũtur nunc describit.hæ sunt indiuiduæ virtutes,harúmq; operationes & rectè facta,& quæ dicũtur apud philosophos officia.hæ sunt stirpes paradisi huius. exprimit tamẽ has ipsas, docẽs q; bonum illud tum ad spectandũ tum ad fruendũ sit præstãtissimum.Quædã enim artes cõtemplatiuæ sunt,non item actiuæ,geometria,astronomia:quædã actiuæ,at non contemplatiuæ,materiaria,æraria,& illiberales cæteræ. at virtus cõtemplatiua simul & actiua est. habet enim contẽplationem, quãdoquidem ad hãc deducit nos philosophia per tres sui partes,rationalẽ,moralem,naturalémq;.habet itẽ actiones.est eñ virtus ars totius vitæ omnes actiones in se cõtinentis,& quamuis cõtemplationem & actionẽ habeat,tamen in vtraq; est præstantissima.est enim contẽplatio virtutis pulcherrima,vsus verò & actio sectãda omni conatu.ideóq; dicit arborem esse aspectu pulchram,,quod cõtemplationem significat: & bonã ad cibum,quod vsus & actionis signũ est.Cęterùm arbor vitę est illa generalissima virtus,quam quidã bonitatem vocant;à qua indiuiduæ virtutes procedũt.quamobrem etiã media paradisi locatur habẽs regionem capacissimã,vt ab vtroq; latere ceu rei stipetur satellitio. Alij dicunt cor intelligi nomine arboris vitæ,quia causa viuendi est,mediam corporis regionem sortitũ, vt princeps secundũ ipsorum opinionem.verùm hi falluntur, medicam sententiã afferentes pro phyũca,nos autem,quemadmodum & antea dictũ est. illam generalissimã virtutem dici arborem vitæ affirmamus. hæc verò diserte in medio paradisi esse traditur,sed altera,scilicet scientiæ boni maliq; nõ declaratur intra paradisum sit an extra.sed postquã dixit,& arbor scientię boni maliq;,mox desiit,nec declarauit vbinã erat,ne alieno à physiologiæ mysteriis moueret admirationẽ scientię suę.quid ergo dicendum est?esse eam & intra paradisum & extra,essentia quidem intra,potẽtia verò extra.quomodo ? principalis vis nostra

nostra omnicapax est,& sicut cera omnes formas vel pulchras vel turpes recipit:sicut & supplãtator ille Iacob fatetur dicẽs: Super me facta sunt hæc omnia.nam vnica anima innumeras formationes rerũ quæ in natura sunt capit omniũ: quę quoties characterem perfectæ virtutis recipit,vertitur in vitæ arborẽ: quoties vitij,fit arbor scientiæ boni maliq;.at vitium à diuino choro exulat.Ergo principalis illa vis,quæ hoc intra se admisit,in paradiso est iuxta suã essentiam:inest enim in ea vi character ille virtutis proprius,qui in paradiso est:at iuxta potentiã nõ est ibi,quia forma vitij aliena est à præceptis Dei. Quod dico,vel sic potes discere.nũc in meo corpore principalis illa vis est iuxta essentiam,potentia vero in Italia Siciliáve,quoties de his regionibus cogitat:itẽ in cælo,quoties de cælestibus speculatur.qua ratione interdũ quidã in profanis locis cõstituti iuxta essentiam,sunt in sacratissimis,imaginãtes ea quæ ad virtutem pertinẽt. Ecõtrà cõstituti in sacris penetralibus,cogitatione profanãtur,q; ea sit ad deteriores viliorésq; formas mutabilis.Itaq; nec inest paradisovitium,nec abest.potest eñ ibi esse iuxta essentiã,potentia verò nõ potest. Fluuius autẽ exit ex Edem,vt irriget paradisum,qui inde disterminatur in quatuor capita:nomen vni Phison,ipse est qui circuit omnem terram Euilat,vbi est aurum:& aurum terræ illius bonũ est. Ibi carbunculus inuenitur & lapis prasinus.Et nomen fluuio secũdo Geon.is circuit terrã Aethiopiæ.Tertius fluuius est Tigris. ipse vadit cõtra Assyrios.Quartus fluuius ipse est Euphrates.] Per hos vult particulares virtutes designare. hæ sunt numero quatuor.prudentia,temperantia, fortitudo, iustitia. Cæterùm maximus ille fluuius.à quo deriuantur alij quatuor,generalis est virtus,quam quidam bonitatem nominant. Quatuor autẽ eius deriuationes,virtutes totidem. Sumit igitur initia generalis virtus ab Edem,nempè à Dei sapientia:ab ea inquã, quæ gaudet deliciatúrq; solius Dei patris maiestate sese oblectando.Ab hac vniuersali quatuor hæ deriuantur,quæ quidem fluminis in morem rigat benefacta singularum, inundans ea largis fluentis honestarũ actionum. Inspiciamus etiã vocabula. Fluuius, inquit, exit ex Edem ad irrigandũ paradisum.] Fluuius est illa generalis bonitas . exit hęc ex Dei sapiẽtia:hoc est ex verbo Dei.iuxta hoc eñ virtus vniuersalis facta est. Rigat autem paradisum hæc vniuersalis virtus,id est particulares virtutes irrigat .Capita verò accipiuntur nõ localiter.sed principaliter.

paliter.nam vnaquæque virtus princeps reuera & regina est. Hæc autẽ vox Disterminatur,idẽ valet quod finitur terminis. Prudentia quid agẽdum determinans,fortitudo quid sustinendum,tẽperantia quid eligẽdum,iustitia quid cuiq; tribuendũ.

Nomen vni Phison.ipse circuit omnẽ terrã Euilat,vbi est aurum:& aurum terræ illius optimũ est.ibi carbũculus inuenit, & lapis prasinus.] E quatuor virtutibus vna species est prudẽtia, quæ Phison hic nominatur ἀπὸ τῶ φείδεσθαι,id est,q; parcat animæ seruans eam à peccatis.circuit autem choreę modo terrã Euilat,id est,placidam,mitem propitiámq; cõstitutionẽ cõseruat.sicut autẽ metallorum optimũ probatissimúmq; est aurum,ita inter animæ virtutes prudẽtia habetur probatissima.hæc autem verba,Vbi est aurũ, significãt, vbi est res aureo fulgore igneóq; prædita illa pretiosa prudentia, inter opes diuinas citra cõtrouersiam pulcherrima.huic virtuti attribuunt duæ qualitates eius qui habet prudentiã,& eius qui vtitur ea. quas carbunculo prasinóq; cõparat. Et fluuio secundo nomẽ Geon.is circuit omnem terrã Aethiopiæ.] Figuratè hic fluuius est fortitudo.interpretatur enim Geon pectus aut cornupeta:vtrunq; fortitudinẽ significat.nam circa pectus,vbi & cor habet domiciliũ.& ad defensionẽ sui parata est.est enim scientia sustinendorũ non sustinendorúmq; & neutrorũ. circuit aũt & obsidet hostiliter Aethiopiã,cuius nomẽ si interpreteris,idẽ est quod humilitas.humilis autẽ & abiecta timiditas, cui fortitudo semper aduersatur.Tertius fluuius Tigris qui vadit cõtra Assyrios.] Tertia virtus est tẽperantia,resistens voluptatibus istis quæ sibi vidẽtur imbecillitatẽ humanã corrigere.nã Assyrios incorrigẽtes licet vertere.confert autẽ concupiscentiam cũ immanissimo animali tigride,cũ qua perpetuò negotium habet tẽperantia. Oritur hic dubitatio,cur secũda fortitudo,tertia tẽperantia,prima prudẽtia recenseatur,omissa mẽtione virtutũ cæterarum.animaduertẽdum igitur tripartitam esse nostram animã,haberéq; partes,rationalẽ,irascibilẽ.& cõcupiscibilem:quarũ rationalis regionẽ capitis inhabitat,irascibilis verò pectus,sicut cõcupiscibilis inguina.harũ cuiq; appositã esse virtutem propriã, rationali prudentiam ratiocinationis enim est scientiã habere faciẽdorum & nõ faciendorũ. Irascibili fortitudinẽ,cõcubiscibili tẽperantiã. hac enim medicamus & sanamus concupiscentias.Quẽadmodum igitur caput prima summáq; pars est in animali,secũda pectus,inguen tertia:

tia:rursumq; in anima.prima pars rationalis, secũda irascibilis,tertia cõcupiscibilis:ita & virtutũ prima est,quæ circa præcipuum animæ quod est rationale versatur,& circa summũ caput habitat,prudentia:secũda fortitudo, quia circa secundam partẽ,animæ quidem irã,corporis verò pectus stabulatur. tertia tẽperantia,quia circa inguẽ,tertiã regionẽ corporis, & circa vim cõcupiscibilẽ.quæ tertium locũ habet in anima, occupatur. Quartus, inquit, fluuius ipse est Euphrates.] Figuratè verò quarta virtus est iustitia,reuera fructifera & mentẽ exhilarans.hæc ergo quãdo exoritur:cùm tres partes animæ inter se consonãt.hæc consonãtia fit,dum penes præstantiorẽ est imperiũ,vt quãdo ambæ irascibilis cõcupiscibilísq; parent habenis partis rationalis, tũc sequitur iustitia. iustũ enim est vt qd præstat,semper & vbiq; imperet:quod deterius est,imperata faciat:atqui rationale præcellẽtius est,viliora concupiscibile & irascibile.sed vbi hæ duæ partes retrogradæ cõtumacésq; auriga, id est,rationẽ impetu vehementi abstractũ superauerint,& vtravis earum momorderit frenũ,ibi summa est iniustitia.necessum est enim vt ignauo auriga regẽte ferãtur in voragines & precipitia: sicut contra vt virtute huius peritiàq; seruentur. Prætereà sic quoq; consideremus rem propositã. Phison interpretatur oris mutatio. Euilat parturiens, per quæ significatur prudentia,nam vulgus prudẽtem existimat eum qui more sophistarum inuentione ac elocutione pollet plurimùm. Moses verò talem agnoscit pro studioso eloquentiæ,pro prudẽte nequaquam.nam in mutatione oris.hoc est eloquendi facultatis. consideratur prudentia:quod quidem est nõ verbis sapere, sed opere spectatum esse actionibũsq; ad virtutem cõpositis. Euilat verò quasi circũscribit imprudentiã, ne parturiat exitium prudentiæ.est enim proprium imprudẽtiæ nomen parturiens, quoniam imprudens mens interdum res inconcessas parturit. itidem cùm pecunias amat,parturit:aut cùm gloriã, voluptatem,& id genus alia concupiscit.cæterùm cùm parturit, nondum parit.ideo non est apta ad gignẽdum quicquã perfectum ignaua anima.Quod si quãdo videtur fœtus gignere,abortiui deprehẽdũtur deuorãtes dimidiũ eius carniũ,pares morti animæ.Quapropter in sacra scriptura Mosen amicum Dei rogat Aarõ,vt sanet leprã Mariæ,ne fiat in parturitione malorũ eius anima.& ideo dicit:Ne fiat hæc quasi mortua,& vt abortiuum qd proiicit de vulua matris suæ,& deuorat dimidiũ eiꝰ carniũ.

Vbi

Vbi est aurũ,inquit.In mẽtione auri dicit,Vbi est, nã prudẽtia quam assimilauit auro,metallo sincero,puro,pretioso,examinato igne probatóq;,illic quidẽ est in Dei sapientia,& cũ illic sit,non possidetur à sapiẽtia:sed vbi sapiẽtia,ibi & ipsa est possessio Dei cõditoris & opificis. Et aurũ terræ illius bonum est. Ergo est aliud aurũ non bonũ?certè est. Nam duo sunt genera prudentiæ,alterum vniuersale,alterũ particulare.Itaq; prudẽtia mea cùm sit particularis,non est bona.nam me pereunte simul interit.Vniuersalis autem illa quæ Dei sapiẽtiã inhabitat ceu domiciliũ,bona est.Incorruptibilis enim in domo incorruptibili permanet.Ibi est carbũculus & lapis prasinus.Differunt hi duo,prudens,& prudẽter agens.alter ornatus prudẽtia,alter exercens eã. Ob hæc enim duo prudentia terrigenæ homini à Deo est insita,vt sapiat & bonus sit.Quæ enim eius est vtilitas, nisi à ratione recipiatur,& ei formas imprimat? itaq; rectè virtus iungitur prudentiæ,& prũdens cum exercente prudẽtiam, duo pretiosi lapides.Et fortè hi sunt Iudas atque Issachar.alter enim diuinæ prudentiæ cultorẽ se cõfitetur, gratias agens ei à quo bonum hoc accepit largiter. alter exercet se in virtute honestísq; actionibus.Itaq; Iudas confitentẽ significat,in quo Lia parere desiit:Issachar verò bona operantẽ.suppositi enim suos humeros ad laborandũ.& factus est vir agricola:cuius merces est(vt ait Moses)anima seminibus plãtísq; consita,hoc est, non labor inutilis.sed coronatus à Deo & mercedem accipiẽs,Hæc autem sic intelligi oportere indicatur per alia,quãdo de talari veste scribitur: Et intexes in ea gemmarum ordines quatuor. Vnus ordo erit,sardius,topazius,smaragdus,in quoRubim,Simeon,Leui.Et ordo secundus,inquit,carbunculus sapphirúsq;. Sapphirus autem est lapis prasinus,carbunculo Iudas insculpitur,quia quartus sapphiro Issachar. Cur igitur nõ dixit lapidẽ carbunculum,sicut lapidem prasinum?quia Iudas confessionis figura caret materia & corpore. Nam ipsum confessionis nomen declarat eam esse rem externã.Cùm enim mens extra seipsam cõstituta,Deo seipsam obtulerit,sicut ille risus Isaac,tũc confitetur ei qui solus verè est.quàm diu verò se causam rei cuiuspiam existimat,multum abest quin cõfiteatur cedátq; Deo. nam & ipsa confessio debet intelligi non animę opus,sed Dei, qui ostendit ei hanc ingratitudinẽ, Caret igitur materia Iudas, cõfitens.laboriosus autẽ Issachar opus habet materia corporea. alioqui quomodo lectioni dabit operã studiosus virtutis absq;

oculis?

oculis?aut quomodo audiet sermones exhortatorios absq; auribus? aut quomodo cibum potúmq; desiderabit absq; ventre & huius curiositate?ideóq; simulatur lapidi.Quin & colores eorum differunt.nam illi confessorio viro cõuenit color carbunculi.is enim Deo gratias agẽs,igne quodã accendit,& inebriatur ebrietate quadam sobria.alteri verò etiãnum laborãti, color prasini lapidis.pallẽt enim qui se exercẽt præ labore,& præ timore ne forte ad optatũ finem nõ perueniãt.Quærendũ etiã, cur duo fluuij,Phison Geónq;,regiones quasdã circũeunt, alter Euilat,alter Aethiopiã,è reliquis verò neuter: sed Tigris dicit meare cõtra Assyrios,de Euphratis meatu siletur. atqui re ipsa Euphrates,& circũflait quasdã regiones,& ex aduersõ sitas habet multas.verũ nõ fit hic sermo de fluuio, sed de morum correctione.Dicẽdum igitur prudentiã fortitudinẽmq; posse murum & vallũ aduersus cõtraria vitia ducere,imprudentiã timiditatémq;,expugnaréq; sic ea.infirmæ enim ambo capiũtur facilè.nam imprudens nõ ægrè in potestatem prudentis redigitur.timidus itidem in fortis.at tẽperantia nõ valet cõcupiscentiamvoluptatémq; circũuallare. graues enim sunt aduersariæ, nec facilè expugnantur.num vides vel tẽperatissimos necessitate mortalis corporis ad cibos ac potus adigi?vnde ventris voluptates procedũt:satius igitur est resistere ac repugnare cõcupiscentiarum generi. Quapropter cõtra Assyrios vadit Tigris fluuius,id est cõtra voluptates tẽperantia. porrò iustitia quam nobis refert Euphrates flumẽ, nec oppugnat quenquã nec circumuallat,nec habet aduersariũ,quare?quia huiusest suũ cuiq; reddere,& est loco nõ accusatoris,sed iudicis.Quemadmodum igitur iudex,nec vincere vult quemquã nec habere aduersariũ, sed lata sentẽtia pondus addit parti iustiori: ad eundẽ modum iustitia quoq; cùm nemini aduersetur,cuiq; rei quod suũ est tribuit. Apprehẽdit dominus Deus hominẽ quem fecit, & posuit eum in paradiso ad colẽdum operãdo custodiendùmq;. Is qui fictus est homo differt ab eo quem Deus fecit,vt dixi. ille mens est terrena magis:hic verò factus,expertior materię,& alienus ab huius corruptibili genere,cõstitutione puriore sinceriorẽq; præditus.hanc igitur purã mentẽ Deus apprehẽdit, non sinens extra seipsam excedere:apprehẽsamq; collocat inter radicatas germinantésq; virtutes,vt operetur eas & custodiat. Multi qui se applicarunt ad virtutis studium,circa finẽ defecerũt. sed cui Deus largitur firmã scientiam, ei dat vtrunq;:operari virtutes

d indesi

indesinenter,& asseruare has tanquam in promptuario. itaque operari ponitur pro facere,custodire autem pro meminisse. Et præceptum dedit dominus Deus Adamo,dicēs: Ex omni ligno paradisi comedens comede:de ligno autē scientiæ boni & mali ne comedatis, quocunque enim die comederetis ex eo, morte moriemini.] Quali Adamo præcipitur? quærēdum quisnam sit hic. Nulla enim prius eius mentione facta, nunc primùm eum nominat. num fortè vult tibi illius facti hominis nomen tradere? Appellat, inquit, eum terram. sic enim vox hæc Adam interpretatur. Itaq; nunc cùm audis nomen hoc Adam, rerrenū corruptibilémq; intellige. nam ille ad imaginem factus, non terrenus est, sed cælestis. Quærendum item, cur qui omnibus reliquis imposuit nomina, sibi nullū imposuit. Quid igitur dicendum? mens quæ inest nostrum vnicuique, cætera potest comprehendere, seipsam nosse non potest. Quemadmodum enim oculus alia videt seipse non videns: sic & mens intelligit alia, seipsam non comprehendit: aut dicat quæ & vnde sit, spiritúsne, an sanguis, an ignis, an aër, corpúsve aliud: vel hoc saltem, corporeáne sit an incorporea, & posteà non sunt habendi stulti qui de essentia Dei disserunt? Qui enim animæ suæ nesciunt essentiam, quomodo huius vniuersitatis animam exactè pernoscere poterunt? Deus enim anima huius vniuersitatis intelligitur. Meritò igitur Adam, id est mens, alia nominans & comprehēdens, sibiipse nomen non imponit, quando seipsum ignorat naturámq; propriam. huic præceptum datur, nō illi facto ad ideā & imaginem. nam ille vel absq; hortatu virtutem per se ipse didicit: hic citra operam præceptoris nunquam potest prudens euadere. interest autem inter hæc tria, præceptum, interdictū, mandatum siue monitum: interdictum ad peccata pertinet, & fit vel apud nequam hominem: præceptum ad rectè facta: mandatum ad medium hominem pertinet, qui neq; nequā sit neq; virtute præditus. Nec enim peccat vt interdicto habeat opus, neq; rectè facit, ita vt recta ratio postulat: sed indiget admonitione. quę abstinere à prauis doceat, exhortans ad desiderium virtutum ciuilium. Ergo homini ad imaginem perfecto nec iussis nec interdictis opus est. Perfectus enim homo nullius indiget. vilis autem homo tum præcepto tum interdicto indiget. stulto verò admonitione doctrináque opus est. Quemadmodum perfecto grammatico musicóve nullis harum artium præceptis opus est: ei verò qui aberrauit in harum cōsideratione,

ne, leges præceptáq; adhibenda sunt: institutio verò recens in disciplinam tradito. Meritò igitur menti terrenæ, nec inter vitiosa, nec inter virtute præditas censendæ sed mediæ, dantur præcepta hæc & monita, sed tam præceptum quàm monitum vtriusq; nomine adhibetur, domini Deiq;. Præcepit enim dominus Deus, vt siquidem paruerint præceptis, dignarētur diuina beneficētia: quòd si contumaces fuerint, à domino tanquam hero potestatē habente pellerentur in malam rem. ideóq; dum è paradiso eiicitur, eadē repetūtur vocabula. dicit em̄: Et emisit eum dominus Deus è delicato paradiso, vt operaretur terrā ex qua assumptus fuerat.] Vt quoniā & pro potestate dominus, & pro merito Deus prę̄ceperat, rursum vtroq; modo in cōtumacē animaduerteret. per quas enim potestates eū deduxit, per easdē inobedientem ablegauit. Prę̄cepta autem sunt hæc: Ex omni arbore paradisi comedens comedes.] Hortatur animā vt fruatur nō vna quapiam arbore, nec vna quapiam virtute, sed omnibus virtutibus. Nam istud comesse alimoniam animæ significat. Alitur autem anima tractatione rerum honestarum, & actione bonorum operum. Conduplicauit autē rem, dicens, Comedens comede, hoc est commanducatum contritúmq; cibum, non vt quivis è vulgo, sed amore athletatū ad parandam fortitudinē. Etenim athletis pædotribæ præcipiunt, ne cibos cōcidant dētibus, sed per otium cōmoliāt, quo advires proficiāt. nā aliter ego aliter athleta nutrimur. ego, tātum vt viuā: athleta vt etiā crassescat, & robur acquirat: ideóq; vnū est ex præceptis ad virtutē se exercentium, cibum subtrahere. tale quiddam est comedēdo comesse. representemus tamen id etiam diligentius. Honorare parentes, cibus & alimētum est. hos tamen aliter boni aliter mali honorant. alteri propter vulgarem cōsuetudinem, qui nō comedendo comedunt, sed tantum comedunt. Quando igitur etiam comedēdo? cùm explicatis perscrutatisq; causis, sic vltro iudicant esse hoc officium honestissimum. causæ autē sunt hæ: genuerunt nos illi, aluerunt, erudiuerunt, omnium bonorū nobis causa fuerunt. Item comesse est summum illud ens colere: comedendo verò comesse, quando ad caput nostrum causamq; respicimus, & ad referendam gratiam. Ex arbore autem scientiæ boni maliq; non comedetis.] Ergo non est in paradiso arbor hæc: quandoquidem hortatur vt edant ex omni paradisi arbore: idq; naturaliter. est enim in eo per essentiam, vt dixi, non est per potentiam, sicut enim in cera per potentiā insunt sigilla

omnia actu verò solum id quod impressum est: ita & in anima quę est ceræ similis, omnes formæ continentur potentia: reuera autem vnicus character præsens eam occupat, donec aboleatur ab alio efficacius impresso atque manifestius. Deinceps illud quoq; perquirendum esse videtur. Dum hortatur vt ex omni arbore paradisi comedat, vnicum hortatur. dum verò interdicit vsum arboris eius quæ boni malíq; causa dicitur, vt plures alloquitur. Illic enim inquit: Ex omni comedes: hic, ne comedatis. & quocunq; die comederitis, non comederis: & moriemini nõ morieris: Dicendum igitur: primò rarum esse quod bonum est, malum cõtrà multiplex. ideo sapiente vno inuẽto reperitur fatuorum multitudo innumera. itaq; meritò vnum hortatur innutriri virtutib⁹: multos verò vt à nimia calliditate abstineãt. hac enim vtuntur innumeri. prętereà ad virtutem percipiendã tractãdámq; vna solum re, videlicet ratione opus est: corpus verò etiam impedit hanc, tantùm abest vt adiuuet. hæc enim ferè summa est sapientiæ, alienare se à corpore, atq; eius concupiscẽtiis. vt autem quis fruatur vitio, nõ solùm mente, sed & sensu & ratione & corpore opus est. his enim omnibus malus opus habet ad explendã suam malitiam. alioquin quónam modo proditurus est arcana, si instrumẽto loquendi careat? quomodo autem voluptatibus fruetur absq; vẽtre cæterísq; sensibus? Rectè igitur vnam solam rationẽ de quærẽda virtute alloquitur. sola enim hac, vt dixi, ad eius acquisitionẽ opus est. cõtrà de vitio ad plures verba facit, animã, rationem, sensus corporis. nã hoc apparet in his omnibus, addit tamen: Quocunq; die comederetis ex ea morte moriemini.] Atqui post esum non solũ nõ moriuntur, verũ etiã progignunt liberos, & aliis viuendi autores fiunt. quid ergo dicendum? duplicem esse mortem, alteram hominis alteram animæ propriã. hominis mors est animę à corpore separatio: animæ verò mors, corruptio virtutis, & assũptio vitij. ideóq; non contentus moriturũ dicere, morte, inquit, moriemini, indicans non communem hanc, sed illam æternam quæ per excellentiam mors dicitur: quæ est quoties anima insepelitur affectibus vitiisq́; omnibus. atque hæ mortes sunt inter se ferè contrariæ. nam illa corpus animámq;, quæ prius concreta fuerant, separat. hæc contrà, vtriusque conuenientibus fit, sed præpollente deteriore, videlicet corpore: subiecta verò anima quæ est pars potior hominis. Quoties autem dicit, morte mori, obseruandum pœnalem mortem, non naturalem significari. naturalis

ralis porrò est per quam anima separatur à corpore: pœnalis verò cum anima è virtutis vita emoritur, & viuit in vita vitij. quam opinionem Mosis secutus propemodum Heraclitus ait: Viuimus illorum mortem, mortui sumus illorum vitam. ac si dicat, nunc cum viuimus, mortuam esse animam, & tanquam monumẽto insepultam corpori. quod si mortui fuerimus, tum demum animam viuere vita propria, liberatam à malo, mortuo vinctóque corpore.

PHILONIS IVDAEI, Sacræ legis allegoriarum liber secundus.

ET abscondit se Adam & vxor eius à facie domini Dei in medio arboris paradisi.] Hic introducitur dogma, quo docemur, omnem malum esse exulem. ciuitas enim sapiẽtum propria, virtus ipsa est, in hãc quisquis admitti nequit exulat. & nemo malus vnquam in eam admitti potest. ergo solus malus hinc pellitur & exulat. Virtutis autẽ exul statim abscondit se à Deo. nam si sapientes cõspiciuntur à Deo, vtpote amici eius: liquet abscondi malos & cælare se, tanquam inimicos hostésq; rectæ rationis. esse autem quemque malum exulẽ careréq; domicilio testatur scriptura dum de illo hirsuto & vitiis vario Esau loquitur: Erat autẽ Esau gnarus venãdi, & ruri degebat. non est enim apta malitia morum populatrix vt virtutis ciuitatem inhabitet. ex qua inclementer fugatur rusticitas, ac ruditas. at ille sapientia plenus Iacob & ciuis est, & propriam virtutem inhabitat: de quo mox subiicitur: Iacob autem vir simplex domũ habitabat. ideo & obstetrices quoniam timebant Deum, fecerunt sibi domos. nã quæ scrutantur occulta Dei mysteria, quod est conseruare viuos masculos, ædificant virtutis opera, in quibus habitare statuerũt. atq; ita iam demõstratum est, omnem malum ciuitate carere domóq;, cum à virtute exulet. Qui verò virtute ornatur, ei pro ciuitate & domo obtigisse sapientiã. Nunc videamus deinceps, quomodo dicatur aliquis absconditus à Deo. Quod nisi per allegoriam accipiamus, nequaquã potest intelligi. Nam Deus implet omnia,

 penet

penetrat omnia,nihil omnino relinquēs ſeipſo vacuum. & quē locum occupabis,in quo non ſit Deus?atteſtāte nobis alibi propheta his verbis: Deus in cælo ſupra,& in terra infra,nec eſt alius præter ipſum.& rurſum ſic:Ego iam ante conſtitui te.Deus enim omni creatura eſt antiquior,& vbiq; eſt.itaque nemo poteſt ſe ab eo abſcōdere.& quid mirū? quando etiam creaturarū capaciſsimas,quicquid nobis contigerit, effugere lateréq; non poſſumus.aut effugiat quiſpiam terram,aquam,aërem,cælum, vel mundum hunc vniuerſum.in his enim cōtineamur neceſſe eſt.certe extra mundum nemo exulare poteſt.& poterit aliquis abſcondi à Deo,cùm nec mundum nec partes eius effugere valeat?minimè gentium. Quid eſt igitur illud,Abſconderunt ſe? Malus quivis putat eſſe Deum in loco,nec continere,ſed contineri:ideóque putat ſe abſcondi:tanquam illa ſumma cauſa abſit ab ea parte,in quam ipſe illatebrare ſe decreuit. id ita poteſt intelligi.in malo homine opinio de Deo vera obſcuratur cælatúrque.eſt enim plena tenebris,nullam habens illuſtrationem diuinitus,per quam res circūſpiciat. talis autem à diuino choro exulat,tanquam leproſus & laborās profluuio ſeminis:alter, Deum & creaturam contrarias naturas diuerſi coloris in idem cogens vt cauſas,cùm vnica ſit cauſa efficiēs:alter gonorroicus, ex mundo ducens,& in mundum omnia, à Deo nihil factū exiſtimans,Heraclitī opinionis ſocius,ſatietatem indigentiámq; vnū introducēs,& vniuerſum,vicésq; rerū omniū. Quapropter diuina lex ait: Eiiciant è caſtris animæ omnem leproſum,& omnem qui ſemine fluit, & omnē pollutum in anima tam maſculum quàm fœminam,eosq; quibus fracta exectáq; ſunt animæ genitalia,ſcorta quoq; vnius dominationem fugiētia.quibus diſertè interdictū eſt ne concionē Dei frequentent.at ſapiētes cogitationes tantum abeſt vt abſcōdantur,vt manifeſtæ eſſe cupiant. Non vides quòd Abrahā ſtabat adhuc in loco domini, & accedēs ait:Ne perdas iuſtum cum impio,manifeſtū tibi notúmq;,vnà cum fugitiuo proripiente ſe abs te.hic enim eſt impius:iuſtus autē qui ſtat in cōſpectu tuo non fugiens.te enim ſolum domine honorari iuſtū eſt.non ſic autē impius vt pius eripitur,ſed ſatis eſt ſolum iuſtū ſeruari:quapropter dicit:Ne perdas iuſtū cum impio.ſatis dignè enim nemoDeū colit,ſed iuſtè tantùm.cum enim ne parētibus quidē dignā referre valeamus gratiam,quandoquidē non poſſumus eis gignēdi vicē reddere, an-nō impoſsibile eſt Deo vicem reponere mutuā, aut laudem illo

illo dignā,qui omnia ex nihilo condidit?omnem enim virtutē largitur.tribus igitur tēporibus ô anima,id eſt tripartito tempore,tota coram Deo ſemper cōpareas, non fœmineum vllum affectum tecum trahens,ſed virilem,fortem exercitatámq; rationem ceu ſuffitum offerens.tribus enim anni temporibus cōparere omne maſculinum corā domino Deo Iſraēlis, ſacra lex præcipit.Quamobrē Moſes quoq; quando manifeſtus Deo conſiſtit,fugit morem Pharaonis diſperditoriū, qui iactat ſe quòd neſciat dominum. Seceſsit,inquit,Moſes à facie Pharaonis,& habitauit in terra Madiam,id eſt,iudicio naturæ operū,ſedítq; ſuper puteū.]expectans quidnam boni Deus ad potum ceu pluuiam immiſſurus eſſet ſitienti,deſiderātiq; animæ.ſecedit ſanè à Pharaone,hoc eſt, ab opinione impia qua reguntur affectus, & ſecedit in Madiā,id eſt iudicium, deliberans vtrum quieſcere ſatius ſit,an cum illo malo aduerſario ſubire iudicium capitis.diſpicit autem an non aggreſſus valeat euincere. & ideo cūctatur,expectans vt dixi, daturúsne ſit Deus profundæ nec leui cogitationi fontem idoneum ad inundandum impetum regis Aegyptij,hoc. eſt ipſius affectuum.impetrat tamē gratiā.quippe virtuti militans nō ceſſat à bello,priusquam videat proſtratas voluptates & defectas viribus.quapropter non fugit Moſes à Pharaone:alioqui nunquam reuerteretur: ſed ſecedit,hoc eſt inducias facit athletæ more paulùm reſpirantis & recolligentis ſpiritum, donec acciſis prudentiæ cæterarúmque virtutum auxiliis, per ſermones Dei cum validiſsima potentia rem aggrediatur.Iacob autem,vt ſupplantator,compendiariis artibus virtutem adeptus ſine puluere, alioqui non vocādus Iſraël mutato nomine,fugit Labanis negotia,id eſt colores,figuras,& in vniuerſum corpora, quorum natura eſt vt mentem per ſenſibilia vulnerent. nam quia conflictando non poterat ea deuincere,modo vincat mauult fugere,laudandus ſanè hoc nomine. Cautos enim,vt inquit Moſes,faciet filios prophetæ, non audaces, & rerum ad ſe minus pertinentium cupidos. Noluit, inquit,aperire Iacob Labani Syro quòd fugeret:& fugit tam ipſe quàm omnia quæ iuris ſui erant, tranſmiſſóque amne perrexit contra mōtem Galaad.] Naturaliter enim montes ad cælandos fugitiuos ſunt appoſitiſsimi, & ad non prodendos Labani pendenti à cogitationibus ſenſibilibus: quale eſt, ſi pulchritudine cōſpecta captus periclitaris,ne offendas ad eā, fugelam ab eius imaginatione,nihil amplius mēti renūtians, hoc

est caue mediteris eam & cogitatione repetas. Nam continuæ reminiscẽtiæ veras formas imprimẽdo lędunt mentẽ & inuitã cõcitant. Atq; eadem est ratio sensuũ omniũ quicũq; nos attrahũt ad aliquid. in his enim clãcularia fuga saluti esse solet: cũctatio verò, enuntiatio, dilatióq; superat rationẽ, & in seruitutẽ redigit. Quapropter caue anime ne vnquam rem sensibilem à qua peciculum imminet tibiipse renũties, néve retractes eam, ne forté succumbens ei, reddaris infelissimus: fuge potius manumittens teipse, libertatẽ ferocem seruituti mansuetæ præferens. Sed cur nunc quasi Iacob nesciret Labanẽ Syrum esse loquitur sic: Noluit Iacob aperire Labani Syro. habet id quoq; ratione non prętereũdam obiter. Syria sublimis interpretatur. itaq; Iacob mens exercita cùm videt affectum humilẽ, non cedit, reputãs fore vt vincat egregiè. Quando verò videt sublimẽ & erecta ceruice tumidum, ausugit primùm ipse, mox singula eius exercitia, lectiones, meditationes, curationes, rerum honestarum memoria, cõtinentia, officia, atq; ita traiicit rerum sensibilium fluuiũ, qui inundat & mergit vi affectuũ animam, quo traiecto pergit ad altam ac sublimẽ rationẽ perfectæ virtutis. perrexit enim ad montẽ Galaad, qui interpretatur migratio testimonij, postquã Deus migrare fecit animã ab affectibus Labanicis. & autoritate sua confirmauit eam migrationẽ, vt conferentem ipsi ac perutilem, vt quæ eã ab humilibus vitiis & à terra se attollere nõ sinentibus adducat ad celsitudinẽ virtutis & prẽminentiã, ideo qui sensus amat Laban, eósq; magis quàm mentẽ in actionib⁹ suis sequitur, indignatur, persequitur, & increpat: Cur inscio me fugam moliris.] ac non potius manes in deliciis corporis, opinionibúsq; quæ ad corpus pertinẽt, & res externas diiudicant? tu verò non cõtentus ab eis fugere, prędatus es meam quoq; prudẽtiam, Liam vnà cum Rachele. nã hæ quandiu manserunt in anima, prudẽtiam gignebant in ea: nũc postquam migrarunt, reliquerunt ibi ruditatẽ & ignorãtiam. ideo addit, Cur furatus es res meas? id est furto subtraxisti. quã autem dicat, ipse indicabit, addens: Et abegisti filias meas tanquam captiuas: quod si indicasses mihi, prosecutus fuissem te.] Imò non fuisses prosecutus cũ rebus tam aduersis & pugnantibus. nam si prosecutus fuisses reuera & liberasses animã, amouisses ab ea sonos omnes corporeos & sensibiles. sic enim intellectus liberatur à vitiis & sensibus. nũc ais quidẽ te liberã eam emittere, re autẽ ipsa fateris, quòd detinueris eam in carcere.

nam

nam si eam cũ instrumẽtis musicis, tympanis citharisq;, aliisq; singulorũ sensuum voluptatibus prosecutus fuisses, nõ verè deduxisses. nec enim te solum ô Laban corporũ colorúmq; socie fugimus, sed etiã tua omnia, inter quæ sensibiles quoq; voces actionibus affectuũ consonant. meditati sumus enim, siquidem virtutem exercemus, meditationem necessariam, quã & Iacob ante nos perdere corrũperéq; deos alienos animæ, istos inquã deos fusiles, quos Moses ne faciamus vetuit. hi sunt virtutes ac bonorũ affectuũ interitus, vitij verò malorútuq; affectuũ cõfirmatio. quod enim liquatur, semel dissolutũ cõsistit denuò. nam sic legimus: Et dederunt ei omnes deos alienos quos habebant in suis auribus & inaures quæ erãt in auribus suis: & defodit eas Iacob subter terebinthũ quæ est in Sicimis.] hi sunt dij malorũ hominũ. at Iacob nõ dicitur hos accipere, sed defodere & abolere penitus. nã homo ciuilis nihil superfluũ accipiet à malitia, sed è medio tollet clã & defodiet. Sicut Abrahã cũ rex Sodomorũ conaretur ei bruta reddere pro rationalib⁹, equos pro viris, negat se quicquã accepturũ ex rebus illius: sed extensurũ animæ actionẽ, quam figuratè manu nominat, ad Deum altissimum. nec enim accepturũ se quicquã suum à funiculo vsq; ad corrigiã caligæ. ne ille diceret prophetã à se ditatũ: & ne ipse videretur paupertatẽ cum virtute coniunctã posthabuisse diuitiis. cælantur autẽ & asseruãtur semper affectus in Sicimis: quę vox interpretatur succollatio. nã qui laborat ob voluptates, libẽter asseruator earũ est. apud sapientẽ verò corrũpuntur, & pereunt, nõ intra breue tẽpus, sed hodie. hoc est semper. nã æuum omne hodierno metimur. est enim totius tẽporis mẽsurę diurnus ambitus. & ideó Iacob dat Iosepho Sicima tanquã portionem eximiam res corporeas sensibilésq;, exercẽti se in talibus. Iudæ autẽ cõfessori nõ dona, sed laudes hymnósq; & cãtationes quibus celebret à suis fratribus. Cepit autẽ Iacob Sicima nõ à Deo, sed arcu gladióq; suo, verbis vim secãdi repugnãdíq; habentibus: nã etiã secũdarias res sapiẽs sibi subiicit, sed eas non asseruat, malẽs largiri natis ad talia. nõ vides q⁹ nec deos acceperit, quãuis visus accipere, sed defodit occultauítq;, & abolet in omnia secula? Cuinã igit animæ cõtigit defodere abolerẽq; vitiũ, nisi cui Deus apparuit, & quã ineffabilibus arcanis dignatus est? ait enim: Num cælare potero Abrahã seruũ meum, quæ gesturus sum? Euge seruator, quia tua facta ostẽdis desiderãti res honestas animę, & nihil clam operaris in ea. ideo valet

fugere malitiã,& cælare atq; tegere, & interimere ſemper cupiditates noxias. Poſtquam declarauimus quomodo malus omnis exulſit,& abſcondat ſe à Deo,cõſideremus iam, vbinã abſcõdatur. In medio,inquit,arboris paradiſi.]Hoc eſt in medio intellectu,qui & ipſe eſt tanquam medius paradiſi, videlicet totius animę.Nam quiſquis à Deo fugit,confugit ad ſeipſum.Cũ enim duo ſint intellectus,alter vniuerſalis, qui eſt Deus, alter ſuus cuiuſq;,quiſquis à proprio fugit, cõfugit ad vniuerſalem. Talis autem relicto intellectu proprio,fatetur nihil eſſe intellectum humanũ,ad Deum omnia referens.cõtrà quiſquis fugit à Deo,negat eum cauſam vllius rei , ſibiipſe quid facit tribuẽs. Multi enim multa loquuntur. quòd totus mũdus ſuoptè impetu feratur ſine prouidentia:artes autẽ,ſtudia,mores,leges, inſtituta priuata publicáq;,ius cõmune hominũ quo erga ſe inuicẽ & erga bruta vtuntur,humanæ tãtùm mentis eſſe inuenta. Sed vides ô anima harum opinionũ diuerſitatẽ.altera relicto particulari intellectu vt generationi ac morti obnoxio,verè aſcribit illi vniuerſali tam ingenito quàm incorruptibili omnia,econtrà altera Deum reiiciens,eum qui ne ſeipſum quidẽ iuuare poteſt intellectum,per errorem trahit in auxilium.Ideóq; Moſes pronũtiat:Si fur parietis perfoſſor in ipſo facto ictus moriatur, non imputatur cædes.quòd ſi exorto ſole fur occiſus ſit,percuſſor quoq; morietur reus homicidij.nam ſi quis incolumem ſanam rectámq; rationem pertundat dirumpátq;, quæ atteſtatur Dei omnipotentiæ.& in hoc facto deprehẽdatur,ſcilicet perfregiſſe cõcidiſſéq; propriæ menti plus autoritatis quàm Deo tribuendo,is fur eſt res alienas furtim ſubtrahens. Deus enim omnia poſsidet.itaq; quiſquis ſibi aliquid tribuit,alienavſurpat: ſimúlq; vulnus accipit grauiſsimum & inſanabile,arrogãtiam cognatã ruditati & ignorantiæ.percuſſor autem ſecurus ſit. nec enim eſt alius quàm ipſe percuſſus.ſed ſicut is qui ſeipſe fricat, fricatur quoq;:& qui ſeipſe extẽdit,extẽditur quoq;: quippe qui tum agentis vim,tum patientis affectionẽ obtinet:ſic is qui furatur res Dei ſibi aſcribens,ab impietate ſimul atq; arrogantia diſcruciatur.talis vtinã peuſſus moriatur, hoc eſt inefficax perpetuò maneat.minus enim peccare videbitur. Nã vitiũ partim in habitu,partim in motu cõſideratur. Quod autem mouetur, iã ad effectum vergit,ideo peius quàm id, quod tantũ eſt in habitu.ergo ſi talis cogitatio moriatur , quæ exiſtimat ſe cauſam rerũ non Deũ,id eſt quieſcat ſeq; cõpeſcat,nulla eſt cædis actio-

nec

ne c enim ſuſtulit viuam opinionem illam quæ omnipotẽtiam Deo tribuit.Quod ſi ſol oriatur,id eſt clarus intellectus qui nobis ineſt,videatur omnia diſpicere præeſſéq; rebus omnib',ita vt nihil ipſum lateat,reus erit , & talionem mortis feret ob viuam opinionem quam ſuſtulit,aſſerentem Deum, cauſam rerũ omnium:cùm ipſe deprehendatur inefficax veréq; mortuus, & mortuę inanimis erroneęq; opinionis inuẽtor. Ideóq; ſacra lex execratur eum qui ponit ſculptile in abſcõdito , aut fuſile opus manuũ artificis:nimirum prauas opiniones,quòd inDeũ qualitatis expertẽ cadat qualitas ſicut in ſculptilia:& quòd corruptibilis ſit, ſicut fuſilia , ille incorruptibilis. Reponis ô cogitatio theſaurizásq; intra te, ſed grauaris in mediũ proferre indoctas perſuaſiones quas didiciſti apud veritatis aduerſarios.deprehẽderis tamẽ proculdubio in graui morbo animę,videlicet ignorantia,cuius curationem nõ admittis. Quòd autẽ homo malus in illum vulgarẽ ſuum intellectũ abſcõdatur, veritatẽ fugiens, teſtis erit Moſes, qui percuſſum Aegyptium defodit in ſabulo, id eſt,conuicit eum qui ſe putabat regimẽ habere corporis,animam nihili faciẽs,& voluptatem finem expetendum iudicans. Cùm enim animaduertiſſet laborẽ videntis Deum,impoſitum ei à rege Aegypti,hoc eſt ab affectuũ duce malitia, vidit hominem Aegyptium,humanam fragilémq; affectionem,quę pulſabat cædebatq; videntem. cúmq; circũſpexiſſet totam animam hac & illac,nec vidiſſet quenquam ibi ſtare præter verũ Deum, cætera verò in agitatione iactationéq;, percuſſum cõuictúmq; voluptatis amatorẽ defodit in intellectu vulgari & collectitio, nullam habente cognationẽ familiaritatémve cum honeſtate. hic in ſeipſum abditur.at huic contrarius à ſeipſo fugiens cõfugit ad Deum rerum omnium.ideo dicit ſcriptura: Eduxit eum foras & dixit:Suſpice in cælum,& dinumera ſtellas eius] quas vellemus quidem cõprehendere numero & circunſpicere,quippe cũ ſimus amatores virtutis inſatiabiles: ſed impoſsibile eſt nobis permetiri Dei diuitias. Nihilominus gratias agimus largitori,qui ſic immiſit in animã ſemina plæclara ſplendida perpetuóq; vigentia,ſicut ſtellas in cælum.nõ temerè autem addit, Eduxit eum foras.quis enim intrò educitur ? ſed fortaſſe quòd dicit tale eſt:eduxit eum in extimam regionem,nõ in aliquem externum locum,qui poteſt contineri ab alio.ſicut enim in ædibus intimo conclaui matronali exterior eſt ea pars in qua viri verſantur, item hac exterius atriũ,inde veſtibulũ , mox ianua:

ſic

sic & in anima aliud alio potest esse exterius. itaq; intelligere debemus mentem eductam esse in extima. Quid enim proderat reliquisse corpus, & ad sensum confugere? quid sensui valedicere, & rationi sese submittere? oportet enim vt qui mentem eductur̃us est relinquat eam liberam, immunem ab omnibus corporeis necessitatibus. instrumentis sensitiuis, ratiocinationibus sophisticis persuasionibúsq;, deniq; à seipsa. quapropter alibi gloriatur, dicens: Dominus Deus cœli & Deus terræ, qui desumpsit me de patre meo. impossibile est enim habitantem in corpore & mortali genere, cum Deo colloqui, sed eum solum quem Deus erit ex hoc carcere. quãobrem & Isaac ille gaudiũ animæ, meditaturus & priuatim acturus cum Deo egreditur relicto seipso mentéq; propria. Egressus est, inquit, Isaac in cãpum vt meditaretur sub vesperã. Moses quoq; propheta dicit: cùm egressus fuero ciuitatem, id est animam (nam hæc quoque est animantis ciuitas, mores legés præscribens) extendam manus] extẽdam & explicabo meas actiones Deo, testem inspectorẽq; singularũ inuocãdo, cũ malitia suoptè ingenio quærat latebras. est aũt explicari, videre manifestè, cùm igitur anima in omnibus sermonibus ac operibus explicata fuerit & spectãdam se præbuerit, cessant voces sensuum, omnésq; infausti soni atq; turbulenti. inclamat enim & ad seipsum vocat, visibile quidem visum, vox autẽ auditũ, & vapor odoratũ, & in vniuersum sensibile quodq; suũ sensum inuitat. hęc autẽ omnia quiescũt, cùm egressa animæ ciuitatẽ cogitatio, meditationes actionésq; suas refert ad Deum. Sunt enim manus Mosis graues. nam cùm hominis mali actiones subuentaneæ leuésq; sint, meritò sapiẽtis graues habẽtur. immobiles incõcussæq; : ideóq; fulciuntur ab Aarone ratione, & ab Or lumine, q̃ nulla lux in rebus sit clarior quàm veritas. Vult igitur scriptura figuratè docere te, sapiẽtis actiones necessariò fulciri veritate rationéq;. & hæc est causa cur Aaron ad finẽ, hoc est perfectionẽ tendẽs, montẽ Or, id est lucem, ascẽdit. finis enim rationis veritas est, quę longius quàm vllum lumen splendore suum emittit, in quã ratio conatur ingredi. Non vides q̃ etiam acceptum à Deo tabernaculũ, id est sapientiam, sub cuius vmbra sapiens habitat, fixit, firmauit, consolidauitq;, nõ in corpore, sed extra corpus? castris enim id facit simile, exercitui occupato armis & molestiis quas secũ bellum trahit, cui non sit integrum pacem admittere. Et vocatum est tabernaculum testimonij] sapientia testimonium habens

habens à Deo. Etenim omnis quærens dominũ egrediebatur. Egregie: nam si quæris Deũ anima, à teipsa egressa illũ quære. donec enim manes in molibus corporeis aut mẽtis opinationibus, non es apta ad quærendas res diuinas, etiamsi præ te feras quærendi studium. an autẽ quærẽdo inuẽturus sis Deum, incertum est: multis enim non manifestat seipsum. Dices te simpliciter sedulóq; dare operam vt eum cognoscas. conducit sanè ad fruẽdum rebus bonis vel solũ quærendi studium. semper enim appetitio rerum honestarum etiamsi ad metam nõ perueniat, tamen homines studiosus alacritate præoccupat. eodem modo malus fugiens virtutem, & abscõdens se à Deo, ad infirmũ auxilium confugit mentem propriam. probus cõtrà fugiens à seipso vertit se ad cognitionẽ illius vnius, vincẽs cursu certamineque omnium longè præstantissimo. Et vocauit dñs Deus Adamum, & dixit ei, Vbi es?] Cur solus Adam vocatur, quãuis vxor vna lateat? dicẽdum igitur primũ quid sibi velit illa vox, Vbi es? quando mens redarguitur & ad mutationem trahitur, non solùm ipsa vocatur? verùm etiam omnes eius potẽtiæ. nam absque suis potẽtiis mens ipsa nuda nihil esse inuenitur. ex iis potẽtiis & sensus est, nimirũ mulier. Vocatur ergo cũ Adamo mente vxor quoq;, sensus scilicet: seorsum autem non vocatur. Quid ita? quia cùm sit brutus, per seipsum redargui nõ potest. nã nec visus nec auditus, nec vllus alius sensus est docilis. proinde non potest res percipere: eò q̃ ei sola corpora discernendi facultatem opifex indidit. mens autẽ ipsa est quæ doctrinam admittit: qua de causa hanc, non sensum, Deus vocat. quod autem dicit, vbi es? plures interpretationes recipit: vnã, vt non interrogatio sit, sed affirmatio, ac si dicat. In eo loco es, accentu graui Vbi proferẽs: putabas Deum in paradiso deambulare, contineríq; ab eo, discse hoc esse tuum accidens, & audi sentẽtiam verissimam ab eo cui cũcta sunt cognita, Deum esse nusquã. nã ipse non cõtinetur, sed vniuersa cõtinet. quicquid autẽ in loco est, id contineri, non cõtinere, necessariò sequitur. secũdo modo dictũ id perinde valet ac si dicat, quò deueneristi ô anima, pro qualibus bonis qualia elegisti mala? à Deo vocata vt fieres virtutis particeps, vertis te ad vitiũ? & cùm frui datum sit arbore vitæ, id est sapiẽtia, saturata es ignorãtia corruptionéq;: quia maluisti mortis animæ infelicitatẽ, quàm veræ vitæ felicitatem. tertius modus est per interrogationem, ad quam responderi potest dupliciter: primùm si quærenti vbi es, respondeatur nusquã. nullum enim

enim locum habet mali hominis in anima, cui vel insistat vel insidat.ideo malus Græcis dicitur ἄσωτος.sic enim appellant malum cuius nusquam vsus est.talis autem est homo inciuilis, fluctuans semper & agitatus,vagúsq; in morem incerti flatus, nullius omnino amicus constantis sententiæ? altera autem responsio talis esse potest,qua etiam Adam vtitur: Vbi sim audi: vbi hi qui Deum videre nõ possunt,vbi qui Deum nõ audiunt, vbi qui ab autore omnium rerum volunt se abscõdere, vbi qui virtutem fugiunt,vbi qui exuti sunt sapientia,vbi qui metuunt tremúntq; præ infirmitate timiditatéq; animæ. cùm enim dicit: Vocem tuam audiui in paradiso: & timui eò quòd nudus essem,& abscondi me.] omnia quæ modo memoraui dicit,sicut supra declarauimus prolixius.quamuis nudus non sit nunc Adam.Fecerunt sibi perizomata,paulò antè dictũ est: sed vult scriptura sic quoq; te docere, nuditatem nequaquam corporis huic intelligendam,sed iuxta quam mens nuda & virtutis expers deprehẽditur. Mulier,inquit,quam dedisti mecum, ipsa dedit mihi de arbore,& comedi.] Bene quòd non dixit,mulier quam dedisti mihi,sed mecum,nõ enim mihi vt possessionem sensum dedisti,sed & ipsam sciuisti solutam ac liberam,& quo dammodo non subiectã decretis meis mãdatisq;. Quod si voluerit mens imperare visui ne videat, nihilominus is subiectũ suum videbit.itidem auditus quotiescunque vox illabetur.eam omnino percipiet, etiamsi mens contentiosè interdicat ne audiat.odoratus quoque vapores ad se venientes olfaciet, etiamsi mens velit obsistere.propterea Deus nõ dedit sensum animali, sed cum animali.cunctas autẽ res mens nostra cũ sensu cognoscit,simúlq; cum eo iudicat. Quale est quod visus vnà cum mẽte percipit rem visibilem:& quamprimum oculus vidit corpus aliquod,mox mẽs rem visam percipit esse nigrã albámve, aut giluam vel puniceam,aut triangulam, quadrangulam, rotundámve,aut quouis alio colore figuráve præditam.item mox vt auditus à voce ictus est,mens etiam præsto fit,vel hoc argumẽto,quòd continuò vocẽ eam iudicat,exilisne an grandis sit,modulatáne concinnáq;,an contrà inconcinna,& aliena ab harmonicis legibus.idem licet obseruare in aliis sensibus. Quin & illud quàm appositè dictum:ipsa mihi dedit de ligno. id enim quod ligneũ sensibiléq; inest in mente,nemo nisi sensus ei dat: Quis enim ei dedit cognoscere corpus aut albedinẽ,nisi visus? quis vt voces dignoscat,nisi auditus?quis vt vapores, nisi odoratus?

quis vt sapores,nisi gustus?quis vt asperum à molli,nisi tactus?Rectè igitur & verissimè dicit mẽs,vt corpora percipiam solus sensus mihi dedit. Et dixit Deus mulieri, Quare hoc fecisti?quę respondit:Serpẽs decepit me & comedi.] Aliud à sensu scitatur Deus,aliud sensus respondet.De viro enim interrogatus,nõ de hoc respondet,sed de seipso,fatendo se comesse, nõ comedendum præbuisse.Quid si per allegoriã soluamus quæstionem,& ostendamus mulierem rectè ad interrogationẽ respondisse?consequitur enim necessariò,vt postquam ipsa comedit,edat vir quoq;.Quoties enim sensus subiectum suum appetens,satiatus imaginatione fuerit, confestim & mẽs accedit simúlq; fruitur,quodammodo explẽs se cibo accepto ab eo. hoc est quod ait,Inuita marito dedi.nam ille me contrectante subiectum meum,pro ingenio suo cõcitabili,imaginationem impressit sibi. Obserua autem quòd vir quidem ait mulierẽ sibi dedisse:mulier verò serpentem nõ dedisse,sed decepisse. Sensus enim proprium est dare,voluptatis autem variæ serpentinæq; fraudare ac decipere.Verbi gratia,album naturaltier nigrùmque,calidum & frigidum dat sensus menti,non decipiendo,sed veraciter. Nam talia sunt hæc subiecta,qualis & inde procedẽs imaginatio,sicut plerique aiunt, qui minus accuratè scrutãtur physiologiam.At volupras nõ quale est subiectum,tale id agnoscit cogitatione:sed addit arte mendacium, rem inutilem trãsferens in ordinem vtilium:sicut meretrices deformes videre licet fucantes pingentésq; faciem,vt tegant suam deformitatẽ: & intemperantem pronum ad ventris voluptates.hic meri copiam & ciborum apparatum amplectitur,tanquam rem bonã, lædẽs interim horum abusu tam corpus quàm animã.Rursum amatores videre licet sæpe insanire in mulierculas aspectu tur pissimas,voluptate decipiente & tantum nõ percensente, quòd bona forma,bonus color,bona habitudo & membrorum proportio his insit quæ habent omnia cõtraria.itaq; verè pulchras in quarum forma nihil desideres contemnunt, illas verò quas dixi depereũt.ergo omni voluptati decipere est proprium: dare autem sensui. Nam illa circunuenit mentem seducitque, non qualia sunt subiecta ostendens, sed qualia non sunt. at sensus planè sic offert corpora,vt sunt à natura facta.semotis technis fucisq;. Et dixit dominus Deus serpenti: Quia hoc fecisti maledictus es inter omnes pecudes, & omnes bestias terræ: super pectus & ventrem tuum gradieris, & terram comedes cunctis

cunctis diebus vitæ tuæ. Inimicitias ponã inter te & mulierẽ, & inter semen tuum & semen illius. Ipse seruabit caput tuum, tu eius calcaneũ.] Quam ob causam non expectata defensione execratur serpẽtem: cùm iubeat alibi, audiri ambos inter quos res controuertitur, non præmaturè alteri credere? at qui vides q; Adamo nõ credidit prius quàm mulieri, sed inuitat eam ad defensionem percõtando, quare hoc feciſti? at illa errasse se fatetur, deceptã à voluptate serpentina & varia. Quid igitur vetabat etiam muliere dicente, serpẽs me decepit, percõtari ipsum deceperitne, potius quàm indicta inauditáque causa execrari? Dicendum igitur q; sensus nec inter bona nec inter mala censetur: cùm sit medium quiddam sapienti stultóq; commune, & in stulto fiat malus, sicut cõtrà in sapiẽte bonus. Meritò igitur quandoquidem naturã per se malam nõ habet, sed vtriq; partiaues & ad bonum & ad deterius propendet, non prius damnatur quàm confessus secutum se deteriora. at serpẽs voluptas suopte ingenio mala est: eam ob rem in bono ne inuenitur quidẽ omnino, sed solus malus est eius particeps. itaque iure optimo non permissam respondere execratur Deus, vtpote nullũ semen virtutis in se habẽtem, sed semper & vbiq; sceleſtam atq; reprehẽsibilem. Quapropter etiam illum Ir absque causa manifesta malum nouit Deus & interficit. videlicet corpus molẽ nostram coriaceam. Ir enim coriaceus interpretatur. quem malũ esse & insidiatorẽ animæ nõ ignorat, & insuper cadauer semper mortuum. Quid enim aliud vnusquisq; nostrũ facit, quàm quòd corpus suaptè natura cadaueroſum circunfert, excitante id & sine labore gestante anima: cuius robur si libet considera, vel robustissimus athleta non valet breui tempore suam baiulare statuam: anima verò interdum vsq; centesimum annum indefessa fert statuam hominis leuiter. non enim nũc eum interemit, sed iam inde à principio mortuũ corpus factum est. Est autem suaptè natura malum, vt dixi, & insidiãs animæ, sed corã solo Deo, & si quis amicus Deo, ait enim: coram domino malus Ir.] nam mens quando in sublimibus versando initiatur domini mysteriis, malum & inimicũ corpus iudicat. Quãdo autem absistit à scrutandis rebus diuinis, amicum sibi cognatum germanúmq; existimat. confugit igitur ad ea quę huic cara sunt. Quapropter athletæ anima differt ab anima philosophi. nã athleta omnia refert ad bonam corporis habitudinem, cui vel animã ipsam impenderet, vtpote amator corporis. at philosophus cùm sit honestatis

nestatis amator, curam gerit eius quæ in se viuit animæ, neglecto mortuo corpore, non aliud spectans quàm nequid optima anima patiat à colligato sibi malo cadauere. Vides quòd hunc Ir interficit non dominus, sed Deus? non enim quatenus imperat & regnat liberam exercens potentiam, interficit corpus: sed quatenus bonitate humanitatéque vtitur. Nam Deus bonitatis nomen est, vt scias quòd eiam res inanimas non potentia, sed bonitate condidit, eadem qua animatas. oportebat enim quò magis elucerent meliora, etiam deteriora produci à potentia huius ipsius bonitatis summæ causæ, quæ Deus est. Et quando ô anima videberis tibi maximè cadauer baiulare? num quando initiaberis & præmiis coroníſq; dignaberis? tũ certè amatrix eris Dei non corporis. consequeris autem præmia, quando vxor tibi contigerit illa Iudæ sponsa Thamar, quæ interpretatur palma victoriæ symbolum. argumento est, quòd quando eam ducit Ir, mox & malus inuenitur & interficitur. ait enim: Dedit Iudas vxorẽ primogenito suo Ir, nomine Thamar. & subdit, fuitq; Ir malus coram domino, & interfecit eum Deus.] Mens enim quãdo præmia virtutis accipit, mulctatur morte istius cadaueroſi corporis. Viden' vt & serpentem inauditũ execretur? voluptas enim est. & Ir absque causa manifesta interficit? est enim corpus. quod si consideres ô bone, inuenies Deum feciſſe in anima quasdam naturas reprehensibiles ex se obnoxiásq;, quasdã vsque quaque bonas & laudabiles, itidem sicut in stirpibus animalibúsq;. an non vides quòd stirpium alias mites, vtiles, salutiferas creauit opifex? alias siluestres, noxias, morbiferas simul & mortiferas? & animalia similiter: vt hũc ipsum serpẽtem de quo nunc loquimur, animal suaptè natura letiferum & factum ad perniciem. hoc sic afficit hominẽ, vt voluptas animã, ideóq; serpenti voluptas assimilatur. ergo sicut voluptatem & corpus Deus nulla certa de causa odit: ita etiam naturas bonas absque manifesta causa extulit, nihil potius aut prius habens quàm vt eas laudaret. Nam si quis roget, cur Noë dicatur inuenisse gratiam corã domino Deo, priusquam aliquid boni feciſſet, quantum quidem nos scire possumus, rectè respondebimus, liquere quòd laudator sit creationis & generationis. Nam Noë interpretatur requies aut iustus, necesse est autem eum qui cessans à peccatis & iniquitatibus, requieſcit in honestate & viuit cum iusticia, gratiam inuenire apud Deum. porrò inuenire gratiã, non id tantum significatum habet quod quidam vsurpant, pro

placere:ſed & tale quid:Iuſtus quærens rerum naturam in hoc inuenit inuētum optimū,quòd gratia Dei ſint quæ ſunt omnia. ſibi enim creando gratificatus eſt nihil, quando illi nihil inde acceſsit. ideóque tantùm gratiam profundere proprium eſt ei. Quærentibus igitur principium creaturæ rectè reſpōdebitur: bonitas & gratia Dei, quā largitus eſt humano generi:nā munus,beneficium, gratia Dei ſunt omnia quæ mūdo cōtinentur, & mūdus ipſe inſuper. Melchiſedec quoq; regem pacis,hoc eſt Salem(ſic enim interpretatur)ſacerdotem ſibi conſtituit Deus, non expreſſo eius aliquo merito,ſed quia talem ipſe fecerat,regem,pacatum,primum dignū ſuo ſacerdotio.nominatur enim rex.rex autem aduerſatur tyranno,quòd ille ius & æquum, hic iniquitatem introducat in rempublicam.ergo tyrannica mens mandat mandata infeſta tum animæ tum corpori ac noxia,magnáſq; moleſtias inferētia,vitioſas actiones, & voluptates quæ naſcuntur ex affectibus.altera verò mens eſt rex:quæ nō imperat tantū,ſed paret etiam:quando præcepta eius talia ſunt,vt anima his adiuta ceu nauis per totam vitam proſperè nauiget, gubernante illo bono peritóque gubernatore:qui non alius eſt quàm vera ratio.vocetur igitur tyrannus quidē,princeps belli: rex verò,dux pacis Salem:offeratq; animæ alimenta plena lætitiæ gaudiíque.panes enim & vinū offert,quæ Ammanitæ Moabitæque illi videnti præbere noluerant.quā ob cauſam arcētur à cōtione cœtúque diuino. Ammanitæ enim è genitrice ſenſualitate nati,& Moabitæ ex intellectu genitore, figuræ duæ ſunt: per quas ſignificātur qui res iſtas ab vniuerſitate contentas penſitant,ſcilicet intellectū ſenſumque, Deum autem nō cogitant.

Non ingredientur,inquit Moſes,contionē domini,quia non occurrerunt nobis cum panibus & aqua,exeūtibus ex afflictionibus Aegypti. Cæterùm Melchiſedec pro aqua vinum offerat, potétq; ac cōfirmet animas, vt occupētur diuina ebrietate,quæ eſt omni ſobrietate magis ſobria.ſacerdos enim eſt ratio ſortē habens Entem ipſum,de quo ſublimiter ſentit & admodū magnificè:eſt enim ſacerdos altiſsimi:nō quòd alius ſit non altiſsimus.nam Deus cū ſit vnus,tum in cælo eſt ſupra, tū in terra infra,nec eſt vllus præter ipſum. ſed vt nō ſubmiſſe humiliterq;, verùm celſius ſublimiúsq; quàm,de quauis materia ſentiamus de Deo,adhibet appellationē altiſsimi. Quid porrò boni fecerat Abraham,quādo iuſſus eſt migrare procul patria cognatione,& habitare terrā quā Deus ipſe dederit?ea verò eſt ciuitas

bona,

bona, ampla, feliciſsima. nā dona Dei magna pretioſáq; ſunt. verūtamen hæc quoq; figura fuit nō cōtenenda. interpretatur enim Abraham,pater ſublimis,laudādus vtroq; nomine.Mens enim quādo noſa herili more animam territat,ſed paterno imperat,non indulgens ei ſuauia, ſed vel inuitæ obtrudens vtilia: omiſsiſq; omnibus rebus humilibus& ad mortalia ducētibus, ſublimis immoratur contemplationi mundi eiúsq; partiū:atq; etiam altius aſcendēs numen ipſum ſcrutatur eiúsq; naturam propter immēſum amorē ſcientiæ:non poteſt manere in decretis priſtinis,ſed cupit migrare ad meliora:nōnullos autē Deus vel ante natiuitatē pulchrè fingit diſponítq;, deſtinans ad ſortē optimā.an nō vides quid de Iſaac loquatur Abrahamo,ne ſperāti quidem ex ſe patre talem progeniē, atq; adcò ridenti promiſsionem,dicentíq;: Itāne gignet homo centū annos natus,& Sarra nonagenaria pariet? ſed annuit aſſeuerāteq; q dicit:profectò Sarra vxor pariet tibi filiū,& vocabis nomē eius Iſaac:& ſtatuam teſtamentū meum cū eo teſtamētum ſempiternū. Quid igitur eſt cur hic antequā naſceretur laudatus ſit? Quædā bona repreſentata iuuant,vt ſanitas,ſenſuū integritas,opes ſi contingāt,gloria.liceat enim hæc quoq; abuſiuè bona dicere.quędam non ſolū cū adſunt,ſed etiā promiſſa oraculo, qualis eſt lætitia, bonus affectus animæ.hæc enim non preſens tantū lætificando vim ſuam exerit,ſed etiā ſperata hominem præoccupat: habet enim hāc prærogatiuā.alia bona priuatam vim habent.lætitia tū priuatim exultat,tum publicè.lętamur ſanitate,libertate,honore,cæteriſq; bonis:vt propriè dicatur, nullū eſſe bonum non coniunctū cum lætitia: lætamur autē non præteritis ſolū bonis & præſentibus,ſed & futuris quæ expectamus:vt quando ſperamus diuitias,imperiū,laudem,morborū finē,virium roboriſq; acceſsionē,ſcientiā ſucceſſuram in locū ignorantiæ,gaudemus nō mediocriter.ergo quoniā lætitia non præſens ſolùm, ſed & ſperata laxat exhilarátq; animā,meritò Iſaac prius quàm naſceretur,nomine donóq; magno donatus eſt.per hunc enim ſignificatur animæ riſus & gaudiū atq; lætitia. Rurſū Iacob & Eſau, illum principē,ducem & dominū,hunc obſequētem & ſeruum, prius quàm vterū exirēt pronūciauit. Deus enim animatorum operū figulus egregiè nouit,quæ ipſe facit, etiam antequā perficiat,vires quoque quibus vtētur in poſterum, & in vniuerſum quicquid actura paſſúráve ſunt. Cùm enim anima de futuro ſollicita Rebecca petit oraculum, reſpondet Deus:Duæ gentes

sunt in vtero tuo,& duo populi ex eo discedent: superabitq; alter alterũ, & maior minori seruiet.] sic enim Deus cõparauit, vt id quod brutum est deteriúsque potiori seruiat:quod verò ciuilitate rationéque præstat,libertate fruatur atque principatu. nec solùm cum vtrũque absolutum est in anima, verùm etiam cũ res adhuc est ambigua. prorsus enim vel leuis quæpiã aura virtutis principatũ & imperium, ne dum libertatẽ præ se fert. econtrà qualiscunq; indoles malitiæ,rationẽ vel nõdum adulta in seruitutem redigit. Præterea quid sibi voluit Iacob,cum Iosepho admouente duos filios suos,natu grãdiorem Manassem, minorem Ephraim,decussatis brachiis iuniori dextram impo suit,sinistrã verò grandiori.moxq; Iosepho grauiter id factum ferente, & putante patrem errasse imponendis manibus, dicit: Non erraui fili,sed sciens prudénsque facio quod facio, fiet hic quoque in populum,extollendus est hic quoque:sed frater eius iunior,maior futurus est.] Quid igitur dicendũ?nisi quòd duæ naturæ diuinitus in anima conditæ sunt,valde necessariæ, memoria,reminiscentiáque.Quarum altera quicquid sensibus recens impressum est retinet,ne falli possit per ignorantiã.reminiscẽtiam verò vtique præcedit obliuio, res surda cæcáque. hic quod antiquius est apparet deterius, id est memoria quàm reminiscentia:vtcunque cohærent nec separantur facile.nam qui primùm in artes introducimur,comprehendere speculationes earum statim nõ possumus.itaq; quicquid obliuiscimur initiò, rursum reminiscimur:donec iterum atq; iterum reminiscẽdo, atque obliuiscendo,denuò cõfirmetur memoria.atq; ita iunior hæc,vtpote serius nata,cõficitur ex reminiscentia.Figuratè igitur Ephraim dicitur memoria. fertilitas enim interpretatur: quia tunc animæ discendi cupidæ contingit sua portio,quando in memoria confirmantur eius contemplationes. at Manasses reminiscentia dicitur,quasi translatus ex obliuione.qui autem obliuionem effugit,certè reminiscitur.itaq; rectissimè ille supplantator affectuum & meditator virtutum Iacob dextrã porrigit Ephraimo:id est fertili memoriæ.secũdas verò partes reminiscẽtiæ tribuit,scilicet ipsi Manassæ.Sic & Moses ex his qui pascha sacrificant priores laudat maximè,quòd traiectis flumi nibus Aegypti perrexerunt,nec amplius ad ea reuersi sunt: posteriores verò habet pro deterioribus.nam hi cursum suum retrorsum flexerunt,& quasi obliti rerum agendarum, rursum se accinxerunt,vt eas aggrederẽtur. at illi priores cursum tenuerunt

runt perpetuũ.itaq; sacrificãtibus pascha posterius assimilatur Manasses obliuionis filius:priorib' autẽ Ephraim fertilis.ideo & Beseleelẽ nominatim Deus euocat,promittitq; daturũ se illi sapientiam & scientiam, & constituturũ se illum opificem architectumq; omnium quæ sunt in tabernaculo, hoc est animæ operum:quãuis nullum eius opus hactenus extaret laudabile. Dicendum igitur quòd hãc quoq; figuram Deus impressit animæ,ceu probato nomismati.eam figuram quænam sit cognoscemus, si nominis interpretationem diligenter excusserimus. Beseleel interpretatur, in vmbra Deus.vmbra verò Dei verbũ eius est,quo tanquam instrumẽto assumpto mundum creabat. hæc vmbra & quasi effigies exẽplar est alterũ.sicut enim Deus exemplũ imaginis,quã vmbram nunc vocauit,sic hæc imago fit aliorum exemplum:quemadmodũ in principio legis significauit propheta,dicẽs:Et fecit Deus hominẽ ad imaginem Dei, quasi imago ipsa ad effigiem Dei facta sit, homo verò ad eam imaginem quæ iam vicem exemplaris acceperat. quis igitur acceperit character cõsideremus. Quæsiuerũt prisci,quomodo numen intelleximus: ex his qui optimè philosophari visi sunt, dixerunt, quòd ex mundo partibusq; eius & harũ innatis viribus, Deũ vt causam animaduertimus.nam sicut si quis videat domum affabrè factam instructamq; vestibulis,portibus,aulis virorum,mulierũ conclauibus & id genus cæteris, cogitatione percipiet artificem: nec enim sine arte opificéq; putabit domũ esse absolutã:quod & de ciuitate aut nauigio, & de quo vis minore maioréve opere sentiendũ est: ita sanè etiã quiuis ingressus ceu in maximã domum aut ciuitatẽ hunc mundum,conspicatus cælum in orbẽ volui continerẽq; omnia: errraticas verò fixásq; stellas pariter moueri modulatè summáq; cum harmonia,ad vtilitatẽ rerum vniuersarum:terrã deinde meditullium sortitam,aquam aëremq; latè vtrunq; fusum suisq; contentum terminis: ad hæc animalia tã mortalia quàm immortalia stirpium fructuũq; varias species:certè ratiocinabitur hæc non sine perfectissima arte condita.sed fuisse esseq;Deum huius vniuersitatis opificẽ. Qui ita colligũt,per vmbrã Deum pcipiunt, animaduertẽtes artificẽ per ipsius opera. Sed est & alius perfectior puriórq; intellectus,magis mysteriis initiatus, qui nõ ex operibus causam cognoscit,quasi ex vmbra solidũ corpus: sed emergẽs supra creata omnia,manifestè increatũ cõtẽplatur,vt & ipsum per se cõprehendat,& vmbrã eius: hoc est & verbum

eius,& mundum hunc vniuersum,hic est Moses ille, qui sic loquit:Ostẽde mihi teipsum,manifestè te videã,nolo mihi te ostẽdas per cælum,terrã,aquam,aërẽ,aut quidquã creatum: nec in vlla re alia tãquam in speculo contẽpler tuã ideã,præter quàm in te Deo,nã quæ in creaturis apparentiæ sunt dissipantur:quæ autẽ in increato,stabiles,firmæ sempiternæq; pmanẽt.Quamobrem Mosem vocauit,& loquutus est ei Deus. Beseleelẽ item vocauit.sed nõ similiter:verùm illũ cognitionẽ dei percipientẽ ex ipsa summa causa,hũc autem tanquã ex vmbra ex creaturis opificẽ tatiocinatione colligentẽ. Quapropter inuenies tabernaculũ & vasa eius omnia prius à Mose,deinde à Beseleele deliniata parataq;. Moses enim exemplariorũ est artifex,cæterùm Beseleel imagines eorũ exprimit.Nã Moses Deo monitore vtitur,qui dicit:Iuxta exẽplar quod ostendi tibi in monte omnia facies:Beseleel autẽ Mose:& meritò.Quia & Aaron,id est ratio, & Maria,hoc est sensus, insurgentes contra eũ disertè audiunt: Si quis fuerit inter vos propheta domini,in visione& in vmbra apparebit ei Deus,nõ manifestè.Mosi verò qui fidelis est in tota domo mea,ore ad os loquetur,non per enigmata.Quoniam igitur duas naturas inuenimus creatas factas & elaboratas à Deo,alterã ex seipsa noxiam,reprehensibilẽ,execrabilem,alteram vtilem laudabilẽq;:illam notatã falso charactere,hanc verò probato.pulchram cõuenientẽq; precationem vna cũ Mose precabimur:vt nobis Deus aperiat suũ thesaurũ, sublime illud refertumq; diuina luce verbũ,quod suprà vocauit cælũ. in quibus autem mala recõduntur occludat.sunt enim ex bonorũ ita etiã malorum thesauri apud Deũ sicut habetur in magno cãtico:Nónne ecce collecta sunt hæc apud me, & obsignata in thesauris meis,in die vltionis, quãdo lapsus fuerit pes eorũ. videstheſauros esse malorum? Et bonorum quidẽ vnicus.Quoniam enim Deus vnus,etiã thesaurus bonorum vnus.multi verò malorum,quia & peccatores immẽso numero. Sed hic quoq; considera eius qui est boniratem,bonorũ quidem thesaurum aperit: cõtrà malorum claudit astringitq;.est enim Dei propriũ bona offerre & præuenire nos liberalitate:mala verò non facilè immittere. Moses verò exaggerãs etiã Dei liberalitatẽ & gratificandi studiũ,non solùm reliquo tẽpore ait thesauros malorum obsignatos.sed & cum anima lapsa fuerit in via rectæ rationis, quãdo meritò pœna digna videri poterat.ait enim in die vltionis obsignatos malorũ thesauros:docente diuino eloquio,quòd ne in

ne in peccãtes quidem cõfestim Deus animaduertit,sed indulget tẽpus ad pœnitentiam & errati curationem. Et dixit dominus Deus serpenti:Execratus tu inter omnes pecudes & omnes bestias terræ.]sicut lætitia iucundè nos afficiens,fausta ominatione digna est,ita execratione voluptas malus affectus., quæ turba terminos animæ, pro virtutis studio amorẽ affectionum in ea generãs.ait autem Moses in execrationibus,execratũ esse qui trãsmouet terminos proximi. terminũ enim & legẽ Deus animæ præscripsit virtutẽ,scilicet arborẽ vitæ.hunc trãsmouit, qui fixit terminum malitiæ,scilicet arborẽ mortis. execrabilis ille quoq; qui cæcũ errare facit in via.Facit & hoc voluptas impia.est enim sensus naturaliter cæcus,quia brutus,quoniã quicquid rationale est,habet oculos,ideo ratione sola res cõprehenduntur,sensu nõ item. per sensum enim sola imaginamur corpora.hũc cæcũ sensum voluptas fallit,quò minus res percipiat: siquidẽ vetat ne se ad mentem,à qua regi poterat,recipiat regaturq; ab ea,seducens illũ ad sensibilia,illiciénsq; suis operibus: vt cæcus sensus sequatur cæcum ducem,rem sensibilẽ.ibi mens cũ ambos cæcos duces sequitur,impotẽs sui abit in præcipitiũ. alioqui consentaneũ erat ordini naturali,vt rationem cõpotem visus sequerentur ea quæ cæca sunt:sic enim leuius ferrẽtur noxiæ res.nunc in eã fraudem inducitur anima,vt cogatur vti cæcis ducibus,decepta persuasaq; mutare virtutẽ vitio,&suo labore malũ sibi querere.prohibet autẽ & hanc permutationem sacra lex his verbis: Non mutabis bonũ malo.his de causis voluptas fit execrabilis.nunc non alienũ à proposito fuerit cõsidera re quæ sit hæc maledictio. execratum esse ait inter omnes pecudes.ergo pecuinum quiddã brutúmq; sensus est.certè vnusquisque sensus voluptatem execratur, vt inimicissimam & infensissimam. est enim re vera hostis sensui. id inde colligitur, quòd saturati voluptate immodica,nec videre, nec audire, nec olfacere,nec gustare,nec tãgere sincerè possumus,sed his omnibus obscurè atque debiliter afficimur.id quod patimur ea iam cessante:alioquin inter ipsum vsum voluptatis, omnino priuamur vi sensuum, vt non magis agant in res sensibiles, quàm si eis mulctati essemus. Et qui fieri potest, vt non meritò sensus execretur voluptatem à qua sic mulctatur? quæ præ omnibus quoque bestiis est execrabilis, præ omnibus, inquam, affectibus animæ. His enim mens fauciatur & perditur. Cur igitur etiam aliis affectibus videtur deterior? Quia propemodum

omnibus est obnoxia,tanquam principium eorum fundamentúmq;.Nam & concupiscentia nascitur ex amore voluptatis,& dolor existit per eius priuationem.timor quoq; tum fit cum veremur istius absentiã. itaque liquet omnes affectus apud voluptatem habere suũ receptaculum:& fortasse nulli vsquã essent, ni voluptate ceu fundamento niterentur. Super pectus & ventrem tuũ gradieris.] circa has enim partes stabulatur affectus hic,pectus ventrẽq;.quando præstò est copia materiáque voluptatis,circa ventrẽ & quæ sub ventre sita sunt. quando autẽ his caret,circa pectus, vbi sedes iræ est. amatores enim voluptatũ si his destituantur,irascuntur & exacerbãtur. Inspiciamus rem diligẽtius.Tripartitam esse animam nostram,haberéq; partes, vnam rationẽ præditam,alteram ad iram natam,tertiã ad concupiscentiam.has partes nonnulli philosophi potẽtiis tantummodo differre existimãt,quidã locis etiã: hi rationali parti caput sedem attribuunt,reddẽtes causam,quòd ibi sit rex, vbi satellitiũ.satellites autẽ mẽtis sensus collocatos in capite. proinde rex habitare ibi tanquã in arce probabiliter creditur.iidem iram locant in pectore:aiúntq; hac de causa à natura munitam hanc partẽ densis ac validis ossibus, nõ secus ac strenuũ militẽ instructũ thorace ac clypeo,ad repellẽdos aduersarios. postremus locus assignatur cõcupiscentiæ,circa iecur & ventrem.hic enim vis hæc habitat,appetitus ratione carens.Quando igitur quæres ô anima,quã regionẽ voluptas sortita sit, ne spectes capitis locũ,qui rationis est:non inuenies enim.resistit enim huic affectui ratio,nec potest vnà cohabitare:quod hac vincẽte voluptas pessum eat:sicut ediuersò,dũ voluptas vincit, exulat ratio. proinde illã quære in pectore vẽtréq;.vbi partes brutæ domiciliũ habent,ira cõcupiscentiáq;.nam in his locis inuenitur & iudicium nostrũ,& affectus ipsi.non vetatur tamen mens relictis suis septis dare se deteriori.id fit quando in anima bellũ exoritur,tunc necesse est in potestatẽ aduersæ partis deuenire rationem paci non bello natam.itaq; sacra lex gnara quãtum possit vtriusq; affectionis impetus,vel iræ,vel cõcupiscentiæ,cõpescit vtrũq;,aurigã gubernatoremq; rationem his præficiens,ac primùm de ira, curaturus eã & sanaturus legislator, loquitur sic: Et impones super rationale iudiciorum,doctrinã & veritatem: quæ erũt in pectore Aaron, quãdo ingredietur sacrariũ coram domino.id rationale est in nobis instrumentũ vocis,hoc est sermo quo vtimur. qui aut incõsideratè & improbatus emittitur, aut

aut cum iudicio probatúsq;. hic scriptura vult nos cogitare de sermone discreto.ait enim rationale,non inexaminatum falsatúmq;, sed rationale iudiciorum,ac si dicas iudicatũ examinatúmq;. huius probati sermonis duas ait esse virtutes summas, doctrinam & veritatẽ,rectè sanè. nã prẽcipuus sermonis vsus est,docere & manifestare aliquid, cùm non possimus alioquin affectus animi exprimere,& quales sint,ostendere:quæ res coẽgit nos ad signa vocalia cõfugere,nomina verbáq;. quæ vtique nota esse oportet,vt manifestè claréq; percipiãtur à proximo. secũda cura est vt verè enũtientur.quid enim prodest planã manifestámq; elocutionẽ facere,si alioqui falsa sit:nam hoc modo fieri nõ potest quin auditor decipiatur cũ suo magno incõmodo,ruditate,ignorãtiáq;.quid enim si mõstrans puero A elemẽtum disertè claréq; dicã id esse c:aut B mõstrans dicam o? aut musicus rudimenta eius artis discenti harmoniam monstrans colorem dicat,aut colorẽ tonisticum dicat diatonicũ: aut quæ summa est chorda dicat mediã,aut quę cõiuncta sunt,dicat disiuncta,aut hyperbolæan dicat proslambanomenon? dicet fortasse dilucidè apertéq;,at nõ verè:sed hac parte vitiũ admittet in sermone.quando autẽ vtrunq;, doctrinã simul & veritatem adhibebit,sermonẽ faciet discẽti vtilem,vsus ipse duabus eius virtutibus,quæ forsitan solæ sufficiũt. itaq; propheta dicit sermonem iudicatum,habẽtem suas virtutes,situm supra pectus, nimirum Aaronis,id est supra irã,vt sic regatur primũ à ratione,ne lædatur per suã imprudẽtiam:deinde à doctrina, à cuius consuetudine furor libenter abstinet. ideóq; iratorũ nõ solùm cogitationes,sed & verba,perturbatione confusionéque plena sunt.æquum igitur erat iræ confusionẽ per doctrinã corrigi,& per veritatẽ insuper.nam & hoc iræ propriũ est, quòd facilè fallitur fallítq;.itaq; iracundorũ fermè nemo verax est,vtpote deuictus ebrietate animæ,nõ corporis. Hæc remedia Deus huic parti parauit,sermonem cum doctrina veritaréq;. nã hæc tria vim vnã obtinẽt, si sermoni iungatur doctrina & veritas,præsentanea medicina iræ,morbi animæ grauissimi. Sed cuiúsnã est gestamen istud rationale?non meum nec vulgaris alicuius mentis,sed sacerdotalis purè sacrificantis,qualis Aaronis erat, ac ne huius quidem semper:nam sæpe mutatur: sed quãdo sine mutatione degit,quãdo ingreditur sacrariũ,quãdo ratio simul intrat sanctæq; sentẽtiæ,quando his comitibus nõ destituitur. accidit tum plerunq; vt mẽs penetret in sacras sanctas purásq;

opiniones,sed humanas,quales sunt de officiis, de benefactis, de legibus publicè receptis, de virtute quatenus homo potest eam assequi:atqui ne sic quidem dispositus aliquis idoneus est ad rationale gestandum in pectore cum suis virtutibus,sed solus qui ingreditur coram domino:hoc est,qui propter Deum facit omnia,nec ei præfert quicquam ipso inferius, inferioribus quoq; rebus tribuës quod æquũ est, nõ tamen in eis immorãs, sed recurrens ad cognitionem,sciẽtiam cultúmq; illius vnius. nam hominis sic dispositi vis irascibilis regetur & à ratione purgata puráque à brutis affectibus,& à doctrina sanante obscuritatẽ cõfusionemq;,& à veritate retegẽte mẽdacium. Ergo Aarõ,vt alter Moses,exciso pectore.hoc est ira,nõ sinit eam efferri impetu absq; iudicio,veritus ne quãdo sibiipsi permissa, in equi morem exultans,totã proculset animã:sed curat refrenátq; primùm ratione,vt sub auriga optimo discat non admodum habenas cõtemnere:deinde & rationis virtutibus doctrina veritatéq;.si enim sic erudiatur ira,vt & rationi cedat ac doctrinæ,& nõ mẽtiri assuescat,tum seipsam liberabit ab efferuescentia nimia,tum animã totam reddet placidam. Verùm hic vt dixi,nõ carens hoc affectu,conatur eum sanare iam dictis salutaribus remediis.at Moses totã iram excidendam & resecandam censet ex anima,non moderationem affectuũ, sed prorsus priuationem amans.attestatur his meis verbis sanctissimũ oraculum. Sumptum, inquit, Moses pectusculum separauit vt offerret coram domino,de ariete consecrationis:& obtigit Mosi in portionem suam, valde pulchrè. illum enim virtutis Deiq; amatorem decebat cõsiderata tota anima pectus desumere ex ea quod ad iracundiam pertinet,adimeréq; id & abscidere, vt exacta parte bellaturiẽte,de cætero anima in pace degeret. aufertur autẽ non à quouis animali,sed ab ariete consecrationis. atqui & vitulus imolatus fuerat,sed hoc præterito, venit ad arietem.est enim animal natura cornupetum,iracundũ & assultorium.quapropter & fabri machinarij plerunq; inter instrumenta oppugnationis vtuntur arietibus, sic & in nobis arietinum,assultorium,indomitũ quiddam est, id quod contentionẽ appetit.contentio verò materia est iracundiæ:& ideo cõtentiosiores quiq; in dissertationibus, cæterísq; colloquiis ad irã mouentur.hoc igitur litigatricis cõtentiosæq; animæ superfluum germen iracundum merirò propheta execat: vt sterilis facta desinat noxias res parere,fiátque inde portio conueniens amatori

tori virtutis,non pectus aut ira,sed aurum priuatio.hanc enim optimam portionem Deus sapienti tribuit, posse affectiones excidere.viden' quomodo perfectus perfectam immunitatem ab affectibus semper meditatur? qui autem adhuc proficit Aaron,secundus ab illo.mediocriter, vt dixi, in eis se habet.nondum enim potest pectus & iram excidere. gestat tamen supra id aurigam cum agnatis rationis virtutibus rationale, in quo doctrina est & veritas.hanc differentiam manifestius etiam docebit nos his verbis,dum ait: Pectusculum enim superpositionis,& brachiũ ablationis accepi à filiis Israël, de victimis quæ offeruntur pro salute vestra: & dedi hæc Aaroni eiúsq; filiis. Vides quòd hi nõ sunt contenti solo pectore, sed assumunt etiã brachium? Moses verò accipit id sine brachio. cur ita? quia hic eùm sit perfectus,paruum & humile nihil sapit, ac ne mediocriter quidẽ vult indulgere affectibus, sed eos egregiè omnes omnino excidit.at illi non admodum vehementer ruunt ad repugnandum eis, sed fœdus & inducias cum eis faciunt,conditiones offerendo, quatenus cohiberi per aurigam debeant ab impetu nimio:est autem brachium etiam signũ laboris & afflictionis.talis verò debet esse curator ministérq; sanctorum,exercitiis ac labore occupatus. cæterùm cui Deus perfecta bona abundanter largitus est,sine labore agit. hoc autem minor reperitur atque imperfectior,qui labore parat virtutem,quã sine labore & negotio Moses accepit à Deo. Nam & labor ipse minor & vilior est quàm quies:sicut & imperfectum quàm perfectum,& à doctore quæsitum, quàm id quod per nos ipsi discimus,hæc causa est cur pectus accipiat Aaron cum brachio.Moses sine brachio. vocat autem pectusculũ superpositionis ideo, quia super vim iræ debet imponi & ei præsidere ratio,quæ aurigæ more duriceruicem cõtumacémq; equũ dirigat. brachiũ autem non itidem superpositionis vocatur, sed ablationis,ob hanc causam:quia debet virtutis studium non sibiipsi tribuere anima,sed auferre à se,& ad Deum auctorem referre: confitendo nõ suis viribus nec potentia honestatẽ acquisitam,sed illius munere,qui amorẽ eius indidit.nec pectusculũ autem nec brachium sumitur,nisi devictima pro salute,& meritò id quidem. tũc enim anima seruatur,quando irã domat ratio, & ex labore non prouenit arrogãtia,sed totum imputatur Dei beneficẽtiæ. Quod autẽ nõ solùm supra pectus,sed & supra ventrẽ ingrediatur voluptas,iã dixi, declarauíq; maximè ,ppriũ eius locũ esse

ventrem

ventrem.hic est enim voluptatũ fermè omnium receptaculũ: nam hoc repleto vehementes appetitus excitãtur aliarũ quoq; voluptatum.rursum vacuato,quietiores illæ redduntur cõpositioresq;.ideóq; dicit alibi:Quisquis super ventrem quadrupes graditur,& multos habet pedes,impurus est.talis aũt est amator voluptatis,semper super ventrẽ gradiẽs,& eas quę inde nascuntur voluptates.cum repentè autẽ supra ventrem coniunxit quadrupedem,nõ immeritò.quatuor enim sunt affectus voluptariorũ,sicut egregius quidam liber docet.impurus igitur,tũ qui vna voluptate fruitur,tum qui se volutat in omnibus quatuor.his dictis vide iterũ quo differat pfectus ab eo qui adhuc proficit:certè vt iam ante cõpertũ est, perfectus excidit totam irã è cõtentiosa anima,reddẽs eam cicurẽ mãsuetámq;, pacatã mitémq; per omnia,tũ verbo tum opere:qui autẽ proficit, non valet quidẽ hũc affectũ excidere:gestat enim pectus,sed erudit eum rationis iudicio,habẽtis duas virtutes,doctrinã & veritatem.ita nũc quoq; inuenietur sapiẽs quidẽ perfectè voluptates abiiciens & excutiẽs Moses.qui autẽ proficit, nõ vniuersas: vt qui necessarias simplicésq; admittit,curiosas & superfluas cauens,tanquã additamẽta inutilia.nam de Mose sic scriptura loquitur:Et ventrẽ atque pedes holocautomatis aqua abluit.Vade pulchrè.Totam enim animã dignam quæ offeratur Deo,ga nihil reprehensibile nec inuita nec vltro admisit, sapiẽs sacrificat.qui autẽ ita est dispositus,totum ventrẽ eiúsq; voluptates, cum aliis quę inde nascuntur,eluit & repurgat à sordibus, non vnam aliquã partem,sed in tantũ ista cõtemnit, vt vel necessarios cibos potúsq; aspernetur:rerum diuinarũ contemplatione se sustinẽs.Quapropter alibi de illo fertur testimoniũ:per quadraginta dies panẽ nõ comedit,nec aquã bibit,quãdo in mõte Dei oracula Dei legislatoris audiebat.Nec cõtentus ventri valedixisse,pedes quoq; purgat à sordibus,hoc est fulcra voluptatis.sunt autem fulcra voluptatis,res quę gignunt eam.de proficiente enim dicitur,quòd intestina ventris & pedes abluat, nõ totum ventrẽ.non sufficit enim ad repellẽdam totã voluptatẽ: satis est si aduersetur eius interanea,id est auctaria: quæ voluptarij dicũt esse quedã additamẽta præcedentium voluptatum, inuẽta curiosa ministrorũ gulę popinariorúmq;, & affectuum irritamenta modum excedẽtium:quia ille vltro totam vẽtris voluptatem ablegat:hic verò qui adhuc proficit,nõ nisi monitus.nã de sapiente sic scriptũ est: Ventrem & pedes aqua lauat,

iniussus

iniussus & sua spõte.de sacrificis verò sic:intestina autem & pedes,nõ lauerunt sed lauant:quod valde cautè dictũ est. Oportet enim perfectũ quidem sua spõte moueri ad virtutis opera:eum verò qui etiãnum meditatur,rationem monitricẽ sequi:cuius præceptis parere bonũ est.Nec illud ignorandum,quòd Moses totum ventrem,hoc est ventris repletionem reiiciens, cæteros quoq; affectus propemodum ablegat: dum legislator per vnã partem de vniuerso manifestè docet:& de eo quod cætera cõtinet docens,eadem opera subindicat de his quæ silentio præterit,quãdoquidem vẽtris repletione cõprehẽduntur reliqua,ceu fundamẽto aliorum affectuũ.nullus enim eorũ potest cõsistere, nisi ventre subnixus,quem basim omniũ natura posuit.quapropter post pręcedentẽ Liæ bonã progeniem,quãdo fœtus ad animam pertinẽtes in Iuda,id est cõfessione deiuerãt, Deus vt in posterum corporis etiam profectibus prospiceret, Ballam Rachelis ancillam voluit vel ante hærã suã parere.est autẽ Balla irrigatio. sciebat enim q̃ nihil corporeum subsistere possit absq; ventris rigatione:sed hic esse principatũ regiménq; totiꝰ corporis,curæq; tantũ hoc agẽtis,vt vita sit incolumis.sed cõsiderare oportet omnia verba subtilius,quãdo nihil hic nõ accuratè dictũ esse inuenies.Moses pectusculum aufert,ventrẽ verò nõ aufert,sed tantũ lauat.cur ita?quia perfectus sapiens irascẽdi vim totã potest excidere,alienatus ab ira:ventrẽ execare nequaquã potest.Nam necessario cibo potúq; vti natura cogitur etiam si quis pauciss imo cõtentus necessarium quoq; cõtemnat & meditetur inediam.lauet igitur ventrẽ & repurget à cõdimentis impuris & superuacaneis.Hoc enim domũ diuinitꝰ oblatum virtutis auido satis est. & ideo de animæ adulteratæ suspecta dicitur:quòd si relicto recto rationalíq; sermone, qui maritus legitimus eius est,deprehensa fuerit cõsuetudinẽ habere cum affectu polluente animã,disrumpetur eius vẽter, id est inexplebilis & insatiabilis erit vẽtris voluptatibus ac concupiscẽtiis,nec vnquã eis expleri poterit propter suã imprudẽtiam & institutionẽ pessimã:sed aliis super alias affluẽtibus. eodem affectu laborabit perpetuò. nam nõ paucos noui adeò ventris cupiditatibus deditos,vt quãuis imminente aliquo negotio,reuocẽtur ad meracas cõpotationes aliáq; similia. malè enim cõuenit corporeis molibus cum ingenuis animæ desideriis,sed corpora tanquã vasa ad mensurã facta,nihil admittũt immodicum,quicquid superfluit eiicientia.at concupiscentia

nun

nunquam expletur, semper indiga, nunquam non siticulosa. Et ideo vt consequens post diruptum ventrem additur femoris luxatio. nã affecta hoc pacto anima simul excidit recta ratio, cui est insita vis seminalis gignendi bonũ aliquid. Quòd si, inquit, polluta non fuerit, non lædetur, & habebit liberorum liberos: videlicet si ab affectibus impolluta pudicitiam seruauerit legitimò marito, qui sanam rectamq; rationẽ significat: fœcundam habebit animã & fructiferam, progenitiuam prudentiæ, iustitiæ & cuiuscunq; virtutis. ergo possumus deuincti corpore non vti necessariis corpori? Est aliquis modus, vide quis. Is qui nos sacris initiat, præcipit cuiuis à quo suũ debitũ exigit corpus, vt contentus sit necessariis. Ante omnia locus, inquit, sit tibi extra castra. castra vocans virtutẽ, in quibus militat anima. nec enim in vna sede morantur, prudentia, & corporis curãdi necessitas. mox addit: Egredieris inde foras. quamobrem? quia non potest anima cohabitans cum prudentia, & contuberniũ habens cum sapientia, frui deliciis corporis, tunc enim diuinioribus alimẽtis nutritur, scilicet scientiis, propter quas carnẽ negligit. egressa enim sacratis virtuti ossibus, tum demũ vertitur ad hoc corpus grauantes prementésq; materias. quomodo igitur his vtendum? Paxillus, inquit, in zona tibi pendeat. quo cauum fodias. hoc est, præstò sit tibi ratio quæ affectum effodiat, astringens. affectus enim postulant nos accinctos esse, non vti cinctura laxiore. quapropter etiam de trãsitu per eos, qui pascha nominatur, præceptum extat, quo monemur lumbos accingere, siue astringere cõcupiscentias. hic igitur paxillus, hoc est ratio, comitetur affectum, obstaturus ne se effundat. Sic enim fiet, vt solis cõtenti necessariis, abstineamus à superfluis: vt vel in conuiuiis atq; parata rerũ copia, quæ ad vsum simul & luxum satis sit, rationem adhibeamus, quæ nos tanquam scutum protegat: vt nequevltra modum cibos lari more ingurgitemus, neque nimio mero expleti, per ebrietatẽ in delirationem prolabamur. Nam ratio cõpescet refrenabitq; procliuiorem talis affectionis impetũ. ipse quidẽ sæpe hoc mihi vsu venisse memini. accedens enim ad indisciplinata conuiuia, cœnásq; sumptuosas, nisi rationem mecũ adduxissent, mancipabar rebus apparatis, abstractus à dominis immansuetis, videlicet qui spectatu, auditu, odoratu gustúq; voluptatem pariunt. Sed quoties accedo cũ rationis delectu, iam non seruus fio sed dominus, & egregiè vinco victoriã honestissimã in certamine cõstantiæ tẽperantiæq;, resistens opponensq; me

me omnibus cupiditatibus, quę solent immoderatos pessundare. Fodies, inquit, paxillo, id est, put tibi est ingeniũ procliuè ad cibum, potũ, aut ea quę sub ventre sunt, ratione aperies & distingues, vt vbi discreueris, verũ cognoscas. tunc enim scies in horũ nullo inesse bonũ. sed necessarium tantum & vtile. Mox addit: Operies turpitudinem tuam. admodum rectè. Adhuc enim ô anima rationem ad omnia, qua operitur, obumbratur, occulaturq; omnis turpitudo carnis & affectuũ, quicquid enim ratione caret, turpe est: sicut decorum, quicquid cum ratione coniunctũ. itaq; voluptatis amicus supra ventrẽ graditur: perfectus autem ventrem totũ eluit: quiverò proficit, intestina. at qui adhuc in rudimentis hæret, foras exit, quando ad requisita vẽtris afferens rationem, cohibiturus est affectum: quod figuratè paxillus significat. Rectè quoq; additur: Gradieris supra pectus & supra ventrem.] Voluptas enim non est quiescentium & stãtium, sed commotorum & perturbatione plenorũ. & sicut flamma continuè mouetur, ita cuiusdam flãmæ more affectus hic in anima excitus, non sinit eam quiescere. ideo reclamat his qui aiunt sedandi vim inesse in eo, quies enim ligno & cuiuis inanimato est propria, voluptas verò aliena ab hoc genere. titillationem enim & conuulsionẽ quandam appetit: & interdum non quietẽ sed continuum vehemensq; exercitium postulat. Illud autem: Terrã comedes omnibus diebus vitæ tuæ] appositè dictum est. nam corporalis voluptatis alimẽta terrena sunt, nec immeritò. Duo sunt ex quibus constamus, anima & corpus. hoc è terra factum, illa Dei figmentũ æthereũ. Inspirauit enim in faciẽ eius spiritũ vitę, & factus est homo in animã viuentẽ. pulchrè igitur cõuenit vt factũ è terra corpus cognatis alatur cibis quos terra producit: at illa æthereæ naturæ portio, scilicet anima, habeat alimẽta diuina ętherea q; nã sciẽtiis nutritur, nõ cibo aut potu, quibus corpus indiget. Ali porrò animã non rebus terrestribus sed cælestibꝰ, testabitur amplius sacra scriptura: Ecce ego pluo vobis panes de cœlo, egrediatur populꝰ & colligat quæ sufficiũt in diẽ: vt tentem eum vtrũ ambulet in lege mea, an nõ.] Videnꝰ alimẽta animæ nõ terrena & corruptibilia, sed verba quę Deus pluit de sublimi puráq; natura: quã nũc cælũ nominauit? Egrediatur sanè populus & omnis cœtus animæ, incipiátq; colligere scientiã, nõ aceruatim, sed quantũ sufficit in diẽ. sic enim fiet primùm vt ne simul & semel exhauriãtur immẽsę opes gratiarum Dei, sed exundẽt torrẽtis in morẽ. deinde vt quisq; sumpta

mensura

mensura quæ sufficiat,reliquorũ dispensationẽ permittat Deo. qui verò vult omnia colligere,desperationẽ sibi parat & molestiam maximã.desperat enim,si nũc tantũ, non etiã in posterũ, sperat Deum sibi pluiturũ cõmoda:& infidelis est si non credit & nunc & semper gratiã copioſè dandam his qui digni sunt:& demens est, si putat se posse inuito Deo seruare quæ collegerit. paruo enim momento eum qui securitatem constantiãmque mentis sibi arrogat per iactantiam,infirmum reddit incertũq; custodem rerũ quas seruare sibi videbatur.collige igitur ô anima quæ sufficiunt & cõueniunt, vt neque plus satis exuberent, neq; infra modum collecta inopiam afferant: vt iusta mensura vtendo,nihil iniquè facias.meditantem enim te migrationem ab affectibus & pascha immolantẽ oportet modicos profectus non nimios facere.Colligat,inquit, vnusquisque ex eo quãtum sufficit ad vescendũ. Ergo & in mãna & in quolibet dono quod Deus largitur nostro generi, decet contentũ esse certa mensura certóq; numero,nec plura quàm pro capacitate sumere per auaritiam.colligat potius anima quantũ quotidie sufficit,& custodiam bonorũ suorũ munificentissimo Deo credat magis quàm sibi.id cur ita censeam, dicere nunc non alienũ à proposito fuerit.Per diẽ lux intelligitur. Lux autem animæ est eruditio.multi igitur animæ lumina parauerũt sibi in noctẽ & tenebras, nõ in diem & lucem:qualia sunt prima rudimenta disciplinarum omnia,& encyclopedia quam vocant, ipsaq; philosophia propter delicias expetita & autoritatem apud principes. at homo ciuilis diurnũ parat in diem,& lucẽ in lucem,& honestatẽ propter ipsam solam nõ propter quicquam aliud. ideóq; additur: Vt tentem eos vtrum ambulent in lege mea,an nõ.] hoc enim Dei lex iubet,virturẽ propter ipsam colere. itaq; studiosos virtutis tãquam nummos examinat recta ratio,vtrum vitium habeant,animæ bona referendo ad res exteras:an probæ monetæ sint,conseruãdo ea in sola anima. hi non terrenis cibis aluntur sed scientiis cælestibus:quod aliis etiam verbis docet sacra scriptura, cùm dicit: Mane quoq; ros iacuit per circuitũ castrorũ: & ecce in superficie terræ in solitudine tanquã coriandrum albũ in similitudinẽ pruinæ super terrã. quod cũ vidissent, dicebãt alius ad alium,quid est hoc? ignorabãt enim quid esset.quibus ait Moses:hic est panis quem dominus dedit ad vescendum:hic est sermo quem præcepit dominus.]Viden' cibũ animæ qualis sit? verbum Dei cõtinuum,rori simile,per circuitũ totam complectens,

plectens.& nullam partem eius expertẽ sui relinquens.hic sermo non vbiq; apparet,sed vbi desertũ est vacuum vitiis & affectibus:estq; tenuis qui percipiatur & intelligatur,pellucidúsq; valde ac purus aspectus.& coriandro similis. aiunt autẽ rei rusticæ periti,etiamsi semen hoc cõcidatur minutissimè, singulas portiunculas & micas satas germinare,nõ secus quàm coriandrũ solidum. Huiusmodi est etiã sermo Dei:qui vel integer iuuare potest,vel quacunq; sui particula. Quid si κόρη id est pupillæ oculi,similis dicitur?sicut enim hęc quãuis minima particula, videt hos cælestes orbes,& immensum mare,& aëris amplitudinem.præterea à solis tam occidentis q̃ orientis terminos: pari modo sermo quoq; diuinus cernit acutissimè,qui sufficit inspiciendis rebus omnibus,per quẽ videbũtur quæcunq; digna spectatu:ideóq; albũ est mãna.Quid enim fulgidius Dei sermone aut radiãtius?cuius participatione & alię res caliginẽ ac tenebras excutiunt,quę appetunt lucẽ animarũ:huic sermoni quiddam peculiare accedit.nã quãdo animã ad se aduocat, gelu excitat in omnibus rebus terrenis,corporeis,ac sensibilibus. ideo dicitur,tanquam pruina super terrã. Quoties enim homo Deũ videns,fugã meditatur ab affectibus,congelantur vndę,hoc est impetus ac moles eorũ & iactantia. cõcreuerunt enim vndæ in medio mari,vt transiret affectũ Israël videns Deum. Itaq; percontãtur se inuicem animæ,quæ admiserunt quidẽ iam sermonem,sed nõ possunt dicere quidnã sit. Nam sæpe perfusi dulcedine,saporem nescimus vnde illa proficiscitur:& suaues odores olfaciendo,quinam sint ignoramus.Sic & anima sæpe gaudens non potest indicare causam suæ lætitiæ:sed docetur ab initiatore vatéq; Mose dicente:Hic est panis,cibus quẽ dedit Deus animabus,vt se pascant verbo ipsius atq; sermone.Nam hic est panis datus nobis ad vescendum,videlicet verbum hoc. Dicitur autẽ etiã in Deuter. Et afflixit te presitq; fame, & cibauit te manna,quod tui patres ignorauerant,vt annuntiem tibi, quod nõ solo pane viuet homo, sed omni verbo quod procedit ex ore Dei.] Afflictio ista propitiatio est.Nã per tales afflictiones nostris animab⁹ ceu decimatis propicius redditur.Quoties enim spoliamur iucundis rebus,affligi videmur:reuera autem sentimus Deum propiciũ.Infligit nobis etiam esuriem, non virtutis,sed vitiosam illã & affectibus obnoxiã. Argumẽto est,quòd nutrit nos verbo suo generalissimo.Interpretatur enim mãna, quid hoc est,scilicet rerũ generalissimũ.Verbum quoq; Dei superius

perius est vniuerso mundo, antiquius generaliúsq; creaturis omnibus. Eum sermonẽ partes ignorauerãt, non illi veri progenitores nostri, sed lõgeuitate cani, qui solẽt dicere, Da nobis ducem, & reuertamur ad Aegypti vitia. Audiat igitur anima vocẽ Dei: quòd nõ solo pane viuet homo factus ad imaginem, sed omni verbo quod procedit ex ore Dei, hoc est, & toto verbo nutrietur, & eius partibus. per os enim sermo significatur. Porrò verbũ pars sermonis est. Nutritur autẽ perfectionũ quidem anima toto sermone: cæterũ nos cõtenti essemus nutriri vel parte eius quapiã. Et illi quidẽ optãt nutriri à sermone Dei: Iacob verò supra ipsum sermonẽ exerẽs suũ caput, ait se nutriri ab ipso Deo. Sic autẽ loquitur: Deus qui nutrit me ab adolescentia mea vsq; in presentẽ diem, angelus qui eruit me è cũctis malis, benedicat his pueris. Pulcherrimus loquẽdi modus. nutritorẽ Deũ, non sermonẽ eius, existimat. Cæterũ angelũ eius, qui est sermo, tanquã morborũ medicum: idq; admodũ naturaliter. Pronunciat em̃ propheta, primaria quidẽ bona ex persona ipsius Quẽ est dari: secũdaria verò per angelos & sermones eius. secũdaria verò sunt, quæ ad morborũ sanationẽ pertinẽt. Proinde sic opinor: sanitatẽ merã quam nullus morbus præcesserit in corpore, Deũ per semet solũ largiri: liberationem autem à morbo etiã per artem & medicinã: dum sinit & à scientia & ab artifice nos iuuari in speciẽ, ipse sanans vel per hæc, vel citra horum operã. Ad eundem quoq; modũ se habet anima. bona & alimenta largitur ei per seipsũ: per angelos verò & sermones, quicquid ad sanãdos morbos pertinet. Has autẽ preces fudit patriarcha, reprehendens Ioseph illum administratorẽ reipublicæ ausum dicere: Enutriã te ibi. Dixerat enim, properantes ascendite ad patrem meũ, & nuntiate ei, Hæc dicit, & reliqua. Descende ad me, & nequaquã maneas, & enutriam te ibi. Durabit enim fames per quinquenniũ. Reprehendens igitur admonénsq; eũ qui sibi sapiens videbatur, inquit: O tu scito animæ cibum esse scientiã, quam non sermo sentibilis, sed Deus largitur, qui nutrit à iuuẽtute primóq; flore vsq; lucem extremam, ipse me replebit. Sed Iosepho idem accidit quod matri eius Racheli. nã & ipsa existimabat creaturam posse aliquid, quapropter dicit: Da mihi liberos. Sed supplantator similis sui dicet: Erras errore maximo. Nec enim ego pro Deo tibi sum, qui solus potest aperire vuluas animarum, & eis inseminare virtutes, vt grauidæ factæ res honestas pariant. Saltem sororem tuam Liam cõsidera, & com-

peries

peries à nulla creatura semen eam excepisse aut genituram, sed ab ipso Deo. Cùm enim vidisset dominus Liã haberi odio, aperuit vuluam eius: Rachel autẽ erat sterilis. Ac rursum vide hic virtutis exilitatẽ in opere. Deus vuluas aperit, benefacta in eis seminans. Vulua autem quæ virtutem excepit à Deo, non parit Deo: nullius enim indiget Qui est: sed mihi Iacobo parit filios. nam propter me seminauit Deus in virtute forsitan, nõ propter seipsum. Igitur alius quidẽ maritus Liæ quiescens inuenitur, alius pater natorum ex Lia liberorũ. maritus qui vuluam aperit: pater liberorum, qui hos gignere dicitur. Et inimicitias ponã inter te & inter mulierem.] Reuera voluptas inimica est sensui, quamuis sunt qui putent amicissimam. Sed sicut adulatorem nemo amicũ dixerit: est enim adulatio vitium amicitiæ: sic & voluptatem si examines, inuenies adulterinam familiaritatem insinuantẽ se sensui, certè saturatis voluptate omnes sensus luxantur. annon cõsideras istos vini amatores ebrios, quomodo videntes nõ videant, audientes non audiãt, impotes etiã reliquorum sensuum. Pathiscit enim tunc instrumentum sentiuum, quem admodũ intenditur in sobriis. non iam surdos externè ictus excipiens, sed sonoros claróq;, & ad mentem vsque penetrãtes eum sonitu. Oportet enim vt hæc extremum ictum agnoscat, & characterem eius manifestũ excipiat. Et obseruandum non dixisse, Inimicitias ponam tibi & mulieri: sed inter te & mulierem. Cur? Quoniam in medio & tanquã confinio voluptatis sensúq; hoc bellũ nascitur. id amborum medium, cibus & potus est, aptum ad quæcunq; sensibilia huiusmodi, facultatẽ voluptatis inducendæ habentia. his quoties se voluptas ingurgitat, præsentaneam sensui noxam afferunt. Cæterum illud, inter te & inter semen eius, ipsum quoque ratione physica dictũ est. Nam omne semẽ est generationis principium: principium autem voluptatis, non affectus, sed bruta concitatio sensus quæ per mentem fit. nam à mente velut fonte quodam manant sentiuæ potẽtiæ, præsertim iuxta doctrinã Mosis sanctissimi: qui ex Adamo facti narrat mulierem, ex mente sensum videlicet. ergo sicut voluptas se habet ad sensum, sic affectus ad mentem. vnde se iuitur vt quoniã illa duo inimica sunt inuicẽ, hęc quoq; sint hostilia: quod bellũ nulli non liquet. itaq; superante mente, affectus non sustinens intelligibiles & incorporeas res, profligatur. contrà quoties hic vincit malã victoriã, cedit mens, impos sui suarũmq; actionũ omnium. Proinde alibi dicitur, quòd

attollente manus Moſe,præualebat Iſraël:demittẽte autẽ,præualebat Amalec.quibus verbis hoc docemur, quòd mẽs quãdo attollit ſeipſã ſupra mortalia,& ſublimis fertur, vim concipit vt Deum videat,quod eſt Iſraël.quãdo verò neruos ſuos hæc remittit relaxátq;,mox affectus præualet,ſcilicet Amalec,qui interpretatur populus elingẽs. reuera enim abſumit totã animã & abligurit, ne ſemen quidẽ aut ſcintillam virtutis reliquã in ea faciens.quamobrẽ ſcriptum eſt:Principium gentiũ Amalec. quoniam in miſcellaneam gentiũ conuenarum colluuiem cõſilio carentẽ affectus exercet dominationem atq; imperiũ: per hunc omne bellum excitatur in anima. Ergo quibus mẽtibus Deus pacem largiri dignatur,in his pollicetur deleturũ ſe ſub cælo memoriam Amalecitarũ.Quod autem dicitur: Ipſe ſeruabit caput tuum,tu ſeruabis eius calcaneũ.] In verbis barbariſmum habet,in ſenſu bene dictũ eſt:quomodo?reliquum reddendum eſt de muliere.mulier autẽ ipſe non eſt,ſed ipſa.Quid igitur dicendũ?à ſermone de muliere tranſitionem fecit ad ſemen eius & principiũ:principiũ autem ſenſus,intellectus, ísq; maſculus,de quo debet dici ipſe,flectendo de cætero vocẽ hanc ſimiliter.Rectè igitur ad voluptatẽ inquit,ipſe intellectus ſeruabit tuum caput,& principale decretum,tu verò greſſus eius & veſtigia placitáq; quibus inſiſtit, quæ calcanei vocantur per ſimilitudinẽ.Vox autem ſeruare duo ſignificat:vnũ,quaſi cuſtodire & reponere:alterũ,ac ſi dicas obſeruare vt per dolũ interimas.neceſſe eſt autẽ mẽtem vel bonãvel malam eſſe.mala dici poteſt cuſtos promáq; voluptatis:nã hac delectatur. bona verò inimica,expectãs occaſionẽ tollendæ è medio per inſidias.ecõtra voluptas,inſipientis plantã ſeruat:ſapiẽtis autem baſim deſtruere conatur & ſubtrahere,exiſtimãs hunc ſibi moliri pernicíem:inſipientẽ verò modis omnibus ipſius ſaluti conſultũ cupere. nihilominus quãuis videatur ſupplãtare deciperéq; probum virũ,ipſa ſupplãtabitur à Iacob exercitato luctis talibus. lucta,inquã,non corporis,ſed qua luctatur anima cum aduerſariis moribus,ipſã per affectus vitiaq; oppugnãtibus. nec prius dimittet plantã affectus aduerſarij, quàm ille det manus, ſéq; ſupplantatũ ac bis victũ fateatur.& in iure primogenituræ, & in benedictione.Iuſte,inquit,inditũ eſt ei nomẽ Iacob.iã enim iterũ me ſupplantauit.olim ius primogenituræ mihi ademit, nunc intercepit meam benedictionẽ.antiquius autem ius malus quidẽ putat corporis,bonus verò animæ.ſicut reuera eſt,nõ tempore

pore ſed potentia dignitatéq; potius,& verè prius,ſicut & princeps in republica,principatũ autẽ anima habet in hac copula. ergo primatũ obtinuit is qui altero virtute potior fuerat, qui honor ipſi debebatur.nã & benedictionẽ accepit cum perfectis precibus.vanus autẽ eſt & ſuamet exiſtimatione ſapiẽs qui dicit:meas benedictiones & ius meæ primogenituræ accepit.nõ enim tua ô tu accipit,ſed tuis cõtraria. ná quæ tua,ſeruitio digna ſunt,at quæ illius,dominio.tibi verò etiã optanda apud ſapientẽ ſeruitus,à quo monitus caſtigatúſq; ignorantiã ac rudi tatẽ peſtes animæ exuas. nã inter fauſtas apprecationes pater ſic tibi dicit: Fratri tuo ſeruies,ſed nõ nunc.nec enim ferret te habenas detrectãtẽ.ſed vbi ſolueris iugũ à ceruice tua: nimirũ abiectis illis elatis ſpiritibus quos ſumpſiſti poſtquã teipſum ſubiugaſti affectuũ vehiculo,aurigãte inſipiẽtia.nũc quidẽ ſeruus es moleſtorũ herorũ & intolerabiliũ, qui non ſolent quenquã manumittere. quod ſi fugitiuus eos deſerueris, excipiet te amator ſeruorũ dominus cũ certa ſpe futuræ libertatis,nec vnquã exhibebit heris priorib⁹: vtpote qui didicit apud Moſem præceptũ decretúmq; neceſſariũ: Nõ trades domino ſuo ſeruũ qui ad te cõfugerit:habitabit tecũ in loco quicũq; ei placuerit. Sed tãtiſper dũ tibi nõ libet aufugere,& mauis taliũ dominorum habenas perferẽdo indignũ te ſeruiture ſapiẽtis facere,ſatis declaras mores tuos illiberales ſeruilésq;,cũ dicis,ius meæ primogenituræ,& meas benedictiones.ſunt eñ hæ voces delapſorum in ſummã ignorantiã: quia ſoli Deo cõpetit hæc vox Meum,eius enim ſolius poſſeſsio eſt hæc rerũ vniuerſitas,atteſtãte vel ipſo cum dicit:Dona mea,munera mea.Obſerua dona differre à muneribus.illa enim magnitudinẽ perfectorũ bonorum præ ſe ferũt,quæ Deus perfectis donat gratuita. hæc intra paruũ modũ cõtrahuntur,quorũ participes fiũt generoſi exercitatores proficiẽtes adhuc.ideo Abrahã quoq; ſecutus Dei volũtatẽ,res ſuas à deo ſibi cõceſſas retinet:recuſat autẽ equos regis Sodomorum,tanquã mercedes meretricũ.Moſes quoq; res maximas & controuerſias tractare dignatur, minores cauſas demandat cognocẽdas iudicibus ſecundariis:cæterùm qui audet dicere ſuũ eſſe aliquid,ſempiterna ſeruitute notabitur,ſicut ille qui dicit:Contẽtus ſum hero meo,vxore mea,meíſq; pueris. non cupio liber euadere.Recte quod ſeipſe in ſeruitutẽ aſſerit. Qui enim poteſt eſſe nõ ſeruus dicẽdo: meus herus intellectus eſt dominus ſui & in poteſtate propria: meus ſenſus ſufficit ad

discernenda corpora: mea sunt quæ ex his progignunt, ex intellectu intelligibilia, è sensu sensibilia. in me situ est vel sentire vel intelligere. Sed nō satis est ipsum suoptè damnari testimonio, quin & Dei percellit sententia, iussus certi æternāq; seruitutem sustinere, aure perforata insuper. ne sermones virtutis percipiat, vtq; in perpetuū intellectui sensibusq; seruiat, malis dominis & inclemētibus. Mulieri quoq; dixit: Multiplicās multiplicabo dolores tuos & gemitus tuos.] Mulieris, hoc est sensus, proprius affectus est mœstitia, quā dolorē nominat. circa idem enim subiectū versant delectatio & tristitia. delectamur autē per sensus, proinde necessariò per eosdē contristamur, sed bona purgatāq; mēs minimū tristatur: quia talē sensus nō admodum impetūt. in insipiēte autem affectus superfluunt, quod nō habeat in anima remediū, quo pestes à sensibus rebusq; sensibilibus prouenientes arceat. sicut enim aliter pulsatur athleta quàm seruus: hic non reluctans sed præbens se flagris submittensq; : athleta verò resistens, repugnans, & illatos ictus repellēs: & aliter raditur homo, aliter pellis: hæc enim nihil aliud quàm pati cernitur: homo verò & ipse vicissim agit nonnihil, eo gestu se præbēs quo radat facilius: ita irrationalis quidē homo māgis principiorum more cedit alteri & perfert tristitias tanquam heras intolerabiles, ne obtueri quidem in aduersas sustinens, vt qui nequit masculas ingenuāsq; cogitationes sibi contrahere. quo fit vt multitudo immensa dolorū ei per sensus ingeratur. cōtrà vir scientia præditus in modum athletæ potenter, robustè, fortiterq; gradum inferens contra cuncta tristia magnos fert spiritus, ne vulneretur ab eis. sed repellat singula. Et vt puto posset iuueniliter exclamare contra dolorē illud ex tragœdia: Cōburē carnem hanc, cōcrema, repleto te Meo cruore. nā prius vel sidera Terrā subibunt, terrā vel scandet polum, quàm mollis à me extorqueatur vox tibi. Sicut enim sensibus Deus omnia tristia cumulatè apposuit: ita probæ animæ vberrimā bonarum rerū copiā elargitus est. Quapropter de perfecto illo Abrahā ad hūc modum loquitur: Per memetipsum iurauī, dicit dominus: quia fecisti verbū hoc, & nō pepercisti filio tuo dilecto propter me. omnino benedicēs benedicā te, & multiplicans multiplicabo semen tuū, sicut stellas cæli, & sicut arenam quæ est in maris littore.] Rectè iureiurando confirmauit pollicita. idq; tali quale Deū decebat. vides enim quòd nō per alium Deus iurat: nihil enim illo præstantius, sed per seipsum qui

qui est omniū optimus. Non defuerunt tamen qui negarēt conuenire Deo iusiurandū. id enim ad confirmandā fidē assumitur. at Deus solus fidelis est. & siquis amicus dei, sicut Moses dicitur fidelis in tota domo fuisse. & alioquin ipsa Dei verba iuramēta sunt legésq; diuinæ & iura sacratissima. quòd autē vim maximā habeāt argumēto est, quòd effectu nō caret quicquid ille dixerit: id quod iurisiurādi est proprium. vnde cōsequitur, omnes Dei sermones esse iuramēta per effectus suos cōfirmata. Aiunt sanè iusiurandum testimoniū esse Dei de re de qua ambigitur. quòd si Deus iurat, sibiipse fert testimoniū, quæ res absurda videtur. alīū enim oportet esse qui testis est, aliū cui perhibetur testimoniū. Quid igitur dicendū? Primo nō pugnare cū æquitate quòd Deus sibiipsi testis est. Quis enim alī⁹ potest ei testis esse idoneus? deinde, quòd ipse sibi est quicquid habetur in pretio, cognatus, familiaris, amicus, virtus, felicitas, beatitudo, scientia, intelligētia, principiū, finis, totū, vniuersus, iudex, sententia, consiliū, lex, actio, principatus. & alioquin etiā modo hæc verba Per meipsum iurauī, accipiamus vt debemus, nullū erit à nugacitate sophistica periculū. videndū ergo nū dicat talē aliquid. nulla quātūuis sublimis creatura potest firmè cōstantérq; de Deo credere. nulli enim ostēdit suā naturā, sed voluit omnibus generibus esse inuisibilē. Quis enim potest de vniuersorū causa certò definire, sit ne incorporea, careátne qualitate, an non careat, aut certè ad essētia, qualitate, motu eius, atq; habitudine? sed solus de seipso asseuerabit, quandoquidē solus verè suā naturā pernouit. solus igitur deus idoneus est q primū de seipso certo pronūtiet. deinde de suis etiā operib⁹. itaq; meritò iurauit per seipsū, fidē sibiipsi astruēs, quod nullus alius poterat. ideo cēseudi sunt impij, qui se aiunt per Deum iurare. nemo enim per eū iurat vt oporteat: quia nemo potest naturā eius cognoscere: imò bonū est si vel nomē eius noscimus, hoc est verbū, quo interpretāte innotuit. Hoc enim nobis imperfectis Deus est, sapiētibus autē perfectisq; ille primus. Certè Moses admiratus illius ingeniti sūmā excellentiā, dicit: Et per nomē eius iurabis. nō per illū ipsū. satis enim est per genitū fidē astrui, & testimoniū habere à verbo Dei. Cæterū Deus ipse sibi fides sit, testimoniūq; certissimū. Quod autē legitur, quia fecisti verbū hoc, pietatē significat. Rectum est enim omnia propter Deū facere: quē propter nec dilecto filio parcimus, virtuti videlicet, felicitatē hanc cedētes ipsi autori, dignum existimantes vt progenies nostra Dei possessio

fiat potius quàm vllius creaturæ. Pulchrè & illud dictum: Benedicens benedicam.] Multa enim benedicenda quidam faciunt, sed nõ in hoc vt benedicãtur. nã & malus officia quædam facit, sed nõ officiosè. & ebriosus furénsq; interdũ sobria loquitur facitq;, sed nõ mente sobria & pueri admodũ infantuli non ex rationali habitudine (nõdum enim rationẽ à natura didicerunt) multa tamẽ tum dicunt tum faciunt quæ ratione prẽditi. Vult autẽ legislator sapientẽ non per occasionẽ & facilè fortuitó; rationalẽ videri, sed ex habitudine dispositionéq; rationali. ergo quasi nõ satis sit infortunato sensui abundare multis doloribus, additur, & gemitibus. Est autẽ gemitus dolor intensus atq; vehemẽs. nã sæpe tristamur nõ gementes: sed quoties ingemiscimus, valde molestè inũdamur obruimurq; doloribus. Est autẽ duplex gemitus: alter eorum qui cupiẽtes appetẽtésq; iniquitatem non fiunt eius compotes: & hic malus est. alter pœnitentium & grauiter ferentium anteactam vitam, dicentiúmq;: ô nos miseros, quãtum temporis exegimus laborantes morbo insipientiæ, & occupati studiis iniustitiæ. Qui gemitus nunquã accidit nisi defuncto in anima rege Aegypti, hoc est impia voluptariáq; consuetudine. Nam post multos dies illos mortuus est rex Aegyptiorum: moxq; post mortuam malitiam ingemiscit vicem suam videns Deum. Ingemuerunt enim filij Iraël à corporeis & Aegyptiacis operibus. Quandoquidem quàm diu viuit & regnat in nobis consuetudo amica voluptatum, persuadet animæ vt peccatis suis delectetur ac gaudeat: quę mox mortuo rege tali gemit, & exclamat ad dominum, supplicãs ne mutetur iterum, néve ad absolutam perfectionem non perueniat. Multis enim animabus pœnitentiam expetẽtibus non cõcesit Deus, sed tãquam æstu refluo abreptæ sunt retrorsum: quemadmodum & Lot vxor in saxum versa est propter adamata Sodoma, & quia ad ingeniũ, in qualia Deus animaduerterat, reuersa fuit. Cæterùm in presenti contextu subiungitur: Ascendisse clamorem populi ad Deum: quod gratiæ diuinę testimonium est. nisi enim ille potẽtia sua supplicationem ad se attraxisset, nunquam hęc ascendisset: hoc est nõ extulisset se incipiendo in altũ crescere, fugiẽlóq; humilitatẽ rerum terrenarum. Ideo dicit in sequentibus: Ecce clamor filiorũ Israël venit ad me.] Egregiè significat peruenisse ad Deum preces supplicum: quæ nõ peruenissent, nisi bonus esset qui eas euocat, atq; etiam vltro inuitat quasdã animas. Veniam ad te & benedicam te. Videte quãta sit summæ

summæ illius causæ gratia non expectantis nostram procrastinationem, sed insigni beneficio præoccupantis animã. nam hęc Dei vox oraculum est. nã si mentẽ subierit cogitatio de Deo, cõfestim accepta benedictione sanatur ab omnibus infirmitatibus. at sentiẽdi vis semper dolet gemitq;. & cũ doloribus tristitiisq; parit sẽsum: sicut ipsa scriptura dicit: In doloribus paries filios. ex visu enim visio nascitur, ex auditu auditio, ex gustu gustatio, & in vniuersum ex vi sentiẽdi ipsa sensus actio: sed nõ ĩne magna molestia in insipiẽte vnũquodq; horum fit. nam hic molestè videt, audit, gustat, olfacit, & quocũq; sensu vtitur. Ecõtrà virtutẽ inuenies cum ingẽti gaudio gestare vterũ: & bonum partum cum risu ac animi trãquillitate parere, & fœrum hinc vtriq; parẽti hilaritatẽ afferre. nam quod sapiens gaudẽs & nõ dolẽs gignat, his verbis testatur diuinũ eloquiũ: Et dixit Deus ad Abrahã: Sarra vxor tua non vocabitur posthac Sara, sed Sarra nomẽ eius erit. Benedicam ei, & dabo tibi ex ea filium. mox addit: Et procidit Abraham in faciem suam, & risit sic cogitãs: Num cẽtenario nascetur filius? & Sarra exactis annis nonaginta num pariet? Hic certè apparet quàm gaudeat rideátq;, quia geniturus est fortunatum illum Isaac, testante ĩbi propheta: Desierant Sarræ fieri muliebria, risitq; intra se cogitans: Nunquam hactenus cõtigit mihi tãta felicitas. Sed dominus meus, Dei verbum, senior est: quem posse hoc necesse est, & decet nos pollicẽti credere. Quin & partus ipse risus est ac gaudium: sic enim Isaac interpretatur. Doleat igitur sensus, virt⁹ cõtrà perpetuò gaudeat. Postquã enim nata est felicitas, mater sibi placens dicit: Risum fecit mihi dominus, nã quicunq; rẽ audierit, mihi gratulabitur. Itaq; quotquot estis initiati, expãsis auribꝰ accipite mysteria sacratissima. Risus est gaudiũ. Fecit perinde valet ac genuit. ex quibus verbis colligitur hæc sentẽtia Isaacũ genuit dominus. nã ipse est perfectæ naturæ genitor, semen iaciens in animas, & felicitatem generãs. Et ad virum tuum, inquit, conuersio tua.] Duo sunt viri sensuum: alter legitimus, alter adulter. nam viri more visibile mouet visum, vox auditũ, sapor gustũ: idẽ de cæteris quoq; intelligitur. per hæc brutus sensus cõuersus attractusq; venit in potestatẽ alienam. sic pulchritudo visum in seruitutem suã redigit, sic suauis sapor gustũ, sic reliqua sensibilia suũ quodq; sensum. Cõsidera liguritorẽ quo modo seruit condimentis coquorũ atq; cupediariorũ: eum qui propensus est ad cantũ, quomodo deuinciatur à cithara tibiáq;

vel à docto cătore. at sensus qui se vertit ad intellectum virum suum legitimum, ingentẽ vtilitatẽ ex eo percipit. Videam' igitur deinceps quid & de ipso intellectu narretur, moto prẽter rectã rationem. Ad Adã autẽ dixit Deus: Quia audisti vocem vxoris tuæ, & comedisti de arbore de qua præceperã tibi ne comederes, maledicta terra in operibus tuis.] Nihil inutilius quàm audiri sensum ab intellectu, & nõ cõtrà potius. Debet enim semper præesse melior, subesse deterior. At intellectus sensu est melior. Ergo sicut auriga regẽte, & iumẽta habenis qua placet flectẽte currus procedit: illis verò cõtumaciter frenum mordẽtibus, & auriga trãsuersus fertur, & iumenta interdũ impetu suo rapiuntur in cœnum, cursu prorsus aberrãte: & sicut nauis rectè nauigat, donec gubernator clauum tenens eam dirigit: periclitatur verò quando vento reflante mare totum occupatur à fluctibus: ad eundẽ modum quando animæ auriga gubernatórq; intellectus imperium totius animalis tenet, tãquam magistratus in ciuitate, vita prosperatur: quando verò brutus sensus primatum occupat, confusio vehemens sequitur, haud secus quàm dominis oppressis à suis seruitiis. tũc enim, si vera fatẽda sunt, intellectus accensus deflagrat, sensibus flammam nutriẽtibus, & sensibilia in eam congerentibus. Quale incendium per sensus excitatum Moses quoque indicat verbis his: Et mulieres amplius etiam accenderunt ignem in Moab.] Hæc vox interpretatur Ex patre. Pater noster intellectus est. Tunc, inquit, dicent ænigmatistæ: venite in Esebon, vt ædificetur & exornetur ciuitas Seon. Quoniam ignis exiuit ex Esebon flãma è ciuitate Seon: & deuorauit vsque Moab, & deleuit columnas Arnon. Væ tibi Moab, periit Chamos. Venditi sunt filij eorum vt seruirẽt: & filiæ eorum captiuæ adductæ sunt regi Amorræorum Seon, & semen eorum peribit ab Esebon vsque Debon, & mulieres amplius etiam accenderunt ignem in Moab.] Esebon interpretatur cogitationes. Hæ autem sunt ænigmata, plenæ obscuritate. Considera cogitationem medici: vacuabo ægrotum, nutriam, remediis curabo diætáque, secabo, vram cauteribus, sed sæpe natura & absque his fanauit, & cum his interemit, vt medici cogitationes nihil aliud quàm somnia sint inuentæ. plena obscuritatis & ænigmatum. Rursum agricola dicit: Semina iactam, plantabo, crescent plantæ, ferent fructus, qui nõ solùm ad vsum proficient necessarium, sed ad copiã etiam sufficient. Post has cogitationes aut flãma repẽtina, aut procella, aut imber cõtinuus,

tinuus corrupit omnia. Interdũ fructus respõderunt operæ, sed nihil iuuerunt eum qui sic cogitauerat, morte præuentũ. & frustra sibi fructus laboris pollicitum. Proinde optimũ fuerit Deo credere, non incertis cogitationibus coniecturísque fallacibus. Abraham ille Deo credidit, & iustus reputatus est. Moses item præest populo, cum testimonio quòd sit fidelis in tota domo. Quòd si credemus propriis cogitationibus, ędificabimus exornabimúsq; ciuitatẽ corrumpentis veritatem intellectus. Seon enim interpretatur corrumpens. Quãobrem experrectus qui somniauerat, inuenit quòd omnes motus processúsq; insipiẽtis sint mera insomnia nihil veritatis habentia. nam ipse intellectus somnium esse conuincitur: quia certissimũ est Deo credere, & fallitur qui credit vanis cogitationibus. irrationalis autẽ impetus exiens proficiscitur vtroq;, & ad cogitationes. & ad intellectum qui corrumpit veritatem. Ideo dicit scriptura: Ignis exiuit ex Esebon, flamma è ciuitate Seon.] alienum enim à ratione credere vel cogitationibus probabilibus, vel intellectui corrumpenti veritatem. deuorat tamen etiam vsque Moab, id est vsque intellectum: quem enim alium quàm miserum intellectum falsa opinio decipit? Deuorat, depascítque atque etiam deglutit columnas quæ sunt in eo, hoc est, particulares concupiscentias, quæ tanquam in columna impressę insculptæq; sunt. Arnon autem sunt hæ columnę, quod interpretatur lux eorum, quoniam vnaquæq; res in cogitatione illustratur. mox incipit deplorare arrogantem suíq; amantem intellectum. Væ tibi Moab ciuitas.] Si enim attendis ænigmata, quæ tibi insidiantur verisimili specie, amisisti veritatem, populus Chamos, hoc est populus tuus & potentia, inuentus est cæcus & orbatus luminibus. Chamos enim interpretatur, quasi palpatio: quod visu carentis est proprium. horum filij quidẽ sunt particulares cogitationes exules: sententię verò tanquam filię, quæ captiuæ adducuntur regi Amorręorũ, hoc est doctori loquentium: quia Amorręi interpretantur loquentes, qui garrulum populum significãt, horum imperator sophista est, callidus ad inueniendũ sermonũ artificium: cuius loquacitate decipiũtur qui transcendunt veritatis terminũ. Seon igitur corrumpens rectam veritatis regulã interiturus est vnà cum suo semine: & Esebon ænigmata illa sophistica vsq; Debon, quod intelligitur iudicatio: valde accõmodatè. nã verisimilima probabliáq; nõ habẽt veritatis scientia, sed iudiciũ & cõtrouersiam, cõtentionémq; litigiosam

gioſam ac peruicacẽ,& reliqua his ſimilia.nec ſatis erãt intellectui ſuę propriæ peſtes intelligibiles,ſed & mulieres ampli⁹ etiam accenderunt ignẽ,ſcilicet ſenſus,excitato in eũ incendio maximo.animaduerte quale ſit quod dicitur.plerunque noctu ceſſantibus omnibus ſenſibus,de multis variiſq; rebus cogitationes incõſiſtentes nobis incidunt,dum anima haud quieſcẽs à motu perpetuo infinitas mutationes recipit.ad eam corrũpẽdam ſuffficiebãt vel quæ ex ipſa gignuntur,nunc etiã ſenſuum turba inuexit in eam morborũ ingẽtem multitudinẽ, ex rebus viſibilibus,ex vocibus,ex ſaporibus,ex vaporibus qui odoratu percipiuntur,quæ flamma ab his rebus excitata magis animã populat,quàm ea quę in ipſa innaſcitur abſq; miniſterio inſtrumentorũ ſenſitiuorũ.Ex his mulieribus vna eſt vxor Petephræ qui culinæ Pharaonis præerat:is quomodo vxorẽ habeat cũ ſit eunuchus diſpiciendũ.nã ſi verba legis tractentur allegoricè, offeret ſe hic dubitationis ſpecies.Eunuchus em̃ iſte & coquorũ præfectus,videlicet mẽs quæ nõ ſimplicibus tãtùm, ſed etiã ſuperfluis vtitur voluptatibus.eunuchus vocatur ſterilis ſapientiæ,cum ſit eunuchus non alterius quàm diſſipatoris bonorum Pharaonis.quãdoquidem diuerſa ratione optãda res videri poteſt eunuchum fieri,ſi queat anima noſtra euitatovitio affectus diſcere. Quapropter & Ioſeph figura tẽperantiæ, voluptati dicenti,Dormi mecũ,& cũ ſis homo,humano more fruere vitæ deliciis,cõtradicit his verbis:Peccarẽ in Deũ amatorẽ virtutis, ſi voluptatis amator fierẽ.Malum eſt hoc opus.Et hactenus quidem velitatur,mox ſtrenuè repugnat,quãdo in domum ſuã ingreſſa anima,viribus collectis indicit bellum rebus corporeis, & ſua propria vt ad animam attinentia operatur opera,non in ædibus Ioſephi.nec in Petephræ,ſed domi.Nec additur cuius domi,vt allegoriã perſpicias,eã agere ſua negotia. hæc domus eſt anima,ad quam ille recurrit relictis rebus externis, vt quæ internæ dicuntur ibi fiant.cõtinentis autẽ opera an nõ per Dei voluntatẽ exiſtunt?nulla enim aderat alia cogitatio ex his quæ ſolent verſari in anima.nec ramẽ deſinit voluptas iugum caſſare,ſed apprehenſo pallio iterat illud ſuum Dormi mecũ.protegitur autem vita cibo potúq;,ſicut corpus veſtimẽtis.Sic igitur illa loquitur:Cur recuſas voluptatem,ſine qua nõ potes viuere? ecce teneo quæ illam faciunt,& pernego re poſſe ſubſiſtere,niſi vtaris rebus talibus.ſed quid ad hæc reſpondet vir temperãs?Si ſeruiẽdũ eſt,inquit,affectui propter eius cauſam materiã,extra affectum

affectum me proripiam. Relicto enim in manu eius pallio fugit,& egreſſus eſt foras.]Dicat aliquis,& quis intrò egreditur? Nónne multi? an non ſunt quidam qui fugiendo ſacrilegiũ furati ſunt ex priuatis ædibus?qui tẽperãtes manibus à patre,pulſarunt alios?hi egrediũtur quidẽ vnum peccatũ,ſed ingrediuntur aliud.atqui oportet vt perfectè temperans peccata fugiat omnia,maiora minoráq;,& in nullo prorſus deprehendatur.Sed Ioſeph vt homo iuuenis,qui non poſſet cum Aegyptio corpore, ſcilicet voluptate,cõtendendo ſperare victoriã, maulut fugere. Phinees autẽ ſacerdos Zelo Dei correptus, non fuga ſibi ſalutẽ quæſiuit,ſed arrepto ſiromaſte,hoc eſt ratione cum Zelo cõiuncta,non deſiſtit prius quàm transfigat Madianitidẽ, ſcilicet naturam occultantẽ ſe in diuino choro:idq; per vuluam ipſius,ne vnquam poſsit inde oriri ſtirps aut ſemẽ malitiæ. Quapropter exciſa inſipientia,duplex accipit anima præmium,pacẽ atq; ſacerdotiũ,cognata germanáq; bona.Talis igitur mulier audienda nõ eſt:loquor de ſenſu illo ſcelerato. quoniã & obſtetricibus bene fecit Deus,quòd mãdato diſſipatoris Pharaonis neglecto, maſculos in vita cõſeruabant:quos ille interemptos volebat,amator totius ſexus fœminei: ſummã autem illam Cauſam neſciens,dicendo:Non noui eũ.Sed alia mulier eſt audienda,qualis Sarra fuit,id eſt princeps virtus:cui ſapiẽs ille Abrahã paret monenti quæ monere debebat.nam antea cum his nõdum perfectus,necdum mutato nomine aſtrologiæ daret operam:ſciẽs eum non poſſe gignere ex virtute perfecta,cõſulit vt quęrat ſobolem ex ancilla,hoc eſt ex encyclopædia,videlicet Agar, quæ vox inquilinam ſignificat. Qui enim meditatur in virtute perfecta domiciliũ habere,priusquàm inter ciues eius aſcribatur, inquilinũ agit in diſciplinis encyclicis,vt his adiutus ad perfectam virtutẽ ſinatur euadere.deinde cum vxor viderit eum perfectum iamq; ad gignẽdum idoneum , quãuis ille gratus erga diſciplinas per quas virtuti cõmendatus fuerat,graue putat eis remittere nuntiũ,oraculo diuino mitigabitur,dicente: Omnia quæcunque monuerit Sarra,audi vocẽ eius.]Vnicuiq; noſtrum lex eſto,quicquid virtuti placet.nam ſi omnia quæcunq; monet virtus audire voluerimus,felices erimus.Illud autem:Et comedi ſti de arbore de qua præceperam tibi ne comederes:] perinde eſt ac ſi diceret:cõſenſiſti malitiæ quam debueras totis viribus repellere,propterea maledicta,nõ tu,ſed terra in operibus tuis. Quæ cauſa?Serpens ille voluptas,elatio bruta animæ.hæc

ex seipsa maledicta. soli vtiq; malo accidit, cæterum bono nemi ni. At Adam intellectus est cõstitutus in medio. qui tam melior inuenitur, iã deterior: quatenus enim intellectus est, nec boni nec mali naturã habet: sed virtute vitióq; in melius deteriúsve mutari solet. meritò igitur nõ ipse maledictus suopte ingenio: vt qui nec vitiũ est, nec vitiosa actio: sed terra maledicta est in eius operibus. nam actiones totius animæ, quam terrã vocauit, reprehensibiles culpabiléq; sunt, vt quisq; agit singulas. & ideo adiungit: In doloribus comedes ex ea.] hoc est frueris anima cum molestia. Laborioſè enim quiuis malus per omnẽ vitam anima sua vtitur, nullam habẽs causam lætitiæ, ad quã gignendã nata est iustitia prudẽtiáq; cæteræq; sodales harũ virtutes. Ergo spinas & tribulos producet tibi.] Quid enim aliud nascitur in anima insipientis, nisi affectus pungẽtes eam vulnerãtésq;? quos figuratè spinas vocauit, in quos brutus impetus primos incurrit, & in eorũ ordinẽ receptus, res animę populatur ac corrũpit incẽdio. Sic enim loquitur scriptura: Quod si egressus ignis inuenerit spinas, & latius vagatus exusserit areã, aut spicas, aut cãpum, luet is qui ignẽ accendit. Viden' quod ignis egressus, scilicet brutus impetus, nõ accẽdit spinas, sed inuenit? Cùm enim pronus sit ad quærẽdos affectus, quæ desiderabat inuenit. His inuẽtis exurit ista tria: virtutẽ perfectã, profectum, & bonã indolem. Virtutem cõparauit areæ. sicut enim huc fructus cõportatur, sic res honestæ in sapiẽtis animã. spicis autem profectũ: quia vtrũq; imperfectum, tẽdens ad finẽ suum. deniq; cãpo bonam indolẽ, quod hęc capax sit virtutis seminum. singulares autẽ vocauit tribulos: quia terni sunt, annumeratis causis eorũ & effectibus, vt voluptas, volupe, delectari: cõcupiscentia, cõcupiscitiuum ipsum cõcupiscere: molestia, molestum, ipsum molestari: timor, terribile, ipsum timere. Et comedes herbam agri in sudore vultus tui.] Herbã vocat panem per synonymiã, rem eandẽ herba bruti cibus est. brutus verò malus, cui execta est recta ratio. bruti quoq; sensus sunt, quamuis partes animæ. at mens cupida sensibilium, per brutos sensus ea non sine labore ac sudore apperit. Est enim perquã erumnosa molestáq; insipientis vita, consectantis abligurriẽtisq; quicquid voluptatem parit, & effectus quoscunq; malitiæ. Et quousq; tandem? Donec reuertaris in terrã ex qua sumptus es.] Nunc verò an nõ in terrenis incõsistentibúsq; cẽsetur, ex quo reliquit cælestem sapientiam? Considerandũ est igitur quoad reuertatur. fortasse quod dicit,

dicit, tale quiddam est: quòd insipiens mens auersatur quidem semper rectam rationem: desumpta est autẽ non è sublimi natura, sed de humiliore, terrenáq; materia. Est autẽ eadem siue maneat siue moueatur, & eadem appetit. Ideo addit: Terra es & in terram reuerteris.] Quod idem est cum antedictis. Præterea significat hoc quoq;: Principiũ tuum & finis vnũ idémq; est. Inchoatus es ex corruptibilibus terræ corporibus, finies rursum in illa. peracta interim vitæ via, nõ publica, sed aspera, sentibus tribulisq; ad pungendum lacerandúmq; natis obsita.

PHILONIS IVDAEI de Cherubim & flammeo gladio, & de Caim: Qui primus ex homine procreatus est.

EST expulit Adamum, & collocauit ante paradisum voluptatis: & constituit Cherubim & flammeum gladium versatilem ad custodiendam viam ligni vitæ.] Nunc dicit expulsum, quem modò emissum dixerat, non temerè ponẽs hæc vocabula, sed sciens quàm appositè ad res proprié; disponat ea. Qui emittitur, redire nõ vetatur: quem autẽ Deus expellit, is æterno damnatur exilio. Nam ei qui nondum valde tenetur à malitia, datur reditus tanquam in patriam, ad virtutem vnde exciderat. eum verò qui vehementer obnoxius morbo insanabili premitur, necesse est ferre sua mala, in omne æuũ sine fine damnatum in loca impiorum, vt sustineat merũ cõtinuúmq; infortunium. Quandoquidem & Agar, per quam indifferens disciplina encyclicas ducens choreas intelligitur, videmus bis quidem exisse à principe virtute Sarra, sed semel tãtùm reuersam per eandem viam. quæ primum quidem vitro profuga, non expulsa, reducitur, occurrente angelo, id est Dei verbo, in domum herilem. Iterum autem omnino expellitur, rẽditura nunquam. Causa autem & prioris fugæ, & posterioris æterni exilij reddenda est. Priusquàm nomina mutarẽtur, hoc est priusquàm heriles animæ in meliorem figuram transform

formarentur,dum Abram erat adhuc pater sublimis, circa cæ-
lestes orbes occupatus sideralémq; scientiam, quæ est præstan-
tissima pars mathematicæ ad naturæ contemplationem pertinens:Sarra verò principatus meus (sic enim hoc nomen interpretatur) nondum generalis virtus euaserat:genus autẽ omne est incorruptile:sed iuxta particulares speciales q; istas censeba tur,vt prudentiam quæ in me est,item fortitudinem, temperã-tiam,iustitiã:quæ sunt corruptiles sicut ego ipse qui sum earũ domicilium.Tunc Agar,illa inquã indifferens disciplina encyclica,etiam si tetricũ istud vitæ genus,quam virtutis sectatores degunt,conetur effugere:reuertitur tamẽ ad relictos dominos, nondumvalentes ad generale illud incorruptibiléq; fastigium virtutis pertingere:cuius vel medium tenere satis est,priusquã ad summum euaditur.At cùm Abraham ex naturæ scrutatore factus sapiens & amator Dei,nomine quoq; mutato præ se fert patrem electum soni: sic enim interpretatur. nam clarè sonat sermo,cuius pater est intellectus cõpos virtutis: Sara verò pro principatu meo sit Sarra, quæ vox significat principem: quod perinde est atque fieri è speciali corruptibilíq; virtutem generalem & incorruptibilem:exoritur verò & Isaac ille felicitatis filius:desinentibúsq; muliebribus, & emortuis affectibus,succe dit gaudium: puer quoq; non puerile sed diuinos lusus sectatur non absque virtute:tunc expelluntur illa rudimenta disciplinarum,quæ nomine Agaris signantur, expellitur simul sophista filius,cui nomẽ Ismaël.exulabũt autem in æternũ, ipso Deo confirmante exilij sententiam,dum iubet sapientem obedire dictis Sarræ.Disertè enim dicit:Eiice ancillam cum filio. Virtuti autem parere decet, præsertim autori talis sententiæ quia perfectissimæ naturæ à mediocribus habitibus plurimũ differunt:& sapiẽtia alienissima est à sophistica.nam hæc circa paratarã credibilium versatur,quibus falsas opiniones & pernicioſas astruat:Sapientia verò per meditationẽ veritatis,cum vtilibus cogitationibus adfert rectæ rationis scientiam. Quid igitur mirum si Adami quoq; intellectũ occupatum imprudentia morbo insanabili,omnino Deus expulit è virtutũ regione nunquã rediturum?quãdo & omnem sophistã, & matrem eius disciplinã istorũ rudimẽtorum profligat & expellit à sapiente & sapientia,quibus Abraham & Sarram facit nomina. Tunc & flammeus gladius & Cherubim cõtra paradisum collocantur. Dicitur autem cõtra esse,vel quod inimicum & infestum est, vel

vel quod iudicãdum,vt reus coram iudice:vel quod cognatum. quãdo collationis causa & diligẽtioris cõsiderationis aliud ponitur contra aliud,sicut pictores fictoresq; tabulas statuásq; ad exemplaria conferunt.exẽplum cõtrariorum infestorum est in Caïm, quando dicitur: Exiuit à facie Dei,& habitauit in terra Naid cõtra Edẽ.Interpretatur autẽ Naid cõmotio,Edẽ delicię. illud malitię concutientis animã signũ hoc virtutis priuationẽ affectuum afferẽtis & delicias,nõ illum pruritũ voluptatis affectionis brutissimæ,sed magna cum facilitate gaudiũ trãquillũ expersq; laborũ.Necesse est autẽ vt ab imaginatione dei digressa cogitatio,cui bonũ cõmodúmq; erat fulciri, nauis in solo iactatæ more,ventis inter se cõflictantibus, vltro citróq; feratur, patriã domúmq; nacta agitationẽ:quod quidẽ maximè pugnat cum firmitate animæ,quã cõciliat gaudium, Edem nominatũ. Oppositionis autẽ quæ fit propter iudicium, exẽplum habetur de muliere suspecta adulterij. Statuet,inquit,sacerdos mulierẽ cõtra dominum,& reteget caput eius.]Hæc quid sibi velint explicabimus.Quod fieri debet,sæpe fit nõ vt debet:& quod nõ est officium,interdũ sit officiosè.Quale est cùm depositũ redditur, nõ bono animo,sed aut in detrimẽtum accipientis,aut insidiosè:vt cõparata semel fide occasio captetur abnegãdi maius depositum:tunc officiũ nõ officiosè fit.Ediuersò quoties ęgroto nõ dicit vera medicus,purgaturus eũ aut secturus aut vsturus propter ipsius vtilitatẽ,ne fortè metu doloris fugiat medicinã, aut ob imbecillitatẽ linquatur animo:itẽ quoties sapiẽs mendacio fallit hostẽ propter salutẽ suæ patriæ: veritus ne si vera prodat, vires addat aduersariis,inofficiosam rem facit officiosè.Ideóq; præcipitMoses:Iustè iusta exequere.] Quasi etiã iniustè profe-ratur iusta sentẽtia,si bonus animus nõ adsit iudici. Ergo quotiẽ quicquid dicimus aut facimus liquet omnibus,animus autem quo dicimus quæ dicimus & facimus quæ facimus ignotũ est,nec cõpertum habetur sitne sanus purusq;,an pollutus mor bis variis:quod nemo natus queat occultas cogitationes perspicere,sed solus Deus,attestãte Mose dicentéq;, Occulta domino Deo,aperta creaturis, nota esse: præcipitur sacræ diuinæq; rationi,vt animã contra Deum statuat reuelato capite,hoc est rectẽcto præcipuo decreto animi, quod quasi caput cæterorum sit, nudatáq; sententia cum qua consueuimus,vt in conspectu acerrimo Dei iudicis incorrupti examinata,aut coarguatur fastuosæ simulationis tanquam nummus improbus:aut immunis ab

omni malitia diluat obiectas calũnias, freta teste qui solus po-
test nudam animã inspicere. Contrarium igitur quod iudiciale
dicimus, tale est. Illud verò quod attinet ad similia & quodam-
modo familiaria, de sapientissimo illo Abrahã dicitur: Adhuc,
inquit, stabat cõtra dominum. moxq; argumẽtum familiaritatis subiungitur: quòd accedẽs alloquitur eum. Nã alieno absce-
dere semoueriq;, familiari verò propius accedere cõuenit. stare
autẽ immutabilémq; obtinere mentem, propè ad diuinã potẽ-
tiam accedit: quia in Deum immutabilitas, in creaturam muta
bilitas naturaliter cõpetit. Si quis igitur natiuã suam procliui-
tatem amore scientiæ refrenãs, cogit eam stare, Deo iã propin-
quus agnoscat felicitatẽ suã. Cæterùm Cherubim & igneo gla-
dio cõtra paradisum habitatio cõuenienter assignatur, nõ tan-
quam hostibus locũ oppugnaturis, sed tanquã familiarissimis
amicissimisq;: vt ex aspectu cõtemplationéq; mutua nunquam
intermissa, innascatur vtrisq; potentiis desideriũ mutuum, aspi
rante his volucrem cælestémq; cupidinem Deo benignissimo.
Quid autem per illa Cherubim & versatilem gladiũ igneum
subindicetur, iam cõsideremus. Quid si hic totius cæli circunfe
rentiam cogitari vult? nam cælestes orbes habent motus inter
se cõtrarios: quorum alter dextrorsum fert fixa sidera, alter sini
strorsum erratica. sed extimus ille orbis fixarũ stellarum vnus
est, qui ab oriente ad occidentẽ voluitur: interiores autẽ septẽ,
erraticarum videlicet, quorum cursus simul coactus & volunta
rius, duos motus habet inter se cõtrarios. coactus quidẽ qualis
fixorum siderum, quæ quotidie videmus ab oriẽte in occidentẽ
tendere: proprius autem à vespertinis cæli partibus ad matutinas: qui variat tẽpora circuitus, & ad idem signũ reditus septẽ
siderum, quod quędã ex his decurrant pariter, sol, lucifer, & quẽ
stilbõtem nominant. Tres enim hi pari celeritate sunt. Quædã
verò impariter, sic tamẽ vt certam proportionem respectúmq;
seruent & inter se inuicem, & ad illa tria reliqua. atq; ita intelli
gitur alterũ è duobus Cherubim extima illa vniuersi cæli cir-
cunferẽtia, in qua eodem semper modo diuinas reuera choreas
fixæ stellæ agitant, nunquã deserentes ordinem, quem pater cõ-
ditórq; tenere eas in mundo voluit. Alterũ verò interior orbis,
quem ab initio septifidum fecit opifex distinctũ in septẽ certis
proportionibus inter se respondentes circulos, quibus suus cui-
que planeta insertus est: quibus tamen opifex nõ commisit ha-
benas, veritus ne malè regerent, sed vniuersas à seipso pendere
voluit,

voluit, ratus sic maximè concinnum motum fore. Quicquid
enim cum Deo fit, merito laudandũ est: sicut quicquid sine Deo,
vituperandum. Hic vnus modus est quo Cherubim intelligun-
tur allegoricè. Cæterùm de gladio versatili & igneo sic intelli-
gendum, ita significari motũ eorum & vniuersi cæli perpetuũ.
Quid autem si & aliter hæc accipiãtur? vt duo Cherubim signi
ficent vtrunque hemisphærium. aiunt enim ea habere obuersas
in se inuicem facies, arcam propiciatoriã vtrinque spectantia:
quãdoquidem & hemisphæria ex aduerso spectant se inuicem,
prona in terram sitã in vniuersi meditullio, per quod etiã dipe-
scuntur. at illa sola omnium mundi partiũ firmiter stãs, appoſi-
tissimè à priscis ἑστία, seu vesta nominata est: vt circũ aliquid
stabiliter fixũ vtriusq; semiorbis cõcinnissima fieret circũuolu
tio. igneus verò gladius solẽ significet: nam cum sit gladius flã-
meus, nihil est eo currẽte velocius, adeò vt vna die circũ totum
mundũ rotetur. Quin & doctius quiddã audisse memini à mea
anima, quæ nonnunquam diuino spiritu correpta, solet ne sibi
quidem nota prodere oracula: quod, si reminisci potero, dicam.
Dicebat autẽ mihi: secundùm vnicũ illum verum deũ esse duas
supremas primariásq; potestates, bonitatem & potentiã: & bo-
nitate quidem vniuersa esse condita: potentia verò, creaturas o-
mnes gubernari. Tertium verò conciliatorẽ amborũ medium
esse sermonẽ siue rationem. Hoc enim sermone Deũ & bonum
esse & principem. itaq; harum duarum potestatum, principat⁹
bonitatisq;, hæc Cherubim esse symbola: sermonis autem flam
meum gladiũ. velocissimus enim & calidus sermo est, præser-
tim Causæ illius summæ: quia & tẽpore præuenit omnia, & an-
te omnia intelligitur, & elucet in rebus omnibus. Proinde vtri-
usque Cherubim ô mens formam excipe non adulterinã, vt de
causæ summæ bonitate ac principatu euidẽter edocta, fructum
felicem capias. mox enim cognosces immortalium illarũ potẽ
tiarum cõiunctionem cõtemperationẽq;: quatenus deus bonus
est, elucẽte nihilominus maiestate: quatenus princeps, eminẽte
hic quoque bonitate: vt virtutes quæ inde nascuntur acquiras,
humanitatem pietatemq;; neq; prosperitate insolescẽs, memor
illius maiestatis regiæ: neq; in aduersitatibus desperans, afful-
gente spe meliorũ, per bonitatem magni benigniq; dei. Igneus
autem ideo gladius dicitur, quia requiritur hic vnà cũ actioni-
bus sermo feruens & igneus, qui nunquã moueri deũnit, prope-
rans semper expetendo bona, fugiendóq; contraria. An non vi-

des quòd & ſapiens ille Abrahã quãdo incepit iuxta Deũ metiri omnia, nihil creaturæ tribuens, accipit ad ignei gladij ſimilitudinẽ ignem & gladiũ. reſecare ac exurere quicquid mortale habebat cupiens, vt expedita cogitatione ſublimis ad Deũ euolaret? At Balaã ille, id eſt vanus populus, inducitur inermis deſertorq; militiæ imperitus belli quo anima ſibi parat ſcientiã. ſic enim alloquitur aſinã, hoc eſt brutum vitæ propoſitum, cui omnis inſipiens inſidet: Si gladiũ haberem, iam te trãsfixiſſem. Gratia maxima conditori, qui ſciens imprudentiæ rabiem, nõ dedit tanquã furenti gladium, verborum facultatem, ne quoſcunq; obuios magna clade cõficeret. Sed qualis Balaã, talis vnuſquiſq; nõ perpurgatus, ſemper inaniter culpat, negociatoriã puta, aut ruſticam, aut aliam quãuis facultatem victus parãdi: donec fauſta omnia contingunt, gaudens vectatione hærensq; iumento, nec putãs bonũ cõmodumq; interquieſcere: quin & monentes vt deſiſtat & imponat modũ ſuis cupiditatibus, propter futuri tẽporis incertitudinem, inuidos appellat, negans eos monere bono animo. Vbiverò accidit incõſulta infelicitas, eoſdem ipſos vt bonos vates miratur, quibus nemo melius futura cõiiciat: culpam autem calamitatis auertit in artes innoxias, agriculturam, negotiationẽ, aliáve ſtudia, in quibus lucri cauſa verſatus fuerat. Illæ verò quamuis vocis inſtrumentis careant, reipſa erumpunt in clamorem lõgè clariorem, quàm qui per linguam fit, dicentes: An non, ô ſycophãta nos ſumus illæ, quibus tanquam iumentis inſidebas elata ceruice? nósne contumaciã noſtra in præſentem calamitatem te coniecimus? Vide reſiſtentem ex aduerſo Dei ſermonem armatũ, qui ſolet bonum malúmq; definire. nõ vides? quid igitur nũc nos culpas, quas prius dum res ex ſententia ſuccedebant, non accuſaſti? eramus enim eædem, ac ne tantillum quidẽ mutatæ ſumus. tu verò corrupto iudicio ſine ratione turbaris atque trepidas. ſi enim ab initio perſuaſum habuiſſes, quòd non ſtudia quæcunq; bonorum malorúmq; cauſa ſint, ſed qui eſt ad clauum gubernator rerum omnium ſermo Dei. facilius hos caſus ferres, nósq; calumniari deſineres, nec aſcriberes nobis quæ nõ ſunt in noſtra poteſtate. Ille ſi inimicitiis depoſitis, & triſtibus tuis cogitationibus diſpulſis, pacatã vitam tibi promiſerit, hilaris gaudénsq; manum nobis iniiciet quæ ſemper noſtri ſimus ſimiles. Cæterùm nos neq; fauore tuo inflamur, neq; irã tuam magnifacimus. Sumus enim nobis conſciæ, q̃ nec bonorum nec malorum cauſa, ſicut tu

tu ſuſpicaris, ſumus. niſi fortè mari quoq; vel proſperas nauigationes imputas vel fortuita naufragia, & nõ potius vẽtorum diuerſitatibus, nunc molliter, nunc vehementiſſimo impetu ſpirantium. Cùm enim omnis aqua ſuapte natura quieta ſit, quoties ſecundus ventus à puppi aſpirat, omni rudente modo, plenis velis naues in portum inferuntur: quoties autem repẽte aduerſus à prora incubuit, multã iactationem ac ſtrepitum excitat, interdum etiã ſubuertit nauigium: & tamen innoxio mari crimen hoc ingeritur, cùm ſatis appareat remiſſione vehemẽtiáq; ventorum aut fluctus aut tranquillitatẽ fieri. Atq; ita iam ſatis declaratum exiſtimo, quòd natura quæ rationem auxiliatricem validiſsimã homini addidit, eum qui hac poteſt vti, fẽlicem meritò reddidit, vt verè rationalem: eũ verò qui non poteſt, brutũ atq; miſerrimũ. Adam verò cognouit vxorẽ ſuam, quæ concepit & peperit Caim illum, dicens: Poſſedi hominem per Deum. & apposuit parere Abel fratrem eius.] Quorũ virtuti legislator teſtimoniũ reddidit, eos nõ inducit vxores ſuas cognoſcere, vt Abraham, Iſaac, Iacob, Moſem, & ſi quis eorum ſimilis. Quoniam enim diximus per mulierẽ figurate ſenſum intelligi, alienatione autẽ à ſenſu & à corpore cõparatur ſcientia, à ſapiẽtiæ amatoribus ſenſum potius improbari quàm eligi oſtendetur: & fortaſſe non immeritò. quæ enim cum his cõuenerunt in matrimonium, verbo ſunt vxores, re autem virtutes. Sarra princeps & dux. Rebeca cõſtantia in honeſtis. Lia fatigata propter cõtinuatam exercitationem, quam deuirat auersatúrq; omnis inſipiens. Sepphora verò Moſis coniunx, à terra ſurſum in cælum currens, & diuinas illic felicésq; naturas cõſiderans, vocatur autem auicula. Cæterùm vt virtutum cõceptus partúſq; edifferamus, ſuperſtitioſi diſcedant obturatis auribus. diuina enim myſteria tradim⁹ his qui talibus ſacris dignè initiati ſunt, hoc eſt, qui verã & minimè fucatam pietatem colunt cum modeſtia. illos autem haudquaquam ad hæc ſacra admittimus qui tenẽtur morbo inſanabili, faſtu verborum, & nominũ copia, & præſtigiis ethnicis, his tãtum rebus ſanctitatem metientes non aliis. Exordiemur autem hæc myſteria ſic. Vir cum muliere, homo maſculus cum homine fœmina liberorũ procreandorum cauſa iunguntur naturaliter. cum virtutibus verò quæ multa perfecta pariunt, non eſt fas mortalem virum congredi: quæ tamẽ niſi à copiam alio genituram excipiant, ex ſeipſis nũquam erunt grauidæ. Quis igitur his honeſta indit ſe

mina,nisi omniū pater,ingenitus Deus,ipse gignens vniuersa? hic igitur seminat,moxq; genimē suum propriū quod semina uit,elargitur.nihil em̄ sibiipsi gignit, cū nulla re opus habeat: sed omnia in vsum accipiētium. nunc adducam horum testem idoneum Mosem illum sanctissimum. Sarrā enim inducit tūc prægnātem:quando Deus eam solitariā inspicit. parere autem hanc non ei qui ipsam inspexit,se studioso sapientiæ, qui nomi natur Abrahā.id apertius docet in Lia, dicēs vuluā eius apertā à Deo:quod viri est propriū.at illa post cōceptionē peperit,non Deo qui solus ipse sibi sufficit:sed Iacob illi qui laborē propter honestatē suscipit.atq; ita fit vt virtus à summa illa Causa concipiat semina,pariat autē vnicuipiā è suis amatoribus,quē sibi ex omni procorū numero se legerit.Rursū sapientissimo Isaac Deū rogante,ex rogato perseuerātia quæ vocatur Rebeca cōcipit:at absq; supplicatione & precibus volucrē illā sublimémq; virtutē Sepphorā Moses assumēs,inuenit ex nullo mortali gra uidā.hæc ô mystæ purgati aures,tāquā verè sacramēta animis vestris percipite,nō effutienda apud quenquā profanū:recōdite hæc intra vos & tanqua thesaurū seruate,in quo nō aurū argen túmq; res corruptibiles sitæ sunt,sed verarum possessionū pul cherrima,nimirū de causa illa summa,de virtute,déq; fœtu ex ambobus nato scientia,ꝙ si in aliquē initiatū incideritis, vrgete eū precibus,ne fortèvos celet aliquod recētius mysteriū,donec illud extorqueatis.Ego enm quāuis apud amicumDei Mosem magnis initiatus mysteriis,tamē quia rursum Ieremia ꝓpheta cōspecto,cognoui eū non solū tenere mysteria, sed posse docere quoq;,nō grauatus sum scholā eius frequentare. ille verò vtpote diuino plenus spiritu,oraculū quoddā edidit ex persona Dei sic ad placidissimā virtutē loquētis: Nónne tanquā domum me nominasti, & patrē, & virū virginitatis tuæ?manifestissimè docēs,ꝙ Deus & domus sit,incorporearū idearū incorporeus locus:& vniuersorū pater,vt q ea genuit:& sapiētiæ vir, semē felicitatis in vsū mortaliū iacies in bonā terrā virginē. Decet enim impollutā,intactā purámq; & verè virginē naturā cumDeo colloqui,lōgè diuerso modo quàm apud nos fit.homo enim quādo liberos sibi quærit,ex virginibus reddit mulieres. at Deus quādo incipit cū anima habere cōsuetudinē, eam quæ modo mulier fuerat,restituit in virginitatē pristinā:quādoqui dem sublatis degenerib.& minimè virilibus cupiditatib⁹ quibus effœminata fuerat, generosas & integras virtutes in earū locum

locū substituit.Sarræ igitur nō antè cōsueſcet,quàm illi desināt omnia muliebria,ita vt reuertatur in pristinū castarum virgi num ordinē.fieri tamē potest vt & virginis anima lasciuis affectibus polluta deturpetur:ideo firmū certúmq; manet oracu lum,quod dicit Deū virum nō virginis,hæc enim mutabilis & mortalis est,sed virginitatis,scilicet ideæ, quæ semper est sui si milis.cùm em̄ generatio & corruptio naturæ ordine cadat in res mortales,illę archetypæ potētię istarū rerum fictrices particularium,immortalitatē sua sorte adeptæ sunt.Et nō decebit Deū qui est ingenitus & immutabilis,virtutū immortaliū semper virginū ideas seminare invirginē trāsformatā ex mulieres Cur igitur ô anima cùm debeas inDei domo virginitatē seruare,& scientiā cōplecti,his neglectis sensum cōplecteris effœminantē te & polluentē?itaq; paries partū totū vitiosum ac pernicio sum,illum fratricidā execratū Caim,possessionem nō possidendā.vocat enim Caim possessio. Cæterū mirari posset aliqs narrationis modū,quo sæpe in multis legislator vtitur præter vulgatā cōsuetudinē.Postquā enim dixit de terrigenis,narratu rus de primo nato ex hominib⁹,de quo hactenus nihil omnino dixerat:quasi iā sæpe eū nominasset, ac nō nunc primū insereret eius nomen suis verbis,peperit Caim illū,inquit. Quēnā ô scriptor,de quo antea nihil vel paruum vel magnū significasti? atqui nō ignoras cōuenientē dispositionē nominū.certè procedēte sermone,de eadē persona dicturus es:cognouit Adā Euam vxore suā,& peperit filiū,vocauitq; nomē eius Seth. An-nō igit multò magis oportebat loquēdo de primogenito qui erat principiū successiuæ generationis hominū,primo sexum recēs nati declarasse ꝙ erat mas:deinde proprium nomē adiungere,puta Caim,aut quodcūq;.quoniā igitur nō quasi nesciens quomodo nomina ponēda sint,in mētione Caim videtur discessisse à consuetudine,cōsiderādum quā ob causam sic nominauerit natos è primis parētib⁹,obiter magis quàm modo quo solemus narrare impositionē nominū.est autē,quātum equidem coniicere possum,causa hæc. Reliquū vulgus hominū nomina imponit rebus diuersa ab ipsis rebus:vt aliud ipse sint, aliud sonēt earū vocabula:apudMosem verò nominū impositionesmanifestissimè res ipsas indicāt,vt res necessariò in nomē abeat sine vlla differētia.Quod dico discres clarius ex subiecto exēplo. Quādo intellectus(vocetur hic Adā)incidēs in sensum per quē viuere videtur animalia(vocetur hæc Eua) cupidine victus cōgredit:

illa verò cõcipit tanquã caſsibus & venatur naturaliter externa ſenſibilia,per oculos colorẽ,per aures vocẽ, per nares vaporem,ſaporẽ per guſtus inſtrumenta,per totum corpus quæ tanguntur:tunc prægnãs facta mox parturit,paritq; maximũ animæ malum arrogantiã. arrogat enim ſibi ceu proprias poſſeſſiones,quicquid vidit,quicquid audiuit, quicquid guſtauit, quicquid olfecit,quicquid tetigit,credens ſe horum omniũ inuẽtricem & artificẽ:id aũt ei nõ abſq; ratione accidit. erat enim fortaſſe aliqñ tẽpus quãdo intellectui nihil erat cũ cenſu negotij, neq; habebat ſenſum,multũ remotus à rebus iſtis gregalibus & vnà verſari ſolitis,ipſe ſimilis ſolitariis animalibus in ſeceſſu degẽtibus.tũc ſanè cùm ſeorſum cenſeret,nõ tãgebat corp⁹, vt qui careret inſtrumẽto quo externa captaret, ſed erat cæcus & impotens,nõ ſicut vulgò nominãt cùm vident orbatũ oculis: hic em̃ vno ſenſu priuatus,reliquis abũdè fruitur:ille autẽ omnibus ſenſitiuis potẽtiis mutilatus,reuera impotens erat dimidio animæ mulctatus,egenus viriũ quæ natæ ſunt ad apprehendenda corpora.miſera portio ſeparata à ſua cognata,carensſenſitiuis inſtrumentis quibus vice ſcipionis vacillans ſuſtentaretur.quapropter multis tenebris preſſos habẽs oculos,nihil cernere poterat.carebat enim ſenſu per quẽ res dignoſceret.Volẽs igitur Deus nõ ſolùm incorporearũ rerũ,ſed & ſolidorũ corporum cõprehenſionẽ ei præbere,expleuit totã animã, iam ante factæ portioni attexẽs alterã,quẽ nominauit appellatiué quidẽ mulierẽ,propriè verò Euã.ſenſum ſubindicãs.quæ vt primùm nata eſt,per ſingulas ſui partes ceu per quędã foramina magnã vim lucis infudit,quæ intellectũ ſubintraret: atq; ita caligine depulſa effecit,vt clarè manifeſtéq; videret naturas corporum tanquã dominus.ille verò quaſi poſt noctẽ ſolis ſplẽdore perfuſus fulgido,aut è profundo ſomno excitus, aut quaſi cæcus repẽtè viſu recepto,intuebat omnes ſimul creaturas, cælũ, terrã, aquã,aërem,ſtirpes,animãtes,habitus earum,qualitates,vires, ſexus,affectus, motus, actiones, efficacias, mutationes, corruptiones,& quædã videbat,quædã audiebat,quędã guſtabat,quędam tãgebat:ad alia procliuior,ſcilicet voluptatẽ afferẽtia, ab aliis alienior,vt dolorẽ inducẽtibus. Ergo cùm circunſpexiſſet circa ſe omnia,cõtemplatus ſeipſum ſuãmq; potentiam, auſus eſt gloriari ſicut aliquãdo Alexãder rex Macedo. nam & illum aiunt,cùm vellet ex Europa bellũ inferre Aſię,opportuno interuallo loco ſtantẽ,luſtratis aſpectu circa ſe omnibus dixiſſe,& hæc

hæc & hæc mea ſunt,puerili plebeiáq; leuitate animi,nõ,p maieſtate regia.ſed longè antea intellectus ſenſitiuã vim nactus, & per eam potit⁹ omnibus ideis corporis, repletus irrationali faſtu intumuit,vt omnia ſe poſsidere crederet, alios nihil omnino.Hũc in nobis morẽ exprimẽs Moſes, addidit Caĩm poſſeſſionẽ interpretari,ſtultitiæ vel poti⁹ impietatis plenũ.Cùm enim debuiſſet Dei poſſeſsionẽ omnia credere, ſuã exiſtimare maluit,ne ſui quidem ſatis cõpos,imò ne ſuam quidem ſciens eſſentiam.Attamẽ cõfidit ſenſibus tanquã idoneis ad captanda externa ſenſibilia.Dicat igitur quomodo oculis,aurib⁹, alióve ſenſu nõ errare poterit. at qui neceſſe eſt his ſingulos noſtrum labi falliq; cõtinuè,etiáſi nobis cõtingant horum inſtrumenta abſolutiſsima.Naturales enim noxas & errorẽ inuitis ſeſe ingerentẽ omnino effugere difficile,atq; adeò impoſsibile, cùm infinita falſas opiniones excitantia ſint & in nobis & circa nos & extra nos, paſsim in vniuerſo mortali genere occurrentia. Ergo inſanit cùm ſuam poſſeſsionẽ exiſtimat omnia,quanquã ſibi erecta ceruice placet.Sicut Iacob opinor valde riſit Labanẽ addictum qualitatibus,ipſe magis cõtemplator naturæ expertis qualitatũ,quando ille auſus eſt dicere,Filię meæ & filij mei &pecora mea,& omnia quæcunq; vides, mea ſunt, & filiarum mearum. Nã iſtæ ad ſingulas voces illud meum accinens,non deſinit de ſeipſo loqui magnificè.Itáne filias(ſunt hæ artes ſciẽtiæque animę) tuas ais eſſe filias?Dic quomodo?an-non primũ ab intellectu eas edoctus habes? deinde ſic natus es vt eas ſicut cætera poſsis amittere,vel propter aliarum curarum magnitudinem oblitus,vel propter diuturnas moleſtáſq; infirmitates corporis,vel propter deſtinatum ſenibus morbum incurabilẽ, ipſum ſenium,vel propter infinita alia,quorum iniri nõ poteſt numerus.Quid filios (hi ſunt particulares ratiocinationes animæ) cùm tuos ais, ſobriúsne es an inſanis cum tali opinione?certè atra bilis,deliratio,mentis alienatio,cõiecturæ incertæ,& imaginationes rerum fallaces, inanésq; quædam cogitationes ſomniorum ſimiles, quibus velimus nolimus diſtrahimur,ad hęc coalitus animę morbus obliuio,multáq; prętereà, non ſinunt te eſſe firmum rerum dominum.& declarãt omnia eſſe alterius,nõ tua.Quid de pecoribus?quæ ſunt ſenſus. brutũ enim quiddam & pecuinum ſenſus eſt: hæccine audes tua dicere? amabò cùm ſecus vides,ſecius audis plerũque,interdum falſos ſuccosdulces eſſe iudicans,& cõtrà dulces amaros,& per

omnes sensus sæpius falleris quàm rectè iudicas, nõ erubescis? sed tãquam nunquam errares vlla vi aut actione animæ, superbia fastúq; intumescis? Quòd si mutatus ad meliorem vt decet mentem redieris, dices à Deo possideri omnia nõ à te, cogitationes, scientias, artes, cõtemplationes, particulares ratiocinationes, sensus, operationes animæ quas vel cũ his operatur vel sine his. Quòd si perges absq; pædagogo magistróq; viuere, per totam ætatẽ feres graues dominas, arrogãtias, cõcupiscentias, voluptates, iniustitias, imprudẽtias, falsas opiniones. Dicit em: Si respõdeat seruus. Cõtentus sum domino meo & vxore mea cõmunibúsq; liberis, nolo esse posthac liber: adductus ad tribunal Dei, iudicãte ipso ferẽtéq; sentẽtiam, habebit quod postulauit, perforata primũ auricula, ne exaudiat Dei verba de libertate animæ. Est enim hominis reiecti velut è sacro certamine reprobatíq;, & planè puerilis cogitationis, iactare amorẽ dñi, & intellectũ habere pro hero atq; benefactore, iactare itẽ amorem sensus, eúmq; inter præcipua sua bona possessionésq; censere, natósq; inde pueros: ex intellectu cogitationes, ratiocinationes, cõiecturas, cõsilia: ex sensu, visum, auditũ, gustũ, odoratum, tactúmq; & cõmunem sentiẽdi vim. Necesse tamẽ est his adductũ nullo teneri libertatis desiderio. nam per horũ fugam abalienationémq; potimur immunitate. rursus alius quidam præter charitatis affectũ etiam insaniã præse ferens sic loquit: Quòd si quis rapuerit, tanquã de propriis certabo, & per vim recipiã. Persequẽdo enim, inquit, cõprehendã, diuidã spolia, explebo animã meam, & interficiam gladio meo, & prævalebit manus mea. Hũc libẽter sic cõpellarẽ: Nescis fatue, q̃ quisquis natus putat se persecutorẽ, alium persecutorem habet. morbus enim, senectus, mors, aliáq; turba volẽtium nolẽtiúmq; malorum vnumquẽq; nostrũ exagitat, circũagit atq; persequitur: & q̃ se putat prehendisse teneréq;, cõprehẽsus tenetur. Nec deest qui prædam sperãs, & eius portiones sibi pollicẽs, præda fit ipse redactus in alienã potestatẽ, esuriem pro saturitate, & seruitutem pro dominatione admittẽs in suã animã, & interẽptus dũ alium vult interficere, & prorsus omnia passus quæ intentabat aliis. erat em iste reuera omnis rationis & naturæ aduersari⁹, omnia quæ sunt agẽtis vsurpãs sibi, patiẽdi prorsus immemor, quasi extra omnẽ aleã positus. Sic enim infensus loquitur. Persequẽdo cõprehendam. Quis igitur posset esse infestior animę hostis, quàm qui per iactãtiam quæ Dei sunt sibi vsurpat? certè Deo

Deo propriũ est facere, nec fas est id vlli creaturę ascribere. proprium autẽ creaturæ pati. quod quisquis vt peculiare necessariúmq; præceperit animo, facilé feret casus vel grauissimos. cõtrà si alienum à se putarit, oppressus mole intolerabili, Sisyphiam pœnã sustinebit, ne caput quidẽ valens attollere, sed ab omni occurrẽte aduersitate obtorto collo abreptus, prębẽsq; se cuiq; obnoxiũ, ppter degeneres effœminatósq; affectus animę. Debuerat enim sufferre atq; resistere, & obfirmare mentẽ communiram septáq; suis potentissimis virtutibus, fortitudine ac tolerãtia. Quẽadmodum igitur tõderi duplex est, alterũ genus præbens se & accõmodans, alterũ tãtùm sustinẽs: pecus em aut tergus aut velus nihil ipsum agẽs, sed patiẽs solũmodo tondeẽ ab alio: homo verò adiutans tõsorem gestúq; se accõmodans, & agens simul atq; patiens: ita tũdi quoq; aliter verberoni seruo accidit vapulãti meritò, aut ingenuo propter maleficiũ in rota extenso, aut inanimæ rei cupiã: tũduntur em lapides, ligna, aurum, argentũ, aliæq; materiæ, quas fabri in suis officinis aut cõcidũt aut dilatãt in laminas. Aliter aũt athletę pugilatu certãti, aut pãcratio amore coronarũ & victoriæ: hic em illatas plagas vtraq; manu discutit, & ceruice huc illuc reducta ictus euitat: nõnunquã erectus in summos pedũ digitos & attollẽs se, aut cõtra submittẽs atq; cõtrahẽs: eludit frustratúrq; aduersariũ, quasi cũ vmbra pugnantẽ: mancipiũ verò aut ferrũ nihil agẽs inuicem, iniuriã omnẽ sustinet ad voluntatẽ alterius. talẽ igitur affectum nũquã in corpus admittamus, multò minus in animã: sed potius illũ cõtrariũ, quãdoquidẽ mortalẽ pati necesse est: ne tanquã effœminati, fracti dissolutíq; ante tẽpus deficiamus per imbecillitatem virtutũ animę, sed robusti neruos mẽtis, possimus impẽdẽtia mala leuiora reddere. Quoniã igitur satis declaratũ est, neminẽ mortalẽ habere vllius rei stabile certúmq; dominium: quos autẽ vulgus dominos vocat, opinione magis quàm reuera esse dominos: & necessùm est vt subditũ ac seruũ, ita rectorem in hoc vniuerso esse ac dominũ: reuera princeps ac imperator vnus Deus habẽdus est, quẽ decet hęc vox: Omnes res meæ sunt. Videamus nunc quàm magnificè diuinéq; de his scriptura loquatur: Omnia, inquit, mea sunt. Hæc autẽ sunt dona, munera, oblationes, quas, inquit, mihi offeretis semper in meis festis diebus. Valde apertè docens, q̃ in rebus alię mediocri gratia dignæ sunt, quæ vocatur munera: aliæ maiore, quæ vocantur dona propriè: aliæ sunt eius generis, vt nõ solùm fructus

ctus proferãt virtutum,verùm etiam totæ refertæ sint aptis ad
vescendum fructibus,quibus solis anima cõtemplatrix alitur.
Hæc quicunq; didicit,potestq; conseruare in mẽte atque custo-
dire,irreprehẽsibile pulcherrimúmq; sacrificium offeret Deo,
scilicet fidem,idq; nõ in festis istis mortalium:habet enim sua
festa,decreto nixus summè necessario philosophiæ sodalibus.
est autẽ hoc:Solus Deus verè festum agit.solus enim gaudet,læ
tatur,hilaritate pacéq; fruitur ab omni bello semotissima.Præ
tereà timoris expers,nihil cum malis habẽs cõmercij,nemini
cedit,nõ dolet,nõ lassatur,plenus felicitate sinceriſsima,ipsius
natura perfectissima,imò ipse fastigiũ est extremáq; linea fe-
licitatis ac perfectio,nõ egens alio per quem fiat melior,sed vl
tro omnibus particularia bona ceu è fonte impartiens.Nã quę
in mundo sunt bona,nõ essent talia,ni ad archetypi illius verè
boni,ingeniti,beati incorruptilisq; similitudinẽ facta fuissent.
& ideo sabbatum,quod interpretatur quies.Dei esse Moses di-
cit in multis legis locis,nõ hominum, attingens philosophiã
necessariam.Quod enim in rebus quiescit,si vera fateri opor-
tet,nihil præter Deum est.Requiem autem nõ otium voco: est
enim suopte ingenio actiua Causa illa omnium, nunquã desi-
nens à faciendis rebus pulcherrimis:sed operationẽ illam quæ
sine labore fatigationéq; fit cum facilitate maxima.Solẽ enim
& lunam & vniuersum cælum mundúmq; cùm non sint sui iu-
ris & in potestate propria,& moueãtur ferantúrq; cõtinué, fas
est dicere laborare:cuius laboris argumentum liquidissimum
extat in annuis horarum siue tẽporum quatuor vocibus. Nam
& ea quæ in cælo sunt amplissima suos motusvariãt,iam septẽ
trionales,iam austrinos,iã alios atq; alios cursus facientia: aër
quoq; frigus æstum & omnimodã admittens tẽperiem, ex suis
affectionibuslaborare deprehẽditur:quoniã generalissima mu
tationis causa est fatigario. Stultum autẽ esset de terrestribus
aquaticisq; prolixius agere,memorãdo vniuersales particula-
résq; horum mutationes.hæc enimverisimile est multò magis
quàm sublimia illa imbecillitati obnoxia,vt quæ multum vlti
mæ istius terrenæ essentiæ habeãt.Ergo qm̃ quę mutãtur pro-
pter fatigationẽ mutari solẽt.Deus autẽ mutari vetiq; nõ po-
test.naturam habet infatigabilem.quod verò non debilitatur,
etiam si faciat omnia,id in æternum nõ desinit quiescere.Itaq;
soli Deo maximè pprium est requiescere. Demõstraui autẽ etiã
festum agere ipsi cõuenire. Solius igitur summæ Causæ & fe-
sta sunt

sta sunt & sabbata,hominum autem nullius omnino. I si libet
contemplare celebritates nostras cantatissimas.omittãtur quę
apud barbaras simul & Græcas nationes per occasionẽ figmen-
torum fabulosorum aliæ aliâs institutæ sunt, in nullum alium
finem quàm vanitatem pomposam fastuosamq;.vix enim tota
ætas hominis suffecerit ad diligenter excutiendas inconsisten-
tias quæ insunt singulis. de præstantioribus tantùm pauca pro
ratione tẽporis libet dicere.In omni festo nostro & celebritate
quæ miramur sunt hæc:securitas,remissio,quies ab inferendis
iniurijs.ebrietas,potatio,comessatio,delitiæ,oblectamenta,pa
tentes ianuæ,pernoctationes,indecẽtes voluptates,quotidianæ
nuptiæ,insolentiæ,exercitium intemperãtiæ, insipientiæ medi
tatio,studia turpitudinis,honestatis pernicies,nocturnæ excita
tiones ad cupiditates inexplebiles,somnus diurnus,quando vi-
gilãdi tempus est,naturæ ordinis peruersio.tunc virtus videtur
vt noxia, vitium tãquam vtile rapitur. tunc in contemptu sunt
quæ oportet facere:quæ verò non oportet, in pretio. tunc musi-
ca,philosophia,& omnis eruditio,diuinæ animę diuina reuera
simulacra tenent silentium.at istæ artes quę suis lenociniis ven
tri & his quæ sub ventre sunt voluptatem conciliant, ostentant
suam facundiã.hæc sunt festa istorũ qui se felices dicunt.quorũ
turpitudo quandiu intra priuatos parietes locáq; profana cõti-
netur,minus peccare mihi videntur: vbi verò torrentis in mo-
rem populãs omnia,vel sacratissima tẽpla irrumpit, quicquid
in his sanctum est sternit cõtinuò,faciens profana sacrificia, vi
ctimas absq; litatione,preces irritas,profana item mysteria si-
mul & orgia,pietatem sanctitatémq; fucatam & adulterinam,
castitatem impurã, veritatẽ falsatã, cultũ Dei superstitiosum.
adhæc corpora quidem abluuntur lauacris& purificationibus:
affectiones verò animæ quibus vita sordidatur, nec volunt nec
curant eluere. Et vt cãdidati templa subeant dant operam,dili-
genter emaculatis amicti vestibus:mẽrem verò maculosam in
ipsa sacraria penitissima inferre nõ verentur.Item si quam pe-
cudem animaduertãt parum integro corpore,eiiciũt extra pu-
rificatum aspersione tẽpli spatium,nec patiuntur adduci ad al-
taria.quamuis inuita & per vim mulctata sint parte aliqua cor
poris:ipsi cõsauciati animas morbis grauibus,quos eis inflixit
impotens malitia,vel potius mutilati castratiq; membris prę-
cipuis,prudentia,fortitudine,iustitia, aliisq; quarum humana
natura capax est virtutibus,& admissis spõte noxis,tamen au-

deant

dent sacris operari, rati oculum Dei tãtum externa inspectare adiutũ luce solari, non etiam occulta æquè atq; aperta cõspicere, vt qui intra semet lucẽ habeat. eius enim Qui est oculus luce aliena nõ eget vt res percipiat: sed cũ ipse sit splendor archetypus, infinitos emittit radios, quorum nullus est sensibilis, omnes autẽ intelligibiles. & ideo solꝰ intelligibilis deus eis vtitur, ex genitis verò nemo. Quod enim genitũ, id sensibile: intelligibilis verò natura sensu nõ percipitur. ergo quoniã inuisibiliter subit has nostras animas, paremus ibi locũ ita vt decet futurum Dei habitaculũ. quod nisi fecerimus, clã migrabit in aliam domũ, quæ videbitur ædificata melius. si enim quoties reges excipiendi sunt, magnificentius excolimus ædes proprias, nihil negligendo quod ad ornatum pertineat, sed omnia benignè ac liberaliter adhibemus vt hospitium quàm iucundissimum respõdeat dignitati hospitis: regi regũ & huius vniuersi mundi rectori Deo, comitatis atq; humanitatis causa dignato suam creaturã inuisere, & à summo cælo ad terrã vt generi humano beneficia sua conferret degresso, qualem tandem domũ oportet instrui? Absit enim vt lapideam ligneámve, quod vel dictu nefas est. Nam etiamsi tota terra aurũ, aut siquid auro pretiosius, repẽte fieret, móxq; per opificũ artes in porticus, vestibula, aulas, areas, ædésq; sacras impẽderetur, ne scabellum quidem eius pedibus posset fieri. dignũ tamen eo domicilium anima est, modo sit idonea. Ergo quia domum in terris animã inuisibilẽ inuisibilis Dei dicimus, rectè legitiméq; loquimur. quæ vt fiat firma & ornatissima, fundamenta eius iaciantur, generosa indoles & institutio, quibus virtutes honestéq; actiones superstruantur. Eius ædificij prima ornamenta sunto præexercitamentorum ad encyclopædiam pertinẽtium tractatio. Nam bonam indolem sequitur sedulitas & memoria: institutionem verò discendi facilitas & attentio, quasi quædã radices arboris à qua mites fructus in futurum expectãtur, sine quibus absolui mẽtem est impossibile. Cæterùm ex virtutibus earúmq; actionibus munimentũ firmum atq; securũ accedit ædificio, vt quicquid animam ab honestate dimouere alienaréq; conatur, nihil contra tantam munitionem valeat efficere. à disciplinis autem encyclicis pendet totus ornatus animæ, quæ sunt quasi quędam dealbationes, picturæ, tabellæ, marmoratæ incrustationes, quibus non parietes solùm, sed & pauimenta ornantur, & id genus alia, nihil ad firmitatem conferentia, sed tantùm ad delectation

ctationem inhabitantium. Eodem modo & encyclopædia totã animalem domũ illustrat ornamẽtis variis. grãmatica quidem dum poẽtarũ scrutatur carmina, & priscorũ gesta cõsectatur in historiis. geometria verò pro portione æqualitatẽ afferens: & quicquid in nobis enorme, immodicũ, incõcinnũ est, per thithmos, mensuras modulósq; musicæ ciuilis recurans. Rhetorica autẽ verborum grauitatẽ examinãs, & quibusvis rebus elocutionem accõmodans, pronũtiationémq; ac vim mouẽdorũ affectuum: prætereà laudationes cæteráſq; voluptates quas facũda sonoráq; lingua excitare solet adhibens. Tali domo instructa apud mortale genus, bene sperandũ est terrestribus omnibus, expectãdúmq; fore vt in eã descendãt diuinæ potẽtiæ. illæ verò cælitus leges iuráq; ferentes aduenient, vt eam cõsecrent dedicentq;, iuxta iussa atq; voluntatẽ patris ipsarũ. Deinde cõmunicata mensa victúq; cum animabus virtutũ amatricibus, seminãt in eis felicẽ progeniẽ: sicut & sapiẽti illi Abrahã gratiã hospitij retulerũt perfectissimã, Isaac filiũ. nihil enim purificatã mentem maiore afficit lætitia, quàm & dominum habet, quem agnoscit regẽ rerũ omniũ. Nã seruire Deo, maxima est gloriatio, nõ modo libertate maior, sed & diuitiis, & principatu, & omnibus rebus quas mortales mirãtur pretiosior. Eius autẽ qui Est potentiã verè testatur oraculũ illud: Et terrã nõ addices in perpetuum: mea enim est vniuersa: quoniã aduenæ & inquilini vos estis corã me. An nõ manifestissimè docet, ius possessionis omnium rerũ pertinere ad Deũ, vsum verò solũ ad creaturã? Nihil, inquit, in perpetuũ cuiquam creaturæ venditur, quandoquidem vnus est dominus, totius creaturæ possessor proprius ac perpetuus. vtẽdas enim cõcessit Deus creaturas omnes omnibus, vt qui nullũ indiuiduũ perfectũ fecit, quod non vtiq; opus habeat alio: vt ꝓpter ea quæ cupit, accedat necessariò ad illud quod exhibere potest, & illud vicissim ad hoc, & vtrũq; ad alterum. sic enim futurũ erat per huiusmodi cõmercia, vt in lyræ morẽ quæ cõstat è tonis dissimilibus, in cõmunẽ cõueniret cõsonãtiam, dum mutuũ dant & accipiũt, atq; ita omnia permutãtur omnibus ad vniuersi mũdi cõplemẽtum. Cõuenit enim animatis cũ inanimis, brutis cũ rationalibꝰ, stirpibꝰ cũ hominibꝰ, feris cũ pecudibus, immãsuetis cũ cicuribus, masculo cum fœmella, & vicissim cũ mare fœminæ: & vt cõpendio dicã, terrenis cum aquatilibus, his cũ aëriuagis, volucribus cũ prędictis generibus. ad hæc terra amat cælum, hoc vicissim terram, aër

aquam

aquam,aqua vẽtum:mediæ naturæ ſe inuicẽ & extremas,extremæ medias & ſe inuicẽ:hyems certè æſtatẽ,æſtas hyemem,ver vtr.q;.ſicut hoc ipſum amore autumnũ proſequitur, ita vt ſingula ſingulis cara ſint,&(vt verbo dicã) omnia omnibus, ppter vſum mutuũ,vt vniuerſum hoc cuius partes iſta ſunt, abſolutũ opus exiſtat,dignum mundi opifice.ſic igitur his cõpoſitis ſibi omnium vindicauit dominium: vſumfructum verò diſtribuit ſuis ſubditis,vt ſeipſis vterẽtur,& alij aliis inuicẽ.vtimur enim & nobiſipſis,& omnibus quæ circa nos ſunt.Equidem conſtitutus ex anima & corpore,qui mẽtem,rationem, ſenſum habere videor, nihil horum meum peculiare inuenio. vbi enim erat meum corpus antequã naſcerer?quò diſceſſurum poſt obitum? vbi ſunt quæ aliquid videtur ætatum differẽtiæ?vbi infans,puellus,puer,ephebus,adoleſcẽtulus,veſtitus prima lanugine,iuuenis,perfectus vir? Vnde venit anima, quò diſceſſura? quàm diu nobiſcum habitatura? quænam eius eſſentia? poſſumúsne dicere,quando eã accepimus?ante natiuitatẽ? ſed tum nõdum eramus.poſt mortem,ſed tum nõ erimus.Concretæne ſunt corporib⁹?at ſic deuoluemur ad rediuiuas natiuitates. an nõ ſunt? certè nunc cùm viuimus imperata facimus magis quàm imperamus,& noſcimur magis quàm noſcimus. nouit eñ nos ipſa nobis incognita,& mãdata dat quæ exequi neceſſum eſt quaſi famulos dominæ:& vbi nos relinquere voluerit ac migrare ad ſuũ illũ principẽ, deſertum deſtituet hoc in quo viuimus domicilium: & retinere ſi voluerimus,elabetur. Habet enim naturam tenuium partium vt nullam anſam præbeat corpori. Quid intellectus qui in me habitat,fallax coniector, erroneus æſtimator,delirans,ſtulteſcens,demens interdum in exceſſu & atra bili & longo ſenio?At ſermo mihi peculiaris eſt,aut vocis inſtrumẽtas;Nónne ad quemvis morbum lingua deficit?nónne vel eloquẽtiſsimum os obturatur? Nónne multi expectatione mali alicuius attoniti nequeunt hiſcere? Atqui ne ſenſus quidẽ dominus comperior,& bonum ſi non ſeruus,ab eo per vim tractus,ad colores,ad figuras,ad voces,ad odores,ad ſapores,ad cætera corpora.Per quæ omnia liquere ſatis puto, nos alienis vti poſſeſsionibus,nec gloriam poſsidendo,nec diuitias,nec honores,nec imperia,nec aliud quicquã vel corpori vel animæ proprium,imò ne vitam quidem. vſumfructum habemus ſolùm: quod ſi cognoſceremus,curaremus tanquam res Dei,præcogitantes morẽ eſſe domini recipere ſua quandocunq; ipſi viſum fuerit.

fuerit.Sic enim adẽptas ferremus leuius. Nunc pleriq; omnes dum exiſtimãt hæc ſua eſſe ac propria, priuari copiam eorum & egentes mox opprimuntur mœſtitia. Eſt igitur non ſolũ verum,ſed etiam ad conſolationem vtiliſsimum,credere mundũ hunc & quæcunque cõtinet, eſſe creatoris ita poſſeſsiones ſicut opera. ſed hæc quoque opera ſua elargitur dominus, quod his opus non habeat,qui autem his vtitur,non poſsidet ea:quia herus vnus omnium & dominus eſt,qui rectiſsimè dicit: Mea eſt vniuerſa terra;ac ſi diceret:omnis creatura mea eſt: vos autem aduenę & inquilini corã me.Collati enim omnes mortales alij ad alios,indigenæ cenſentur & patricij,æquo iure vtentes & paribus muniis.Quod ſi ad Deum cõferantur,pro inquilinis erũt & aduenis.nam vnuſquiſq; noſtrum tanquam in nouam ciuitatem venit in mundum hunc,cuius ante natiuitatem ius non habuerat:poſtquam autem venit,inquilinus eſt, donec aſsignatũ ſibi vitæ tempus exantlauerit.Simulq; introducitur dogma ſapiẽtiſsimum,quod ſolus dominus Deus ciuis eſt.omnis autem creatura inquilina & aduena.qui verò dicuntur ciues, per abuſum nominis magis quàm verè ſic appellantur. donum autem gratuitum ſufficit ſapientibus viris ad ſolum ciuem Deum collatis.quòd in aduenarum & inquilinorum ordinẽ recepti ſunt: quoniam inſipientium nemo aduena aut inquilinus in Dei ciuitate inuenitur,ſed omnes inde exulant:ſicut pro ſententia ſuperius pronunciatũ eſt:Venditione,inquit, non vendetur terra: nec addidit à quo non vendetur, vt hoc ipſum quod ſiletur, ad ſciẽtiam proficiat initiato phyſiologiæ myſteriis.Inuenies igitur,ſi omnes cõſideres,eos quoq; vendere magis quàm donare, qui gratis largiri dicuntur:& quos putamus gratuito accipere, eos reuera emere.Nam qui dando captant laudem aut honorẽ, dum quærunt reddi ſibi gratiam, ſpecioſo donationis nomine venditionem prætexunt:quando & vẽditores ſuarum rerum ſolent accipere pretium. Qui verò admittẽtes dona, cogitãt reddere,& prima quaq; occaſione reddunt,idem quod emptores faciunt. Nam illi vt accipere norunt,ita & reddere. At Deus non venditor eſt,æquum pretium rebus ſuis ſtatuẽs, ſed donator omnium,perennes gratiarum fontes profundens, nullã permutationem cupiens. Nam nec ipſe indiget, nec quiſquam natus poteſt accepta rependere.Ergo quandoquidem omnium confeſsione omnia Dei poſſeſsio ſunt,quod tum rationibus veriſsimis tum teſtimoniis certiſsimis euincitur: atteſtantur enim

oracula quæ Moſes in ſacras literas retulit: improbandus eſt intellectus,qui quod ex coïtu cum ſenſu natum eſt,ſuam peculiarem poſſeſsionem ratus,vocauit Caim,dixitq;:Poſſedi hominem per Deum.] Hic quoq; falſus,at quãobrem falſus? Quia Deus cauſa eſt non inſtrumentum.At quod naſcitur,per inſtrumentum quidem,ſed vtique ex cauſa producitur.Nam vt gignatur aliquid,multa oportet concurrere:à quo,ex quo,per quod, propter quod:à quo,cauſa eſt:ex quo,materia:per quod, inſtrumentum:propter quod,finis.Agedum enim,ſi quis roget, domus & vrbs quævis vt condatur,quodnam res oportet præſtò eſſe,nõne opificem, lapides lignáq;,& inſtrumenta?quid igitur aliud eſt opifex quàm cauſa à quo?quid lapides lignáque, quàm materia ex qua fit ædificiũ?quid inſtrumenta,niſi per quæ?iam propter quid niſi rectum & ſecuritatem,quæ cauſa finalis eſt.tranſi nunc à priuatis ædificiis ad illam domũ ſiue vrbem maximã, id eſt mundum, & hanc quoq; ſimiliter conſidera, inuenies autorem eius Deum,à quo factus eſt:materiam verò quatuor elementa ex quibus temperatus eſt:inſtrumentum porrò verbum Dei per quod eſt conditus:cæterùm finalem cauſam cur conderetur,benignitatem ipſius opificis. ſic decernunt amatores veritatis,& ſtudioſi veræ ſanæque ſcientiæ. illi verò qui aiunt ſe per Deum acquiſiuiſſe aliquid,eum qui autor eſt,inſtrumẽtum eſſe putant:id verò quod inſtrumentum eſt, putant eſſe autorẽ, ſcilicet intellectum humanũ.eadem ſanè ratione rectè Ioſeph quoque coarguitur,dicens per Deum contingere ſomniorum intelligentiam.debuerat enim dixiſſe à Deo vt autore explicationem obſcurorum, diſcuſsionémq; conuenientem fieri. nos enim inſtrumẽta ſumus operationum particularium, qui iam intendimur,iam remittimur.artifex verò qui pulſat vires tum corporis tum animæ,à quo mouentur omnia.eos igitur qui rerum differentias non poſſunt diſcernere,vt indoctos, debemus denuò docere:eos verò qui contentioſè confundunt ſignificatorum ordinem,tanquam litium cupidos,fugere. cæterùm eos qui ſingulas voces examinando ſuum cuique locum conueniẽtem ſciunt attribuere,laudare decet vt exercẽtes ſe in vera ſinceráque philoſophia. proinde Moſes populum timentem ne fortè ab illo peſsimo perſecutore deleretur ad internecionem ſic alloquitur:Srate & videte ſalutem à domino, quam faciet vobis:doceos quòd non per Deum,ſed à Deo vt autore ſalutem conſequimur.

PHILONIS IVDAEI

De ſacrificiis Abelis & Caimi.

ET appoſuit parere fratrem eius.] Appoſitio vnius,ſubtractio eſt alterius, ſicut particularũ in arithmetica,ſic ratiocinationum in anima. proinde ſi Abel apponi dicitur, Caim ſubtrahi cenſendus eſt. Ne autem verborum nouitás multis obſcuritatem afferat, philoſophiã quæ hic ſubeſt diligenter quantum potero conabor excutere. Duas opiniones eſſe conſtat contrarias inter ſe, pugnantéſq;: altera menti nos permittit aſcribere omnia,vt autori cogitandi, ſentiendi,mouẽdi,ſiſtendi:altera Deum ſequitur,cuius ſumus opificiũ.prioris illius figura eſt Caim,qui interpretatur poſſeſsio, eò q; ſibi videatur poſsidere omnia:poſterioris verò Abel.refertur enim ad Deum. ambas igitur opiniones partitur vna anima:quas mox natas diſcerni ſeparariq; neceſſum eſt: quandoquidem tam infenſas inter ſe habitare vná non eſt poſsibile. Ergo quandiu anima pium illud dogma, ſcilicet Abelem non peperit,amator ſui Caim cohabitabat cum ea. poſtquam autẽ illa confeſsionẽ ſummæ illius cauſæ peperit,mentẽ quæ ſibi ſapiens videtur nõ magni faciebat amplius.id euidẽtius apparebit in eo quod tolerãtię Rebeccę redditũ eſt oraculo.hæc enim vbi duas inter ſe pugnantes naturas boni maliq; cõcepit,& de vtraq; multum diúq; cogitauit monitu prudẽtiæ, tandem ſubſultantes animaduertẽs,& iã ceu velitãtes præludentésq; futuro prælio,ſupplex Deum rogabat,dignaretur docere quid hoc mali eſſet,quódve huius remedium.Qui ſic reſpõdit:Duæ gentes in vtero tuo ſunt.nã accidens hoc natiuitatẽ boni malique ſignificat.Verùm & duo populi è vẽtre tuo diſcedẽt.Hoc remedium eſt,vt diſcedant ſeparẽtúrq; ab inuicẽ,nec amplius ſimul habitent.ergo poſtquã Deus bonum dogma Abelem appoſuit animæ,ſubtraxit ei opinionẽ abſurdam,ſcilicet Caim. nam & Abraham relictis mortalibus apponitur ad Dei populũ, fruẽs immortalitate,& factus ſimilis angelis.nam angeli exercitus Dei ſunt incorporeæ felicésq; animæ.Iacob quoq; ille virtutis

meditatot eodem modo apponitur ad melius,quando reliquit deterius.at Isaac seipso præceptore scientiã adeptus relinquit quidẽ & ipse quicquid corporale attextũ fuerat eius animæ:apponitur autẽ & consors fit,nõ vt priores,quos dixi, populo, sed generi,sicut Moses ait.genus enim vnum est illud summũ, populus autem multitudo nominatur.quotquot igitur per cognitionem disciplinarum proficiendo perfecti sunt, apponũtur ad sortẽ plurium.nec enim paruus numerus est eorũ qui ex auditu & doctrina discunt,quos nominauit populũ. qui verò humana doctrina relicta,ingenium Deo doctori excolendum cõmiserunt,sine labore scientiã assecuti,migrãt ad incorruptibile genus & perfectissimum, accipiẽtes sortẽ meliorẽ quàm in natiuitate:in quorum Isaac cẽsetur sodalitio. significat autẽ & aliũ talem intellectum immortalem. Sũt etiã aliqui quos Deus altius promouet,& euolãtes super omnes species omniáq; genera propè seipsum colloquat,sicut Mosi quoq; dicit:Tu verò hic sta mecum.itaq; moriturus nõ deficit nec apponit sicut priores vtpote nec appositionẽ nec subtractionẽ admittẽs,sed ex verbi illius causalis autoritate migrat,per quodvniuersus mũdus est cõditus:vt discas q̃ sapientem illum eodem quo mundum honore Deus dignatus est,per verbum quo cõdidit omnia, perfectum virũ ad se traducẽdo à terrestribus.Quin & cùm in terrenis eo vtebatur negotiis,nõ principis aut regis cõmunẽ aliquã virtutem indidit ei,per quam is exercet potestatem in affectus animæ:sed Deum eum cõstituit,totam corporis regionem ducémq; eius intellectũ subiiciens ei iubénsq; seruire:inquit em̃, Do te Deum Pharaoni.in Deũ aũt nec subtractio cadit nec appositio,cùm sit plenus & semper sibiipsi par.ideóq; nemo sepulchrum eius scire dicitur.quis enim est idoneus vt cogitatione cõprehẽdat migrationẽ perfectæ animæ ad eũ qui est?equidem opinor ne ipsam quidem,cui migrare cõtigit,scisse quãto meliora sortiretur,quippe quæ tũc correpta erat numine.nã Deus cùm alicui benefacit,nõ vtitur eius cõsilio:sed inexpectata beneficia solet porrigere liberaliter. Tale quiddam est apponere Deum natiuitatem boni ad perfectã mentem.id bonum sancti tas est,cuius nomen Abel. Et factus est Abel pastor pecorum, Caim autem operabatur terrã.] Cur quamuis maiorem natu Caim dixerat,nunc trãsponit ordinẽ,iunioris prius mentionẽ faciẽs in ostẽdendo vitæ propositò?erat enim probabile, grandiorẽ prius aggressum agricolturã, ac tum demum iuniorem susce-

suscepisse curã pecorum. at Moses nõ verisimilia credibiliáq;, sed merã veritatem cõsectatur:& qñ cũ Deo colloquens liberè negat se verbis pollere,hoc fortasse dicit,non esse sibi studium verborũ probabilium:idq; accidisse sibi heri & nudiustertius, ex quo Deus incepit cum ipso colloqui tãquã cum famulo. Nã qui in huius vitæ tempestatẽ iactationémq; inciderunt,necesse habent rapi huc illuc,nullam firmam tenẽtes scientiam,sed pẽdentes à verisimilibus ac probabilibus.Dei verò cultorẽ decet adhærere veritati,& verborum cõiecturalium fabulositatibus extremũ vale dicere.Quæ igitur est in præsenti quęstione veritas? virtutem à vitio antiquitate quidem superari, viribus antẽ ac dignitate præpollere.ergo quãdo de amborũ natiuitate agitur,Caim procurrat prior:quãdo verò cõferuntur & examinantur vtriusq; studia,Abel præcedat. nam à prima statim natiuitate & ab ipsis fasciis, vsq; dum iuuenilis ætatis affectuũ flãma deferueat extinguatúrq;,anima collactaneas habet,imprudentiam,intẽperantiam,iniustitiam,metum,ignauiam,aliásq; cognatas pestes,quarum singulæ educãtur augentúrq; à nutrice &victus ratione,per mores atq; leges pietati quidem infestas, superstitionẽ verò impietatis germanam adstruẽtes inducentésq;.vbi verò quis pubertatẽ ingressus est,& affectuum concutientium morbus se remisit,tanquã ventis cessantibus, incipit in tranquillitate degere,vix tandem cõstabilitus in virtutis firmitudine,quæ cõtinuò sibi succedentem quassationẽ, grauissimum animę morbum mitigauit.atq; ita vitium iuxta temporis prærogatiuam fit antiquius.iuxta dignitatem verò, honorẽ atq; gloriã,virtus est potior:cuius rei legislator ipse testis fide dignus est.cùm enim iuduxisset Esau illum cui nomen est ab imprudentia,antiquiorẽ,natu minori,nomẽ habẽti ab honesto exercitio tribuit prærogatiuã generis.at ille nõ prius eam statuit accipere,quàm,sicut in certamine,aduersarius deiect⁹ manus porrigat,præmia coronámq; cedẽs ei qui bellum sine indu ciis caduceatoribúsq; gerit cũ affectibus.Cõcesit enim,inquit ius primogenituræ Iacobo,nimirum fassus,q̃ quæ vim habent primatus & virtutis sunt prędmia,nullius mali sunt,sed amatoris sapientiæ:sicut tibia lyráq; & cætera instrumẽta musica solius sunt musici. de hoc aũt dogmate extat etiã lex scripta admodum pulchrè atq; vtiliter.Si habuerit vxores duas, vnã dilectam,& alterã exosam,genuerintq; ei liberos tam exosa quàm dilecta:& fuerit filius exosæ primogenitus:quacunq; die volue

rit substantiam inter filios diuidere,non poterit filium dilectæ facere primogenitum,& præferre filio exosæ: sed filium exosæ agnoscet primogenitum,dabitq; ei de his quę habuerit cuncta duplicia.iste est enim principiũ liberorum eius,& huic ius primogenitorum debetur.] Cognosce ô anima,& disce quænã sit ista exosa,& quisnam iste filius exosæ,móxq; scies q; alteri nemini,sed huic soli debetur ius primogenitorum. Nam duæ cũ singulis nobis cohabitant vxores,inimicæ inuestæq; sibiinuicẽ, animalem domum replẽtes æmulationis cõtentionibus. Harũ alteram diligimus,quam putamus mansuetam,mitẽ, amicissimam nobis & familiarissimam:hæc vocatur voluptas. Alterã verò odimus,rati efferam,immitem,immansuetámq;,& nobis infensissimam:hæc virtus nominatur.sed illius formosæ & modis omnib⁹ expetitæ voluptatis magna mysteria quis ignorat mortalium?eorum verò thesaurorum qui penes virtutem sunt bonitatem magnitudinémq;,quis eloqui pro dignitate valeat? norunt qui sunt eorum iam participes,discẽt etiam quibus natura est propitia,vocati ad cõuiuium,in quo non venter expletur voluptatibus corpus incrassantibus:sed in quo mens pasta & choreas ductans cum virtutibus,gaudens libẽsque hilaritate perfruitur.propterea quod dudũ dixi,vera bona ex seipsis naturaliter vocem mittere etiamsi sileant,nunc omitto, nec loquar de eis prolixius. nã nec sol nec luna opus habẽt interprete,qui nos doceat,ab altero interdiu,ab altera noctu mundum vniuersum illustrari:sed ipso splendore fidem vel absque teste faciunt oculis,certioribus quàm sunt aures rerum iudicibus. Quid autem in virtute nos maximè offendat difficultatis specie,nũc liberè proloquar.nam hoc imaginationem quandam primo cõgressu nobis incutit,cum metu difficultatis cõiunctã: sed assuetudo rem ostendit esse iucundam, cuius vtilitatem ratio mox indicat.cæterùm labor,inter prẽcipua bona numerandus,bellum cum voluptate gerit perpetuum. nunc enim,si verum dicendum est,omnis felicitas, omnisq; virtutis principiũ hominib⁹ Deus declarauit,sine quo nihil honestum apud mortales esse inuenies.nã sicut sine luce videre non possumus: quia nec colores nec oculi ad vidẽdum sufficiunt:hanc enim ceu vinculum natura prẽparauit,quo coaptaretur colori oculus : nam in tenebris neuter suam vim exerit.Eodem modo animæ oculus,nullam virtutis actionẽ potest attrectare, nisi à labore ceu luce adiutus.hic enim inter mentem & bonum quod mens desiderat

siderat medius,illud vna ex parte,hanc ex altera trahens ad se, vtraq; manu amicitiam cõcordiámq; conciliat,atque ita bona perfecta efficit.opta tibi bonum quodlibet, inuenies eius possessionem labore parari confirmariq;.pietas quoq; & sanctitas bona sunt,sed nisi Deum colamus non possunt nobis contingere.cultus autem hic cum pertinaci labore coniunctus est,prudentia,fortitudo,iustitia,pulchrę omnes & inter perfecta bona censendæ,non facilé obueniunt. Atq; vtinam vel assidua cura parari possint.Non possunt instrumenta animę ferre familiaritatẽ cum virtute & Deo,ceu quandam intensam vehemẽtémq; harmoniam:proinde remissa laxatáq; sępius,tanquam à summis artibus descendunt ad medias.Superest tamen magnus labor vel in mediis.considera studiosos omnes artium quas alij encyclias,alij liberales nominant : considera agricolas & qui victum quacunq; ratione quęritant:hi nec interdiu nec noctu curis sunt vacui:sed semper & vbiq;,vt vulgus loquitur, manibus pedibúsq; & omnibus viribus laborãre nõ desinunt, adeò vt immoriantur plerunq; suis negotiis. Sed sicut qui animam conãtur reddere sibi propitiam,necessariò colunt virtutes animę: ita qui cupiunt frui prospera valetudine corporis, curare debent sanitatẽ & id genus vires eius cęteras:quas certè curant irrequietis laboribus,qui solliciti sunt de potentiis ex quibus cõtemperati sunt. Vides igitur omnia bona è labore tanquam radice pullulare,quę negligere haudvnquam sustineas:alioqui nõ senties te cum eo cumulum bonorum negligere. Nam rẽctor cæli mũdiq; & habet & præbet bona quibuscunq; vult magna cum facilitate:& qui tantam mundi molem sine labore iã olim absolvit,ne nunc quidem in eodem statu eam continere desinit : quippe cui non defatigari maximè conuenit. Mortali autem nemini adipisci bona sine labore datum est: vt sic quoq; eminẽtem Dei felicitatem prædicemus. equidem existimo laboris cibiq; eandem esse vim. Nam sicut à cibo tota vita pẽdet vnà cũ suis actionibus & affectionibus,ita etiã à labore pendet quicquid in rebus bonũ est. ergo quemadmodum qui vitã sibi prorogare cupiunt, aliméta nõ negligunt:ita quotquot quæ bona sint cõcupiscunt,laboré magnificiãt.sicut enim cibus se habet ad vitã,sic labor ad honestatẽ:qui cùm sit vnicus,cave illum posthabeas,vt per eũ potiaris bonis simul omnib⁹.atq; ita quãuis ætate iunior,habeberis grandior,& iure primogenitorũ dignior,q; si vsq; proficiens ad finẽ perueneris,nõ solùm quæ pri-

mogenito debentur,sed vniuersam suam substantiã pater tibi largietur.sicut Iacob illi supplantãti bases affectuum,qui accepta beneficia confitendo dicit:Misertus est mei Deus,& adsunt mihi omnia,dogma nobis erudiẽdis proferẽs. omnia enim in Dei miseratione sita sunt.id quod ex institutione Abraham aui sui didicit,qui sapientissimo Isaac dedit sua bona omnia, nihil ex his reliquũ faciens spuriis nec recta stirpe prognatis,sed ex vna alteráq; cõcubina cogitationibus: quibus vt paruis parua dona dat.nam bona eius,scilicet perfectæ virtutes,solius legitimi perfectíq; filij possessio sunt.medij verò generis,officia vel imperfectis cõueniunt,qui vsque ad liberales disciplinas progressi sunt,quæ ad Agar & Chetura pertinẽt:quarũ illa inquilinam,hæc suffitum significat. nam qui soli encyclopædiæ dat operam.inquilinus nõ ciuis est sapiẽtiæ,tanquã suaueolentiam quandã aspirans animæ per hãc cõtemplationẽ. atqui cibis nõ odoribus ei ad sanitatẽ opus est.odoratus verò minister gustui, tanquam rei prægustator,à natura datus dicitur rerum architecta omnium.atqui præpositorũ maior quàm subiectorum semper ratio habenda est,& indigenarum sciẽtiarum potius quàm inquilinarũ.His auditis intellectus auersatus voluptatem adiũgit se virtuti,vbi pulchritudinem eius nõ fucatam,sed genuinã & quæ sanctitatem deceat animaduertit:ac tum demum fit pastor pecorum,videlicet brutarum viriũ animę,atq; etiam auriga gubernatórq;,non sinens eas ferri errabundas nullo ordine, carẽtes duce ac præposito:ne quasi in orbitate quadam destitutæ tutoribus & auxilio priuatæ,nõ aberrent solũ, sed & pereãt. ergo exercitator ille sui,conueniens virtuti opus aggressus est, cũ sustinuit pascere Labanis pecora, intẽti in colores formásq; & inanima vtique corpora,ac ne hæc quidẽ omnia,sed residua. id autem quid est?duplex brutorum genus est.alterum destitutum ratione iudicandi,quales dementes vocamus:alterũ in totum ratione priuatum:quales brutæ animãtes sunt.illos igitur irrationales impetus,vires,inquam, rationis expertes, filij Labanis iter trium dierum secedendo curant,quæ figura est virtutis per omnem vitã derelictæ. Tripartitum enim tempus est, diuisum in præteritum,præsens atque futurum. Alio modo dicuntur irrationalia,quæ nõ recta modò, sed omni prorsus ratione carent,quo in numero sunt pecora: quę exercitator ille cura sua dignabitur,sic cogitans,ea peccare non malicioso animo,sed per ignorantiam ex praua institutione contractã. Ergo ignor

ignorantia leue malum quod inuitis,obrepit, facilè habet remedium,disciplinã videlicet.Calliditas autem morbus animę voluntarius,ægrè vel potius nunquã sanatur & repellitur.itaq; à sapientissimo patre docti filij,etiamsi in disipatorem bonorum Pharaonem inciderint, qui videtur rex animalis noscẽtis discrimina,nihil perculsi apparatu regio,fatẽtur se pastores pecorum:nec tãtùm se,verùm patres quoque suos. atqui alius vix principatum potẽtiámq; ita iactarer, vt hi viri vitã pastoriciã. Si quis tamen rem pro dignitate valeat expẽdere,maius regno est hoc negotium,posse tãquam ciuitatem aut regionẽ, corpus sensúsq; & ventris ventríq; subiectarum partiũ voluptates, cæterósq; affectus,& linguã rẽiq; ex quibus cõstamus, nunc moderari cõstanter atq; fortiter,nunc æquanimiter in viam ducere.oportet enim sicut aurigam subiugalibus nũc remittere habenas,nunc in terga retrahere, quoties plus satis efferuntur impetu & rectorem parum audiunt.proinde admiror Mosen legiferum,qui præclaram existimans artem pastorum,ipse tractauit hoc negotium.Præfuit enim Iothoris gregibus dicã an dogmatibus,abducens ea à vulgaribus reipubl.studiis in solitudinem in qua nulla fit iniuria.ducebat enim pecora in desertum. vnde sequitur vt omnis pastor pecorum abominatio sit Aegyptiis. Rectam enim rationem gubernare solitam ac præcipere odit omnis amator affectuum:sicut deterrim⁹ quisq; puer odit præceptores ac pædagogos, & omnem bonum monitorẽ castigatorémq;. At Moses ait se abominationes Aegypti sacrificaturũ Deo,scilicet virtutes immaculatas decentissimásq; hostias, quas abominatur omnis insipiens. Itaq; meritò Abel qui quicquid optimum est refert adDeum,pastor vocatur:Caim autem qui ad seipsum & intellectum proprium,terrę operarius.Quid verò sit terram operari,in præcedentibus libris declarauimus. Et factũ est post aliquod dies, obtulit Caim de fructu terræ donum domino.] Duplex seipsum amantis crimen. Vnum quòd post aliquod dies,non cõtinuò gratias egit Deo: alterum quòd de fructu obtulit,nõ de primo fructu, quas vocamus primitias deriuatiuo nomine. vtriusq; rei causam scrutemur, prius eam quæ præcedit ordine. oportet eos qui boni aliquid faciunt prouolare ante alios,& incunctãter amoliri impedimenta omnia. Est autem optimum opus summi illius primariiq; boni placatio sine cessatione dilationéque.ideo præceptum extat: Si voueris votum,nõ cunctaberis id reddere. Votum igitur est petitio

boni alicuius à Deo:mandatum autem, vt voti cõpos coronam offerat Deo,non sibi, idq; sine mora si fieri potest. in hac re qui peccant, alij per beneficiorum obliuionem gratiarum actione se priuant,qua nihil pretiosius. alij verò per nimiã arrogatiam seipsos autores bonorum suorum existimant,non illum verum autorem rerum omnium. Tertij leuius peccant quàm proximi,grauius tamẽ quàm primi. hi sua bona referũt quidem ad autorem Deum, sed aiunt se suo meritò ea consequi. esse enim se prudentes,fortes,tẽperantes,iustos,& ideo dignos censendos diuina gratia.Horum singulis resistit sacra scriptura,ac primò illum qui abolita memoria indulget obliuioni his verbis alloquitur:Heus tu,caue ne edendo saturatus,& extructas pulchras æs inhabitans,auctúsq; gregibus pecorum & armẽtis boum, argentó q; & auro ac cæteris bonis tibi affluentibus, exalteris corde obliuiscarísq; domini Dei tui. Quando igitur non obliuiscaris tu? Quando non obliuiscaris tui ipsius. memor enim propriæ conditionis quàm sis prorsus nihili,memineris & immensæ Dei præstantiæ qua vniuersa superemínet.Illum verò qui seipsum causam suorũ bonorũ putat, sic castigat scriptura: Caue dicas,inquit,robur meum, aut fortitudo manus meæ parauit mihi hanc potẽtiam. sed memor memineris domini Dei tui,qui dedit tibi vires ad parendam potẽtiam, at ille seipsum dignũ credens accepto beneficio,patiatur se admoneri hoc oraculo: Nõ propter iustitiam tuã,nec propter sanctitatem cordis tui,intras in terrã hãc vt eam sorte possideas:sed primùm propter iniquitatẽ harum gentiũ inferẽte iis Deo pernicie: deinde vt confirmetur testamentũ illud quod iurauit nostris patribus. testamẽtum autem Dei figuratè dicũtur eius gratiæ.nec est fas vt ille quicquã imperfectũ largiatur.itaq; integra absolutáque sunt dona Ingeniti omnia,integra autem in rebus virtus est, & huius actiones.ergo si de medio sustulerimus obliuionẽ,ingratitudinem,amorẽ sui,& horũ matrem arrogãtiam,nõ amplius cunctando amittemus germanũ cultum Dei,sed præcurremus creaturas cæteras,& priusquã salutemus vllã rem mortalem,cõpellabimus dominum,parati eius imperata exequi.nã & Abraham properans celeriter & cum magna alacritate accurrens iubet virtutem Sarrã festinare & fermẽtare tres mensuras similæ,faceréq; subcinericios,quãdo Deus ipse comitatus duabus supremis potẽtiis,principatu bonitatéq;. ipse vnus ille medi⁹ triplicem imaginationẽ operabat in visiua anima, quarum singulas metir

metiri haud licet(incircũscriptus enim Deus,& incircunscriptę eius potẽtiæ)sed ipsæ metiuntur omnia. bonitas eius mensura bonorũ est:potẽtia,mensura subditorũ.ipse verò imperator mẽsura est omnium rerum corporearũ incorporearúmq;, ideo hæ potentiæ,regulę pręceptíq; rationem obtinentes erga cæteras, metiuntur & appendunt reliqua omnia.has tres mensuras bonum est fermentari quodãmodo cõmiscerique in anima, vt persuasa esse summum Deum,q super potentias suas eminet,& vel sine illis vel in illis apparet,recipiat characteres potentiæ eius beneficẽtiæq;,& initietur perfectissimis mysteriis, quę vt diuina nemini proloquatur facilè:sed seruans ea recõdita,& tenens silentium,fruatur eis in abscõdito.scriptura enim subcinericiorum quos encryphias vocãt meminit,quia cęlari debet sacer ac mysticus sermo de Ingenito eiusq; potentiis:quãdoquidem diuinorum orgiorum depositum seruare nõ cuiusuis est.nã incõtinentis animæ fluenta per os linguãq; emanantia,inundãt aures omnium.harũ quæ capaciores lacunas habent,libenter seruant quod infunditur.aliæ verò propter angustias foraminum rigari nequeunt. quod autẽ superebullit effusum in parum capacia,passim diffluit:vt quę prius cælabãtur fluitent in superficie,& in modum vilis cœnis res pretiosissimæ pessum abeant. quamobrẽ placet mihi cõsilium eorum qui ante magna mysteria initiãt minoribus.Coxerũt enim pastam suã quàm extulerant ex Aegypto,vt fierẽt azymi subcinericij, id est ferum crudúmq; affectum subegerunt,tanquã cibum coquendo maturandó q;:modum aurẽ coquendi & mutandi in melius,qui per diuinam quandã morã fit,non prodiderunt sermone,sed in occultis suis reposuerũt,nõ elati initiatione,sed sine iactatione submittentes se humiliãtésq;. Accingamus igitur & expediamus nos ad agendas omnipotẽti gratias,reddendúmq; illi sine mora honorẽ debitum.præceptum est enim transeuntibus ab affectu ad virtutum meditationẽ,vt accincti lũbos pascha celebrent,expediti ad ministrandum:& induti calceamẽta,quibus carneã molem ratione cõtineant,stentq; recti firmatis pedibus:& disciplinam habentes virgã in manibus, ad dirigẽda citra errorem omnia vitæ negotia:postremò iubentur properando cibũ edere, quia pascha creaturæ mortalis trãsitus ad Deũ dicitur: & valde cõuenienter.nullum enim bonũ est,quod nõ dei sit & diuinum. id igitur celeriter quęre ô anima,quẽadmodum ille meditator Iacob:qui rogatus à patre,Quid hoc est quod cito inueniſti fili

quasi

quasi dogma respondet:Quod dedit dominus Deus coram me: quippe qui lõga experientia doctus norat, quod quicquid inna tum est animæ,lõgo vsu cõfirmatur:sicut fit cùm artes earúmq; præcepta traduntur discentibus:Nõ possunt enim pręceptores, quemadmodum qui in vas infundunt, implere mẽtem eorum qui introducuntur.Sed quãdo fons sapientiæ Deus sciẽtias tradit humano generi, sine mora hoc facit & ex tẽpore. tum verò homines discipuli facti eius qui solus est sapiens,summa celeritate quod quęrebãt,inueniunt.est autẽ præcipua virtus discipulorum,dare operã vt pfectum doctorẽ ipsi quoq; perfectè imitentur.atqui præceptor ille omni tẽpore celerior est.quia ne tũ quidem ab eo adiutus est cùm creabat omnia, & ipsum etiã simul cum modo extitit. adhuc enim loquente Deo facta sunt omnia,nec intercesit vlla mora temporis.imò si licet verius dogma attingere,dictum & factum idẽ est. verbo certè etiã apud mortales nihil est mobilius. præcedentẽ enim mentis cõceptũ celeritate assequitur nominũ verborúmq; volubilitas. ergo sicut riuorum perenniũ fluenta cursu irrequieto feruntur,sequẽtibus aquis præcedentes impellẽtibus:ita sermonis semel cœpti exundãtia, mentẽ omnium quæ nobis insunt mobilissimã, &volucrib⁹ naturis parem,currendo assequitur.igitur sicut Ingenitus ille præuenit omnia genita: ita Ingeniti sermo sermonem creaturæ præcurrit,nubila etiã præteruolans,sicut ipse liberè loquitur,dicens:Ecce videbis quòd apprehendet te sermo meus.quasi nihil sit qnod Dei sermonẽ possit effugere, quòd si sermo pręuenit,multò magis ipse qui loquitur,sicut alibi testatur,dicẽs sic:Ego steti ibi prius quàm tu.quo significat se substitisse ante omne quod factũ est:qui & hic & illic est, & aliubi & vbiq;,implens quàm latè patent omnia,& nihil relinquẽs ipso vacuum.nõ enim dicit,Ego steti & illic,sed nunc quoq; tibi pręsens sto illic eodem tẽpore,non motu ambulatorio, vt alterum locum occupãs relinquã alterum, sed mouendo me tenore eodem.faciunt igitur suum officium obediẽtes filij,qui naturã patris imitãdo, incunctãter cum omni festinatione quod bonum est agunt,qui nihil pulchrius facere possunt,quàm quòd honorãt Deum sine dilatione.at dissipator Pharao,nõ valens imaginatione percipere virtutes carẽtes tempore, nimirum orbatus animæ oculis,quibus solis naturæ cõprehẽduntur incorporeæ, ne iuuari quidem ex tẽpore sustinuit:sed cum inanimatis opinionibus,ranis inquam premeretur,sonum strepitúmq; inanẽ

&

& omni re vacuum emittentibus,dicente Mose:Præscribe tempus quo pro te tuisq; famulis precer vt ranæ tollãtur è medio, cùm debuisset in tanta necessitate constitutus dicere:iam nunc precare:maluit differre dicẽs.Cras:vt per omnia retineret impietatis teneritudinem. Idem accidit omnibus fermè dubitatoribus,etiamsi nõ exprimatur eis cõfessio.nam quotiescunq; aliquid eis accidit præter animi sententiam,homines qui ne antea quidem firmiter seruatori crediderãt, ad creaturas auxilij gratia cõfugiunt,medicos,herbas,pharmacorum cõpositiones, diætam accuratam, cæteráq; omnia mortalium auxilia. Quibus si quis dicat:cõfugite ô miseri ad illum vnicum medicum morborũ animæ,omissis istis quæ à corruptibili creatura peritis falsi nominis auxiliis:rident & cauillantur reclamantes:In crastinum ista:quasi ne præsentaneam quidem malorũ depulsionem petituri à Deo supplices.sed quãdo nihil humanæ opis proficit,& vel Pæonia remedia officiunt: tum demum penitus destituti consilio,nullum aliũde sperantes auxilium, infelices volentes nolentes,vix serò ad Deum qui solus seruare potest se recipiunt.ille non ignarus parum valere quæ extorta sunt, non omnibus pariter est facilis,sed his in quos bene collocatur beneficium.Ergo omnis cogitatio quæ sua putat esse omnia, Deo se præferẽs(hoc em ex his verbis POST ALIQVOT DIES intelligitur)sciat se impietatis ream apud sacras literas.Hactenus satis dictũ sit de primo Caimi crimine. secũdum tale fuit. Cur de fructibus,& nõ de primis fructib⁹ offert primitias?fortasse hanc ob causam,vt primatũ creaturæ det,secũdarium honorẽ reddat numini. Sicut enim sunt quidam qui animæ præferunt corpus,seruũ dominæ, eodem modo sunt qui creaturã magis honorant quàm creatorẽ,contra mandatũ legislatoris, iubentis primitias de primis fructibus terræ inferri in domũ Dei,& nõ conuerti in vsum proprium.iustum enim est motus animæ primos vel sua vi vel ordine,Deo dedicari autorẽ eum cõfitendo. Qui primi sunt ordine,sunt illi qui statim à natiuitate nobis obuenerunt,cibus,incrementũ,visus,auditus,gustus, odoratus,tactus,sermo,intellectus,partes animæ,partes corporis,vires harum,in vniuersum motus & habitus qui secundum naturam sunt.quos autẽ sua dignitate viq; primos dixi,sunt benefacta,virtutes,virtutum actiones.ex his igitur iustũ est offeri primitias.primitię verò sũt,sermo ex sincero animo emissus cum gratiarũ actione. is diuiditur in suas sectiones, sicut lyra

diuid

diuiditur,& cætera instrumenta música.in his enim soni & singuli per se apti sunt,& ad alium cõcentum maximè accõmodi: sicut & in grammatica ex elementis ea quæ vocantur vocalia, quæ tum per se sonant,tum aliis coniuncta integrã vocem efficiunt.cæterùm natura quæ multas potentias in nobis vel sensitiuas vel intellectiuas fabricauit, & cuique peculiare aliquod opus assignauit:ac rursum omnes eas coaptauit per proportiones concinnitate qua respondent inter se inuicẽ,iure felix prædicari potest & ob vniuersas & ob singulas.quapropter cùm offeres sacrificium de primis fructibus,ita diuide sicut docet sacra scriptura:primùm vt sint virentes,inde tosti, deinde concisi,postremò comminuti.virentes recentésque ideo:quia homines illos antiquum fabulosúmq; tempus amãtes, celerem autẽ & nulli tempori obnoxiam Dei potentiam non intelligentes, docet:admonens vt noua,recentia pubentiáq; sumant bono animo,ne priscis innutriti fabulositatibus quæ multis ætatibus ad decipiendos mortales sunt ceu per manus traditæ, imbuantur falsis opinionibus:sed à Deo nunquam senescente sempérq; iuuene noua recẽtiáq; bona copiosè accipiendo, discant credere nõ esse quicquam vetus apud eum,aut omnino præteritum, sed subsistens absq; tempore nascénsque: quapropter etiã alio in loco scriptura inquit:A facie cani surges, & honorabis faciẽ senioris.quasi plurimum interfit inter vtrunque. Canum enim dicit tempus illud otiosum, à quo surgere migraréq; oportet eos qui declinant opinionem istam innumeros fallẽtem, quòd tempus habeat naturam faciendi aliquid. Seniorem autẽ eum qui honore,præmio dignitatéq; præfertur cæteris, cuius probatio amico Dei Mosi committitur. Quos tu nosti, inquit, hi sunt.nempe qui hic nihil iuuenile admitteret,seniora & summo honore digna dogmata amare solitus.Prodest tamen si non ad parãdam perfectam virtutem, certè ad curã reipub. nosse opiniones priscas & Ogygias, audiréq; antiquitatis pulcherrima facinora,quæ historici, & omne genus poetarum prodiderunt ætati suæ ad posteritatis memoriam.Sed quando ex improuiso nil talẽ sperantibus, repentina lux affulserat sapientiæ quã per se quisque discit,quæ parentẽ animæ oculum penetrans ex auditoribus reddit spectatores scientiæ,celerrimũ sensum,visum præ tardissimo auditu in mentem inferens:tunc frustra fuerit sermonibus aures exercere,ideo dicitur: Comedetis vetera & vetera veterum:sed & vetera ex persona iuuenũ efferetis: quasi

canæ

canæ propter tempus disciplinæ recusandæ nõ sint,dum & scriptis sapientum damus operam,& narrationibus priscarum rerum sententiarúmque libenter intersumus, & scitari non grauamur de superioribus ætatibus,quando nihil ignorare est res iucundissima.Cùm autem Deus in animam indit noua germina per se docilis sapiẽtiæ,quę ex præceptoribus didicimus contrahenda circunscribendáq; sunt,subducentia se vltrò & effluẽtia.scholarem enim Dei,siue familiarem,siue discipulum, seu quocũq; alio libet hũc appellare nomine,impossibile est tolerare præceptiunculas mortalium. Sit præterea nouæ animæ maturitas tosta,hoc est tanquam aurum sermone efficaci examinata.examinatę autem probataéq; signum est soliditas:sicut enim viientium spicarum fructus torretur vt deponat molliciem,quod fieri nõ potest absq; ignis ministerio:eodem modo nouum conatum tendentium ad maturitatem virtũtis oportet potente irrefragabiliq; sermone duratum solidúmq; reddere. solet enim sermo in anima speculationes non solùm ad maturitatem coquere ne sint fluidæ, sed & irrationalium affectionum impetum labefacere.saltem meditatorem Iacob coquentẽ aspice,quãdo Esau mox deficere inuenitur.fundamentũ enim seipsos amãtium,vitium & affectus est:quo fulti si id sibi subduci viderint, non immeritò neruos robúrq; amittunt. Sit autem is sermo non confusus,sed in sua frusta diuisus. nam sic concisa χίσματα vocantur.in omnibus enim rebus ordo melior est quàm perturbatio,præsertim in sermone currente velocissimè.diuidendus est igitur in præcipua capita vt vocant, & addendus suus apparatus singulis,exẽplum bonorum sagittariorum imitãdo, qui scopo aliquo sibi proposito, conãtur omnia tela in eũ defigere.scopo enim summariũ illud capitulũ, telis eius apparatus assimilatur.atq; ita sermo,quo nihil præstãtius discimus,aptè cõcinneq; contexitur. etenim bracteas auri cõcidit legislator in fila,ad cõtexẽda quędam sua opera firmius. Ad eundem modum sermo quouis auro pretiosior.ex variegationibus innumerisq; ideis laudabiliter absoluitur,quãdo vsq; ad exigua capitula cõcisus formã alicuius inuẽti accipit, additis demonstrationibus,tanquam aptè contextis staminibus. siquidẽ pari modo præcipitur vt holocautoma detracto tergore membratim concidatur,vt primùm anima absq; tegminibus quæ ei vanæ falsæq; opiniones circũdãt,nuda appareat: deinde diuisiones cõueniẽtes recipiat. integrũ enim quiddam & vnũ

virtus

virtus est,quæ in species suas diuiditur,prudentiã, temperãtiã, iustitiam,fortitudinẽ:vt cognitis singularum differẽtiis vltrò eam colamus,& per partes & integram.Cõsideremus aũt quomodo animã assuefaciamus, ne solidis & indigestis imaginationibus turbata decipiatur:sed vt diuisiones rerũ faciendo singulas introspiciat& scrutetur cum omni diligẽtia. assumemus etiam sermonem qui non inordinato impetu ruẽdo obscuritatem faciat,sed partitus in sua capita,singulorúmq; horũ demõstrationes,tanquam animal ex perfectis mẽbris cõpactum pulchrè congruat.oportet autem,si volumus vsum harum rerum in nobis confirmari,exercere has meditaríq; assiduè: quia non perseuerare in cœptis scientiis,perinde est ac si gustato cibo potúq;,nõ detur ad satietatẽ edere.ergo post concisa pulchrè conuenit comminuta facere, hoc est post diuisionem immorari in inuẽtis terendo tẽpus diutius.nam exercitatio continua scientiam cõfirmat, sicut ignorantiã inexercitatio.innumeri igitur dum grauantur in certamen descendere,genuinã vim perdiderunt:quos non sunt imitati qui animã alebant prophetia signi ficata mannę nomine.Nam hi molebant conterebantque eam faciendo subcinericios,volentes singuli cælestem illum virtutis sermonẽ comminuere quo firmius hæreret in animo. ergo vbivirẽtia ad maturitatẽ,tosta ignito irrefragibiliq; sermone, concisa diuisáq; in rerum partes, deniq; cõmunita per tractationẽ meditationémq; inuentorum approbaueris,ex sententia Dei sacrificiũ primi fructus offeres, optimi & ante alios prognati ex anima.attamẽ etiamsi ipsi tardemus, ille nõ cũctatur idoneos vel ante oblationẽ sibi assumere.Assumam, inquit,vos mihi populũ,& ero Deus vester,& vos eritis mihi populus:ego sum dominus.Hæc sunt Caimi crimina,post aliquot dies offerẽtis sacrificium.cæterùm Abel obtulit ei nec eadẽ, nęc eodem modo,sed pro inanimis animata,pro iunioribus & secundariis grandiora & primaria,pro deterioribus integra atq; pinguiora.nã de primogenitis gregis sui,& de adipib⁹ eorũ sacrificasse dicitur,iuxta præceptum sacratissimum.est autem tale.Et erit, inquit,cùm introduxerit te Deus Chananæorũ in terrã eorum, sicut iurauit patribus tuis:dabo tibi eam, & sumes omne quod aperit vuluam generis masculini de armẽtis & gregibus tuis, vt offeras domino.omne aperiẽs vuluã asini, permutabis oue: sin autem nõ permutaueris,redimes ipsum.] Quod aperit vulnam,donum Abelis est primogenitũ,quod quãdo & quomodo offerend

offerendum sit quære.certè aptissimum tempus est,quando inducit te Deus influctuantem sermonem, terram Chananæorũ, nõ quomodocunq; ,sed quemadmodum iurauit ipse:non vt fluctuationem huc illuc iactatus,& nusquam consistens sustineas, sed vt ab ea desistens in serenitate ac tranquillitate degas,& ad virtutem tãquam in stationem tutissimam, aut portum delatus stabiliaris firmiter. Dum autem dicit, Deum iurare,dispiciendum an verè hoc ei cõueniens pronuncietur: quoniam plurimis videtur non esse proprium. Iusiurandum enim intelligitur testimoniũ Dei de re ambigua.Deo autẽ nihil est incertum aut dubium,qui etiã alios in cognitionẽ veritatis dignatur introducere.ipsi certè nullo teste opus est.nec enim est aliusDeus huic honore par.ne quid dicam de teste, quod inquãtum testimoniũ exhibet,maior est eo cui datur testimoniũ. alrer enim opis indiget,alter opem fert.at quod opẽ fert, fide dignius est eo quòd hac indiget,sed nihil est præstãtius summo illo rerum autore,quia ne conferendum quidem quicquam,imò neq; paulò deterius,sed toto genere demissum infraDeũ inuenitur quic quid est.& homines vt fides ipsis habeatur ad iusiurandum confugiunt.Deus vel simpliciter loquẽs fide dignus est.itaq; verba eius,quantum ad certitudinem, nil à iuramẽto differunt. ita fit vt sententiæ nostræ fides ex iureiurando accedat,ipsi verò iuramento ex Deo.non enim propter hoc Deo creditur,sed hoc per Deum confirmatur. cur igitur vati nostro visum est iurantem eum introducere?vt infirmitatem creaturæ coargueret,& conuictam consolaretur. non potest enim anima nostra semper in promptu habere præcipuam illam de Deo sententiam, nõ esse eum homini similem,vt trãscendamus quicquid prędicatur de homine:sed quia maxima ex parte affines sumus rerum mortalium,& prẽter eas nil cogitare possumus, neque proprios morbos egredi:sed induti rebus mortalibus tanquam cochleę,eisq; harum in morem inuoluti, easdem de illo beato immortaliq; quas de nobis opiniones habemus, verbis quidẽ negantes Deũ humana forma præditum,re autem ab impietate quorundam, qui affectus ei tribuunt non alieni,vtcunq; tergiuersamur:ideò manus,pedes,introitum,exitum,odium,alienationem, auersationem, irã ei affingimus, affectus nihil ad autorẽ illum summum pertinentes:in quibus & iusiurandum est,quo subleuatur nostra infirmitas. Si dederit tibi Deus quævis,ait Moses ponẽs terminos.illo enim non dante nõ habebis. quoniam omnia in

eius potestate sunt,externa bona,corpus,sensus,ratio,intellect⁹ & omniũ actiones atq; essentiæ:nec tu solus,sed & mundus hic: à quo quicquid auelles & separabis,hoc alienum inuenies. etenim terram,aquam,aërem,cælum,stellas animalium stirpiũq; tum mortalium tum immortaliũ ideas omnes vt res suas possidet.itaq; quicquid ex his adduxeris pro victima, Deo suas res offeres non tuas. Et vide quàm pius, qui de his,quæ acceperat sumpsit:non totum offert quantum sibi donatum est. plurimas enim res nobis natura conuenientes humano generi donauit, quarum expers est ipsa omnium:vt generationẽ ipsa ingenita, alimentum quo ipsa nõ indiget,corpus instrumẽtale quod ipsa nõ potest assumere,incessum,visum,auditum,cibos nunc ingerere,nunc digestos egerere, vaporum discernere diuersitates, verba promere, ridere: insunt nobis & alia permulta ad vsus quotidianos necessaria.Verum hæc aliquis indifferẽtia dixerit, quæ verò ex cõfesso bona sunt,inesse naturæ. age igitur examinemus ea quoq; quæ vt vera bona admiramur,quæ omnia optamus nobis obuenire suo tẽpore, & adepti videmur felicissimi. Quis ignorat quòd carere senio mortéq; habetur inter humana bona præstantissimum, quæ neutra ad naturam pertinent, quamuis expertem mortis & senij? Et quid mirum si ingenitũ illud bonis vti nõ dignatur,quando & creatura ipsa, secundùm idearum in quas diuiditur differentias, dissimiles virtutes expetit:itaq; nulla inter viros & mulieres æmulatio est de his quę sunt alterutris propria:sed mulieres nõ abstinentes studiis virilibus,viraginum subibunt infamiam: viri verò androgynorũ, si tractẽt exercitia muliebria.Quid quod nõnullas virtutes natura ita discreuit,vt nulla cura possint cõmunicari? & ideò seminare gigneréq;,quę propria viri virtus est,nõ adest mulieri, sicut fœcunditas pariendi,muliebre bonum,nõ cadit in virorũ naturã.itaq; ne illa quidem quæ insunt hominibus, de Deo dicuntur propriè, sed per quendam abusum nominum quo infirmitati nostræ succurritur. quamobrẽ aufer ô anima, quicquid est genitum,mortale,mutabile,profanum,quãdo de Deo ingenito,incorruptibili,immutabili,sancto soloq; beato cogitas.cæterùm omne masculinum aperiẽs vuluam sacrificari domino, valde naturæ est cõsentaneum.sicut enim mulieribus ad pariẽdos fœtus peculiarẽ partem natura dedit vuluam:ita ad generationem actionum assignauit in anima vim, per quam intellectus multa concipiat,parturiat,deniq; pariat etiam.cõmenta autem

autem quæ pariuntur,partim mascula partim fœminea sunt,sicut animalia fœmineus fœt⁹ animæ malitia est & affectio,quibus effœminamur in omnibus studiis. masculus autẽ,virtus & immunitas ab affectibus,quæ duo nos cõfirmãt & excitant. ex his quicquid ad virile cõturbernium pertinet Deo cõsecrandũ: quicquid ad conclaue muliebre,nobis attribuendũ:& ideò præcipitur,Omne aperiens vuluã masculinum domino.addit etiã; Omne aperiens vuluam de armentis & gregibus tuis. Postquã dixit de principalis animæ partis fœtib⁹,incipit docere de brutæ partis progenie.hęc ad sensus pertinet,quos cõfert propheta cũ armentis & gregibus, cicuribus mansuetísq;, vt qui sub pastorum cura degunt.quę enim libera sinuntur,destituta cicuratore efferãtur.at quæ præfectos habent caprarios,bubulcos,pastores,iuxta quodq; genus animantium,ea mãsuescunt necessariò.proinde & sensuum genus suaptè natura vel mãsuetum vel immansuetũ est. immãsuetum quidẽ quando contempto regimine intellectus ceu bubulci, fertur sine ratione ad sensibilia. mãsuetum verò,quãdo obsequenter cedẽs præstantiori animæ parti rationi, ab ea gubernat & regitur. quicquid igitur videt, audit,& in vniuersum sentit,iuxta intellectus monita,totũ masculum atq; perfectũ est,quia bene se habẽt singula. Quicquid autem sine præfecto:corpus nostrũ,tanquam ciuitatẽ magistratu carentẽ perducit ad interitũ. Rursum ex sensibus aliquos intellectũ sequentes,qui necessariò potiores sunt,ad Deum referre oportet:contumaces verò imputandi nobis sunt, qui temerè impetu eorum rapimur. Nec tantum à iam dictis:sed & à fermẽto toto præceptum est particulam desumere. Et erit quãdo comedetis de fructibus terrę,auferetis particulam separatã domino.De primitiis fermenti panum vestrorum,particulam auferetis ei.sicut partẽ de area, sic separabitis id. Fermentũ istud propriè,si verum fatendum est,nos ipsi sumus,cõgestis & commixtis plurimis essentiis,vt ex his absolueremur frigidũ enim cum calido,& aridum cum humido, potestates cõtrarias commixtas & cõtemperatas animalium opifex in vnum redigens, vnumquẽq; nostrum fecit ex ea congerie, quæ intelligitur fermenti nomine:cuius primariæ duæ partes anima & corpus.primitiæ Deo consecrandæ sunt.sunt autem primitiæ, sancti & ad virtutem pertinentes motus partis vtriusque, ideo cõferuntur cum area.ergo sicut in area triticũ hordeúmq; & id genus alia seorsum separãtur,aristę verò & paleæ & huiusmodi quisquilię

 dissip

dissipantur aliò:ita etiam apud nos alia sunt optima,vtilia,veros cibos præbentia,per quæ recta vita perficitur, quæ quidem offerenda Deo sunt:alia verò parum diuina relinquenda velut reiectamenta mortali generi.ab his tamen auferendæ particulæ.sunt item potentiæ totæ puræ à malitia,quas diuidendo mutilare nefas est,similes nõ diuidendis victimis,scilicet holocautomatis:quarum manifestum exemplum Isaac, qui more victimæ duci iussus est, nulla corruptibili affectione oblæsus. alibi quoque dicitur:Munera mea,dona mea,sacrificia mea seruabitis offerenda mihi in diebus festis,nihil adimẽdo neq; diuidendo,sed plena integra perfectáque adducendo.Festum enim animæ est perfecte lætari virtutibus.est autem perfecta lætitia expers morborum humano generi accidẽtium. tali festo solus sapiẽs fruitur,præterea nemo. nam anima quæ nullum affectum aut vitiũ gustarit inuenitur rarissimè. Reddita igitur ratione de partibus animę,tum rectrice cũ subdita,quidve sit in vtraq; masculinũ aut fœmininum,cõsequenter docet de corpore.Sciẽs enim certò quòd absq; labore & cura non est possibile adipisci progeniem masculam,dicit deinceps: Omne aperiens vuluam asini,permutabis oue:ac si dicat omnem laborem permutabis profectu.Laborem enim asinus significat animal patiẽs:profectum verò ouis, sicut vox Græca προβατον indicat. submouemur autem,his ne segnes simus in studiis artium cæterorúmq; quæ meditatione discimus,sed accuratissimè præparata mente subsistamus fortiter aduersus omnem lassitudinẽ,demúsq; operam ne labor cõiunctus sit cum negligentia: & vt vsq; proficiẽdo ad gloriosum finem perueniamus.propter profectum enim labor sustinendus est: quod si te tolerãte laboris difficultatem, ingenium tuum nihilo reddatur melius,repugnétq; profectui. desiste & quiesce.Durũ enim est aduersari naturę.ideo additur: Quod si nõ permutaueris,redimes id,hoc est,si nõ poteris profectu mutare laborem,uoli laborare.hoc enim redẽptio significat liberare animam ab inani cura & inutili.hæc autem nõ de virtutibus dico,sed de his artibus quæ medij sunt generis,déq; aliis necessariis ad curã corporis, & ad externa bona quærẽda. nã labor qui propter vera bona & perfectam honestatẽ suscipitur,etiãsi ad scopũ nõ perueniat, per seipsum ad sectatores suos iuuãdos sufficit,virtute autẽ excepta quicquid non absoluitur, nullam affert vtilitatem,quemadmodũ in animalibus si caput adimas pereunt cętera omnia.Caput autem negotiorum est finis

nis eorum:quo adhibito viuunt quodammodo: moriuntur autem mutilata,si illud precidere volueris.itaq; & athletæ qui nõ possunt reportare victoriã semper succũbentes ab incepto desistant:& si quis negotiator aut nauclerus maria sulcans infortunatus est,mutata vitæ ratione quiescat:& quotquot mediis artibus studendo,propter ingeniũ durius nõ valent eas assequi,laudem merebuntur si desinant.nõ enim propter exercitiũ exercemus talia,sed propter scopũ ad quem ea referuntur.ergo si fortè ingeniũ in eodem vestigio hærẽs nolit se promouere ad meliora,ne frustra cõtẽdamus.quod si ab eo iuuabimur,primitiis honoribúsq; Deũ colamus,quibus anima redimitur, & exẽpta immitium herorũ dominio in libertatẽ asseritur. Moses enim fatetur,Leuitas qui pro primogenitis cultores facti sunt eius q solus colendus est,redemptionẽ esse cæterorum omnium.Ego, inquit,tuli leuitas de medio filiorũ Israël,vt redimerentur eis: erúntq; mihi Leuitæ.meũ est enim omne primogenitũ, ex quo percussi primogenita in terra Aegypti:sanctificaui mihi quicquid primũ nascitur in Israël. ratio quæ ad Deum cõfugit suppliciter,nominatur Leuita.Hũc è medio tullio & principali animę parte desumptũ, electũ & in sortem suã receptum, portione quæ maiori natu debetur dignatus est: vt inde satis liqueat, Rubim quidem Iacobi.Leui autem Israëlis esse primogenitũ: quorũ ille tẽpore, hic dignitate ac potentia ius primogenitorũ sibi vindicat.Iacob enim cùm laborẽ & profectũ significet,principium est bonæ indolis,quæ in Rubim intelligitur.cõtemplationis autem quæ solùm sapientẽ Deum intuetur.iuxta nomen Israëlis,fons est illum colere propenso animo:quẽ cultum Leuita significat. ergo sicut Esau iuris primogenitorũ hæres Iacob inuenitur,studio vitiorũ victo à labore honesto: ita & bono ingenio prædíti Rubim primatum ætatis Leui perfectæ virtuti deditus auferet. cuius perfectionis signũ manifestius, quòd ad Deum cõfugit relictis ad quę natus fuerat negotiis.hæ sunt illę propriæ mercedes quibus anima libertatis auida redimit.quid autẽ si hic quoq; dogma introducitur valde necessarium?quod omnis sapiens stulti est redemptio mercésq;,ne minimo quidẽ tẽpore duraturi,nisi ille misericordia sua prouidentiáq; impulsus incolumitati eius prospiceret:sicut medicus ægroto, morbis eius resistẽs,& aut mitiores reddẽs,aut omnino tollens, nisi tanta sit morbi vis & cõtumacia,vt lõge curationẽ superet.tũc enim pereundũ est corpori,quãdo in ea bilance immensum prę

grauantibus malis,bonorum ediuersò nullum põdus est.vbi si inuẽta esset quinquagenaria ratio,iuxta quam anima seruituti exempta in totum libera pronuntiatur, aut aliquis sequẽtium numerorũ quos ille sapiens Abrahã enumerat, descendens vsq; denarium eruditioni peculiarẽ numerum,nõ perisset mẽs tam ignobiliter.conandum tamen est vt etiã certò perdendos à suis vitiis seruemus quantũ possumus,imitãdo bonos medicos: qui quamuis videant haud posse ægrum à se seruari, tamen libẽter omnem curationem admouent,ne per ipsorum negligentiã videatur res nõ successisse ex sentẽtia. quod si vel minima sanitatis scintilla se ostenderit,ea diligẽtissimè sicut in foco accẽdenda est. sperandum enim fore vt vita prorogata mutetur in melius,magisq; sibi in posterũ à lapsu caueat. Equidem quãdo aliquem bonũ virum habitantẽ in aliqua domo aut vrbe video,& domũ.& vrbẽ illam beatã prædico,ratus tum præsentẽ felicitatem ei mansurã perpetuò,tum absentẽ expectandã cumulationem. Deo vltra modum mensurámq; diuitias suas in gratiã dignorum etiã in indignos profundere solito.quib⁹ quia ne senescant precari mihi nõ licet,precor vitã lõgissimam.existimans tam diuturnã felicitatem fore hominibus,quàm longũ illis vitæ tẽpus contigerit,proinde audita morte alicuius eorum,magna tristitia magnóq; dolore afficior.nõ tam ipsorum vicẽ dolens quàm superstitũ. illos enim naturæ ordine necessario manet is exitus, vt post vitã feliciter exactã glorioſa mors eos excipiat,istis verò destitutis magna potentiq; manu qua protecti antea fuerant.suorum malorũ sensus imminet: nisi natura tanquam in arbore de qua maturi fructus defluunt, alios recentes substituat, quibus alantur fruantúrq; quibuscunq; datum est. quemadmodũ igitur ciuitatum certissimũ munimentum viri fortes sunt:ita in vnuscuiusq; nostrũ ciuitate,quę cõstat ex anima & corpore,pro firmissimo propugnaculo sunt cogitationes amicæ prudentiæ:quas legislator per translationẽ vocat mercedem re⁊ptorum & primogenitos, ex causis iã ante dictis.propterea ciuitates quoq; Leuitarũ immunes semper fore ait:quia Dei cultor libertate sempiterna fruitur.iuxta continuas mutationes animæ nunquã nõ mobilis,sanationes recipiens alias super alias,quod enim ait immunes nõ semel, sed in perpetuum, ita intelligere debemus,semper eas mutari, verum semper in integrũ restitui:quãdo mutatio à natura mortali est eis indita: libertas verò Deo curante superuenit.Illud quoq; nõ obiter cõside

rãdum videtur,cur nã ciuitates Leuitarũ cõcessę sint profugis,vt cum sacratis viris profani omniũ existimatione cohabitarent:hi sunt qui non spõte cædem fecerunt.primũ igitur dicẽdum quòd cõsentit cum modo dicto, bonũ virum malè esse redemptionem.itaq; meritò peccatores ad sacerdotes veniunt,vt purificẽtur.deinde,à Leuitis ideo admitti profugos,quia & ipsi potẽtia sunt profugi.quemadmodũ enim illi pelluntur proculpatria:sic & isti reliquerũt liberos,parẽtes,germanos,quicquid familiarissimũ est & charissimũ, vt pro mortali sorte immortalem inuenirent. hoc tantũ interest,quòd illi nolentes exulant ob facinus quod nolẽtes admisere: isti volentes profugiunt rerum optimarum amore:& quòd illis Leuitæ sunt refugium.Leuitis autẽ præses rerum omnium:vt imperfecti quidem legem habeãt sacrã scripturam:isti verò Deum cui cõsecrati sunt.Præterea qui nõ sponte cædẽ fecerunt,ideo easdem cum Leuitis ciuitates ad incolendũ sortiti sunt,quia & isti propter cædem factam priuilegium cõsecuti sunt.cũ enim anima parum sibi cõstans ad illum Aegyptium Deũ corpus tanquã ad aurum honorãndum se cõuertit:tunc sacri sermones omnes suã spõte correptis telis,id est eruditis demõstrationib⁹,ductu imperiòq; summi põtificis ac varis amici Deo Mosis quẽ sibi præfecerãt,bellũ acerrimum pro pietate susceperũt,nec prius destiterunt,quàm debellatis omnium aduersariorũ dogmatibus.itaq; meritò idẽ acceperunt domicilijũ.qui eadem quãuis nõ eodem modo fecerant.Est & alia nõ incelebris vt inter secreta ratio, deponenda penes aures seniorũ,obturatis interim iuniorũ auribus. Ex Dei potẽtiis optimis omnibus vna cæteris honore par,quæ ad legũlationem pertinet(nã ipse summus legislator est,fons legũ,cæterorúmq; legislatorũ particulariũ)bifariã potest diuidi.prioris partis ministerLeuita est:omnib⁹ enim ritib⁹ fungitur,qui referũtur ad perfectũ sacerdotium. per quod assurgit ad Deum genus humanũ,eiq; familiare redditur, siue per holocautomata,siue per sacrificia quæ pro salute fiunt,aut pro peccatis quorũ pœnitet. Alterius autem partis quæ ad pœnas noxiis infligẽdas spectat,ministri fiunt,qui cædem cõmittunt absq; animi ꝓpositoꝰ,attestãte Mose:Nolens,inquit,fecit.sed Deus tradidit eũ in manus eius.Itaq; huius manibus pro instrumẽto vsus est:& qui inuisibiliter per eas operatus est,alter est ipse quoq; inuisibilis. Cohabitẽt igitur duo famuli,executores duarũ legislatoriæ potentiæ partiũ:eius quę ad beneficia pertinet.Leuitæ:eius quæ ad

pœnarum exactionem,is qui nolẽs interfecit. quod autem ait: die qua percussi omne primogenitũ Aegypti,sanctificaui mihi omne primogenitũ Israëlis:nõ debemus suspicari, illo tantũmodo tẽpore,quo magna illa plaga Aegyptij percussi sunt,primogenitorũ interitu sanctificata esse Israëlis primogenita: sed & olim & nunc & posthac & semper hoc cõtingere potest in anima, quãdo quod in cæco affectu præcipuum est extinguitur, Deo tunc acutè discernẽte antiquiorem honoratiorémq; sobolem quam sibi sanctificet.exitus enim è vitio introitum in virtutem efficit:sicut econtrà,decedente hac vitium succedit velut ex insidiis.certè vix exiuerat Iacob,cùm in mentem omniũ capacem Esau ingressus est,provirtutis formulis impressurus, si valeat, characteres malitiæ. verùm non potuit hoc efficere: supplantabitur enim & hæreditate fraudabitur à sapiente illo nesciens,propellẽte iniuriam priusquàm eam accipiat. Offert autem hic noster primitias non solùm de primogenitis, sed & de eorum adipibus,ostendens quòd quicquid in anima hilare, pingue,salubre,gratiosum,totum debeamus Deo cedere. Equidem tria video in sacrificiorum ordinatione præcipi, vt offerantur præ cæteris victimæ partibus,adeps,renes,fibra iecoris, de quibus suo loco dicemus:nusquam cerebrum,nusquam cor, quæ ante alia consecrari oportebat, si legislator principatum agnouisset in horum altero. Quid si admodum piè consideratéque hæc in fidelem Dei aram non intulit? quia principalis illa vis singulis temporis momentis vel ad melius vel ad deterius mutabilis non manet eodem loco,quandoquidem & ipsa nunc probatæ nũc damnatæ monetæ censetur.quamobrem locum rerum adeò inter se pugnantium capacem, honestatis & turpitudinis,neutram excludentem & parem honorẽ tribuentem vtrique,non minus impurum quàm purum legislator iudicans,ab altari Dei amouit,quod enim turpe idem profanum est:profanum verò,omnino inconsecrabile. & hoc est cur principalis vis à sacris arcetur:cui si accedat certum iudicium,tum demum perpurgatis omnibus partibus,immaculata,impolluta̅que tota adolebitur. hæc enim est lex holocautomatum, vt præter recrementa ciborũ & tergus,quæ corporalis infirmitatis non malitiæ sunt indicia,nihil résiduũ relinquatur ex creatura.cætera quæ animam reddunt omnibus membris integrã, integra super altare numinis exurantur.

PHIL

PHILONIS IVDAEI

De eo quod deterius potiori insidiari soleat.

ET dixit Caim ad Abel fratrem suum:Trãseamus in campum. Et factum est cùm essent in campo,insurrexit Caim contra Abel fratrem suum,& occidit eũ.] Quod Caim sibi voluit, tale est. prouocatũ Abelem ad disputationem induxit, vt verisimilibus probabilibúsque sophismatibus eum expugnatũ caperet.campũ enim in quem vocatur,signum certaminis ac pugnæ dicimus, ex manifestis cõiecturam de incertis sumendo.videmus enim pleraq; certamina tã belli quàm pacis tẽpore in cãpis peragi.in pace gymnici athletæ stadia & campos.quærunt adiacentes viis publicis: nec in bello mos est pedestria equestriáq; prælia in tumulis cõmittere:sic enim propter loca impedita vtrinq; maiora detrimẽta hostes acciperẽt inferréntq; sibi inuicẽ.Huius rei argumẽtum est maximũ meditator illæ scientiæ cõtrariã ei debellans ignorantiam,quãdo irrationales animæ potentias quodãmodo cõpescẽs castigánsq; in cãpo cernitur. Accersiuit enim Iacob Rachelem Liamq; in campũ vbi greges erant:manifestè docens per cãpum contentionẽ significari.accitis autẽ dixit,Video vultum patris vestri non esse erga me sicut heri & nudiustertius. Deus autẽ patris mei erat mecũ.] Atqui ideo (dixerit aliquis) Laban erga te malè affectus est,quia Deus tibi fauet.nã in quacunq; anima externũ istud sensibile honoratur tanquã bonum maximum:in ea ratio ciuilis nõ inuenitur:in qua autem Deus obambulat,in ea bonũ externũ sensibile non relinquitur,quod in nomine Laban intelligimus.& quotquot rationis profectu sicut patriarcha ornantur,irrationales animæ impetus per doctrinã traducunt in melius,campũ ad hoc eligẽdo vt locũ idoneum.Dicitur enim Iosepho,Nónne fratres tui pascũt oues in Sichem?veni,mittã te ad eos.quo respondente,Præsto sum,ait. Vade & vide si sani sunt fratres tui & pecora,& renuntia mihi, Et misit eum de valle Chebron,& venit in Sichem, inuenítque eum homo errantem in cãpo:& interrogauit quid quæreret:at

illo respondit: Fratres meos quæro, indica mihi vbi pascãt greges. Dixit ei homo. Recesserunt de loco hoc: audiui enim eos dicentes. Eamus in Dothaim.] Ergo q̃ in campo irrationales suas potẽtias cõpescant, satis liquet ex his quæ diximus. Ioseph autem mittitur ad eos, quia patris disciplinam austeriorẽ ferre non potest, vt discat apud indulgentiores præceptores, quid vtile, quidve faciendum sit. Vtitur enim dogmate è diuersis cõtexto admodum multiplici atq; vario. ideóq; tunicã variegatã ei factam, dicit legislator, quæ significat labyrinthosi & inexplicabilis dogmatis introductorẽ: qui rerumpub. instituta magis quàm veritatem respiciens inter philosophandũ, tria genera bonorũ, externa, corporis, animæ, totis naturis inter se diffũcta, in vnum contrahit: cùm debuisset suum cuiq; pretiũ reddere, & quãtum vniuersa valeant ostendere, & illud integrum verum plenariúmq; bonum ex omnibus his cõpositum. ista verò ex quibus hoc cõpingitur, partes aut elemẽta bonorũ esse, non autem perfecta bona. Et sicut nec ignis, nec terra, nec vnum aliquod ex quatuor, ex quibus cõstat hæc rerum vniuersitas, mundus est, sed elementorum in vnum cõgressus & cõtemperatio: pari modo felicitatẽ nec in externis bonis propriè, nec in corporis, nec in animæ seorsum examinari: hæc enim singula velut partes quæ dã & elemẽta sunt: sed in omnium simul congerie. pro hac igitur opinione, vt meliorem discat, mittitur ad viros qui solum honestum esse bonum existimant, quod animæ, in quantum animæ est proprium: corporis verò bona quæ vocantur, lucra tantùm esse, non etiam vera bona persuasum habent. Ecce quid dicat: Fratres tui pascunt, & imperãt omnibus brutis sui partibus, in Sichem: quod interpretatur humerus: laborem tolerantiæ significans. nam virtutis amatores baiulant sarcinas maximas, affectum erga corpus & voluptatem corporis, præterea certamen aduersus externa bona delectationésq; quæ inde proueniunt. Adesdum igitur, mittã te ad eos, hoc est, accitus accede ad mentem, spõte facto impetu ad meliora discẽda. hactenus certè tibi places quasi veram illam disciplinã adeptus. quamuis enim nondum hoc apud te statueris, paratũ te ais denuò discere. dicẽs, Præsto sum. quo verbo mihi videris temeritatem facilitatémq; tuam aperire potius quàm ad disciplinas capescendas animi prõptitudinem. argumẽto est, quòd inueniet te paulò pòst verus homo errantẽ in via, nõ erraturũ si sano proposito iuisses ad exercendum te. atqui adhortatio parentis

rentis nullam necessitatem tibi imponit, vt voluntarius & tuopte iussu trãseas ad meliora studia. ait enim: Profectus vide, dispice, considera, & accuratissimè speculare totũ negotiũ. oportet enim tẽ prius scire quid sit illud cui laborẽ impensurus es, atq; ita ad eius studium accedere. certè postquã prosperis, & totum intuitũ per omnia circuntuleris, insuper examina illos quoq; qui versantur iam in eo exercitio: sani ne sint dum hoc agunt an insaniant, quemadmodũ voluptatis amatores arbitrãtur, cauillis eos incessantes subsannãtésq;. Et caue ne putans te satis animaduertisse, sanos hos meditatores pronũties prius q̃ patri renuntiaueris omnia. nam sententiæ nuper incipientium discere, sunt incõstantes & infirmæ: sicut eorũ qui iam profecerunt, firmæ: quorũ imitari oportet constantiã. hoc modo ô anima si scrutaberis cogitationes sacras immissas diuinitus, itẽq; leges Deo charorũ hominum, nunquã cogeris aliquid indignũ earum celsitudine admittere. nã hoc ipsum de quo nunc verba facimus, quomodo posset admittere quisquã rectè sapiẽs? Tantámne fuisse ministrorũ seruulorúmve inopiã in familia Iacob posidẽtis opes regias, vt filiũ in agrũ longinquũ mitteret renũtiaturũ de cæterorũ liberorũ valerudine, atq; etiã pecorũ? auus eius, præter captiuorũ turbã quos abduxit oppressis nouẽ regibus, supra trecẽtos vernas habuerat. ex his facultatibus eius nihil procedẽte tẽpore diminutũ est: imò cõtinuis prosperitatib⁹ auctiora facta sunt omnia. & in tanta famulitij copia: filiũ charissimum mittẽdum duxit propter negotiũ quod vilissimũ mancipium expedisset facilè: sed vides q̃ & locus vnde missus fuit, curiosè prodit in sacris literis, tãtum-nõ retrahẽs nos certissimis notis à iã dicto intellectu. è valle Chebron, inquit, quæ figuratè corpus nostrum significat: quia cõparatum, & quasi amicitia societatéq; coniunctũ est cum anima. hoc cauas valles habet sensuum, magnas lacunas capaces omniũ quæ sunt extra nos sensibilium: hæc certè qualitates affatim ingerunt, & per istas lacunas infundendo in mentẽ, inundant eam atq; demergunt. quamobrem in lege de lepra, quoties in domo cauitates ad luridum rufúmve colorem tẽdentes apparuerint, decretum est, vt exemptis lapidibus in quibus tale quid extiterit, reponãtur in eorum locum alij, id est, quãdo diuersæ qualitates, quas effecerunt voluptates, harúmq; germanæ cõcupiscentiæ, degrauatã depressãmq; animã seipsa humiliorẽ cautiorémq; reddiderint, tollant sermones qui causa fuere infirmitatis, & loco eorũ salub

salubres substituatur, per educationem eruditionémve rectam ac legitimã. pater igitur vidés Iosephum totum demersum in cõuales cauas sensuum corporis, euocat eum vt ex his cauernis progressus attrahat liberiorẽ aurã fortitudinis, eorũ frequentans sodalitiũ, qui hãc olim meditati, nunc docere possunt etiã. at ille profectum se putãs errare deprehẽditur. Inuenit, inquit, homo eum errãtem in campo: declarans quòd nõ labor per se, verùm cõiunctus cum arte res bona sit. sicut enim nec musicã iratis musis, nec grammaticam illiteratè, nec (vt compẽdio dicam) artem quamvis ruditer aut peruersè, sed artificiosè vnãquãq; tractare cõuenit, ita nec prudẽtiam callidè, nec tẽperantiam sordidé illiberalitérq;, nec fortitudinẽ temerariè, nec superstitiosè pietatem, nec inscienter vllam aliam virtutis scientiam. deuia enim hæc cuncta sunt confessione omnium, & ideo lex iubet iustè iusta exequi: vt iustitiam & quãvis virtutem tractemus cognatis eius, nõ aduersis operibus. Ergo si videris aliquem cibos potúsq; serius accipiẽtẽ, aut lauacrũ vnctionémve recusantem, aut negligentẽ operimenta corporis, aut humi cubantem malóve tecto vtentẽ, & postea sibi placentem ob hanc tẽperatiam, miseratus eius errorẽ, ostende verã viam temperãtiæ: nam quæ hactenus exercuit, inutiles vexationes sunt, fame aliisq; afflictionibus & corpus opprimẽtes & animam. Item si quis aspersionibus, purificationibúsq; vtens, mentem quidem suam sordidat, corpus verò facit nitidius: aut si quis abundans diuitiis extruit tẽplum sumptu magnifico, & indesinẽter hecatombas immolat, ædémq; à se dedicatam ornat pretiosis donariis, nõ parcens auro argentóq;, nec artibus has materias superantibus ne is quidẽ piorũ ascribitur numero. aberrauit enim à via pietatis, in ceremoniis sanctitatẽ collocans, & dona dans ei qui his nõ capitur, nec vnquam talia accipit, & adulãs ei cui palpari nõpotest: quia cultu vero delectatur, cùm anima solum & vnicum sacrificium offert, nẽpe veritatem: adulterinũ autem auersatur, quales sunt ostentationes opum externarũ. Cæterùm hominis qui hunc in campo errantem inuenit, negant quidam indicatum nomen proprium, ipsi quodammodo errantes, quia non possunt rectam viam negotiorum videre dilucidè. nã nisi haberent excæcatos animæ oculos, non ignorassent, quod eius qui re vera est homo cõuenientissimum & maximé proprium nomen hoc ipsum est Homo, diserta & rationalis mẽtis familiarissima appellatio. is homo in cuius anima habitãs, aliquãdo prin

do princeps & rex inuenitur, aliquando iudex & remunerator huius vitæ certaminũ: interdum verò testis accusatorisq; persona assumpta, occultè nos intus redarguit, ne hiscere quidem sinens, sed cohibens refrenánsq; conscientiæ habenis cursum linguæ impotẽtem contumacémq;. Is redargutor percontabatur hanc animam, dum eam errare videret: Quid quæris? num prudentiam? cur igitur vadis ad vafriciem? Num temperantiam? atqui ad parcitatẽ ducit hæc semita. num fortitudinẽ? hac ad audaciam iter est. sed forsan pietatem adire cupis. hęcvia ducit ad superstitionem. quòd si dicat se scientiæ sermones quærere, & desiderare vt germanos huius generis, non statim ei credendum est. nõ em̃ simpliciter rogat vbi pascũt, sed vbi ποιμένες εἰσι, id est regunt. nam qui pascunt, alimenta ista sensibilia omnia, præbent bruto & insatiabili sensuum pecori, per quæ fit vt impotes nostri & infortunati fiamus: at qui regunt, principum & moderatorum vtendo potentia, quicquid efferatũ est, mansuefaciunt, sedantes cupiditatum magnitudinem. proinde si quæsisset veros meditatores virtutis, quęsisset apud reges, non interpincernas aut obsonatores coquósque. nam hi voluptates instruunt, quas moderantur regúntq; illi alteri. ideo rectè respõdet qui errorem animaduertit homo. Recesserunt hinc: ostendens molem istam corpoream; docénsq; quòd omnes qui propter virtutem parandam laborẽ perferũt, relicto terrestri loco ad sublimia considerandaſe cõtulerunt, nullum secum trahentes morbum corporeum. ait enim se audisse dicentes: Eamus in Dothaim. quod interpretatur derelictio sufficiens: docétque summopere, non mediocriter relinquenda quæ non prosunt virtutem affectãtibus: sicut & Sarram deseruerunt muliebria. sunt autem affectiones naturaliter fœmininæ: quæ vt nos derelinquant, debemus operam dare masculinæ formæ delectationibus. Ergo in campo, id est in contentione verborum inuenitur Ioseph errabundus, & dogmatis introductor ad rerũpub. instituta respiciẽtis magis quàm ad veritatem. sunt autem quidam certatores, qui propter eximiam corporis habitudinem tergiuersantibus aduersariis, potiti sunt coronis sine certamine & citra iactum pulueris, cedentibus illis primatum ob robur incõparabile. talẽ vim assecutus Isaac parte sui diuinissima, mente scilicet, egreditur quidem in campum. sed nullum inuenturus æmulum, omnibus athletis ei se submittenibus propter ingẽtem naturæ eius præstantiam. vult tamen aliquãtum secedere,

& solit

& solitarius colloqui cum Deo comite, in rectam viam inducẽte ipsius animam. est autẽ manifestissimum argumentũ quod nemo mortalis colloquatur cum Israël. Rebecca, hoc est patiẽtia, vnum videns & solius imaginationem concipiens, scitatur ex puero; Quis est hic homo qui venit in occursum nobis? anima enim in honestate perseuerãs potest quidem sapiẽtiam per se docilem cõprehendere, cognominatum Isaac: nõdum tamen potest videre Deum autorem eius sapientiæ. ideo puer confirmans non posse eum comprehẽdi sine forma visibili colloquẽtem inuisibiliter, ait; Ipse est dominus meus, solùm Isaac ostendens. nec enim decuisset, si duo apparuissent, vnũ ostendere: sed nesciebat eum qui monstrari non poterat, vt omnibus mediocribus inuisibilem. Atque ita satis declaratum arbitror, campũ in quem Caim Abelem inuitat, contentionem atque dimicationem significare. restat quærẽdum, qua de re disceptatum sit, postquam foras progressi sunt: an satis apparet q̃ de contrariis & inter se pugnantibus opinionibus? Abelis enim ad Deum referentis omnia, pium dogma; Caim verò sibi attribuẽtis (interpretatur enim possessio) arrogans. cæterùm qui seipsos amant, quando cũ virtutis amatoribus nudati vnctiq; in certamen descendunt, nõ prius desinunt eos vrgere pãcratio, quàm aut herbam porrigere cogant aut in totum opprimant. omnem enim (vt est in prouerbio) mouent lapidem, dicentes: an non domus animæ corpus est? quin igitur hanc domũ, ne collabatur, curamus? an nõ oculus & aures & reliquus iste chorus, sensuum animæ tanquam satellites & amici sunt? ergo socios atque amicos nõ æque ac nosipsos honorabimus? Quid voluptates, delicias, totiusq; vitæ oblectamẽta, mortuisne aut nondum natis, an potius viuẽtibus natura cõdidit? diuitias quoq;, præclaram existimationem, honores, magistratus, & id genus alia cur non quęramus, per quę non solùm securam, sed & felicem vitam acquirimus? cuius rei vita testis est. nam qui amatores virtutis vocãtur, inglorij propemodum omnes, contẽptibiles, humiles, egeni, subditis vel potius seruis viliores, sordidati, luridi, cadaverosi, inedią famemq; ipso vultu præ se ferentes, morbidi, mortẽ meditãtur. ediuerso qui sui curã gerunt, celebrati, diuites, principes, laudati, honorati, sani, pingues, validi, delicato victui voluptatiq; assueti, laboris nescij, delitiis tota vita fruũtur, per omnes sensus in animã illabẽtibus. atq; ita prolixo isto verborũ cursu vincere videtur nõ detritos in sophisticis sermonibus. in causa

causa autem est, nõ fortitudo istorum qui superiores euadunt, sed aduersariorũ hac parte imbecillitas. nam virtutis cultores, partim in anima sola honestũ thesaurũ sibi reposuerũt, in actionibus laudandis versati, ne in somnis quidem operati verborũ præstigiis: partim vtroq; pollere visi sunt, tum animi cõsiliis rectis, factisq; similibus, tũ artificiosis sermonibus. Hos posteriores decet cõtentiosis istis se opponere, quibus facilè est eorũ petulantẽ loquacitatem retundere. priores aũt illi nequaquã tutò idem tentauerint. qui enim possent nudi armatis ex æquo resistere, quãdo etiam instructi cum eis malè cõparentur? Noster igitur Abel artes eloquentiæ nõ didicit, contentus mente pernosse quæ bona sunt: ideo debuerat recusare in cãpum descẽdere, & prouocationẽ inimici contẽnere. tergiuersari enim præstat quàm vinci. quam cũctationẽ inimici appellãt timiditatẽ: amici verò securitatẽ. satius autẽ est neglectis aduersariis, fidẽ amicis habere vt veridicis. Ideo vides q̃ Moses illos in Aegypto, id est corpore, veneficos: liceat enim mihi eos sic vocare, sicut mulieres dicimus veneficas & sexui vocẽ accõmodare: illos inquã, in Aegypto sophistas veneficos, recusat cõsertatores sibi dari & aduersarios: quia sophismatũ artib⁹ decipulisq; mores boni inficiuntur atq; corrũpuntur: negans se eloquentẽ: ac si dicat, nõ esse sibi ingeniũ docile ad orationũ verisimiliũ, cõiecturaliumq; rhetoricã. deinde assuefans se nõ tantùm infacundũ, sed prorsus mutũ, nõ quemadmodũ brutas animãtes mutas vocare solemus, sed quia dedignatus per instrumenta vocis vti sonoro sermone, contẽtus est impressas animo habere imagines veræ sapiẽtiæ, quæ est fallacis sophisticæ aduersaria. Nec prius in Aegyptũ proficiscitur, cõflicturus cũ eius regionis sophistis, quàm egregiè meditat⁹ dissẽrẽdi facultatẽ, omnes elocutionis ideas cõmostrante absoluẽtéq; Deo, per impositionẽ manuum Aaronis, quẽ Mosis fratrẽ, solet os & interpretẽ & prophetã appellare. Omnia enim hęc sermoni accidũt. qui frater mẽtis est. Nam fons sermonũ mẽs est, vnde ceu ex ore fontis verba ꝓmanant: quia omnes sermones ex hoc, sicut fluenta riuorũ è terra, profunduntur in propatulũ. idem & interpres est conceptorũ in mẽte consiliorũ: idẽ & vates diuinatórq;, ex inuisibilib⁹ adytis oracula prodere nõ desinens. Sic igitur resistendũ est cõtra contentiosos assertores dogmatũ. exercitati enim pervarias sermonum species, nõ succumbemus per imperitiam sophisticorum luctaminum: sed insurgendo in aduersos obfirmatis passibus, facilé

facilé artificiosas eorũ petitiones eluctabimur:illi verò semel deprehensi,videbuntur ludicrã digladiationem ostentare,non cõcertandi vim.nam & illi vulgò dicti sciamachi,laudãtur ob gesticulationẽ solitariam & agilitatẽ manuum, sed valde improbantur in serio certamine.quòd si quis exornatus animãvir turibus omnibus artes eloquentiæ nõ exercuit,quiescat,securitatem habiturus silentij præmium:alioqui si vt Abel descendet in certamen sophisticũ,priusquàm se obfirmarit, cõcidet. sicut enim medicorũ quidã gnari curationis omniũ fermè vitiorũ, morborũ languorúmq;,nullius eorum rationẽ veram aut verisimilem possunt reddere:alij contrà vehementer facundi, signorum & causarũ remediorúmq; ex quibus ars constat interpretes optimi,in tractandis ægrotorum corporibus sunt ignauissimi,ne minimũ quidẽ remedium adhibere idonei: ita qui se exercent in operibus sapientiæ plerũq; verba negligunt:qui verò dicendi artes callent,nullam bonã disciplinam habẽt recondità.hos igitur infreni lingua fretos insolenter efferri mirandum nõ est,ostentantes quam semper exercuerunt insolentiam.Sed illos spectandos suaserim,qui tanquã medici callent rationem sanandi morbos pestésq; animæ,donec Deus etiã interpretem optimum instruxerit,imbre suo perfusis fontibus, & illi sapiẽti indicantis.cõuenientius igitur fuisset, Abelẽ pietate salutari virtute præditum domi se cõtinere, & litigiosam cõtentiosámq; pugnaturientis prouocationẽ contemnere,imitatũ Rebeccæ patientiã:quæ auditis minis Esau malitiæ sodalis,suasit virtutis meditatori Iacob vt secederet,cauerétq; insidias,donec miser ille suã rabiẽ remiserit:est enim intolerabilis cõminatio,quam intentat fratri,dicens: Appropinquet dies luctus patris mei. Optat enim tantùm vt illa creatura expers affectuum,videlicet Isaac,qui oraculũ accepit, non descẽsurum se in Aegyptum,in irrationalẽ affectũ incidat, voluptatis puta aut doloris aut cuiuscunq; perturbationis mucrone vulnerata: significans quòd alter imperfectior & laboriosè proficiens,non vulnus solùm,sed & interitũ accipiat.attamen bonus Deus nec inuulnerabile genus expugnari ab affectione sinet:nec virtutis exercitium in potestatẽ furẽtis cædémq; spirãtis tradet.& ideo quod sequitur:Insurrexit Caim in Abelẽ fratrẽ suum, & interfecit ipsum,prima quidem specie Abelẽ occisum subindicat: sin autẽ diligẽtius rem expẽdas,ipsum Caim à seipso. proinde sic legẽdum:Insurrexit Caim & occidit seipsum,non alterum,

&

& meritò quidem. anima enim quæ ex seipsa tollit dogma piũ & virtutis amicum,virtuti est mortua.itaq; Abel,quod vix credas,interemptus viuit.exemptus enim ex insipientis mente, viuit in Deo vitam felicissimã. attestatur nobis diuinum oraculum,quod vociferari eum ait disertè,& clamore prodere quæ à malo socio passus est.alioquin si nõ amplius erat, quomodo loqui poterat?ita est profecto, sapiẽs qui videtur vita mortali defunctus,,immortalem viuit.malus autem viuens in vitiis,quãtum ad felicem illã vitam est mortuus. nam disiũcta animalia & in vniuersum corpora,alia pati,alia agere,possibile est ac facilè.quando enim pater pulsat castigãs filium,aut magister familiarẽ,alius est qui pulsat,quàm qui pulsatur. quæ verò cõiuncta reperiuntur ea parte quæ tũ agit tũ patitur, his ipsis vtrunq; accidit eodem tẽpore,certè quando athleta seipsum fricat exercẽdi gratia,vtiq; fricatur:sicut qui semetipsum sauciat,mutilatur atq; interficitur.Sed quorsum hæc?quod anima cùm sit vna nõ ex disiunctis rebus,sed ex cõiunctis,necessariò patitur quod videtur agere,sicut nunc quoq; planũ est. Putans enim se sustulisse dogma Deo charissimum,seipsam interemit.Testis est Lamech impij Caim ,pgenies,qui sic suas vxores alloquitur,duas inconsultas sententias: Virum occidi in vulnus mihi,& iuuenẽ in cicatricem mihi.Liquet enim quòd si quis fortitudinis ratione occidit,seipsum cõtrario morbo timiditatis vulnerat:& si quis pubescẽtem vim in ipsa honestorũ meditatione tollit.plagas & magna flagra cum nõ mediocri dedecore sibiipse infert. Dicit tamen patiẽtia,quòd sublato profectu meditationéq;, nõ vnam solam prolem amittet,sed & alias, orbitatem in vniuersum denuntians.Sicut autẽ qui bonum virũ lædit,declaratus est seipsum mulctare:ita qui cedit præstantioribus,quãuis dicatur illis præstare beneficium,re vera de seipso bene meretur. testis est his meis dictis ipsa natura,& leges huic cõsentaneæ.Disertè enim præcipiũt sic:Honora patrẽ & matrẽ,vt bene tibi fiat.Nõ his qui honorantur inquit,sed tibi. nam siue intellectum vt patrẽ huius cõcreti,siue sensum vt matrẽ honorauerimus, ipsi ab eis recipiemus beneficiũ.honoramus autem intellectũ, non iucunda ei præbendo sed vtilia. ea sunt quæcunq; à virtute prouenium.cæterùm sensui honorem habemus, quando cohibemus eius impetũ ad res sensibiles, & refrenamus per intellectũ gubernatorem aurigãq; potẽtiarũ quæ nobis insunt irrationaliũ. Ergo si honor quẽ dixi,vtriq; habeatur, sẽsui ac intellectui ne-

k cessum

cessum est me qui vtroq; vtor, affici beneficijs. Pari modo si rationem longe ab intellectu sensúq; abducès, patrem creatorem mundi, matrémq; sapientiã eius per quam cõdita sunt omnia, honore dignaberis, ipse beneficiũ accipies. nullius eñ indiget, nec plenus ille Deus, nec illa summa pfectissimáq; scientia. quo fit vt qui hos colunt, nõ eis quippe nulla re indigẽtibus, sed sibi prosint maxime. nã scientia equos canésve curãdi, ipsis animalibus vtilis, parat eius necessariam faciat, discessura ab officio. at pietas ad cuius curã pertinet Deũ colere, nefas est vt dicatur aliquid cõferre quo iuuetur Deus. nihil enim est quod eũ adiuuet rei nullius indigum: nec in rebus quicquã est quod se potiorem iuuare queat, sed ediuersõ cũcta indesinẽter iuuãtur ab ipso. Itaq; dum pietatẽ dicimus esse erga Deum obsequium, intelligendum est tale quoddam ministeriũ, quale serui præstant dominis, impigrè iussa peragẽdo. sed hoc interest, quod domini quidẽ indigẽt ministerio, Deus autẽ non indiget. itaq; illis quidem prodest ministerium, ad hunc nihil inde redit, prẽter volũtatem pietatis indicẽ. nihil eñ in hoc domino inuenitur quod profectũ accessionémq; recipiat, cùm omnia iã inde ab initio sint optima. verũ ipsis maxima prouenit vtilitas, qui in eius familiaritatem se insinuant. hactenus dictũ sit de his, qui se putãt aliis bene aut malè facere. cõpertum enim est eos vtrunq; sibi ipsos facere pergamus scrutari sequẽtia, videlicet scitationem hanc: Vbi est Abel frater tuus? ad quam respõdet, Nescio. num custos fratris mei sũ ego?] Quærendũ igitur an propriè de Deo dici possit, eum scitari. nam qui percõtatur, de his quæ ignorat interrogat, quærens responsum vt cognoscat quæ nesciuerat. at huic percõtatori nota sunt omnia, nõ præsentia tantùm & præterita sed futura etiam. Quid igitur opus habet responso nihil profuturo ad ampliorem scientiã? Proinde dicendũ, quæ istiusmodi sunt nõ habere talem naturã vt de summo autore prædicari possint propriè: sed sicut qui nõ mentitur potest mendaciũ dicere, ita qui nõ interrogat, potest interrogationem proloqui. Cur igitur, dixerit fortasse aliquis, produntur talia? vt anima responsura, apud seipsam pensitet, quid rectè secúsve pronuntiet, absque vllo alio vel suffragatore vel aduersario. nam & cum sapientem illũ rogat: vbi habes virtutem: Abraham ũ inquam de Sarra: nõ ignarus rogat, sed vt responsum eliciat, per quod ille auferat cum laude cõiunctum testimonium. Sic enim respondisse dicitur: Eccã in tabernaculo, hoc est in anima. Quã igitur laud

laudem hoc responsum cõtinet? Ecce, inquit, apud meipsum virtutem habeo repositã ceu rem pretiosissimã, & ideo iã nunc felix sum. Quod enim ex virtute percipimus, felicitas est. vt non frustra eam possideamus. Vti autẽ ea nõ possumus, ni tu demisso cælitus semine facias eam grauidã: atq; illa Isaac pariat, felicitatis progeniem. Intelligo autẽ felicitatem, virtutis perfectę in vita perfecta vsum. Ideo propositũ hoc eius approbãs, promittit implenda maturè quæ postulat. Huic igitur sua responsio laudem attulit, fasso ne virtutem quidem absq; diuino fauore idoneam per se ad aliquem iuuandũ. At Caimo meritò affert vituperiũ, negãti se scire vbi sit qui dolo ipsius occisus fuit. Videtur enim responso hoc velle fallere, quasi nõ perspicientem omnia, ac non iã ante præuidentẽ decipiendi voluntatẽ in eo. Nefarius autem & alienus à populo Dei est, quisquis putat aliquid latere eius oculũ. At iste addit etiã iuuenilem vocem: Nunquid custos fratris mei sum ego? Miserã profectò vitã acturus erat, si te custodẽ tanti boni natura cõstituisset. An non vides quòd sanctorum asseruationem ac custodiã nõ quibusvis legislator, sed sacratas mentes habentibus Leuitis cõmittit? quibus nõ satis digna sors terra, aqua, aër, cælum insuper & totus mũdus visa est, sed solus horũ opifex: ad quem cõfugerunt supplices, facti eius veri famuli, amorem erga suũ dominum declarãtes per continuum ministerium, & per impigrã rerum sibi creditarũ costodiam. ac ne his quidẽ supplicibus licuit omnibus esse custodes rerum sacrarum, sed tantũ sortitis numerum quinquagenariũ, annuntiantem remissionem libertatémq;, & restitutionem in possessiones pristinas. Hæc est, inquit, lex Leuitarum. A vigintiquinq; annis ingredietur vt ministret in tabernaculo testimonij: & à quinquagesimo anno ministrare cessabit, succedẽte fratre in ministeriũ. Ipse autẽ custodiet custodias, opera verò non operabitur:] Ergo dimidium perfectionis habentem (perfecta eñ ratio quinquagenaria, cuius dimidium vigintiquinque) operari permittit, & sancta facere, approbantẽ se operibus: est autem principium, teste antiquo prouerbio, totius dimidiũ: cæterùm perfectum, nõ iam laborare, sed quæ per exercitationem laborémq; acquisiuit, custodire. Absit enim vt eorũ sim meditator, quæ mox seruare non liceat. Ergo exercitatio mediocritas est, non perfectio. Fit enim non in perfectis quidem animis, sed tamen ad fastigium tendẽtibus. At custodiæ perfectum officium, memoriæ mãdare cõtemplatiua exercitia sanctorum, scilicet

fideli custodi pulchrum scientię depositum, quæ sola cõtemnit obliuionis casses multiplices. Itaq; memorem eorũ quæ didicit, rectè custodẽ appellat. Hic autem prius quàm exerceretur, alterius docentis erat discipulus. Factus autem ad custodiã idoneus, ascitus iã in docentiũ dignitatem ac ordinem, fratrem ad ministeria suæ doctrinæ substituit, hoc est sermonẽ suum enuntiatiuum. Dicitur enim quòd ministrabit frater eius. Itaq; probi viri mens, custos ac proma conda est virtutis dogmatum. frater verò eius sermo ministrabit, eruditionis cupidis enarrãs sapientiæ cõremplationes & dogmata. Ideóq; Moses benedicens Leui, post alia mirãda infert hoc quoq;: Custodiuit eloquia tua, & testamentum tuum seruauit. Ac mox: Manifestabunt iustificationes tuas Iacob, & legem tuã Israël. Ergo satis docet, & eloquiorum & testamenti Dei probum virũ custodem esse. quin & iustificationũ legúmq; interpretem. ac doctorem optimum eũdem indicat: quando interpretatio per cognatum instrumentũ, vocale videlicet, peragitur: custodia verò circa mentem examinatur, quæ est magnum conditorium à natura fabricatum, facilè capax cogitationum omnium quibus vel corpora vel res cõprehendimus. Profuisset sanè amatori sui Caimo, si Abelem custodisset. Si enim seruasset eum, consideratam & mediocrem vitã sibi acquisisset. non explens se mera malitia. Et dixit Deus: Quid feci sti? vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.] Illud quid feci sti, & indignationem præ se fert ob sceleratũ facinus, & irrisionem putantis dolo patratum homicidium. Indignatio propter malefici propositũ oritur, quòd bonum tollere voluit: irrisio verò quia putans se insidiari potiori, sibi magis quàm illi struxit insidias. Viuit enim, vt iam ante dixi, qui mortuus existimatur, quandoquidem comperitur etiam Deum supplex alloqui. At is qui superstes videtur, animę morte periit, exclusus à virtute, propter quam solam vita dignus esse potuerat. Itaq; dicere, Quid feci sti? idem valet quod, Nihil effeci sti. Nam neq; ille sophista Balaam, id est, vanum vulgus contrariarum opinionum & inter se pugnantium, volens execrari probos & lædere, quicquam valuit, Deo maledictionem vertente in benedictionẽ, vt & vafriciem iniusti redargueret, & se virtutis amicum ostenderet. Solent autem pleriq; omnes sophistæ aduersarias habere suasmetipsorum facultates, dum verba eorum cogitationibus, & consilia verbis resistunt, haud vllo consensu intercedente. Deliniunt enim nostras aures differendo quàm socialis

cialis res sit iusticia, quantum omnibus conferat temperantia, quãtopere probetur fortitudo, quàm ingẽs capiatur ex pietate vtilitas, quàm salubres virtutes cęteræ: econtra iniustitiam esse rem impacatã, intemperantiã morbiferã, impietatem nefariã, reliquã malitiã pernicio sam: & tamen cõtraria dictis suis sæpe nõ desinunt. sed post decantatas laudes prudentiæ, temperantiæ, iustitiæ, pietatis q;, tum maximè desipiunt, lasciuiũt, iniustè impiéq; se gerũt: & vt verbo dicã, deprehẽdũtur omne fas iusq; cõfundere ac subuertere. Quos meritò verbis quibus ad Caim Deus vtitur, appellet quispiã: Quid feci stis? quid vobi sipsis profuisti s? quã vtilitatem anima vestra percepit ex tot isti s de virtute sermonibus? quid in vestra vita magnum parúmve correxisti s? an nõ potius veras criminationes cõtra vosipsos protulisti s, qui probãdo bona & verbis philosophãdo, interpretes quidem fuisti s facundissimi, & tamen cõuincimini turpissimè tũ sapere tũ viuere? an nõ in animabus vestris omne bonũ emortuum est, incãdescentib⁹ vitiis? quãobrẽ nemo vestrũ superstes est. Sicut enim post obitum musici cuiuspiã aut grãmatici musica grãmaticáq; horum cum ipsis periit, sed ideæ manent harũ artium, duraturæ vna cum mundo in perpetuũ, iuxta quas præsentes posteriq; fient musici ac grãmatici: ita etiam singulorũ prudentia, tẽperãtia, fortitudo, iustitia, aut in vniuersum sapiẽtia si tollatur, nihilominus in huius vniuersi natura immortali prudẽtia immortalis & virtus omnis incorruptibilis insculpta est, iuxta quam & nunc probi censentur, & erunt in posterũ. nisi fortè etiam homine aliquo particulari mortuo sequi dicemus mortem humanitatis, quam genúsne an ideam, an cũceptũ, an aliud quid vocare oporteat, viderint quibus studiũ est proprietates nominum perquirere. Vnus signatorius annulus sæpe post expressas innumeras formas, eásq; interdũ vnà cum suis subiectis abolitas, tamen in sua natura illæsus perseuerat. Et non putamus virtutes, etiási omnes characteres ab eis impressi in studiosorũ animas, per prauã vitæ rationem aut aliã quãvis causam euanuerint, in perpetuum conseruaturas naturã suam incorruptibilem nulliq; vnquam fato obnoxiã? ideo rudes disciplinarum, qui nescíunt differentias inter totum & partes, inter genera & species, inter ea quæ communi censentur nomine, omnia cõfundunt cõmiscéntq; cum omnib⁹. Proinde omnis sui amás cognominatus Caim, discat cognominem Abelis à se occisum esse, speciem, indiuiduũ, delineatã ad exẽplar effigiem,

non ipsum archetypum, non genus, nõ ideam. quæ cùm sint incorruptibilia, putat commori cum animalibus. In hũc aliquis iure cauilletur: Quid feciſti infelix? nónne opinio pia, quã tibi videris ſuſtuliſſe, viuit apud Deum. tu verò tui homicida factus es, occiſo per inſidias eo, qui ſolus bene viuendi tibi autor eſſe poterat. Cæterùm quæ ſequuntur multũ habẽt vel venuſtatis in elocutione, vel grauitatis recõditæ in ſententia: Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Quorum verborum magnilo quentia nota eſt omnibus initiatis eloquẽtiæ, intellectum verò eorum, quãtum poterimus cõſiderabimus. ac primũ de ſanguine. Multis enim in locis lex eſſentiã animæ, pnũtiat ſanguinẽ, loquens diſertè: Nã anima omnis carnis ſanguis eſt. Sed quãdo primũ abſoluta cæli terræq; ac mediorũ elemẽtorũ fabrica hominem fingebat cõditor animaliũ, dicitur inſpiraſſe in faciem eius ſpiritũ vitæ, eumq; factũ animã vitæ: iam tum docẽte nos ſcriptura, ſpiritũ eſſe animæ eſſentiã. Solet autem illa mox ab initio argumentorũ diligenter memorare ſingula, æquum cẽſens vt ſequentia cõcinant cum præcedẽtibus. proinde qui iam ſpiritum eſſentiã animæ dixerat, non diceret nunc eã ſanguinẽ eximium in corpore, ni reſpexiſſet generale quiddã valde neceſſarium. Quid igitur dicendum? ſinguli noſtrũ, ſicut ratio numerorũ poſtulat, duo ſumus per accidẽs, animal ſimul & homo. horum vtrumq; cognatã vim ſortitũ eſt in anima. altera vitalis eſt qua viuimus: altera rationalis, per quã ſumus rationis participes. vitalem habẽt & bruta, rationali carent. regũtur autem à Deo, qui rationis fons eſt antiquiſsimus. ergo vis illa quę nobis cõmunis cum brutis eſt, eſſentiã accepit ſanguinem. at illa quæ à rationali fonte demanat, ſpiritus eſt, nõ aër motus, ſed character quidam & effigies diuinæ potẽtiæ, quam nomine proprio Moſes vocat imaginẽ: ſignificãs quòd archetypũ rationalis naturæ Deus eſt, homo verò imago ſeu effigies: non illud geninę naturæ animal, ſed quod eſt in anima præſtãtiſsimum, quod vocatur mens & ratio. ideo carnis quidem animã dicit ſanguinẽ, ſciens carnium naturam à mẽte diuerſam, ſed vitæ ſicut totum reliquum noſtrũ corpus participẽ. hominis autẽ animã nominat hominẽ, nõ hoc ex vtroq; concretũ, vt dixi, ſed illud diuinũ opificium, quo ratiocinamur, cuius radices cõditor in cęlũ vſq; protendit, & ad extremã illam fixarum quas vocant ſtellarũ religauit circũferẽtiam. ſolã enim in terris cæleſtem plantã fecit hominem, cæterarũ in terra defixit capita: omnes enim humi

caput

caput habent: ſoli homini ſublime dedit, vt alimẽta cælitus incorruptibilia quæreat, nõ terrena iſta corruptioni obnoxia. quapropter corporis noſtri partem inſenſatiſsimã, longè à ratione ſecretã, pedes ceu radices ad terrã applicuit. ſenſus autẽ mentis ſatellites, & hãc ipſam longiſsimè à terra inſsit habitare, & ad ætheris cæliq; nunquã interituros alligauit ambitus. nõ eſt igitur cur nos Moſi familiares dubitemus, quomodo homo cognitionẽ inuiſibilis Dei adeptus ſit, cauſam enim oraculo doctus ipſe nobis expoſuit. loquitur enim in hanc ſententiam: Creator nullam animã in corpore fecit idoneã per ſeipſam videre ſuũ opificem. cæterùm cũ anima duerteret vtiliſsimã creaturę fore hãc cognitionem, ſi modo ei cõtingeret (hic enim felicitatis finis eſt) ſupernè inſpirauit nonnihil de ſuo numine, quod inuiſibile in inuiſibilẽ animã ſuum charactere impreſsit. vt ne terreſtris quidem regio ſine Dei eſſet imagine. Cæterùm archetypũ illud in tãtũ carebat omni ſpecie, vt ne imago quidẽ eius eſſet viſibilis: expreſſa tamen ad ſuum exẽplar, nõ mortales, ſed immortales cogitationes cõcipiebat. Qui enim poterat mortalis natura manere ſimul & peregrinari, aut huc illúcq; inſpicere, aut mare quidem totũ nauibus, terrã verò vſq; extremos fines perluſtrare itineribus, aut mores legẽsq; aut in vniuerſum res & corpora pernoſcere? aut præter iſta terrena ſublimia quoq; cõprehendere, aërẽ cum ſuis mutationibus, proprietates tẽporum, & quæ quotãnis ſtatæ nouationes accidunt? aut quomodo à terra in cælum ſubuolare per aërem, atq; ibi ſcrutari cęleſtes naturas quomodo ſe habeant, quomodo moueãtur, quis motus eorum finis quódve initium, qua cognatione ſibi inuicẽ aut vniuerſo coniunctæ ſunt. adhæc artes ſcientiásq; inuenire, quæ vel ad res externas, vel ad animæ corporisq; profectum attinent, aliáq; infinita tractare? quorũ nec naturam nec numerum cõprehẽdere fuerit facilè. ſola enim ex his quæ nobis inſunt mẽs, vt omnium ocyſsima, etiam tempus ipſum quo iſta fieri videntur, præcurrit & præoccupat, inuiſibilibus viribus ſine tẽpore & vniuerſum hoc & partes eius harúmq; cauſas contrectando, iam verò nõ ſolùm terræ maríſq;, verùm & aëris cæliq; terminos attingẽs, ne hic quidem conſiſtit, mundum rata indeſinentis ſui curſus modicum eſſe terminum, vlterius etiam prouolans, incomprehenſibilem Dei naturam appetit, cupiens hanc quoque, ſi queat, comprehẽdere, & quomodo credibile videtur, tam exiguam mentem humanam, mẽbranula cerebri aut cor-

de,haud amplis spatiis inclusam,tantam cæli mundíq; magnitudinem capere,nisi illius diuinæ felicísq; animæ portiuncula esset indiuisibilis?nihil enim quod diuinũ est abscinditur, sed tantùm protenditur,quamobrem consors eius quæ in hoc vniuerso est perfectionis,quando mundũ cogitat,extẽdit se quàm latè patet vsque eius terminos,nec tamẽ abrumpitur.Est enim vis ipsius extensilis & ductilis.Hæc igitur cõpendio de animæ essentia dicta sint:nunc cõsequens est vt subdamus quid sit clamare vocẽ sanguinis.Animę nostræ pars quædã muta,quædam vocalis est.bruta quidam muta, vocalis verò quatenus ratione prædita,qua sola Deus noscitur.reliquis enim partib⁹ nec Deũ nec intelligibile quicquã cõprehendere possumus.Vitalis igitur facultatis in sanguine cõstitutæ,præcipua quædã portio voce sermonéq; honoris causa donata est,non hoc qui per os linguámq; profluit,sed fonte ipso,ex quo per prolationẽ ceu lacunæ quædam sermonũ repleri possunt.Fons autem hic mens est, per quem ad illum Qui est,interpellationes & occlamationes iam sponte,iam inuiti eiaculamur.ille verò vt bonus ac propitius nõ auersatur supplices,præsertim quãdo ingemiscentes ob Aegyptios affectus & opera,sincerè ac sine fuco exclamãt.tunc enim Moses ait verba eorũ ad Deum ascendere:illum verò exaudiẽtem liberare à malis instantibus.hæc autem omnia fieri, quando rex Aegypti moritur,quod certé mirandũ videtur:probabile enim erat,defuncto tyranno lætari gauderéq; quotquot premebantur tyrannide:qui tamen tũc dicuntur gemere. nam post multos dies mortuus est rex Aegypti, & imgemuerũt filij Israël.Verba hæc vt sonant rationẽ non habent : quod si in sitas in animabus facultates introspicias, pulchrè hæc cohærere inuenies.quãdo enim dissipator ille honestarũ opinionũ Pharao in nobis vigescit,& sanus videtur,si tamen quisquam malus sanus esse rectè dicitur,voluptatem amplectimur eliminata temperantia.quando verò amissa potestate quodammodo moritur qui stultè petulãtérq; viuẽdi causa fuerat, à sobria vita illustrati ingemiscimus & deploramus ætatẽ anteactam,quod virtute voluptati posthabita mortalẽ vitã immortali anteposuimus. tum verò lex miserata lamẽtationes cõtinuas,clemẽter admittit animas supplices,& calamitatẽ depellit,incussam eis ab Aegyptiis affectibus.Cæterũ Caimo pœnitẽtiã non recipiẽti propter immanitatẽ sceleris fratricidij, execrationes infliguntur conuenientissimæ:primũ Nunc,inquit,maledictus es tu super terram

terram.] declarãs q⁹ dudum,nõ nunc quando cædem patrauit, sceleſtus & maledictus est,iam inde ex quo cepit cędis cõsiliũ, voluntate pro facto æstimata.dum enim turpia cogitamus vel sola mentis imaginatione,iam rei sumus cogitationis. potest enim etiã inuita anima mutari.dum verò ad cõsilium accedit facinus,reum fit & cõsilium.nam peccatũ à nolente admissum, hac maximè ratione dignoscitur. Maledictam aũt fore mentẽ non ab alio quàm à terra pronuntiat.Grauissimę enim eius calamitates in vnoquoq; à terrestribus causis proueniũt. Corpus certè aut morbo correptum,accedẽtibus ex ipso malis aliis, lãguore iactationéq; occupatur:aut nimio vsu voluptatis impinguatum vires hebetiores reddidit.& sunt sua cuiq; sensui detrimenta,in quæ potest incidere.Aut enim forma conspecta telis Cupidinis aliquis sauciatur affectus permolesti:aut morte propinqui audita succumbit mœstitiæ. Gustus quoq; nõnunquam deiicit,aut in suauibus excruciatum saporibus,aut grauatũ suauium multitudine,Nam libidinis œstrum memorare quid attinet?quæ ciuitates integras regionésq; & magnos terræ tractas dedit exitio,sicut testãtur omnes propemodum poẽtæ atq; historici.Modum autẽ quo mens in terra maledicitur,addit dicens: Quæ aperuit os suum,vt susciperet sanguinẽ fratris sui] Graue est enim aperiri dilatariq; ora sensuum,vt sensibilia more fluminis exundantis infundantur,obice nullo repellente violentum.Tunc enim mens tantis vndis obruta in profundũ mergitur,vt ne innatare quidẽ possit,aut saltẽ caput exercere.Verũ oportet singulis istis vti non quomodocunque , sed ad optima quæque.Potest visus omnes colores formásq; videre,sed videat quæ luce non tenebris digna sunt.Potest & auris omnes voces recipere,sed nonnullas sinat præteruehi.Plurima enim homines loquuntur coniuncta cum turpitudine. Nec quia gustum natura dedit tibi,ô inflate,ideo lari more quæuis insatiabiliter ingere.Nam plerunq; nõ solùm è prauis alimentis, sed & è nimiis,grauis morbus & cruciabilis nascitur.Nec quia membra accepisti genitalia conseruandæ vniuersitatis causa,ideo stupra & adulteria cæteráq; incesti coitus sectãdi sunt:sed hi tantummodo qui legitimè humanum genus proseminant. Nec quia linguam & os & instrumẽta vocis fortitus es,statim effare vel secretissima.Prodest enim nõnunquam silentiũ. Mea certè sententia qui didicerũt loqui,etiam silere didicerunt , cùm vtrũq; eiusdẽ facultatis sit.at qui narrant quæ non decet,non eloquen-

tiam ostentant,sed silendi impotentiam.Ideo studemus vnum quodque os de quibus diximus,obligare nõ rumpẽdis temperantiæ vinculis.Quotquot enim nullis cohibentur vinculis,vt alibi Moses ait,impuro sunt:quasi causa infelicitatis sit, laxari & hiare soluíq; partes animæ.Cõtrà cõstringi easdẽ & invnum cõduci,ad rectam vitæ rationẽ conferat.Meritò igitur ille impius numinis cõtẽptor Cain maledicitur:qui apertis cauernis huius cõcreti rebus externis inhiauit omnibus,præ insatiabilitate petẽs eas accipere in pernicie Abel, id est amici Deo dogmatis.Ideo terram operabitur,non agricola erit.Omnis enim agricola est artifex,quoniam ars & agricultura.multi autem è vulgo terræ operarij, sine peritia tractantes victus causa hæc ministeria.hi operando sæpe damnum dant,nisi præfectum habeant:& si quid rectè operantur, fortuito non ratione bene faciunt.at quę aguntur ex agriculturæ scientia,omnia necessariò sunt vtilia.Quamobrem legislator Noe iusto artem agriculturæ tribuit,docens q̃ in morem agricolæ boni,vir bonus è siluestri genere stirpes,quæcũq; noxiæ sunt ab affectibus aut vitiis plantatæ,excidit:quæ verò infrugiferæ quidem,possunt tamen vice maceriæ sepem animæ præstare munitissimam, eas sinit.rursum omnes quæ mites sunt,diuerso modo non eodem curat,alias deputans,aliis inserens,aliarũ incrementũ ad proceritatem adiuuans,alias in breuitatem contrahens.iam verò vitem luxuriantẽ cõspicatus deflectit in terrã propagines,scrobes faciens,ac mox terram aggerens denuò. at illæ quæ modo partes fuerãt, iam integræ, & è filiabus matres factæ, naturalẽ etiam matrẽ senectute exuunt.postquã enim desiit nutrimentum in plures fœtus,quippe iam ad sibiipsis quærendũ maturos,minutim distribuere,quæ prius hanc ob causam famelica vix saturabatur,iam vt pinguefacta repubescit.alium quẽdam vi lere memini,q̃ mitis arboris,sed parũ generosæ, quod supra terrã extabat præsecuit,vt à radice promineret modicũ:desumptóq; ab alia generosa bono surculo,ad medullã eam partevna derasit.extantem autem illam à radice nõ profundè incidit:sed rima tantùm facta,derasum surculũ in eam inseruit.ex quibus ambobus vnitis arboris vnius natura prouenit,vtraq; parẽ vtilitatẽ reddente alteri.nã radices nutriunt insitũ ramum nec sinunt arescere.at ille vberes fructus reponit pro nutricationis gratia.Sunt & alia innumera opera artis agriculturæ, quæ nũc memorare superuacaneũ fuerit.hæc eñ in hoc tantũ prolixius diximus

diximus,vt appareat discrimen inter operariũ terræ & agricolam.Certè quivis malus terrenũ corpus eiúsq; cognatos sensus & ista externa sensibilia operari sine arte nõ desinit,lædens interim animã suã miserã:quã tum lædit,cũ videtur maximè prodesse corpori suo.At bonus,vt peritus rei rusticæ, omnẽ materiam certa ratione tractat ex artis præscripto. & quoties indomiti sensus ad externa sensibilia cõtumaci ferũtur impetu,adhibita machina quapiã in hoc artificiosè parata, cohibẽtur facilè.Cùm verò in anima crudus affectus eã cõcutiẽs exoritur, pruritus aut titillationes voluptarias aut cõcupiscẽtias,aut odiosũ morsus ræidúmq; mœstitiæ vel pauoris afferẽs,præparato remedio salutari mitigatur,atq; etiã si quod serpiginosum vitiũ longius prodúcit,cancro depascẽti corpora simile,id quoq; sermone scitè adhito resecatur,& in hũc modũ quicquid siluestre est ad mitiorẽ cultũ reducitur.Cæterùm frugiferæ virtutũ plantæ primũ progerminãt studia,quæ mox fructus honestarũ actionũ sequitur.his animę agricultura incrementum addit,& quantũ in se est,immortales facit sua industria. Liquet igitur agricolã esse bonũ,terræ verò operariũ malũ:cui terrã exercẽti vtinam ex illo terreno roboris aliquid accederet,ac nõ deperiret aliquid ex eo quod habuerat.dicitur enim de ea,Non apponet vires suas tibi tradere.Et qualis esset homo,qui edens semper bibénsq; nũquã expleretur?aut eas quæ sub ventre sunt voluptates alias super alias cumulãs,tũ recentẽ semper libidinẽ afferret ad coitũ?nam indigẽtia solet imbecillitatẽ inducere, sũcut firmitatẽ satietas.Verùm qñ in copia rerũ cõiungitur insatiabilitas cum magna intẽperantia, id demũ fames est. miseri verò qui mole referti,quãtũ ad cupiditates sunt adhuc inanes & sitiunt.Sed de amatoribus scientiæ in cãtico magno vates ait q̃ eos ascẽdere fecit super vim terræ,& cibauit agrorũ germina.Scilicet impius finẽ non assequitur,vt magis doleat,dum vires decedũt magis quàm accedũt eius actionibus. Qui autẽ virtuti dant operã,superiore omnibus rebus terrenis ac mortalibus,è sublimi despiciunt earũ potẽtiam, quippe in ascẽsu ducẽ secuti Deum,qui eriã pubertatem agrorum ad vsumfructũ eis porrigit,virtutes agris:& illarũ fructus horũ fructibus assimilans. Nascitur enim ex prudẽtia sapere, ex tẽperantia sobrium esse,è pietate Deũ colere,& ex vnaquaq; cæterarũ virtutũ sua cuiusq; actio.Hæ sunt cibi animæ propriè,quæ idonea est ad sugẽdum,sicut legislator loquitur, Mel è petra, & oleum è solido saxo

saxo:petrã solidam & infrãgibilem indicãs sapiẽtiam Dei,nutricem baiulam educatricémq; desiderãtium vitã incorruptilem.Hæc enim tanquam mater eorum quæ mũdo continẽtur, ex seipsa cibos præbet suis fœtibus.sed nõ omnia diuino alimẽto digna habentur: verùm ea modo quæ nõ degenerem præ se ferũt indolẽ.nam pleraq; pereũt inedia virtutis, grauiore morbo ac miseriore quàm sibi potúsq; inopia. Labitur autẽ diuinę sapientiæ fons nunc leniore fluxu placidioréq;,nunc vehementiore cursu maioréq; impetu.Quando igitur sensim descendit, dulcescit mellis in morẽ:quãdo verò celeriter cõfertimq; labitur,fit tanquam oleum illustrãdæ animæ.Hãc petram prophe ta vocat alibi manna per synonymiam, antiquissimum illud Dei verbũ:qua appellatione intelligitur quiddam generalissimum:vnde fiũt duæ placẽtulæ,cõdita melle altera, altera oleo, id est,educationes duæ valde similes,& studio dignæ,initio dulcedinem instillantes cõtemplationum quæ insunt sciẽtiis:mox & lucem fulgidissimã accendẽtes in his qui. non fastidiosẽ degustant,sed firmiter cõstantérq; retinent ea quorũ tenẽtur desiderio.Hi sunt,vt dixi,qui ascendunt super vim terræ.Cæterùm impio Caimo ne terra quidẽ quicquam confert ad agilitatem, quãuis nihil præter eam tractanti aliud.Proinde consequenter gemẽs tremẽnsq; super terram inuenitur,id est mœrore timo réque cõfectus.Talis est infelicis vita, cui è quatuor affectibus contigerunt qui molestiores sunt,timor & dolor,quorum synonyma sunt tremor & gemitus.Huiusmodi enim homini necessum est aut adesse aut imminere mali aliquid. Itaq; futuri expectatio timorẽ gignit.præsentis vsus mœstitiã.Sed qui virtutem sectatur,deliciis huic cõuenientibus fruitur. Aut enim acquirit bonũ,aut acquiret postea.& habere quidẽ, affert gaudiũ, rem pretiosissimã:expectatio verò habẽdi, spẽ quæ est alimentum animarũ virtutem amantium:propter quã semouemus pigritiam,quotquot suaptè prõptitudine properamus ad honesta opera.Certè quæcũq; anima concipit prolem masculã, scilicet iustum propositum, ab hac excluduntur omnia tristia. Testis erit natiuitas Noë, qui interpretatur solidus, de quo dicitur: Hic cessare faciet nos ab operib⁹ nostris,& à laboribus manuũ nostrarũ,& à terra cui maledixit dñs Deus.Sic enim natura cõparatum est,vt iustitia primũ quietẽ pro labore inducat, quicquid est in cõsinio virtutis & vitij susque déq; faciens,diuitias, principatum,gloriã,honores,& quęcũq; horum germana sunt, circa

circa quæ plurimum humanũ genus satagit.Deinde mœrores tollat,quos nobis nostræ actiones cõciliant.Moses enim nõ, vt impij quidam,Deum autorem malorũ ait,sed nostras manus, figuratè nostros conatus subindicans.& spontaneas cogitationes procliues ad deterius.Postremũ est cessarẽ à terra cui male dixit dominus Deus.Hæc autem est malitia,insipientiũ animabus insita,cuius tanquam morbi grauissimi aberuncationẽ iustus inuenit,iustitiã adeptus cum tota sua familia. vtiq; quãdo id genus mala depelluntur,homo repletur gaudio sicut Sarra. ait enim:Risum mihi fecit dñs.& addit: nam quicunq; audierit,gratulabitur mihi.Opifex est enim Deus boni risus & gaudij:itaq; Isaac non vulgariter genitus,sed operante Deo credẽdus est.Nam si risus Isaac intelligitur,risus aũt factor est Deus iuxta verax Sarræ testimonium,etiã pater Isaac potest dici rectissimè.Huius appellationis etiam sapiẽs ille Abrahã fit particeps,cui gaudium proles sapiẽtiæ, tristitiam excidens donatum est.Ergo si quis idoneus est audire poẽticã, id est faciendi rationem qua Deus vtitur,& ipse gaudet necessariò,& gratulatur his qui habuerãt audiendi desiderium.In hac nullũ figmentum fabulosum inuenies,sed veritatis formas omnes expressas integrè,imò ne metra quidẽ ac rhythmos & carmina aures per musicã oblectantia:sed opera naturę absolutissima.propriam quãdam cõcinnitatẽ habẽtia.Sicut autẽ mens ad audiẽdum apta gaudet his Dei poẽmatis:sic & sermo cõcinens mentis cogitationibus & quodãmodo adhærens necessariò,gaudet. id docebit manifestè oraculum Mosi sapientissimo redditũ in hanc sententiã:Ecce Aaron frater tuus leuita. scio quòd loquetur ipse tibi.ecce ipse egredietur in occursum tibi:vidẽsq; te lętabitur intrà seipsum.Opifex ait se scire,q⁹ sermo,qui mẽtis est frater,loquetur.Fecit enim eum tãquam instrumentum totius huius ex quo concreti sumus,vocẽ articulatã.Hic sermo mihi, tibi,omnibus hominibus,sonat.profert,interpretatur cogitata,& prior exit occursurus his quæ mens ratiocinatur.Nam qũ mens excita in aliquid sibi familiare sumit impetũ, aut intus cõmota à seipsa,aut receptis à rebus externis formis aliquibus eximiis,cõcipit & parturit cogitationes:quas volens parere nõ potest,donec per linguã cæteraq; instrumẽta sua, vox eas exciens,obstetricis more producat in lucẽ,hæc vox cogitationes elucidat.nam sicut ea quæ in tenebris abdita sunt cælantur,donec lux affulgens ea indicet: ad eundem modum cogitationes

mens

mens recondit in loco inuisibili,donec vox lucis more cunctas retegat.quapropter valde pulchrè dictū est,quòd egreditur sermo in occursum cogitationibus,& accurrit eas cõplecti cupiẽs indicãdi desiderio. Nam quisq; sui operis est cupidissimus. Sermonis autem proprium est dicere,ad quod suapte natura ꝓperat. Gaudet autem & lætatur quando ceu illustratus peruidet & comprehẽdit intellectum rei quæ declaratur. Tunc enim complexus eam interpretatur optimè. Proinde quicunq; inter dicẽdum non rectè teneut cogitata, vt verbosos ac loquaces auersamur, quia longas sed inanes atq; adeò inanimes vt propriè dicam orationes consartiunt. Horum igitur sermo vt indecorus meritò gemit:ecõtrà necessariò gaudet qui re bene cõsiderata sufficienter instructus ad conceptus animi proloquendos accedit: id quod omnibus fermè notum puto per quotidianã experientiam. quando enim probè cognitum tenemus de quo disserimus,lætus gaudẽsq; sermo abũdat dilucidis & ꝓprijs vocabulis,quibus copiosè,expeditè,inoffensè,atq; etiã disertè ac efficaciter repræsentat quicquid decere vult:quando autem diuersis cogitationibus distracti nil certi cõprehẽdimus,sermo quoque delirat,& impropriè loquitur,destitutus aptis verbis & cõuenientibus. Quapropter,tum ipse rædio laborat errabũdus & subinde impingens:tum auditoribus adeò nõ persuadet,vt molestus etiã sit auribus. Attamen nec omnis sermo,nec cogitatis occurrat omnibus,sed perfectus Aaron perfectissimi Mosis cogitationibus. Alioquin quid opus erat postquã dixit, Ecce Aarõ frater tuus,addere Leuita,nisi vt doceret quod solis leuitę & sacerdoti & bono sermoni cõuenit proferre cogitata quæ sint perfectæ animæ germina. Nam mali viri sermo nunquã interpretari potest diuina dogmata. pulchritudinem enim eorum suis deturparet contaminationibus. econtrà neq; bonus impudica turpiáve proferet:sed semper sanctas narrationes saeri sanctiq; sermones facient. Fertur in quadã optimè instituta ciuitate morem esse hunc,vt quoties aliquis impuræ vitæ ciuis sententiam vult proferre ad senatum aut populum, nõ sinatur per seipsum hoc facere, sed à magistratu cogatur eam apud aliquem honestum virum deponere. Qui mox assurgens promit quod audiuit,silente interim altero:& quę tum primum didicit quamuis aliena profert, autorem commenti vix in auditorum spectatorúmve habẽs numero. adeò ne beneficium quidem ab iniustis quidam dignãtur accipere,quòd existiment hanc vtilitatẽ corrumpi

rũpi admixto dedecore.ꝙ & Moses sacratissimus docere videtur.nã tale quiddã est, ꝙ Aarõ Leuita occurrit fratri suo Mosi: quo viso gaudet in seipso. Illa autẽ verba in seipso gaudere,præter iã dictum dogma indicant & aliud magis ad rempub. pertinens,ostendẽte legislatore germanũ & maximè proprium hominis gaudium. propriũ enim nec è pecuniarũ possessionúmve copia,nec è splẽdore gloriæ, nec ex vllo omnino inanimato infirmóq; opere,quod per seipsum est corruptibile,potest contingere. imò nec è robore agilitatéq; corporis aut cæteris id genus dotibus,quæ vel cum pessimo quoq; cõmunes sunt,& habẽtibus se nonnunquã perniciem attulerũt ineuitabilem. quoniã igitur in solis animæ bonis pura & minimè adulterina inuenitur lætitia,in seipso vtiq; gaudet omnis sapiens,tõ in his quę circa se habet.in seipso enim habet mẽtis virtutes, quas nobis placere æquum est:circa se verò bonã habitudinem corporis & externarũ rerum copiam,propter quas non est quod nobis placeamus. Ergo quoniam quantum potuimus declaranimus veracissimi Mosis testimonio,sapientis proprium esse gaudium, ostendemus spem quoq; in hũc maximè cõpetere, teste eodem. sic enim loquitur de Seth filio cui nomen Enos. quod interpretatur spes:hic primus sperauit inuocare nomen domini Dei. Rectè.vero enim homini quid magis potest esse propriũ quàm spes & expectatio possessionis bonorum accipiendorum à solo munificentissimo Deo: quod genus solum, si vera fateri volumus,propriè hominũ est:tanquam hi qui nõ sperant in Deum, extra naturã rationalem censeãtur. Ideo cùm dixisset de Enos, hic sperauit inuocare nomen domini Dei,disertè infert, Hic est liber generationis hominũ proborum. scriptũ est enim in Dei libro,solum bene sperantẽ esse hominem. itaq; per cõtrarium qui desperat nõ est homo. ergo concretũ hoc nostrũ definitur,animal rationale,mortale. sed eius quẽ Moses censet hominẽ affectiones animæ sperãt in eũ Qui est,verũ Deum. Proinde boni viri felicẽ sortem nacti spem atq; gaudiũ, aut habeãt aut certè expectẽt bona. mali verò,quorũ Caim est sodalis, in mœrore timoréq; degentes,præsentia immineãtiáve mala miserrimã portionem possideãt,gementes ob molestias quas habent præ manibus. præ metu autem ingruentiũ trementes horrentésq;. verũ de his hactenus dictũ sit,scrutemur iã sequentia. Dixitq; Caim ad dominũ: Maior est culpa mea q̃ vt remittat. Jhoc quale sit ꝑ similia declarabitur. Si nauẽ mari iactatã gubernator deserat,

an non

an non necessum est eam nauigationem aberrare? itē si quadrigas auriga in Circēsibus, an non necessum est eas turbatas ferri cursu deuio? Quid ciuitas si destituatur magistratibus aut legibus? sunt autē & leges dubio procul pro magistratib⁹, nonne carens magistratibus legibúsq; ciuitas illa malis opprimetur maximis? Atqui natura cōparatum est, corpus absente anima, animam absente ratione, rationem destitutam virtute, interire funditus. Quod si hęc singula rebus destitutis nocent tātopere, quantam miseriam in à Deo destitutis agnoscimus? quos ille auersatus tanquam desertores ordinis, exterminauit procul à sanctissimis suis legibus, indignos sua prouidentia habitos. In vniuersum enim scire oportet, quòd qui prēstantioris ope destituitur, sit obnoxius maximis culpis & criminibus. quādo enim dices imperitum artis lædi maximè? nónne quando à scientia omnino deseritur? quādo verò indoctā & valde ineruditū? nónne quādo à doctrina & disciplina derelinquitur? quid insipientes quādo infelices pronuntiamus potissimè? nónne qñ omnino repelluntur à prudentia? quando verò intēperantes & iniustos? nónne cùm à temperātia iustitiáq; damnātur exilio perpetuo? quando verò impios? nónne quādo pietas eos à sacris suis excludit? ideo arbitror eos qui non omnino sunt inexpiabiles, optare puniri potius quàm dimitti. nam hęc missio facilè subuertet eos, ceu malè saburatas naues carētes gubernatoris prouidētia, animaduersio verò ad correctionem profuerit. Aut nō sunt potiores qui sub pædagogis educātur, quàm qui peccātes à nullis cohibentur castigatoribus? nō meliores itidem qui sub magistris discūt artes, quàm qui quoties aberrant, obiurgātur à nemine? vel felicius proficiūt qui sine curatore degūt, quàm qui parentes à natura institutores sibi additos Deo fortunante nacti sunt? sin minus, saltem secūdarios præfectos adepti, quos orbitatis miseratio cōciliare solet, in omnibus cōmoditatibus genitores minus desiderāt? Ergo quicunq; peccatorū sumus nobis conscij, precemur Deū vt puniat nos potius quàm incastigatos prætereat. præteritos enim nō ipse propitius in seruitutem suam vindicabit, sed inclementis genituræ seruos faciet: q; si vt benignus clementer lenitérq; puniat, errata nostra corriget, sermonē suum castigatorē immittēs in nostrā animā, per quē pudore admissorum incusso, ipsam in sanitatem restituat. Propterea legislator ait, qcquid in animo suo precata fuerit vidua & expulsa, manere ipsam. Deum enim virū & patrem vniuersorum

sorum semen genituráq; omnibus præbētem iustè dicemus. mentem verò eiectam Deo viduam, quæ aut genitura diuinam non excepit, aut exceptam data opera abortum fecit. Quamob rem quicquid statuerit, cōtra seipsam statuet, idq; omnino immedicabile. Quomodo enim euitari potest malum, quod cōtra seipsam pronuntiat creatura incōstans & ad omnem occasionē mobilis, ascribens sibi virtutes creatoris? quarū vna est qua citra controuersiam rigidéq; definit singula. Quapropter nō solùm viduabitur à scientia, sed expelletur etiam: quod sic intelligitur. Anima vidua, nōdum tamen expulsa ex honestate, potest per quandam tolerātiam cum recta legitimáq; ratione redire in gratiam: quæ autem semel seiunctā fecit diuortiū, vt irreconciliabilis in omne æuū reiecta est, ꝓmissa potestate reuertendi ad pristinū domiciliū. Hactenus de his verbis, Maior est culpa mea quàm vt remittatur: dispiciamus sequentia. Ecce eiicies me, inquit, hodie à facie terræ & à facie tua abscondar.] Quid ais bone vir? itáne etiam eiectus è tota terra abscōderis? at quomodo? poterísne viuere? an ignoras q⁹ animalibus natura, non eadem sed diuersa loca incolēda distribuit? mare piscibus & omni aquatico generi, terrā terrestrib⁹ omnibus: homo antē vtique iuxta corporis tēperamentū animal terrenū est. propterea quicquid migrat è suis regionibus, & velut in alienas transfertur, exanimatur facilè: terrestria si mergantur in aquā, aquatica si in terrā expellātur. proinde si eiiciaris è terra cum sis homo, quò te vertes? natabísne in aqua more aquatiliū? atqui mersus mox exanimaberis. sed fortè sumptis alis sublimis euolans per aērem vagari conaberis, è terrestri factus volucris? fac si potes, muta characterē quē tibi semel impsit Deus. sed haudquaquā poteris. Quātò enim sublimius teipsum extuleris, tantò citius grauioréq; casu ad terrā ꝓpriū tibi locū relaberis. Itáne homo aut vlla creatura potest se à deo abscōdere? quónā ab eo qui nusquam non est, qui prospicit vsq; omnes terminos, qui vniuersa replet sua præsentia, à quo nihil vel munitissimū deseritur? Et quid mirum si nulla creatura latere potest eum Qui est, quādo ne materialia quidē principia cuiquā licet effugere, sed necessū est vt euitato vno incidat in aliud. Vtinā igitur opifex arte qua fecit in vtroq; elemēto degentia, huius quoq; animalis vbivbi victuri feciſſet miraculū, vt à natiua grauitate terreni aquatícíq; pōderis in aērē ignémq; se posset attollere: ac rursum post cōsuetudinem cum sublimibus, si migrationē inde requireret,

locum loco mutaret contrario. Sed debuit vtique in vna aliqua mundi parte cõsistere, quandoquidem in omnes excurrere non poterat: & alioquin etiam opifex nihil ei præterea reliquum fecerat, absumptis in mundum quatuor elementis, vt ex perfectis partibus absolutissimum opus hoc vniuersum redderet. Ergo cùm totum opus Dei nemini liceat effugere, an non multò minus autorem eius & rectorẽ effugere poterit? nemo igitur hæc verba nõ examinata facilé admittens, é sua simplicitate legem æstimet: sed introspectis latentibus significationibus, discernat id quod manifestum est. Quid si verba ista, Si eiicis me hodie à facie terræ, & à facie tua abscondar. sic intelligantur: si non præbes mihi bona terræ, nec cælestia quidem accipio. si non datur frui voluptatibus, ne virtutẽ quidem desidero. si non impartiris humana bona, diuina quoq; tibi habeto. nam apud nos necessaria, cara, & verè germana bona sunt hæc: edere, bibere, vestiri, per visum frui colorũ varietatibus, per aures oblectari omnigenis sonorum concentibus, per nares exhilarari suauibus vaporum fragrantiis, ventris & eorum quæ sub ventre sunt ad satietatem expleri voluptatibus, aurum argentúmque non negligere, honores principatúsque & quicquid ad gloriam facit cõquirere. prudentiam verò, fortitudinem, iustitiam, res tetricas, & vitę molestiam afferentes, missas faciamus. quod si libet eis vti, non vt bonis perfectis vtendum est, sed vt causis bonorum. ò ridiculum caput. Ergo priuatus his lucris corporeis in cõspectũ Dei non venies? at ego tibi dico, venies omnino, etiamsi priuatus fueris, solutus enim duris tum corporis tum rerum corporearum vinculis, imaginaberis illum sapientem Abraham. Viden' vt relinquês terram, cognationem, ædes paternas, sensum, rationem, incipit occurrere eius Qui est potentiis? postquam enim totam domum egressus est, ait lex visum ei Deum: docens quòd manifestè apparet extricato rebus mortalibus, & recurrẽti ad incorpoream huius corporis animã. Ideo Moses accepto suo tabernaculo, extra castra id figit, longè semotum à corporali exercitu. hoc enim solo modo sperat se fore supplicem cultorémq; perfectum cælestis numinis. & ait id vocatum tabernaculum testimonij, valdè cautè, vt tabernaculum eius Qui est sit, nõ vocetur tantummodo. ex virtutibus enim ea quæ Dei est verè est, cõstans ex essentia: quoniam & Deus solus stat in essentia: quã ob causam necessariò de seipsõ dicit: Ego sum Qui sum: ac si quicquid post eum est, non per essentiam sit, sed sola opinione

nione hominum. Mosis autem tabernaculum figuratè humanam virturem significans, appellatione non ipsa re dignabitur, cũ sit imago diuini illius tabernaculi. huc accedit quòd & Moses quando in Deum Pharaonis constituitur, non reuera factus est Deus, sed tantùm existimatione creditus. Deum enim dantem quidem scio & largientem, dari verò nõ intelligo. Dicitur autem in sacris libris, Do te deum Pharaonis, patiẽte qui datur non agente. Is autem Qui verè est, actiuus necessariò non passiuus intelligitur. Quid igitur ex his colligimus? quòd sapiens dicitur quidẽ Deus insipientis, reuera autem non est Deus, sicut nec adulterinus stater est stater. idem collatus cũ eo Qui verè est, homo Dei reperietur: cum insipiente verò si cõferatur, Deus imaginatione existimationéq; videbitur, non veritate ac essentia. quid igitur nugaris dicens, Si me eiicies à terra & te, abscõdar. imò si te à terreno arcuero, manifestè ostendã meam imaginem. argumento est, quòd à facie Dei migrabis: post migrationem autem nihilominus terrenum corpus inhabitabis. Dicit enim rursum: Exiuit Caim à facie Dei, & habitauit in tera. Itaque non eiectus à terra absconderis ab eo Qui est, sed eum deuitans in terrã confugisti, locum mortalem, imò nec omnis qui inuenerit te occidet, quemadmodũ sophisticaris. nam quicquid inuenitur, vtique ab alterutro inuenitur. aut simili aut dissimili: simili cognatóque iuxta communionem omnium familiaritatémq;: dissimili verò iuxta diuersitatem cõtrariam. simile igitur conseruare studet sui simile: dissimile verò perimere solet sui dissimile. Sciat ergo & Caim & quisquis ali' vafer est, quòd nõ à quouis occurrẽte interficietur: sed malefactores quidem germanorum cognatorúmq; vitiorũ æmulatione custodes eius erunt & satellites. qui verò prudentiam cæteráſq; virtutes exercẽt, tanquam infensissimũ hostem tollent si poterũt. In vniuersum eĩn & res & corpora à familiaribus amicisq; seruãtur, ab alienis verò & infestis interimuntur. Quapropter oraculũ cõtra fictam hanc Caimi simplicitatẽ ferens testimoniũ ait: nõ ita sentis vt loqueris. Ais quòd quicũq; artis tuæ palæstras inuenerit, interficiet. nosti autẽ q, non quivis ex innumeris qui inter tua cẽsentur auxilia, sed solus virtutis amicus, tecũ gerit bellum sine induciis. Qui, inquit, occideritCaim, septẽ mulctas dissoluet. Id quam rationẽ ad dictas interpretationes habeat non video, quòd septẽ mulctas dissoluet. nã nec dicit quæ septẽ, nec mulctæ modum, nec dissoluendi. itaq; existimãdum est omnia

talia figuratè latentérq; significare aliquid. Quid si tale quiddã docere vult? quod irrationale est in anima in septẽ partes diuiditur. visum, odoratum, auditum, gustum, tactum, sermonem, genituram. octauum intellectũ horum ducem siquis velut Caimum interimat, simul & illa septẽ dissoluet. robore enim mentis valido cõfirmantur hæc omnia, & cum eiusdẽ imbecillitate deficiunt. perfecta autẽ corruptio quã inducit vitium, perfectã dissolutionem accipit. septem autẽ illa, in sapiẽtis animo incontaminata puráq; & proinde honore digna inueniuntur: in insipientis cõtrà impura pollutáq;, & vt dixi mulctata, hoc est mulcta digna & supplicio. Quãdo igitur aqua terram purgare statuit opifex, voluitq; animã purgari ab ineffabilibus iniquitatibus, elueréq; & abstergere maculas per sacram purificationẽ, hortatur eum quem reperit iustum, qui non est oppressus à diluuio, vt inducat in arcam, id est hoc corpus vas animæ, ex omnibus pecudibus mundis septenas, masculum & fœminam: æquum cẽsens vt bona ratio puris vtatur omnibus partibus irrationalibus. Et quod hic legislator definiuit, necessariò cõtingit omnibus sapientibus. habent enim purificatum visum, examinatum auditum & sensus cæteros. habent sermonem quoq; immaculatum, & appetitus Veneris nõ illegitimos. singula autem horum septẽ, partim masculus sunt, partim fœmina. Quoniam enim aut quiescunt aut mouentur, quiescunt quidem per somnium, mouentur autem vigilãtia iam & agentia: quicquid habitum habens quiescit, vt passioni obnoxium vocatur fœmina, quod verò præditũ motu actúq; animaduertitur agere, masculum nominatur. atq; ita in sapiente hæc septem spectantur pura, contrà in malo mulctata omnia. Quantam enim putas multitudinem quotidie à suis oculis, velut à transfugis, proditam coloribus figurísque, & his quæ videre nefas est? quantam ab auribus omnes sonos confectantibus? quantam ab odoratus gustúsq; instrumentis attractis per vapores varietatésque cæteras plurimas. Taceo multitudinem eorũ quos infrenis linguæ fluxus irreuocabilis perdidit, aut libidines œstro suo impotenter concitos. Plenæ ciuitates, plenus est orbis terræ quàm latè patet malis talibus, quæ humano generi vel in media pace acre continuúmq; bellum inferunt tum priuatim tum publicé. propterea videntur mihi qui non omnino rudes sunt, malle cæcitatẽ quàm videre quæ nõ decet: malle surditatem quã audire sermones pernicioſos: linguam quoq; libẽter amissuri, ne proloquantur

loquantur quæ cælanda sunt. Certè fertur quosdam sapientes, cùm in rota cruciarentur ad extorquenda secreta, præmordisse linguam suam, & ita grauiorem cruciatum rependisse tortoribus, dum eos voti fecerunt impotes. Castrari vtique melius est, quàm trãsuersum abripi libidinum illicitarum rabie. Quæ omnia in calamitates pernicioſas animã mergentia, meritò extrema pœna sequitur. Additur deinceps, Posuit dominus Deus in Caim signũ, vt non interficeret eũ quisquis inuenisset.] Quod autem signum, non declarauit, quamuis solitus singularum rerum naturam per signa indicare: sicut in rebus Aegyptiis dum virgam mutat in serpẽtem, & manum Mosis in niuis speciem, & fluuium in sanguinem. An fortè hoc ipsum signum est appositum Caimo ne interficeretur, quòd nunquam intertectus est. nusquam enim in lege de nece eius narrat, subindicãs quod sicut illa fabulosa Scylla, immortale malum est insipientia, quæ nunquam in totum emoritur, & tamen nunquam nõ moritur. Atque vtinam fieret contrarium, vt semel è medio tollerentur omnia: nunc perpetuò repullulantia, immortali morbo affligunt quoscunque aliquando corripuerunt.

PHILONIS IVDAEI, de agricultura.

CEPIT QVE Noë homo agricola esse, & plãtauit vineam, & bibit de vino, & inebriatus est in domo sua.] Vulgus hominũ rerum naturas ignorans, etiam in nominibus eis imponendis erret, oportet. nam qui eas velut per anatomiã considerant, facilè assequuntur appellationes earum proprias: qui autem res tractant confusius, non tam exquisitas. Moses verò, in tanta rerum peritia, nominibus rectissimis aptissimisq; & mirè perspicuis vti consueuit: proinde sæpe in libris legum diuinarum inuenimus rebus conuenire nomina: quod vel in præsenti capite liquet, in quo iustus ille Noë agricola inducitur. Et cui non ad iudicandũ procliuiori videri posset idem agricultura, quod facultas operaria? atqui duo hæc adeò non sunt eadem, quantumuis coniuncta, vt sint etiam pugnantia, possunt enim & imperiti laborare in re rustiqua: agri

Universidad de Deusto Biblioteca

colæ autẽ nomen ipsum peritiæ fidem astruit, quod videtur ei propter artem suam inditum. prætereà cogitandũ illud quoq;, terræ operarium finem vnicum spectare mercedem (sunt enim plerique mercenarij) non solicitum quàm bene operetur. agricola verò non parcit impensis, modò possit vel agellum emere, vel ita rem administrare, vt reprehensionẽ peritorum effugiat. nullum enim aliud lucrum quærit, quàm vt ex annuis prouentibus fructum percipiat. itaq; dat operam vt siluestres arbores traducat ad mitius ingenium, mitium verò incrementum industria sua promoueat, & si quæ præ alimento nimio luxuriãt, putatione coerceat: alias verò contractiores nouis stolonũ accessionibus amplificet. adhæc generosas plantas in multos ramos se diffundentes propaginet, paratis circum nõ admodum profundis scrobibus: parum frugiferas autem insitis in earum stirpes & vnitis præstãtioribus, ad meliorem frugem reducat. quandoquidem sic homines quoq; faciunt, adoptiuos filios in alienas gentes propter virtutem asciscendo, in quibus constanter perseuerent. ita & rusticus radicitus excidit plurimas iam effœtas, quæ intercipiẽdo succos magnũ damnum in proximo sitis afferũt. circa huiusmodi eñ negotia versatur ars curatrix stirpium è terra nascentiũ. Nunc ad peritiam agriculturæ, qua excolũtur animæ, considerandã nos vertamus. hæc ante omnia curat ne quid seminet plantétve, quod sit sterile: sed omnia mitia fructiferáq; relatura fructum annuũ moderatori homini. hunc enim natura principem animalium stirpiúmq; & omniũ rerum mortalium cõstituit. homo autem in vnoquoq; nostrum quis alius esse potest quàm intellectus, qui solet satorum plãtarúmq; fructus colligere. Quoniam autem infantibus lac nutrimentum est, adultis quæ è frumento coquuntur, animæ quoq; suum lac debetur in ætate tenera, videlicet liberalis musicæ rudimenta: sicut viros perfectum alimentum decet, vt instituãtur in prudẽtia, tẽperantia, cæterisq; virtutibus. hæc enim sata plãtatáq; in mẽte ex præscripto artis rusticæ de qua loqmur, egregios fructus ferẽt, & actiones laudabiles. simúlq; quotquot affectionum vitiorúmq; plantæ in altum pullulant, ferentes fructus letiferos. succidãtur vt nihil fiat reliquum, vnde noua rursum peccatorũ prorumpãt germina. quod si qua nec vtiles fructus feret neq; noxius, excidentur tales, nõ tamen absumẽtur, sed vertentur in vsum cui cõpetunt, aut in vallum ad munitionem castrorũ, aut ad septũ oppidi, quod sit pro mœnib⁹. sic eñ

præcipitur: Omne quod non fert fructũ cibo vtilem excides, & facies inde vallum oppido, si quis tibi bellũ inferat. Huiusmodi arbores sunt similes doctrinis contemplationẽ solam habentibus, inter quas recẽsenda est medicina ista otiosa nõ coniũcta cum actionibus ægros incolumitati restituentibus: & rethoricæ genus causidicũ mercenariúmq;, nõ in quærendo iure occupatum, sed dolo captans assensum auditorum. huc accedunt & dialecticæ geometriæq́; partes quæ momenti nihil ad morum correctionẽ afferunt, sed intellectũ solum acuunt, ne hebetior sit ad singula de quibus ambigitur: sed diuidẽdo distinguẽdóq; proprietates singulorum discernat à cõmunibus qualitatibus. certe philosophiæ rationẽ triplicem priscos aiũt agros assimilasse, ita vt naturalem arboribus stirpibúsq; facerent similem, moralem verò fructibus, propter quos sunt arbores: deniq; rationalem sepi & maceriæ. Quẽadmodum enim maceria fruct⁹ plantásq; agri conseruat, arcens irrũpendi nocendíq; cupidos, ita & rationalis pars philosophiæ præsidium munitissimũ est reliquarum duarũ, moralis atq; naturalis. cùm enim duplices & ambiguas dictiones explicat, & sophismatum persuasibilem speciem dissoluit, & probabilem deceptionẽ maximam perniciosissimámq; escam animæ tollit è medio, adhibitis sermonibus disertis & demonstrationibus indubitatis, tanquam ceram leuigatam intellectum parat ad excipiẽdos physiologię moralisq; disciplinæ characteres valde probos ac integros. Hęc sunt quæ animæ agricultura profitetur: effodiã arbores omnes imprudentię, intemperãtiæ, timiditatis, iniustitiæ: excidam & voluptatis, cõcupiscentię, iræ, furorisq; ac similium passionũ stirpes, etiamsi se ad cælum extulerint: adurã & radices earum, immisso penitus in terrã incendio, ne qua pars, imò ne quod vestigium, ne vlla vmbra fiat reliqua. & hæc quidem auferam. inseram autẽ, primùm in puerilis ætatis animas surculos, quorum fructus ipsas enutriet. sunt autẽ hi, scribendi legendíq; certa industria, eorũ quæ apud sapiẽtes poëtas habentur diligens scrutatio, geometria, oratoriæ facultatis meditatio, & vniuersa liberalis musica. in iuueniles verò ac viriles iã meliores perfectiorésq;, prudẽntiæ plantam, fortitudinis, temperantiæ iustitiæ, omnisq; virtutis. quod si quid ad siluestrem quam vocãt musam pertinens nullum quidem vescum fructum afferat, possit tamẽ quæ ad cibũ prosunt munire conseruaréq;, hoc quoq; reponam, non propter ipsum, sed quia natũ est ad necessariarũ vtiliúmq;

rerum ministerium.ideo sapiẽtissimus vates huic quidẽ iusto animæ agriculturã vt congruentẽ assignat,dicens: Cœpit Noë homo agricola esse:de Caim verò ait: Erat operans terram, & paulò pòst qñ in fratricidij facinore deprehẽditur,dicitur:maledictus tu à terra quæ aperuit os suum vt acciperet sanguinẽ fratris tui de manu tua,qua operaberis terram,& non apponet tibi dare fructus suos.] Quomodo manifestius ostendi posset, quod terræ operarium non agricolam legislator existimat malum virum,quàm nunc ostensum est?nec tamen suspicari debemus de homine qui manibus pedibúsq; & cæteris corporis ribus ad opus est validus,aut de montana planáve terra sermonem hic fieri, sed de vniuscuiusq; nostrũ potẽtiis.nam maliani ma circa nihil aliud occupari solet quàm circa terrenum istud corpus & cũctas eius voluptates.proinde vulgus hominũ cbeũdo varios tractus vsq; extrema terræ,mare quoq; traiiciendo, & sinus eius penetrãdo,nullámq; huius vniuersitatis partẽ imperscrutatam relinquendo,semper & vbiq; ista colligit,quæ ad cumulándam voluptatẽ faciunt.nã sicut piscatores retia demittunt interdũ longissima,in medio cõplexi magnum maris spatium,vt quãplurimos pisces inclusos ac velut obsidione cinctos capiant:eodem modo maxima pars hominũ,non in sinum aliquem maris,sed in totam aquæ, terræ, aërísq; naturam, omnicapientia,vt poëtæ loquuntur,lina extẽdens,omnia vbiq; ad voluptatis vsum inuncat & attrahit.etenim terræ metalla perquirunt,vasta maria traiiciunt,omnia belli pacísq; exercent negotia, materiam copiosam ceu reginæ voluptati parãtes: quippe non initiati agricultura animæ,quæ seminans plantánsq; virtutes,fructumvitam beatam decerpit ex eis,qui autem exercẽt & tractant quæ carni grata sunt, lutum maceratũ, fictilem statuam,animæ carcerem,quem illa à natiuitate ad extremũ diẽ ceu cadaueros um onus circũferre cogitur, colunt magno studio.Hæc est differẽtia inter agriculturã & operationem terræ, itémq; inter agricolam & operarium.nũc considerãdum ne in dictis rebus aliæ quoq; sint cognatæ species,quæ sub nominum cõmunione occultent differẽtias.sunt autẽ quas quærendo inuenimus duæ.de quibus disseremus quantum poterimus.ergo sicut agricolam & operatorẽ terræ, quamuis idem videbantur, tamen allegorias excutiendo longè diuersos reperimus,ita rursus pastorem & pecuarium.legislator enim iam pecuariæ,iam pastoralis artis meminit:quas appellationes lector parum curiosus

riosus fortasse putaret æquiuocas, significantes idem studium. atqui res ipsæ multum differũt,si spectẽtur singularum officia. quamuis enim pecorum magistris cõsuetudo vulgaris vtrãq; vocem applicat,at non & intellectui curatori animæ vtraq; cõuenit.malus enim si sit, pecuarius gregis præfectus vocabitur: contrà,si bonus & virtutis amans,pastor nominabitur. id iam clarius faciam.Natura vnicuiq; nostrum cognatas addidit pecudes,ex vna radice animæ duabus velut stirpibus pullulantibus: quarum altera integra indiuisáq; intellectus appellatur: altera ab imo in septem ramos diuiditur,in quinque sensus, & duo instrumenta vocis geniturææq; . quæ multitudo tota bruta cõparatur pecori:& quia numerosa est,iuxta naturę legẽ operã ductoris necessariam postulat.quoties igitur imperitus regẽdi sed diues seipsum præficit,plurimorum malorũ causa fit pecori.nam ipse necessaria copioseè suggerit:at illud in tanta copia ciborũ nimia saturitate petulãs redditur.saturitatis enim germana proles est petulantia.per eam petulãtiam saltitant,& cõtempto rectore vagantur,soluúntq; stipatum anteà gregis ordinem.atq; ita ductor desertus,ex præfecto priuatus fit, discursans satagénsq; si fortè possit denuò in vnum compellere. & cũ videt se operam perdere,gemit ac flet,damnans suam facilitatem,& culpam in seipsam referens.Ad eundem modum pecus sensuum,quando intellectus supinè se gerit & ignauiter, auidè saturatum copia rerum sensibilium ceruicem iactat & subsultat,impingẽs in omnia visui patentia,vel quæ videre nefas est: auribus quoq; voces recipiẽs insatiabiliter, sitiendo semper ob curiositatem,interdum delectans se obtrectationibus parum liberalibus.Quid enim aliud credimus quotidie per totũ orbẽ tot milia spectatorum in theatra contrahere?homines enim vicii spectaculorum & fabularum cupidine,infrenes tum oculis tum auribus,consectantur citharistas citharœdósque, præterà saltatoribus cæterísq; mimis inhiant, propter gestus motúsq; ac status effœminatos:atque ita factiones theatricas instaurãt, securi cęterarum rerum priuatarum publicarúmque,totam vitam in huiusmodi spectaculis conterentes miseri. Alij autẽ his etiã miseriores infeliciorésq; sunt,qui gustum tãquam è vinculis exoluerunt,qui mox in omnes cibos potúsq; facto impetu, ex iam apparatis carpit quodlibet,immanem famẽ habẽs absentium:vt etiam cùm vẽtris sentinam expleuerit,cõcupiscentia tamen auida & inanis etiam tum circumspiciat,ne quid re

liquum oculos fugerit, vt hoc quoq; more ignis omniuori abli-
guriat. hanc ventris diluuiem pediſequa à natura addita comi
tatur libido coitus, furore ac cœſtro pertinaci concita, & mole-
ſtiſsimam rabiem afferẽs: cùm enim è multis condimentis po
tú; meratiore contracta crapula grauantur homines, nõ ſunt
amplius ſui compotes: ſed properantes ad amatorios concubi-
tus comeſſabundi oberrant ianuis, donec deferuente deſpuma-
tóque affectu poſsint quieſcere. cui rei proſpiciens natura vide-
tur vẽtri ſubieciſſe inſtrumẽta coitus: qui ſaturitatem ſolet ſe-
qui, & tum demum agere ſuum negotium. Hos igitur qui tali
pecori affatim præbẽt quicquid deſiderat, pecuarios vocabim⁹.
e diuerſõ paſtores dicemus illos qui delectu rerũ neceſſariarũ
habito, quæ cõmodiſsimæ ſunt has ei præbent, reciſa & ampu-
tata inutili ſuperfluáq; copia, quæ non minus nocet quàm ino-
pia: quíq; modis omnibus prouidẽt ne grex neglectus in mor-
bos incidat: imò vota etiã faciunt ne qua externa calamitas in-
gruat. in primis autẽ curã adhibẽt ne grex vagabundus diſper
gatur, metũ intentando caſtigatorẽ non obtẽperantibus ratio-
ni, & animaduerſione vtẽdo cõtinua, mediocri quidẽ in errata
ſanabilia, ſeuera autem ſi his accedat cõtumacia. Quamuis eñ
abominandæ videantur, plurimum tamen proſunt pœnæ inſi-
pientibus, quemadmodum medicinæ ſilua corpereo morbo la-
borantibus. Hæc ſunt paſtorum ſtudia, qui voluptati noxiæ in-
ſuauem vtilitatem præferunt. Tãta certè curæ paſtoralis hone
ſtas creditur & vtilitas, vt poëtarũ gens reges ſoleat vocare pa-
ſtores populi: ſicut legislator ſapiẽtes dignatur hoc nomine, q
ſoli veri reges ſunt. introducit enim eos præfectos tanquã gre-
gis omnium hominũ qui affectu bruto rapiũtur: & ideo Iacob
etiã ille meditatione perfectionẽ aſſequutus, paſtor eſt in eius
literis. paſcit enim hic Labanis pecora, ſcilicet inſipiẽtis animę
quæ nihil bonũ arbitratur præter ea quæ videt ſentítq;, colori-
bus vmbriſq; fallacibus ſeruiliter dedita. Labã enim interpre-
tatur dealbatio. Moſes quoq; ſapiẽtiſsimus hominũ cẽſetur in
paſtorũ numero. Hic eñ paſtor intelligitur mẽtis præferentis
faſtũ veritati, quæ bona videri quàm eſſe mauult. Iothor enim
ſuperfluus interpretatur, ſuperfluus autem faſtus eſt, ad inducẽ
dum in rectã vitã errorẽ aſcitus, qui eſt in cauſa vt aliud apud
ciuitates ius habeatur, nõ apud omnes, id quod iuſtũ eſt. quip-
pe qui naturale perpetuúmq; ius ne in ſomnis quidẽ vnquam
vidit. Dicitur eñ Moſen paſtorẽ fuiſſe pecorũ Iothor ſacerdo-
tis

tis Madiã. Idem precatur ne cuivis grex (ſic vocat totũ vulgus
animarum) cõmittatur: ſed vt bonum paſtorẽ habeat, cauẽtem
ipſi ab omnibus inſipientiæ, iniuſtitiæ, cæterorúmq; vitiorũ la-
queis. inducẽtem verò in eruditionis virtutúmq; reliquarũ do-
gmata: Diſpiciat, inquit, domin⁹ Deus ſpirituũ & omnis carnis
hominẽ huic cœtui. Deinde poſt pauca verba ſubinfert: Et non
erit cœtus domini tãquã oues quibus paſtor deeſt. Sanctũ pro-
fectò votum, ne ſine curatore præfectóq; ſinatur vnicuiq; no-
ſtrum cognatus grex: vt ne in deterrimã malæ reipub. ſpeciem
ochlocratiã, quæ ex optima democratia deprauatur, prolapſi,
tumultibus & inteſtinis ſeditionibus agitemur in perpetuum.
certè nõ ſola magiſtratuũ penuria parit morbum ochlocratiæ,
ſed & exortus iniuſti alicuius violentiq; principis. tyrãnus eñ
ſuaptè natura inimicus, ciuitatibus quidẽ homo: corpori autẽ
& animæ ac vtriuſq; negotiis, intellectus ille ferox, qui arcẽ in
vno quoq; cõmuniit. Officiunt autẽ nõ hæ ſolæ dominationes,
verùm & nimis æquanimes principatus præfecturæq;. benigni
tas enim res eſt cõtẽptibilis, vtriſq; tum principibus tũ ſubdi-
tis noxia: illis dũ contẽpti ſubiectis, nec priuatim nec publicè
valent quicquã rectè cõſtituere, interdũ etiã principatu ſe abdi
care coguntur: his verò dum ex cõtinuo magiſtratuũ contẽptu
nẽgligẽtiores facti, magnũ morbum arrogantiã ſibi cõtrahũt,
vt meritò hi à pecudib⁹, illi à pecuariis nihil differre iudicãdi
ſint. nam illi ſunt autores oblectãdi ſe rerũ copia: hi nõ ferendo
ſaturitatẽ, vertũt ſe ad petulãtiam. Oportet autem ſicut capra-
rium, aut bubulcũ, aut opiliorẽ, aut in cõmune paſtorẽ, intelle-
ctum noſtrũ præeſſe, ſemper vtilitatẽ pecoris voluptati preferẽ
tem. cæterùm prouidẽtia Dei prima & propè ſola cauſa eſt, ne
partes animæ rectore careãt: ſed paſtorẽ adipiſcantur omnino
bonũ & inculpabilẽ, quo prępoſito impoſsibile ſit diſpergi quę
intellectus colligit. neceſſum eſt enim eodẽ omnia cõparare or
dine, vnius nutum ſpectãtia, quãdoquidem nihil eſt moleſtius
quàm parere multis imperatoribus. at paſtoris officiũ res eſt
tam præclara, vt non regibus ſolis & ſapiẽtibus virtis, & animis
perfectè purificatis, ſed & Deo rectori omnium iuſtè tribuatur.
id quod non aliquis è vulgo confirmabit, ſed propheta cui nos
decet credere, qui ſacros hymnos cõſcripſit. ſic enim loquitur:
Dominus paſcit me, & nihil mihi deerit. idem pro ſe quiſq; di-
cat. nam tale carmen omnem amicũ Dei meditari cõuenit. ſed
præcipuè mundũ hunc id decet. nam ſicut quẽdam gregẽ, ter-

ram,

ram,aquam,aërem,ignem,& quicquid in his cõtinetur vel ſtir pium,vel animalium,mortaliũ diuinorúmq;:adhæc cæli naturam,ſolis ac lunæ circuitus, reuolutiones cæterorum ſiderum choreásq; concinniſsimas, tãquam paſtor ac rex Deus regit iure legéq;,prefecto his recto ſermone primogenito filio,qui curam ſacri huius gregis tanquam magnus prorex in ſe recipiat. dictum eſt enim alicubi: Ecce ego ſum,mittam angelum meũ ante faciem tuam,vt cuſtodiat te in via.Dicat igitur & vniuerſus mundus,maximus pfectiſsimúsq; veri Dei grex: Dominus paſcit me,& nihil mihi deerit.dicat vnuſquiſq; priuatim idem hoc,non voce per os linguámq; fluente, ad breue aëris pertingente ſpatium:ſed illo peramplo mentis ſono, peruenière vſq; ad extremos orbis terminos. impoſsibile eſt enim deeſſe commodũ aliquod vbi Deus præſidet,ſolitus plena perfectáq; bona largiri rebus omnib⁹.Quin & ad æqualitatẽ pulcherrimè hortatur modo dictum canticũ,reuera enim qui omnia cætera habere videtur, ſed grauatim fert vnius dominium.inops & pauper eſt.quod ſi qua à Deo paſcitur anima, hoc vno ſoló; cõtẽta ex quo pendẽt omnia,rei nullius omnino eſt indiga, non cæcas diuitias reſpiciẽs,ſed quẽ oportet,acutè cernẽs & magni faciẽs. huius omnes diſcipuli vehementẽ perpetuũq; amorem cõcepe runt:& ideo contẽpta pecuaria, excoluerunt paſtoralẽ ſcientiã. Argumẽto eſt Ioſeph, circa corpus & nouas opiniones ſemper occupatus:qui naturæ brutæ præeſſe cũ imperio neſcit (ſeniores enim ad magiſtratus legitimos gerẽdos vocari mos eſt: hic autem ſemper ætatẽ bene fert etiã in annis ſenilibus)ſed nutrire augereq; hanc ſolitus,putat ſe poſſe virtutis quoq; amatores ad ſe pellicere,vt ad bruta inanimáq; cõuerſi,vacare nõ poſsint rationalis animæ ſtudiis.ait enim:Si rex(id eſt intellectus corporeæ regionis rex)percontabitur quodnã ſit veſtrum negotiũ, reſpõdete:viri pecuarij ſumus.Hoc audito indignãtur non immeritò,cùm ſint proceres, iuberi ſe profiteri ſubditorum ordinem.Nam qui ſenſibus per ſenſibilia ſubminiſtrant alimentorum copiã,ſerui fiunt eorum quos alunt,tãquam dominis quotidie tributũ pendentes neceſſarium.contrà principes ſunt qui hos regunt,& refrenant inſatiabilem eorum impetum quo rapiuntur ad ſuperuacanea. Ac primùm quidem & ſi nõ libenter hoc verbum audiant,ſilebunt,intẽpeſtiuum rati apud negligẽtes auditores diſſerere de differẽtia curæ pecuariæ paſtoralisq; ſcientiæ.Sed cùm iterũ inciderit eadẽ cõtentio,reſiſtẽt totis viribus,

ribus.nec prius quàm vincant,remittent cõtentionẽ, præ ſe ferentes liberale ingeniũ, atq; adeò generoſum & principatu digniſsimũ.proinde rogãte rege, quodnã eſt veſtrum negotium, reſpõdebunt:paſtores ſumus,ſicut & patres noſtri.An nõ videntur hac profeſsione non minus ſibi placere,quàm rex ipſe cum quo loquũtur,ſibi placet tãto imperio: quando nõ ſolũ ſibimetipſis hoc vitæ genus ſuoptè teſtimonio vindicant,ſed & ſuis patribus,quaſi omni ſtudio curáq; digniſsimũ? atqui ſi de caprarum ouiúmve cura ſermo eſſet, poterat eos pudere verũ fateri, dum fugiunt ignominiã.nam ingloria humiliáq; videtur hæc apud eos qui fortunatiores ſunt quàm prudẽtiores, apud reges præcipuè.Cæterùm Aegyptiorum gens innatã & inſignem habet iactãtiam, vt vel modica felicitatis aura aſpirante irrideat faſtidiátq; plebeiorum hominum in victu parando ſtudium & diligentiam.Quoniam autem animæ potẽtias tum rationales tum brutas conſiderare eſt propoſitum, meritò ſe iactabũt qui ſibi ſunt cõſci quod poſsint brutas compeſcere,aſcitis in auxiliũ rationalibus.Quod ſi quis inuidus & criminator incuſando eos dicat.qui fit igitur vt paſtoralem artem exercẽtes,& cognati gregis curã ac regimen profeſsi,in Aegyptũ,corporis eiúsq; affectionum regionem,appellere induxeritis animum,& nõ in quãcunq; aliã?huic reſpondendum eſt liberè, Inquilini vt eſſemus,non inhabitatores perpetui,venimus.re vera enim omnis ſapientis anima cælum habet patriam. in terra peregrinatur: & ſapientiæ domum exiſtimat ſuam,corporis verò alienam,cuius inquilina ſibi videtur.ergo quando intellectus receptum in ſuam adminiſtratiõnẽ gregem animæ iuxta naturæ magiſtræ leges conſtanter regit,probatum eum reddit & valde laudabilem:vituperabilem verò qñ non legitimè eum tractat,ſed ſecurè nẽgligentérq;.ideo meritò ille quidem regis nomen ſuſtinebit,paſtor appellatus,hic verò popinarij,pecuarius vocatus, & voraci pecori cibos parare ſolitus.atq; ita quid agricola ab operatore terræ,quid item paſtor à pecuario differat,ſatis accuratè demonſtratum eſt.reſtat tertiũ quiddã modo dictis cognatum. de quo iam loquemur. equitem ab inceſſore multum differre arbitrandum eſt,non ſolùm hominẽ vectatum animali hinnibili ab alio ſimiliter vectato homine,ſed etiã rationẽ à ratione.ergo qui ſine equeſtri arte aſcẽdit,dici debet inceſſor, qui ſe cõmiſit iumẽto laſciuo,à quo abripiat quocũq; ipſum detulerit impetus,& nõ præcauẽdo voraginoſos terræ hiatus,aut foſſam

Universidad de Deusto Biblioteca

ſam aliquã profundiorẽ,violento curſu vnà cũ equo præcipitetur ſubmergatúrque.ediuerſò eques ante omnia frenũ in os indit,deinde in tergũ inſilit,& quãuis ferri videatur, reuera tamẽ circumagit eum à quo geſtatur tanquã gubernator.nam & ille videtur ferri à naue quam gubernat,ſed ſi verè pronunties,ipſe deducit eam ad portus optatos. cæterũ quãdo ſonipes bene iter carpit habenis obtemperans,palpum & laudem refert ab equite.quãdo autem fertur iuſto concitatius, cohibetur quò minus properet.quod ſi pergat cõtumacius,reducto freno cogitur ceruicem reflectere atq; gradũ ſiſtere. ſcuticis quoq; ac calcaribus cõtinetur in officio ne ſubſultet laſciuiẽs,& aliis modis quibus domitores vtuntur cõtra ferociam.nec mirũ videri debet.aſcẽdente enim equite ſimul ars equeſtris aſcẽdit:vt iam duo periti inſideant,atq; ita vnum ſubiectum imperitum animal moderẽtur facilè.iam omiſſo hinnitore vectoréq;,tuã, ſi libet animam conſidera.inuenies enim inter partes eius & equos & aurigam aſcenſorem.ſicut & extra te. Equi ſunt furor & concupiſcentia, ille mas,hæc fœmina:ideóq; ille vt mas geſtit elata ceruice libertatem appetens:hæc verò ſeruilior & callidior domũ depaſcit ac deuorat,vt fœmina.inſeſſor autẽ & aurigavnus eſt,nempe intellectus:ſed auriga tunc, quãdo aſcendit cum prudentia: quãdo autem cũ imprudentia:inſeſſor eſt.imprudẽs igitur præ imperitia non poteſt habenas retinere,ſed patitur elabi è manibus. at iumenta habenis libera temerè diſcurrũt nullo ordine. ſeſſor verò prę imbecillitate ſuſtinere ſe nõ valens decidit:& laceris genibus,manib⁹,facítq; malè mulctatus miſer deflet ſuũ infortunium . nonnunquam autem pedibus in curru hærẽs raptatur ſupinus,&tractum in orbita caput ceruicem humerósq; ambos cõſauciatur.deĩde huc illucq́; diſtractus & illiſus omnibus paſsim obiacẽtibus, miſerrimo genere mortis extĩguitur. Et huic quidem talis exitus obuenit. currus autem iã leuior & violentè quaſſatus,vbi in ſolum inæquale inciderit facilè frangitur,vt inſtaurari non poſsit & cõpingi denuò. iumẽta autem omni retinaculo liberata cõcitentur & efferantur,nec prius deſinunt currere quàm collabantur,aut in aliquam rupem delata ipſa quoq; intereant.atq; ita currus animę vnà cum vectore totus perit per aurigæ inſcitiã.Tales igitur equos vectorésq; arte carentes tolli pręſtat,vt virtus maneat incolumis.Cadẽte enim imprudentia,ſtare prudentiam neceſſum eſt. ideo Moſes inter præcepta tradit:Si egreſſus fueris in bellũ cõtra inimicos tuos,

& vid

& videris equum inceſſorémq; & maiorem multitudinem hoſtium,noli timere,quia dominus Deus tecum eſt.Furorẽ enim & cõcupiſcentiã,& in vniuerſum affectiones omnes,atq; etiam cogitationes quæ his ſingulis tanquã equis inſident:etiamſi videantur fretæ inexpugnabili robore,contemni oportere ab his qui proteguntur magni regis potẽtia,ſemper & vbiq; pro ipſis decertãte:exercitus autẽ Dei,virtutes ſunt,propugnatrices piarum animarum:quas vbi viderint deuictum aduerſarium, conuenit pulcherrimũ decentiſsimúmq; hymnũ canere datori victoriæ Deo:itavt duo chori,alter è virili,alter è muliebri cõclaui,ediuerſò ſtantes alterius carminibus ſibi reſpõdeant.Ductabat aũt virorũ chorum Moſes,intellectus perfectus:mulierum verò Maria,ſenſus purificatus.Iuſtum enim eſt intelligibiliter ſenſibilitérq; Deo hymnos laudationésq; ſine dilatione dici,& vtrũq; inſtrumentũ cõcinne pulſari , tam intellectũ quàm ſenſum,in ſolius ſeruatoris honorẽ ac gratiarũ actionẽ.illud certè littorale carmen canũt omnes viri:non tamen mente cæca, ſed cernente acutè,Moſe præcentore:canunt & mulieres ad veritatem lectiſsimæ,virtutũ ciuitati aſcriptę,Maria carmẽ pręeũte. hymnus autem idem à choris ambobus canitur,epodon mirabilem habens,quem decãtari bonum eſt.Sic autẽ ſe habet:Cantemus domino, glorioſè enim magnificatus eſt, equum & inſeſſorem proiecit in mare.Meliorem enim perfectiorémq; victoriam inuenire non licet,quàm qua vincitur petulantiũ quadrupedum ceruicoſorúmq; agmen validum, hoc eſt vitiorum & affectuum.ſunt enimvitia genere quatuor,& affectus totidẽ. cum quibus & inſcenſor eorum intellectus, virtutis oſor & amans affectuum,collapſus interit,qui prius voluptatibus, iniuriis,vaframentis,rapinis,fraudibus ſimilibúsq; iumentis delectabatur.Pulcherrimè igitur legislator inter præcepta docet, ne princeps eligatur equorum altor,parum idoneum ratus ad principatum,quiſquis in voluptates & concupiſcentias & amores impotentes inſaniens,tanquam infrenis ac cõtumax equus œſtro ſuo agitur.Dicit enim ſic:Non poteris conſtituere ſuprate hominem exterum,quia frater tuus non eſt : propterea non multiplicabit ſibiipſi equitatum,nec auertet in Aegyptum populum. Itaque nemo altor equorum ad principatum natus eſt. ſi ſacro Moſi credimus. atqui dicat aliquis, magnam eſſe potentiam regis in equitatu,non minorem quàm in pedeſtribus copiis & naualibus,nonnunquam verò vtiliorem etiam , præſertim

sertim vbi sine dilatione celeritate expedita opus est, tẽporis morã non ferentibus, sed ipsum momentũ occasionis vrgentibus: vt cunctatio non damnũ solùm, sed & cladẽ illatura videatur, occasione tanquam nube præteruolante. Huic respondebimus, nullũ, bone vir, præsidiũ legislator noster à principe submouet, neq; copias eius parte aliqua mutilat, imò quãtum fieri potest augere conatur, vt robore multitudinéq; freti socij, facilé profligent aduersam aciem. Quis enim alius sic vel insidias collocare, vel aciem struere, vel legiones distribuere, eásq; tribunis centurionibúsq; assignare, vt res postulat, nũc pluribus, nunc paucioribus nouit, adhæc præcepta rei militaris tradere præmonstraréque, vt hic noster confirmata longo vsu peritia? Sed nunc non facit verba de isto equitatu, qualem principes solent colligere ad infestandos hostes tuendósque socios necessarium: sed de eo qui animæ inest, bruto, immoderato, inobediẽtéque impetu, quem refrenare vtilius fuerit, ne quando populũ suum vniuersum in Aegyptum corporis regionem auertat, & voluptatum affectuúmque magis quàm virtutum Deique amatorem reddat: quãdoquidem necessum est vt qui equitatu polleat, eúmque auget, viam quæ in Aegyptum fert, vt vates inquit, ingrediatur. Cùm enim animam tanquam nauem ab vtroq; latere, intellectu sensúque, violentæ processæ affectuum iniquitatúmq; reluctantem inundant elatæ altius: tunc credibile est fore vt intellectus obrutus subsidat mergatúrq;. profundum autẽ in quod mergitur, corpus est, quod cum Aegypto cõfertur. Caue igitur ne vnquam huiusmodi equis alendis studeas. nam & qui diuersum genus tractant, ipsi quoq; vituperãdi sunt. & quid ni? apud quos bruta iumenta honorantur, quorum ex ædibus equorum greges semper saturi procedunt, hominum verò eos deducẽtium nemini, vel sportula succurrit inopiæ solamen, vel leue aliquod munusculum. & tamen hi minus peccãt. cursores enim equos alẽdo, aiunt se sacra certamina & quæ passim agũtur celebritates ornare, & voluptati oblectamentóq; esse spectatoribus, atque etiam multis præbere exercẽdi se materiam. nam qui cupiditatem vincendi animalibus indunt, propter honoris amorẽ & æmulationem virtutis, indefinenti adhortatione alacritatéq; vsi labores libenter sufferunt, nec prius desistũt ab officio, quàm ad finem optatum perueniãt. Verùm isti prætextus quærunt alteri ne defensionẽ quidem vllam habent qua peccatum suum tueantur, qui vectari iubent insessorem intellectum

ctum imperitum artisequestris, cõmittentes eum vitio & affectui quadrupedi. Quod si aurigandi artẽ edisceas melius medite risq;, vt iam tibi videaris ad regẽdos equos idoneus, tũ demum ascende & habenas arripe. Sic enim nec illis saliẽtibus excussus cum laceratione corporis mouebis risum spectatoribus, alieno malo gaudentibns, nec incursu obuiorũ insequentiúmve inimicorum capieris: hos celeritate lõgè à tergo relinquẽs, illos verò securè vitãs per scientiam. Merito igitur Moses victoriale carmen canẽs ob insessorum interitum, salutem nihilominus precatur equitibus. Nam hi possunt iniecto brutis potentiis freno, cohibere nimiũ cursus eorum impetum. Quid igitur prædicetur dicamus. Fiat, inquit, Dan serpens in via insidiãs in semita, mordẽs equi calcaneum: & cadet eques retrorsum, salutẽ expectans à domino. Nunc videamus quid subindicet hæc precatio. Dan interpretatur iudicium. ideo vim animæ scrutantẽ, examinantem, discernentem, & quodammodo iudicantẽ singula draconi assimilat. Est autẽ hoc animal agilitate variũ & cum primis callidum, paratúmq; ad vim, quod se facilè possit tueri à lacessentibus: nõ illi vitã amanti de vitáq; cõsulenti simile, quod Eua propterea vulgari lingua solet vocari: sed illi serpenti quẽ Moses ex ære fabricauit, quẽ quotquot intuebantur morsi à venenatis bestiis, interituri alioquin, euasisse mortẽ dicũtur. Protentosa quidẽ ista videntur, draco humana verba proloquens, & vaframentis mores innocentissimos circumueniẽs, & persuasibilibus argumẽtis mulierẽ decipiens, ac rursum aliis solo aspectu salutem afferens. Verùm in his quę latentem sensum continent, quicquid fabulæ speciem præ se fert è medio tollitur, atq; ita cõperitur manifestaria veritas. itaq; illum mulieris insidiatorem serpentem, à sensu & vita carniũ pẽdentem, voluptatem esse dicimus, repentem sinuosis orbibus, nõ valentẽ se attollere, sempérque iacentem, ad sola terrena bona pronam, foueas quęrentem in corpore, velut scrobes hiatúsq;, & in quovis sensu stabulantem, hominis consiliariã, meliori cõtradicentẽ, veneficis & vix vllũ doloris sensum afferentibus morsibus conantem interficere: Mosaicum verò serpẽtem fortitudinem, affectionem voluptati aduersariam: quapropter è solidiore materia, scilicet ære factus inducitur. hanc fortitudinis speciem quisquis bene considerauerit, etiãsi fortè fortuna prius à veneficiis voluptatis morsus fuerit, necesse est eum viuere. nam illa quidem intẽtat animę mortem ineuitabilem, at fortitudo sanitatem incolumi

m tatémq;

tatémq; porrigit, Est enim præsentissimũ intemperantiæ remediũ temperantia. Omni autem sapienti honestas amica est, & eadem vtique salutaris. Itaque cùm Moses precatur Dani vt serpens siat, non similem illi Euæ serpenti fieri precatur. nam preces solẽt bona petere. Fortitudo certè ad bonorũ genus pertinet, & immortalitatem confert bonum perfectissimum: sicut voluptatis malum affert extremum mortis supplicium. ideo dicit: Fiat Dan sicut serpens, nõ alibi potius quàm in via. nam intemperantia guláq;, & quicquid immodicæ inexplebilésq; voluptates per externarum copiarum vsum pariunt, non sinit animam per latam regiámq; viam tendere, seducens eam in barathra & voragines, donec præcipitetur in interitum. Soli autem qui à fortitudine, temperantia, cæterísq; virtutibus se diuelli nõ patiuntur, declinant deuitántq; omnia lubrica. Apertissimè igitur dixit adhærere viæ rectæ temperantiã, quãdoquidem aduersaria huius intemperãtia solet in deuiis agere. Illud autem, insidens semitam, tale aliquid significat, quantũ equidem intelligo. Semita siue callis est, via hominibus, iumentis plaustrísq; communis. hanc aiunt voluptati esse opportunissimam: quia in ea mox à natali die senectutem extremá vsq; gradiũtur inambulántque, & per otium securitatémq; immorantur, non tam homines quàm animalium alia genera. Nam ne vnũ quidem est quod nõ inescatum à voluptate trahatur, & implicetur eius multiplicibus casibus, quos sine noxa pertransire ingens labor est. At prudentiæ temperantiæ, cæterorúmque virtutum viæ si nõ inaccessę, certè minimè tritę sunt. Exiguus enim per has eũtium est numerus, qui germanã philosophiæ rationem sectantur, cum sola honestate habentes consuetudinem, cõtemptis cęteris rebus in vniuersum omnibus. hanc igitur serpens hic nõ semel insidet: sed tanta est contentio curáq; fortitudinis, vt nullam non occasionem captet obturandi voluptatis scaturigines, à qua ceu perenni fonte manant mala omnia. propterea serpẽs ille seductor Euæ inducitur cædis hominum auidus: sic enim ait execratio, Ipse tuum caput seruabit. tu eius calcaneum: at serpens Dan de quo nunc loquimur, equini nõ humani admorsor calcanei. alter enim ille voluptatem figuratè significans, vt iam demõstratum est, homini, hoc est vniuscuiusq; nostrum cogitationi struit insidias. corrũpit enim mentem voluptatis vsus nimius. at hic Danis serpens, cùm sit imago potentissimę virtutis fortitudinis, equum mordebit, per quẽ subindicatur affecti-

&

& vitiũ: quibus temperantia nunquam nõ meditatur perniciẽ, his admorsis & in genus plapsis, eques, inquit, cadet. Quod autem sub hoc ænigmatè latet, tale quiddã est. huc cõtendendum esse tãquam ad rem egregiam, vt nemo nostrum patiatur mentem suam vectari ab affectu aut vitio: sed si quãdo cogatur aliquem ascẽdere, det operã vt quàm primùm vel desiliat vel deiciat. tales enim lapsus inclitam victoriam afferũt. ideo quidam è priscis prouocatus ad cõuitiãdi certamen, in hoc quidem, inquit, nunquam descẽdero, in quo victor victo fit deterior. Ergo tu quoq; quisquis es noli vnquã cũ malis cõtendere, & primus esse in huiusmodi certaminibus: sed ante omnia, si fieri potest, cura vt fugias. Quod si quando maiore vi coactus fueris in certamen descẽdere, ne te vinci pudeat. sic enim demũ, si vincaris, victor euades, quando in hoc genere victor vincitur. Nec expectes dum aduersariũ aut prẽco vicisse pronũtiet, aut certaminis præses coronet: sed ipse accedito palmam porrigẽs, atq; etiam, si libet, coronas lemniscatas imponito: ipse victorẽ magna intrepidáque voce pronunciato in hanc formulam: In hoc concupiscentiæ, furoris, intemperantiæ, insipientiæ, iniustitiæq; propósito certamine, spectatores vósque certaminis prędides, equidem victus sum, vicit autem iste, & in tantũ vicit, vt ne nos quidem inuideamus eius aduersarij. Ergo certaminũ istorũ haud quaquam sacrorum præmia cedenda sunt quibuslibet aliis. eorum autem quæ verè sacra dicũtur, ipse coronas accipito. Caue autem sacra putes certamina, quæ instaurantur post triennium à quibusdã ciuitatibus, multa milia hominũ in theatra ad hoc ipsum facta recipientibus. in his enim aut luctator concertatorem pronum supinúmve sternẽs, aut pancratiasta validus, à nulla vi sibi temperãs, primã laudem occupat. nec desunt qui postquam vtroque pugno inferri morem occaluerunt, in caput faciémque inuadunt, & his probè cõtusis in cætera quoque membra sæuiunt: aut vice versa plagas recipiendo mulctantur naso vel auriculis. Et post hæc tam immania coronas præmiáq; petunt. Nam reliqua certamina cursorum quinquertionúmq; nemo sapiens non rideat, hoc agentium vt saltus sit quàm longissimus, & spatia dimentientium, contendentiúmque de pernicitate: quos non solũ grandiores animãtes ceruus aut caprea, sed vel minimus catellus aut lepusculus, non admodum properãs, ipsos absq; respiratione currẽtes summo conatu, à tergo tamen relinquet. ex his certaminibus nullũ prorsus sacrum est, etiãsi

m ij contra

cõtra testẽtur omnes homines, mox deprehendẽdi in falso testi monio. Nam ipsi talium admiratores, leges tulerunt cõtra violentiam, & iniuriam inferenti in corpus pœnam talionis sanxerunt, constitutis etiam iudicibus, qui de talibus causis decernerent. & quomodo æquũ videri potest, vt qui vlciscuntur factas priuatim iniurias, nec impunitas sinunt, iidẽ in celebritatibus tantáq; spectatorum frequentia, coronas talium facinorum paratoribus & alia quædam per præconem statuãt præmia? Cùm enim de eadem persona, de eodem facto, duæ diuersæ feruntur sententiæ necessum est iniquum esse alterutram. Ambas enim æquas aut iniquas haberi nõ est possibile. Vtrum igitur horum laudatis omnes vno consensu? an non eum puniri qui prior infert iniuriam? ergo meritò damnantur quicunq; dissentiunt. At ex sacris nihil improbari debet, quorum tanta est existimatio publica. Ergo solum olympiacum certamen iustè dicitur sacrum, non istud quod ad Elim celebratur, sed quod est propositum de parãdis diuinis veréq; olympiis virtutibus. in hoc quibus sunt infirmissima corpora, sed animæ validissimæ, nomen dant. Deinde exuti vnctiq; agunt quicquid possiunt vel arte vel viribus, nihil sibi ad summum conatum faciẽtes reliquum modo assequantur victoriam. & hi quidem facilè vincunt aduersarios: sed inter ipsos rursum de primatu oritur contentio. Non enim idẽ omnib⁹ modus est victoriæ: sed omnes honore digni, prostratis inimicis tam infensis, & grauibus. Maximam tamen admirationem meretur inter hos præcipuus, cui non debemus inuidere prima præmia. Cæteri secundis cõtenti sint & tertiis. Nam de virtute paranda hic certatur: in qua si non datur tenere fastigiũ, vel in medio satis vtilitatis capitur. & sunt qui hanc possessionem certiorem existimant, inuidiæ celsa petẽti minus obnoxiam. Proinde valde doctè dictum est illud memoria dignum, Cadet eques: vt si quis excidat à malis, bonis innixus assurgat. sed eo quod sequitur magis etiam docemur, non prorsum, sed retrorsum esse cadendũ, quia relinqui à vitiis affectionibúsq; semper fuit vtile, in honestis enim rebus properatione, in turpibus tarditate opus est: & rursũ, ad illas quidẽ accedere, ab his abesse quàm lõgissimè, quãdo quò quisq; remotior est à prauis affectibus, eò maneat sanior. Quamobrẽ ait eum sanitatem expectare à Deo, vt quantum discedit ab iniustitia, tantum ad iustè agendum properet. Hactenus satis de equo insessoréq;, de pastore & pecuario, de terram operante & agricola, tum quę

singulas

singulas has copulas perquirẽtibus inueniãtur differẽtiæ. Nunc ad ea quæ deinceps sequũtur aduertamus animũ. Cupidũ virtutis inducit non omnino peritum agriculturæ animæ, sed tantũ rudimentis eius exercitũ, dicens sic: Cœpit Noë homo agricola esse. principium autem, iuxta vetus prouerbium, dimidium totius est: & altero dimidio abest à fine, quod nisi accedat, etiã incepisse res magnas sæpe obfuit. nam & sceleśti aliquãdo quòd non ferrent cruciatus animi, cœperunt de meliore vitę ratione cogitare, sed nequicquam. Sic enim vsu venit, vt qui ad finem non peruenerunt, obruti occurrẽtium malorum cumulo, relinquant bonum illud propositum. ideo cùm Caim putaret se gratas obtulisse victimas, non litasse admonitus est oraculo. nec enim sacra perfectáq; immolasse. Est autem oraculum tale: Nõ si rectè obtuleris, sed ni rectè diuiseris. Rectum igitur est honor Dei: quod autem non diuiditur, non rectum, huius rei quæ sit ratio videamus. Sunt qui pietatem in eo collocent, quòd Deum autorem aiunt rerum omnium, bonarum atque contrariarum: quos sic licet alloqui. hæc opinio vestra partim laudabilis est, partim vituperabilis. Laudabilis, quia miratur eum qui solus honore dignus est? vituperanda, quod nihil distinguit aut diuidit, debueratis enim nõ commiscere confunderéq; omnia, dum asseritis eum autorem omnium: sed cum distinctione, tãtùm bonarum rerum causam in eum referre. absurdum enim est, de sacerdotibus quidem solicitum esse vt integro sint corpore, itémque de victimis, vt nulla prorsus ne minima quidem contactæ sint labecula, adhibitis etiam ad hanc curam aruspicibus, sicut à quibusdam appellãtur, vt sine vitio noxáq; ad arã admoueantur immolandæ pecudes: opiniones autem de Deo confusas esse in singulorum animis, nec vlla ratione discerni regula. Non vides quod camelum animal impurum esse lex pronuntiat: quia ruminat quidem, sed non diuidit vngulam? atqui si causam hanc ita vt sonat consideremus, nõ video quam rationem habeat: quod si introspiciamus penitius, apparebit ratio. Quemadmodum enim quodlibet rumiuans cibum semel deuoratum & rursum sub dentes reuocatum atterit: sic anima cuiuscunque disciplinarum studiosi postquam per aures recepit contemplatione dignum aliquid, obliuioni hoc non tradit, sed per otium secum ipsa retractat singula, & cuncta sibi reducit in memoriam. Memoria porrò non quævis bona est, sed ea sola quæ rerum bonarum meminit: malarum enim nõ obliui-

sci nocet maximè. Quamobrem ad perfectionem requiritur diuisa vngula, vt vi reminiscēdi bifariam diuisa, sermo per os, & ipsum inter cætera naturaliter diuisum, fluens, labia distinguat. simúlq; dānosam memoriā ab vtili. Imò ne diuisa quidē vngula sine ruminatione videtur quicquam vtilitatis afferre. Quid enim prodest naturas rerum ab ipsis exordiis diuidere, vel vsque munitissimas minutias, & nō in seipso idem facere, nec sui partes diuisas habere, sicut quidam non incongruè solent nominare indiuidua. Hoc enim sagacitatis & argutissimę solertiæ fuerit argumētum euidens: cæterùm nullam vtilitatē ad rectam honestámque vitam attulerit. Proinde in quotidianis dissertatoribus vbique sophistarum vulgus aures fortuitò confluentium atterit, dum magna subtilitate voces ambiguas explicat, atque etiam res multiplices, quæ succurrunt in memoriam, eásq; diiudicat. An non alij scripturarū vocum elemēta partiuntur in muta & vocalia? alij rursum orationem in tria suprema genera? scilicet nomen, verbum, coniunctionem. item musici suam scientiam in rhythmum, in partem, in melos? rursum partem in chromaticam, enharmoniam diatonicámq; speciem, & in diatessaron, diapente, diapason, coniunctas disiunctásque melodias? sic geometræ in duas maximè generales lineas, rectam & circumferentiam? sic artifices alij suam quisq; scientiam in varias species, à primis vsque nouissimas? quibus accinit & totus chorus philosophantium, more suo disserens, quòd ea quæ sunt, partim sunt corporea, partim incorporea: & alia animata, alia inanimata: quædam bruta, quædam rationalia: pars mortalia, pars immortalia: ex mortalibus aliud mas, aliud fœmina, quæ hominis est diuisio. rursum è prædicamētis quædam esse perfecta, quædam imperfecta: & ex perfectis quędam interrogationes, percontationes, precationes, iuramenta, cæteráq; speciatim in his distinctionibus descriptas differentias. rursum quædam quæ dialectici solent nominare axiomata, & ex his quædam simplicia, quædam non simplicia. rursum è nō simplicibus quædam coniuncta, quædam adiuncta maius minúsve, & insuper quædam disiuncta, aliáq; huiusmodi, quædam vera, & falsa, & incerta, posibilia & impossibilia: quædá corruptibilia & incorruptibilia, necessaria & nō necessaria, expedita & impedita, & his cognata cætera. Rursum imperfectorum aliæ sunt diuisiones in prædicabilia, quæ vocantur, & cōtingentia, & alia quædā his minutiora. Sed quamuis intellectus

ctus seipso acutior factus, tanquam medicus corporum, sic ipse naturarū anatomiam exerceat, nihil inde ad virtutem lucrabitur: diuidet ille quidem vngulam, distinguere discerneréq; valens singula: non ruminabit tamen, vt iuuerur hoc cibo per reminiscentiam, deposita per commanducationem eius asperitate quam ex animæ peccatis contraxerat, conciliatáq; esurie ad facilius deglutienda quæ iterum contrita sunt. proinde plurimi sophistæ quos vocant magnam admirationem consecuti apud populos, qui totum fermè orbem peragrunt, gratiosi hospites facundiam diligentiámq; suam ostentantes, deuicti affectibus consenuerunt & vitam in his contriuerunt, nihilo hac parte potiores vilissimis è vulgo hominibus, ideo rectissimè sophistas sic viuentes legislator noster confert cum suibus, qui nulla re pura, sed turbida, cœnosa turpíq; vita se oblectāt ad saturitatem vsque. ait enim suem esse impurum animal, quia diuidit quidem vngulam, non ruminat tamen: sicut camelū propter causam contrariam, ruminantem non bisidum vngula. Cęterùm quæcunque animalia vtrunque hoc habent, pura pronuntiantur meritò, quando vtranque iam dictam absurditatem effugerunt. propositum enim sine memoria, meditatione, iugiq; tractatione rerum bonarum, bonum imperfectum est. quod si alterum accedat ad alterum, ita demum absoluitur. hanc perfectionem formidant hostes animæ, quibus non amplius insurgere contra eam valētibus vera pax obtinetur, at quibus semiperfecta inabsolutáq; sapiētia contigit, infirmiores sunt quàm vt possint se peccatorum longo tempore confirmatorum opponere cohortibus. Quamobrem quando instante bello delectus habetur, non omnis iuuentus vocatur, etiamsi vltroneam contra hostes operam alacriter offerat: sed iubentur pleriq; domū redire, vt exercitatione continua tantum sibi roboris militaris peritiæque comparent, quantum olim satis futurum sit ad extorquēdam hostibus victoriam. ideo quando bellum est pro foribus, in hanc formam per cornicularios edicitur. Quis est homo qui ædificauit domum nouam & nō dedicauit eam? vadat & reuertatur in domum suam, ne fortè moriatur in bello, & alius homo dedicet eam. Quis est homo qui plantauit vineā, & nondū exhilaratus est ex ea? vadat & reuertatur in domū suam, ne fortè moriatur in bello, & alius homo exhilaret ea. Quis despōdit vxorē, & nō accepit eā, vadat & reuertatur in domum suam, ne fortè moriatur in bello, & alius homo accipiat eam.

Atqui dixerit aliquis:Cur ô mirande vir,nõ potius hos præ cæteris in bellum emittis & aciem,qui vxores,domos,vineas habent,aliísq; possẽsionibus sunt locupletes:pro quibus tuto retinẽdis pericula vel grauissima tolerabũt facilè? nam isti quibus nihil tale est,cùm nullum habeant pignus virtutis necessarium,nõ eadem vtẽtur industria. An hoc te mouet,ne fortè qui nõdum perceperunt fructum è suis possẽsionibus ne in posterum quidem percipiãt?at quæ potest esse bello victis è suis prædiis vtilitas?Sed nõ vincentur,mulctabuntur igitur ob desertã militiam.Nam his delicatis domi manentibus, necesse est hostes fortes bellatores,nõ solùm sine sanguine,sed & sine puluere vincere.Sed nõ deerit aliorum sociorum multitudo qui pro his quoque depugnent fortiter.Atqui primo absurdum est aliena industria fortunáque niti,præsertim vbi de vastitate patriæ, déque libertate populi priuatim publicéq; periculum imminet,cùm possint in laboris partem illi quoque recipi,non valetudine aduersa,nec ætate parum integra impediti,nec vllo infortunio. Proinde nihil æquius aut magis decorum, quàm vt sumptis armis progrediantur in primã aciem, obiectísq; ante alios socios clypeis,fortiter pugnando propulsent periculum. Alioqui nónne proditionis atq; inhumanitatis reos se declarabunt,si reliquis pugnantibus pro republica,ipsi tractabunt domestica negotia?& illis pro aliena salute decertantibus, isti ne pro se quidem arma capient?illi inediã,dura humi cubilia, cæteráq; tum animi tum corporis incommoda libẽter perferent cupedine victoriæ:isti dealbando & nugis ornãdo surdos parietes,aut agri fructus decerpentes,canentésq; ad torcular,aut desponsas virgines nũc primùm deducentes in thalamum, quasi hoc tempus nuptias postulet,viuent suauiter?bonũ sanè est curate domesticos parietes,reditus colligere,cõuiuari,potare,indulgere genio,nouam nuptam anum(vt vulgaris iocus est) ducere:verum hæc pacis sunt negotia. Nunc integro bello & feruente vt cum maximè,itáne non pater,non frater, non gentilis vllus aut cognatus in militiã profectus est,sed vna totam familiã occupauit timiditas?dices decertare cognatos innumeros. His igitur de vita periclitãtibus,delicati isti ac molliculi quas non efferatissimas feras immanitate superãt?dicent:durum est pati alios in nostra bona sine labore succedere. An-nõ duriusvuos etiamnũ ab hoste pelli possẽsionibus,quàm defunctos eas amicis cognatisq; legitimis successoribus cedere?tantũ inter vtrũq;

vtrũq; interest,vt stulta sit collatio.Atqui potest fieri, vt isti detrectatores militiæ, non solũ bona hæc amittant,sed ipsi quoq; veniant in potestatẽ hostiũ,illis verò pro salute reipub. defunctis,etiamsi nullum adhuc fructum perceperũt è suis prædiis, solatium contingat ex reputatione hæredũ successorúmq; quos non alios cuperent.In verbis quidẽ legis hęc & alia multa controuersa sunt:sed ne quis peruersè callidus plura in eam inquirere audeat,recurramus ad allegoriã & dicamus: primũ iubere legẽ,vt quisquis bonorũ possẽsionẽ sibi cõparat, curet fructus etiã inde percipere,quãdo virtutis felicitas in perfectovsu consistit,per quã contingit vitæ incolumitas: deinde nõ de domo hic,aut vinea,aut sponsaverba fieri,vt eam procul abducat. aut plãtator vindemiet,expressísq; vuis,mustũ degustãs se exhilaret,aut alius extructã à se domum inhabitet:sed de animæ potentiis,per quas initia,profectus,perfectionésq; contingunt in actionibus laudabilibus.Harum principia fermè ad procos attinent.sicut enim procus nõdum est vir,erit tamẽ:eodẽ modo quicunq; bona indole præditus,generosam castámq; virginem ducturũ se sperat eruditionẽ,mõxq; procũ eius agit.profectus autem ad plãtatorem possunt referri.sicut enim huius cura est incrementum stirpium:ita discẽdi studiosus dat operam vt prudẽtiæ contemplationes augeantur plurimum. postremò perfectiones ad ædificium domus absolutæ,sed nondum consolidatæ.omnibus autem his tam perfectis quàm incipientibus & proficiẽtibus conducit vitam sine contentione agere,& abstinere à sophistarum dimicationibus,turbulẽtam litem ad subuertendam adulterandámq; veritatem semper meditantibus. quia veritas pacem amat,quam isti prosequuntur odio, quòd si descenderit in hoc certamen homines simplices cum peritissimis,omnino succumbent:incipiens,quia imperitus:proficiens, quia imperfectus: perfectus autem, quia nondum exercitatus in virtute.oportet autem sicut incrustationes paulatim hæresciunt & consolidantur:ita perfectorum animas confirmatas, aliis super alias meditationibus assuescere ne gradu dimoueãtur. Quibus autẽ id non contigit,apud philosophos in sapientum nomẽ subrepisse dicuntur.aiunt enim esse impossibile, vt qui in sapientia plurimũ promouerint,& ad eius euaserunt fastigium,suam perfectionem nouerint.negant enim fieri posse, vt qui ad finem peruenit,statim se peruenisse intelligat:sed confinium tenere ignorãtiam,non illam procul remotam à scien-

tia,verùm aliam propinquã,parum distantẽ à ianua, quò postquam aliquis se peruenisse intelligit,simúlq; vires aduersariorum,potest cõtra contẽtiosam sophistarũ aciem subsistere. sperandũ enim est de talis viri victoria,quisquis autẽ nõdum præteruectus ignorantiũ euasit ad lucẽ scientiæ,eum domi se continere consultius fuerit:hoc est non descẽdere in certamẽ de rebus nondum sibi satis cognitis:sed quiescere potius: qui verò per arrogantiam in luctã prosilit,petitiones aduersariorum cauere nesciẽs,ab eis præoccupabitur,& mulctabitur morte scientiæ,grauiore quàm est vulgaris hæc animã è corpore dirimẽs, sed hic exitus meritò manet deceptos à sophismatibus. cũ em nõ possunt solutiones inuenire,mendaciis tanquã veritati credendo amittuntvitã scientiæ:quod accidit & his qui se sinũt decipi ab adulatoribus.nam horũ anima sana &verax,per morbidam subuertitur & expellitur amicitiã.proindè consultum est, ne huiusmodi certaminibus se cõmittant qui discere incipiũt, cùm imperiti sint:similiter & proficiẽtes, cùm imperfecti sint. nec non qui tum primùm perficiuntur, quia perfectionem suã adhuc ignorant.quod si nõ pareãt huic cõsilio,alius,inquit,homo domũ eius habitabit,vineam possidebit,vxorẽ ducet. quod perinde est ac si diceret,hæ iam dictæ potẽtiæ,studij,profectus, perfectionis deficient nunquã,sed aliàs alios homines accedendo versabuntur cũ eis, migrãtes ex anima in animam,similes signaculis(nam & hæc post impressam cæræ formã nihilo deteriora permanẽt)etiãsi cõtingat impressos characteres vobiscum interire.cùm enim sint immortales, innumeris ante vos familiaritate sua pepererunt gloriã:quos expertæ sunt,nõ sicut vos propter periculorum cõtemptum auersari suam consuetudinẽ,sed vltro ad se accedere,& securitati suæ prospicere, pinde si quis virtutis amicus est,optet in se plãtari bona omnia,& existere in sua anima.quemadmodum in statua tabulãq; perfectissima,quicquid ad decentem proportionem attinet:id secũ reputans esse innumerabiles qui captẽt eadem: quibus natura ipso prẽterito donabit omnia,felicitatẽ discẽdi,profectum perfectionémq;.sed satius fuerit ipsum ante illos elucere,& cõcessas sibi diuinitus gratias in tuto reponere,potius quàm obiicere hostibus auidis ceu prædam paratissimam:ergo parua vtilitas est principij quod iusto fine nõ obsignatur. sæpe tamen etiã perfecti quidam pro imperfectis sunt habiti,eo quòd suaptè alacritate,non Dei benignitate profeciſſe sibi visi sunt. qua opinione

ãione iuueniliter inflati,& in immẽsum elati,è sublimi delati ad infimum baratrum interierunt. Si domum, inquit, nouam ædificaueris,& feceris in tecto coronulã, caue habearis autor necis in domo tua.si quis inde prolapsus deciderit.grauissimũ est enim ab honore Dei prolapsum decidere, sibimetipsi coronam vsurpando,& ciuilem necem patrando.suam enim animã interficit, quisquis honorat quod nihil est, struens sibi stultæ eruditionis ædificium:nam eruditio non senescit. quapropter nouam vocat eius domum.nam alias res tempus absumit,hæc autem etiamsi procedat in tempus longissimum, florem ætatis non amittit,virenti semper specie hilaris, & agilis assidua consuetudine. Aliubi quoque inter præcepta extat hortatio, vt affluente rerum copia,non nobis eam ascribamus,sed memores simus Dei qui largitur vim & robur ad agendum. hic igitur finis felicitatis est:illa verò principia.itaque si quis obliuiscitur huius finis,ne partis quidem rebus bene frui poterit.Verùm isti sponte per amorẽ sui labuntur,dum grauãtur Deum, qui solus amari à seipso meretur,vt perfectissimus,fateri autorem bonorum omnium.Sunt etiam qui omnem pietatis rudẽtem mouẽdo celeri nauigatione conati sunt in portum eius appellere,& iam proximi,iámq; sperantes inuehi,repentè ex aduerso procella coorta,tum demum à recto cursu repulsi sunt. frustrati tot nauigationis commodis. Horum iactationi quis malè precaretur? quando inuitis quod remoraretur accidit. Quis igitur assimilabitur his,nisi qui magnum,vt vocant, votum vouit?Si quis,inquit, subito coram eo mortuus fuerit,cõfestim polluetur caput voti eius, & radetur. Deinde post pauca subinfert:Dies autem priores irriti fient, quoniam pollutum est caput voti eius.vtraque vox,subito & confestim.indicat non voluntariam mutationem animæ. Nam in peccatis voluntariis opus est tempore consultandi, vbi, quando, quomodo aggredienda sint.Quæ autem inuiti admittimus: repente,ex improuiso,momento(vt ita loquar)temporis ingruunt. Est enim perdifficile,ceu cursoribus,post institutum semel ad pietatem cursum inoffensè & sine respiratione ad metam recta decurrere,quandoquidem innumera sunt quæ obiacent pedibus mortalium.Cæterùm ante omnia,quod sola præstat beneficentia, abstinere à voluntariis peccatis, prodest ad repellendam etiam inuoluntariorum multitudinem. Deinde si & inuoluntaria nec multa admittantur, nec diu adhæreant. Pulchrè autem

tem inuitæ mutationes dies dixit irritos, non solùm quia ratione caret peccatum,sed quia horum quæ fiunt ab imprudentibus non potest reddi ratio.ideo sæpe cùm talium factorũ causam reposcimur,negamus nos scire,aut posse dicere: quia nec intercedere potuerimus,nec præscire. Rarum igitur Dei donũ est,à carceribus ad metã vsque stadium vitæ percurrere absque offensa lapsúq; ita vt naturam vtranq; peccatorum voluntariorum inuoluntariorúmq; liceat celerrimo cursu præteruolare. Hactenus de principio finéq; dictum sit per occasionem Noë iusti,qui agriculturæ prima rudimenta consequutus, ad finem eius peruenire non valuit.ait enim scriptura,Cœpit esse agricola,non extremos eius scientiæ terminos adeptus est.quę autem de plantatione eius dicta sunt,repetamus denuò.

PHILONIS IVDAEI, de plantatione Noë liber secundus.

IN primo libro de agriculturæ arte in genere quantũ tempestiuum erat,diximus: in hoc de eius specie vinitoria pro viribꝰ dicemus quod reliquum est. Nam iustus hic,non solùm agricola,sed & propriè vnitor introducitur, dicẽte sacra scriptura,Cœpit Noë homo agricola esse & plantauit vineam.] Decet autẽ vt qui de singularibus stirpibus & agriculturis dicturus est, consideret primum stirpes in hoc vniuerso perfectissimas,magnúmq; illum plãtatorẽ harũ prędidẽ.Scilicet plantator ille maximus,& arte perfectissimus, huius rerũ vniuersitatis rector est:planta verò mũdus hic, non vnicũ stirpis genus in se cõtinens,sed infinitos ceu palmites ex vna radice progerminans. Postquam enim essentiam inordinatam suaptè natura confusámq; in ordinem ex perturbatione & ex confusione in discretionem reducẽs mundi opifex formare cœpit,terram quidem & aquam radicauit in medio,aëris verò ignísq; arbores in sublime subduxit à medio. hæc autẽ circũquaq; muniuit æthere,extimũ hunc terminũ pro munimente custodiáq; statuens, vnde cælum Græcis nominatũ videtur.interius terram cùm sit arida inuehi aquis, nec ab eis dilui, igni porrò

porrò natura calido iungi aërem suoptè ingenio frigidissimũ non sine ingenti miraculo iussit. nónne enim prodigiosum videtur, id quod dissolubile est contineri à dissolutiuo, videlicet terram ab aqua?& frigidissimæ rei superpositam calidissimã, non extingui tamen ignem ab aëre?hæ sunt illæ perfectissimæ plantationes huius vniuersi operis:maxima autem & omnium rerum feracissima stirps,mundus hic,cuius ceu rami sunt modo dicta germina.Nunc considerandum vbi sint eius radices,& quæ basis,in qua consistit more statuæ.corpus certè nullum credere debemus extra relictum errare, absumpta in vnum Dei opus omni materia.perfectissimum enim oportuit effingi maximum opus ab opifice maximo.Non fuisset autem perfectissimum,ni ex perfectis cõpletum esset partibus. itaq; ex tota terra & ex tota aqua aëréque ignéq;,ne minima quidem exterius relicta eorum particula,mundus hic cõfectus est.Vnde necessariò sequitur,extra aut vacuum esse aut nihil. Si vacuũ,quomodo id quod plenum est & solidum & omnium grauissimum nõ degrauatur mole sua,sustẽtatum à nihilo? vt somnio quiddam simile videatur,dum cogitatio semper quærit basim corporeã, quam requirit quicquid mouetur, præsertim mundus, quippe maximus omnium corporum, & multitudinem aliorũ corporum,vt suarum partium in sinu continens.Si quis igitur pudorem huius difficultatis non explicatę velit effugere, ingenuè dicat,nihil esse tam fortè in omni materia,vt mundũ baiulare valeat.sed æterni Dei lex æterna firmissimũ ac munitissimũ fulcrum est rerum omniũ.hæc à mediis ad fines,& ab extremis ad media se extẽdens, decurrit per lõgum naturæ stadiũ cursu inuictissimo, in vnum conducens partes omnes constringénsq;, hanc enim pater qui ipsam genuit, vinculũ fecit nõ rumpendũ in perpetuũ.meritò igitur neq; tota terra diluitur à tota aqua, quod in sinibꝰ eius accidit,neq; ab aëre ignis extinguitur.neq; contrà igne inflammatur aër,Dei lege se interponente:sicut elementa vocalia mutis distinguuntur.vt vniuersum hoc tãquam in literata musa concinat,minaces contrariarum naturarũ cõcursus suadela ditimẽte interposito suo arbitrio.ita profecto radicatur arbor feracissima,& radicata stat firmiter.particulares autẽ & minores stirpes,partim mouẽtur & migrãt, partim mouendo se nihilominus semel assignatũ sibi locum obtinẽt. quæ ambulatorię sunt,animãtes vt nos vocamus,huius vniuersi grãdiotibus inditæ sunt partibus:terræ terrestres, aquæ natatiles,

volucres aëri,ignigenæ igni,quarum prouētus manifestè videri fertur in Macedonia,sicut stellæ in cælo cernūtur.sunt enim & hæ animantes intellectu præditæ.consensu philosophātium: aliæ per se vagæ,aliæ fixæ.quæ tamen eadem cum mundo rotatæ circumactæq; vertigine locū mutare putantur.at quæ naturam imaginatione carentē habent insitā, quas propriè plantas dicimus,migratiuo quoq; motu carent.duo autē genera in terra & aëre fecit opifex.in aere quidē volucres sensibiles,& potestates alias sensu haudquaquam perceptibiles. animarū sodalitium istud est incorporearū, nō in eosdem digestarū ordines alias enim assignari ferunt mortalibus corporibus & post certos tēporū circuitus liberari denuò. alias diuinioré habitū sortitas totam terrenā regionem contēnere.in summo autē propè ipsum ætherem esse purissimas,quas Græcorum philosophi heroas vocāt & genios,Moses ex re nomen facit eis angelis:quòd bonarum rerum internuntiæ sint à summo rege ad subditos,ac rursum pro horū necessitatibus legatione ad illum fungātur. terræ verò animalia terrestria stirpésque,alia duo genera attribuit,iussæ vt eorū matrem simul ac nutricē ageret, sicut enim mulieri & omni fœmellæ fontes lactis sub partū scaturiunt, vt recētes fœtus rigētur alimētis necessariis & cōuenientibus:ita & terrestriū animaliū matri terræ omnes stirpiū attribuit species,vt cognatis nō alienis cibis partus eius vterētur.stirpes tamē deorsum merso fecit capite,infixas fertilissimis eius partibus. Brutorū autē capita retraxit à terra,& summæ ceruici oblongæ aptauit,& pro fulcro pedes anteriores ei suppossuit.solus homo eximium ornatū sortitus est.Cæterorū enim animalium ora deorsum flexit:quapropter ad terrā prona sunt.hominē cōtrà erexit,vt cælum spectet,cùm sit nō terrestris planta sed cęlestis,sicut à priscis accipimus.Quorū alij particulā æthereæ naturæ hanc asserentes,cognatione iungūt ætheri hominē.At magnus ille Moses, nullæ creaturæ rationalis animæ speciē facit similem,quā inuisibilis Dei pronūtiauit imaginē:hoc ipso probam existimāns, quòd essentiā formámq; diuinitus impressam habeat,cuius character æternus sermo est. Inspirauit enim(vt inquit)Deus in faciem eius spiritum vitæ.itaq; necessum est, vt qui eum recipit,emittētis imaginē referat.ideo dicitur,ad imaginem Dei factū hominem,nō ad creaturę alicuius.Cōsequens erat igitur, vt quoniā humana anima exemplar suum autoris summi sermonem referebat,corpus etiam erectū ad purissimā partem

partem mūdi cælum os attolleret, vt per hæc quæ in propatulo sunt intelligātur illa inuisibilia.ergo quoniam erat impossibile vt cogitatio perueniret ad aspectū eius Qui est,nisi mētis ab ipso attractæ,sicut sua cuiq; manifestè testatur conscientia:euidens simulacrū occulti oculi corpus hoc habemus,quod potest ad æthera suspicere. Cùm enim hi ex corruptibili materia cōpacti oculi eoūsq; ascendāt, vt à terrena hac regione prouolent ad cælum remotissimum,pertingātq; ad eius terminos,quales existimandi sunt per omnia discurrentes animæ oculi:qui multò desiderio cōspiciendi eius Qui est volucres facti, non solùm ad extremū æthera pertinent,sed à tergo relictis totius mundi terminis,ad ingenitum illū properant.Quapropter in oraculis dicuntur sursum vocati,qui sapientia scientiáq; nunquā satiantur.Fas est enim ad Deū sursum vocari eos,qui ab ipso inspirati sunt.mirum enim si turbines procellæq; arbores stirpitus rapiunt in aërem,& nauigia decem milium amphorarū capacia, mercibus onusta, quasi leuissimū aliquid ex alto mari auferūt, & stagna fluminaq; in sublime abeunt,in gremio terræ fluentis deficientibus,quæ exhauserunt ventorum vehementes multiplicésq; vortices:omnipotentis verò Dei spiritu inferna hæc omnia superante,mens suaptè natura leuis non sit leuior, & ad summam altitudinem attollitur,præsertim hominis germanę philosophiæ dediti.Hæc enim non vergit deorsum ad res terrę gratas & corpori,à quib⁹ quā lōgissimè conatur discedere: sed sursum fertur,vt insatiabilis amatrix sacrarum feliciúmq; naturarum sublimium.Quomobrē Moses præfectus custósq; orgiorū eius Qui est,sursum vocabitur.Legitur enim in libro Leuitico,Sursum vocauit Mosen. Beseleel quoq; secundò honore dignatus sursum vocabitur.Nam & hunc sursum Deus euocat, ad fabricā & curam sacrorū operum. Verùm hic secūdas huius euacationis partes,Moses verò sapiētissimus primas feret. Nā ille vmbras fingit,sicut pictores, quib⁹ nō est fas animatū quicquam cōdere.Beseleel enim in vmbris faciēs interpretatur. At Moses nō vmbras,sed naturas archetypas earū rerum quas fingendas sortitus est. & alioquin etiam summus ille autor, aliis clarius manifestiúsq; tanquam in sole puro:aliis obscurius,tanquam in vmbra solet res suas ostendere. Nunc postquam disseruimus de grādioribus mūdi plantis,videamus quomodo & in homine minore mūdo sapiētissimus opifex Deus arbores quasdam condidit.Primùm in corpore nostro quasi bono agro,sen-

sum

ſuum ſcrobes præparauit:in quas vnũquemq; tanquam mitem vtilémq; arborẽ indidit,auditum in aures,viſum in oculos, in nares odoratum,& ſuis quoſq; locis cæteros. Atteſtatur autem huic meæ ſententiæ fatidicus vates,qui in ſuis hymnis ſic loquitur. Qui plantat aurem non audit? qui fingit oculos non inſpiciet?quin & aliæ, quæ vſq; crura manúſque ac cæteras corporis partes externas internáſque pertinẽt,facultates omnes ſunt generoſæ plantulæ.ſed quæ præſtantiſsimos perfectiſsimósq; fructus afferũt,penitius inſitæ ſunt in vim qua homo regitur.Sunt autem hæ:cogitatio,perceptio,cõiectura,meditatio,memoria, habitus,diſpoſitio,artium ſpecies multifariæ,ſcientiæ cõfirmatæ,virtutis totius contemplationum conceptus indelebilis. Horum nihil vllus homo plantare ſcit: ſed vniuerſorum vnus ingenitus eſt artifex,qui non ſolùm creauit ea ſemel, ſed & ſingula plantat quotidie.huic noſtro ſermoni adſtipulatur etiam paradiſi illius plãtatio,de quo dicitur:Plantauit Deus paradiſum in Edem contra orientem,& collocauit ibi hominem quem finxerat.id ſi accipiatur de vitibus,& olearum,malorum, punicarum,ſimiliúmq; arboribus, magna & incurabilis ſtultitia fuerit.quæri enim poſſet in quem vſum factus ſit.an propter amœnam habitationem?ergo totus mundus nõ eſt aptius Deo ſummo regi habitaculum?an-nõ & aliæ multæ res ſunt ad excipiẽdum tantũ regem magis idoneæ?imò nefas eſt illi ſummo autori aſsignari locũ aliquem,præſertim cùm non ſingulis annis fructũ ferãt arbores. ad cuius igitur vſumfructum paradiſus hic erit fertilis? hominis certè nullius.nã paradiſi nemo prorſus inducitur incola:quando & is qui primus è terra fictus fuerat Adã,translatus inde dicitur.Deus certè ſicut aliis rebus,ita & cibis non indiget.nam quiſquis cibo vtitur,neceſſe eſt vt primùm indigeat eo,deinde inſtrumẽta parata habeat,per quæ & ingeſtum recipiat,& digeſtum foras egerat.hęc autẽ in ſummi autoris felicitatem nõ competunt impia cõmenta hominum, ad tollendam pietatem ſanctitatémque.virtutes maximas, inducentium Deum humana forma & affectibus humanis prædi tum. Eundum igitur ad allegoriam viris amicam perſpicacibus,quando & oracula ſacra occaſionem nobis manifeſtiſsimè porrigunt.narrant enim in paradiſo ſtirpes eſſe noſtris nequaquam ſimilos,ſed vitę,immortalitatis,ſcientiæ,cognitionis,intellectus bonarum rerum,& malarum imaginationis,hæ verò cùm terrenæ non ſint, neceſſariò rationalis animæ plantæ ſunt

exiſtim

exiſtimãdæ:cuius iter ad virtutem habet finem vitam immortalitatémq;:diuerſa verò via ducẽs ad vitiũ,his amiſsis in mortem deſinit.Credendũ eſt igitur benigniſsimum Deum in anima,tanquam paradiſum virtutũ,& actionũ quæ ex harum præſcripto fiunt,plãtare,qui ad eius perfectam felicitatem conducat:quamobrem locum conuenientiſsimũ aſsignauit paradiſo nominatum Edem, quod interpretatur delitiæ, qui ſignificat animã rectè cernentem,choreas agẽtem cum virtutibus,exultantem prę nimio gaudio,vnã delectationem innumeris hominum voluptatibus pręferentẽ,quales ſolus conſectatur ſapiens. Hoc mero gaudio exhilaratus vnus è Moſis præcipuis ſodalibus,in hymno exclamat ſuam mentem alloquens.Delitiare in domino: hac voce ſeipſum ad cæleſtem diuinúmque amorem excitans, & iſta quæ vulgus hominum pro deliciis iactat oſtentátq; faſtidiens, totam mẽtem afflatu diuini furoris correptus, & in Deo ſolo hilaritatem ſuam totam collocans.Illud quoque quòd contra orientem paradiſus eſſe narratur declarat ea quæ modo dicta ſunt. Tenebricoſa enim veſpertina nocturnáq; res eſt inſipientia:ſplendida verò,fulgida,& verè orientalis prudẽtia:& ſicut oriẽs ſol totum cælum radiis illuſtrat, eodem modo etiam virtutes habent ſuos radios, quibus in mentem penetrãdo totam eam reddũt lucidiſsimam.Et homines quidem ad cuſtodiam rerum ſuarum adhibent feroces beſtias quę inſidiatores & raptores arceant:Deus autem ſuis rebus rationales naturas præficit. Poſuit,inquit,ibi hominem quem finxerat:hoc eſt in ſolis rationalibus virtutibus. harum enim exercitationem vſumq; Deus in eximias animas cõfert ceu munus honorariũ, ideóq; apertè dicitur, quòd eum qui in nobis eſt verũ hominẽ, id eſt mentem, poſuit in honeſtatis hortis arboribúsque ſacratiſsimis.Qui autem mente carent,hos nemo poſsit excolere,cũ non ſint ingenio capaci præditi. Non eſt igitur dubitandũ,cur in arcam illam ingentem diluuio præparatam omnes animantium ſpecies introducantur,nulla in paradiſum.Nam area hęc corp⁹ ſignificabat,quod neceſſariò capit affectionũ vitiorúmq; immanes peſtes & indomitas: paradiſus autem ſolarum virtutum eſt: quæ nihil immanſuetum admittunt aut quod ratione careat.Cautè etiam nõ hominem ad imaginem expreſſum,ſed hominem fictum inductum ait in paradiſum.nam ille ad imaginẽ deliniatus Dei ſpiritu,nihil differt,vt mihi videtur,ab arbore quæ fructum fert vitæ immortalitatem. nam vtrunq; in

n corrupt

corruptibile, portione honoratissima in medio sita dignatum est. dicitur enim lignū vitæ esse in paradiſi medio. at ille alter constans è miscellaneo terrenóque corpore, naturę simplicis & nō fictæ expers est: cuius exercitator solus scit habitare atrium & domum domini. Iacob enim simplex habitans domum indu citur, non eius frater versutus & variis figmētis instructus animum. Conueniebat igitur, vt in paradiſo, id est vniuerſo hoc mūdo medius radicaretur intellectus, insitas habens vires tra hentes se in contraria, in discernendis eis ambiguus vtrum expetenda an fugienda sequatur: vt ſi meliora capesseret, immortalitate frueretur ac gloria: ſin deteriora, in turpem mortē inci deret. Tales sunt arbores quas ille solus sapiēs radicauit in animabus rationalibus. Moses autē miseratus è paradiſo virtutū pulsos suoptè arbitrio, potentiā Dei clementésq; ac mites eius virtutes precatur, vt vnde terrenus intellectus adā exulat, illuc plantetur ille acutè cernens populus, dicit enim, Inductos eos plātabis in montem hæreditatis tuæ, sessionem in cathedram tuam perfeciſti domine: ſanctuarium domine, quod collocaue rūt manus tuæ. dominus regnabit in ſecula, in æternū & vltra. Clarè igitur, ſi quis alius, didicit, quòd Deus demiſsis omnium rerum ſeminibus ac radicibus, autor fuit vt arbor maxima ger minaret mundus hic: qui & nunc videtur ſubindicari in modo dicto carmine, dum nominatur mōs hærediratis: quia factoris nulla hęreditas magis est propria quàm opus ipſius. In hoc igi tur nos plantari precatur, non vt irrationales fiamus, & contumaces ingenio, ſed vt ſequendo diſpēſationem illius perfectiſſimi, & imitando eius perpetuam conſtantiam, inoffenſè viuamus ac ſobriè. nam iuxta naturam viuere, felicitatis finem esse priſci aſſeuerant. idem carmen cōſonat cum his quæ dudum de mundo dicta ſunt, eum esse inſtructiſsimam Dei domum ſenſibilem, eámque factam, non increatam vt quidam exiſtimant. ſanctuarium autem, quaſi ſplendorem è ſanctis reditum, exemplaris imaginem. Nam quę ſenſui pulchra ſunt, intellectui pul chrorum imagines ſunt. quod autem ait paratū Dei manibus, opifices mūdi potentias eius ſignificat. Et ne quis ſuſpicetur eū indigere creatura quacunque, accinit neceſſariò, Dominus regnabit in ſecula, in æternū & vltra. Rex autē nullo habet opus, ſed ſub eius iure ſunt omnia. Quidam autem aiunt hæreditatem Dei dici eſſéq;, bonū ipſum, cuius vſumfructū Moſes nunc in votis nuncupet, quaſi dicat: quia nos, tanquam pueros recens

ad

ad diſcendū admotos, introduxiſti per ſapientiæ decreta & con templationes, nec ſine rudimentis eſſe paſſus es, plāta nos in ſu blimi ſermone cæleſti. hæc enim est hæreditas paratiſsima & domus cōmodiſsima habitationi, quam feciſti ſanctuarium. es enim domine factor bonorum ſanctorúmq;: ſicut ediuerſò ma lorum profanorúmq; creatura hæc corruptibilis. Regna per in finita ſecula in anima ſupplice, ne momentū quidem eam præ ſidio tuo deſtituens. Nam tibi continuè ſeruire, non ſolum li bertati præferendum est, ſed & regno vel maximo. Sed fortaſſe multis in mentem venit quęrere, quam rationem habeat illud, In mōtem hæreditatis tuæ. hæreditatem dare cōuenit Deo, accipere autem eam, fortaſſe non fuerit rationi conſentaneum cū omnia iā antè ſint ipſius poſſeſsio. Quid ſi hoc dicitur de illis qui per excellentiam ad eius dominium pertinent? quemadmodum reges imperāt quidem omnibus ſubditis, ſed maximè domeſticis, quorum ad corporis curam & reliquum victum quotidianis vtuntur miniſteriis. Idem quamuis totius regionis poſſeſsionum ſunt domini, etiam earum quę priuati iuris ſunt, tamen ſola habere putantur quæ commiſerunt ſuis procuratoribus, à quibus annuos reditus exigunt. in eos ſeceſſus ſæpe animi gratia ſe conferunt, grauiſsimis regni ac reipublicæ curis aliquantiſper ſepoſitis, & hi cenſentur poſſeſsionum regiarum nomine. item argentum aurúmque & cætera pretioſa quæ recōduntur apud ſubditos, regū magis ſunt quàm eorum à quibus habentur: attamē ſunt qui propriè dicātur regij theſauri, in quibus ordinarij tributorū exactores totius regionis prouētus ſolent reponere. Ne mireris igitur ſi & omnipotentis rerum omnium præſidis eximia hęreditas eſſe dicitur ſapientū animarum ſodalitiū, quod acutiſsimè cernente, inculpabili, recētíq; ſemper mentis oculo præditū est, nunquā conniuente, ſed apertò continuè, directéq; intuente. propterea ſic & in maiore cantico dicitur: Interroga patrem tuū, & annunciabit tibi: maiores tuos, & dicent tibi. Quando diuidebat altiſsimus gentes, quando ſeparabat filios Adami, conſtituit terminos gentium iuxta numerū angelorū Dei. Et facta est portio domini populus eius Iſrael. Ecce iterū portionem & hæreditatē Dei dixit eos à quibus germanè colitur & aſpicitur. terræ autem filios, quos Adami nominat filios, diſperſos diſpalatóſque cateruatim, cùm nō poſſent rectæ rationis ductū ſequi. ita est profectò, ſocietatis cō iunctioniſq; cauſa est virtus, diſſolutionis verò & ſeparationis

affectus cõtrarius.id satis declarat solenne sacrũ, quod in diem propitiationis,vt vocant,incidit. tunc enim ex præcepto super duos hircos sors mittitur, altera domino , altera hirco emissario:scilicet super duas rationes,quorum altera domini sit,creaturæ altera.ergo qui summum autorem veneratur, sibiipsi honoris hæreditarem parabit:qui creaturam,exulabit,pulsus è regione sacratissima in profana deuiáq; baratra. tanta est Mosis cum Deo familiaritas,vt hac maximè fretus, vehementiora & maiora quàm pro aurium nostrarum captu proferre soleat dogmata:qui nõ modo hæredem facit Deum,sed quod incredibilius est,hæreditatem,integram enim tribum quę ad illum supplex confugit,nõ agro donauit sicut cæteras vndecim:sed vt eximiam honorauit sacerdotio , cælesti non terrena possessione. Non erit , inquit , tribui Leui portio nec hereditas inter filios Israël:quia dominus ipse hęreditas eorum est.ex persona quoq; Dei canitur in eius oraculis in hunc modum, Ego portio tua & hæreditas.nam perfectè purificata mens, quę se abdicauit creaturis omnib⁹, proculdubio nihil nouit præter illum Ingenitũ, ad quem accessit,& à quo recepta est. Quis enim potest dicere, Ipse mihi solus est Deus , nisi qui nullam istarum inferiorũ rerum amplectitur,quod institutum est Leuiticum.interpretatur enim hæc vox , Ipse mihi,quòd apud alios alia sint in pretio,apud hunc solum ille optimus maximus autor rerum omnium. Fertur quendam è priscis correptũ insano amore sapiẽtiæ quasi mulieris formosissimæ,cùm sumptuosæ pompæ spectaret apparatum copiosissimũ, versum ad quosdam familiares dixisse: videte amici quàm multis rebus opus non habeo. & tamen nihil habebat præter amictũ necessarium : ne quis putet eum inflatum diuitiis,vt plerique solent,arroganter contra Deum locutum esse. eadem legislator sapere docet eos qui non cupiunt creatis rebus ditescere,fastidiẽtes quicquid genitum est præ ingeniti familiaritate,quem solum habẽt pro diuitiarum felicitatisq; sine perfectissimo. Eant nunc & glorientur qui condiderunt regna imperiáq; maxima:alij quia ciuitatem aut regionẽ aut gentem vnam subiugauerunt: alij quia tractus omnes terræ advsq; eius terminos.: Græcas barbarásque gentes, flumina omnia mariáq;,quàm multa quàm magna sunt, in potestatem suam redegerunt.etiamsi præter ista sublimem illam naturam, quod vel dictu nefas est , quam solam seruituti non obnoxiam opifex condidit,sibi subiecissent: tamen è plebeiorum numero censen-

censendi essent,collocati cum magnis regibus quorum hæreditas Deus est. Quantò enim possessor possessa re habetur potior, & opifex opere suo, tantò magis illi accedũt ad maiestatem regiam.certe quod quidam aiunt bonorum virorum esse omnia, inter paradoxa refertur ab aliis,intuẽtibus externam copiam & inopiam, & neminem pecuniis possessionibúsq; carẽtem inter diuites numerantibus.at Moses adeò suspiciendam expetẽdámque omni studio ducit sapientiam, vt sortem eius non solũ vniuerso mundo,sed & rerum omnium regi æquiparet. Quod dogma non disputatorũ est pro vel contra differentium,sed hominum firma fide constabilitorum.quandoquidem nunc quoq; sunt quidã pietatis simulatores,qui hæc dictu quàm facto procliuiora calumniantur,negantes vel pium vel tutũ dicere Deũ hæreditatem hominis.quibus libenter dicerem:nõ miror,cum nõ germano affectu,sed supposititio adulterinóq; ad eas res cõtẽplandas veniatis.nihil enim interesse putatis inter possessiones vinetorum,oliuetorũ similiúmque,& Deum qui sapientum dicitur hæreditas.nec reputatis quòd & pictori ars pingendi,& sua cuiq; artifici ars hæreditas sorsve cẽsetur,nõ vt terrena possessio,sed vt olympicum præmiũ.nam huiusmodi res quamuis non sint dominij,prosunt tamen habentibus. ergo & eum Qui est,sortem non vulgaribus istis similem intelligite sycophãtæ, sed maximum autorem bonorum cultoribus suisvtilissimum. Nunc postquam de primo plantatore primáq; planta quod dicendũ erat diximus,transeamus deinceps ad disciplinas instar huius factas.in quarum mentione primus succurrit sapiẽs ille Abraham , qui dicitur plantasse agrum ad puteum iuramenti, & inuocasse nomẽ æterni Dei domini.nec indicatur plãtarum proprietas,sed tantummodo regionis eius spatium. aiunt autem quibus mos est scrutari talia , quicquid in possessionẽ Dei cessit,diligẽter descriptum,arborem,locum, fructum arboris. Arborem ipsum esse agrum,nõ germinibus terræ similem,sed in cari Deo viri mente radicatam:locum,ipsum iuramenti puteum:fructum verò nomẽ domini,pro quo æternus Deus sumitur.singulis autem horum sua debetur ratio.ager centum cubitorũ in longitudinem,totidem in latitudinem,si iuxta quadrãguli naturam multiplicetur,decem milium solidorum cubitorum cõficiet numerũ:qui est crescentium ab vnitate maximus & perfectissimus:vt principiũ numerorum sit vnitas , quæ per primam cõpositionem in decem milia desinat. quapropter nõ-

nulli haud temerè vnitatē conferūt cum carceribus, cum meta verò decē milia: cęteros omnes numeros qui sunt in medio spatio, cum cursu certantibus. incipientes enim ab vnitate tāquam à carceribus, in decem milibus finem statuunt, hinc arrepta occasione quidam aiunt per hæc significari, Deum esse principiū & finem rerū omnium, quæ opinio facit ad pietatē. hoc dogma plantatum in anima, pulcherrimū & cibo aptissimū fructum parit sanctitatem, cui plantę locus commodissimus est puteus, qui vocatur iuramentum, in quo ferunt aquam non inuentam. Accesserunt, inquit, pueri ad Isaac, nūciantes ei de puteo quem foderant, & dicētes, Non inuenimus aquam. & vocauit eum iuramentum. hoc quid significet cōsideremus. Qui rerū naturas scrutantur, & singulas in disquisitionē vocant magna cum diligentia, similes sunt puteos fodientibus. nam & illi fontes latentes inquirunt, vtrisq; cōmune desideriū est potus inueniēdi, sed alteris quo corpus, alteris quo recreatur anima. Quēadmodū igitur quidam fossores puteorum quæsitā aquam sæpe non inueniunt: ita qui vlterius progrediūtur in scientiis, & diutius in eis inambulant, non possunt finem attingere, certè admodū doctos aiunt accusare suam magnam ignorantiam. Hoc enim tātùm sentiunt, quàm lōgè absint à veritate. ex his vnus olim vsq; ad miraculū sapiens dicere solebat, homines meritò ipsum mirari, qui hoc tantùm sciret, scire se nihil. elige si libet quamcūq; artem maiorem minorémve, & aliquē in ea laudatissimū: deinde examina an præceptis artis respōdeant artificis opera: videbis hæc ab illis nō exiguo, sed magno interuallo abesse. quādoquidē fermè impossibile est in quacunq; absolutū esse, quod hæ fontis in morem vndabūdæ varias contemplationū species ebulliant. ideo iuramentū nominatur aptissimè, quod est fidei signum firmissimum, coniunctū cum Dei testimonio. Nā cùm iurātes in re dubia testem Deum inuocēt, nihil licet iurare certius, quàm quòd nullius sciētiæ finis inueniatur apud vllum artificem. idem dicere possumus & de aliis nostris potentiis penè omnibus. Sicut enim in dicto puteo negant aquam inueniri, sic nec in oculis quicquā visum, nec auditū in auribus, nec in naribus odoratum esse contendunt, in summa nullū sensum in vllo instrumēto sensitiuo: similiter nec in mēte intelligentiā. Alioquin quomodo visus auditus mēs falleretur, si in his essent firmæ vires cōprehensiuæ, & non à Deo qui eas indidit, cōfirmarētur? Iam & de loco, in quo arbor ista floret satis locuti, tandem

&

& de fructu eius disseramus: qui cuiusmodi sit, ex ipsis verbis scripturæ patebit. inuocauit enim nomen hoc, Dūs Deus æternus: quæ appellationes eius Qui est indicāt potē: ias, dominus eam qua imperat, Deus eam qua est beneficus. Quamobrē & sacer Moses in toto mundi opificio nomē Dei assumit: hoc enim conueniebat potentię qua factor suas creaturas produxit orua uitq;. Ergo quatenus imperat vtrūq; potest, tum bene tum malè facere, ad retributionem factorum se attemperās. Quatenus autem beneficus est, alterū solum vult, videlicet benefacere. Est autem maximū animę bonū, non dubitare de vtravis regis potentia, sed cōstanter metu ab imperij potētia dependente se exoluere, & spē fouere de propēsa benignissimi numinis erga nos volūtate, fore vt aliquando ea vtifrui contingat. iam hæ voces Deus æternus, idem valent ac si dicat, nō qui aliquādo largitur, aliquando non, sed semper & cōtinuē: qui sine intermissione benefacit, qui dona donis cumulando cōtinuat, cuius gratię interse cōiunctæ ac vnitæ, semper in orbem redeunt: qui nullam occasionem bene faciendi sinit præterfluere, cùm sit dominus, & lędendi quoque potestatem habeat. Hoc idem & meditator ille Iacob postulauit in fine precum sacratissimarum, dicēs, Et erit dominus mihi in Deū: ac si dicat: iam non herili potestate libera erga me vtetur, sed benefica propitia & vsquequaq; salutari potentia, sublato dominationis metu, & anima deuincta beneficiis mutuam gratiam cōsiliantibus. Quis hoc animo cōcipere valeat, quòd dominus & dux rerum omniū, nihil de natura sua demutans, semper sui similis, continuè bonus est, & indefinenter munificus? à quo perennis bonarū rerum copia promanat, autore perfectionis omnium felicium. huic regi fidere, qui non imperio suo superbè ad lædēdos subditos abutit. sed comiter eis succurrit suis opibus, plurimū confert ad securitatē atq; trāquillitatem animi. atq; ita quod promissimus iam fermè repræsentauimus, arborem accipi pro Deo rerum omniū autore optimo, & eius locū in nulla creatura perfectū inueniri, interdum tamen in eis apparere per autoris summi gratiā. fructum porrò esse Dei perpetuā beneficentiā, imbris more nunquā nō depluētē. Sic & vir sapiēs imitatus primi maximiq; plātatoris artem, suā agricultūrā ostentat. Iubet autē sacra scriptura etiā nos nondū perfectos, qui adhuc in mediis officiis cēsemur, exerceri sic in re rustica. ait enim, Quādo ingressi fueritis terram, quam dominus Deus dabit vobis, & plātaueritis in ea omne li-

gnum pomiferum, auferetis impuritatē eius fructum eius. per triennium erit impurus, nec edetis ex eo. Quarto autem anno omnis fructus eorū sanctificabitur, laudabilis domino. Quinto autē anno edite fructū, vobis proficiet quicquid prouenerit. Ego sum dominus Deus vester. igitur arbores pomiferas, prius quàm in regionem à Deo datā migretur, plātare nō est possibile, dicente vate, Quando ingressi fueritis terrā, & plātaueritis omne lignum pomiferū. itaq; donec extra eam moramur non possumus tales arbores colere, & meritò. donec enim in sapientiæ viam mens nō progreditur, sed errabūda vagatur, siluestres tantūmodo curat arbores, quæ vel in totū steriles sunt, vel fructum ferunt ad cibos incōmodum. sed quādo ingressa viā prudētiæ, per decreta eius ascēdit, & incipit in his omnibus decurrere, tum mites & mitiū fructuū feraces colit pro illis siluestribus, tranquillitatem pro perturbationibus, pro ignorātia scientiam, pro malis bona. Quoniam igitur is qui in virtutē introducitur, longè à fine abest, meritò postquā plantauit, iubetur auferre à planta impuritatē. hoc quid sit simul cōsideremus: ex officiis quæcūq; sunt media; videntur mihi eādem rationē habere cum mitibus arboribus. Nam vtraq; vtilissimos ferunt fructus, altera corporibus, animabus altera. sed in mediis multa adnascuntur noxia, quæ necessariò sunt auferēda, ne officiant melioribus. An nō dicemus mitē arborem animæ, redditionē depositi? verùm hæc putatione opus habet, & curiosiore diligētia. Quæ nam igitur est ista putatio? nimirū hæc: depositū quod accepisti à sobrio, nec ebrio, nec prodigo, nec furēti reddideris. Nam qui sic sua recipit, ab eorum vsu excluditur iniquitate tēporis, neq; debitoribus aut seruis reddendū est, quibus fœneratores insidiātur & domini. Proditio enim est hæc, nō redditio. Neq; ideo in paruis fidē serues, vt per occasionē maiora capias. Piscatores quidē cum paruis escis demissis, magnos pisces hamo capiunt, nemo criminatur, quia se aiunt hoc modo macelli annonæ prospicere, & quotidie mēsas instruere talibus copiis. At vilis depositi redditione, fas nō est inescare quēquam, vt ab eo maius auferas, manibus pauca porrigens, multis verò magnisq; rebus defraudās eum animo. Ergo si vt ab arbore, ita à depositō quicquid impurū est auferas, dāna, insidias, intēpestiuitates, & huiusmodi omnia, mite facies quod alioquin abiturū erat in naturā siluestrium. in amicitiæ quoq; planta similes stolones amputādi sunt, vt potiores eius partes cōseruentur. Sunt autem

autem hi meretricū præstigiæ, quibus in amatores vtuntur, & fraudes adulatorū. Videmus enim istas quæ faciunt quæstum è flore corporis, magnā erga suos amatores præ se ferre beneuolentiam: quæ tamē nō illos amāt, sed seipsas, & quotidianis prædis inhiant. Adulatores quoq; nonnunquam ineffabile odium cælantes apud eos, quibus obsequuntur, tamē amare lautas cœnas & gulosum otium, qua cupiditate inducūtur, vt colant eos, qui talia suppeditant. At illa sinceræ & nō fucatæ amicitiæ plāta. excusis & dimissis huiusmodi rebus, fructum feret suis cultoribus vtilissimum, nempe fidem, nullis corrūpendam muneribus. Propositū enim eius est, amico benevelle propter ipsum. At scorta & adulatores suum aguat negotiū, dum amatoribus, & quibus adulantur aliquid boni cōciliant. Resecandæ sunt igitur hæ præstigiæ simulationésq; ab amicitiæ planta, vt agnatæ pestes noxiæ. itidem sacrificia fœderāq; stirpes sunt pulcherrimæ, sed quibus adnasci solet malum superstitionis, excidēdum prius quàm coalescat firmius. Sunt enim qui putāt pietatem in mactandis bubus cōsistere, qui ex furto, abnegato depositō, creditore fraudato, raptóq; partis prædis portiones altaribus tribuunt homines vix expiabiles, putantes se pœnas peccatorum sic redimere. Hos sic apellare libet: nō corrumpitur istis, ō vos quicūq; tādem estis Dei tribunal, sed omnes malè sibi cōscios, etiamsi quotidie centū boues immolent, auersatur: insontes verò, etiāsi nihil omnino sacrificēt, amplectitur. Gaudet em̄ Deus aris nullo igne calētibus, quas cingit virtutum chorus, nō istis flagrantibus flamma quam profanorum accenderunt profanæ victimæ, in memoriam reuocantes singulorum errata & ignorantias. Sic enim alicubi Moses dicit, peccati admonere sacrificiū. Ergo oportet talia cūcta magnū damnū afferētia resecare, ac tollere, sicut oraculum disertè iubet, aufer impuritatē plantæ pomiferæ. At nos ne post disciplinam quidē sumus dociles. Alij vero suoptè ingenio docti quicquid bonū est repurgant ab inuolucris noxiis, sicut Iacob ille meditator cognomine. Hic enim virgas spoliauit tenuissimis corticibus, quod virebat detrahens, vt interraso quod atrum erat, varietate non tam artificiosa, quàm naturali. cognatus color albus eluceret. Quāobrē & in lege de lepra decretū est, cum in quo nondū varietas colorū extitit, sed alba vitiligine à capite ad pedes occupatur, purū esse: vt iuxta corporis similitudinē, vafrificiem variam & ambiguæ mētis incertū affectū omittentes, certæ veritatis sumamus

colorem ſimplicem. Et arboris quidem purgãdæ ratio cum veritate cõgruit: de fructu verò non ſatis cõſtat. Nam ficus, vuas, & in vniuerſum fructus agricola purgat nemo. Lex tamẽ dicit: Fructus eius per trienniũ erit incircumpurgatus, non comedetis ex eo. Quaſi mos fuerit, eum ſemper circumpurgari. Dicendum igitur, hoc quoq; vnum eſſe eorũ quæ latentem habent intelligentiam, cùm verba ipſa non quadrent admodum. Anceps enim eſt hæc oratio. Nam poteſt vno modo ſic intelligi: fructus eius per trienniũ erit, vt diſtincta vox à præcedẽtibus ſequatur, incircũpurgatus, ac mox, nõ comedetur. Altero ſic, fructus eius per trienniũ erit incircumpurgatus, ac mox per ſe, nõ comedetur. Prior ille ſenſus talis eſſe poteſt, vt trienniũ accipiatur pro tripartito tẽpore, cuius ea natura eſt, vt diuidatur in præteritũ, præſens atq; futurũ. Proinde eruditio fructum proferet, qui durabit & ſaluus permanebit per omnes partes temporis, hoc eſt non corrũperetur in perpetuum. Nam natura boni nõ corrumpitur. Fructus autẽ incircumpurgatus nõ comedetur, quia purgati ſaniq; ciuiles ſermones animã nutriunt, & mẽti aſſerunt incrementum: cõtrarij verò non nutriunt, ſed morbum creant & interitũ. Altero modo, ſicut in diſputationibus dialecticorum hæc vox indemõſtratus dicitur dupliciter, vel qui propter difficultatem ægrè demõſtratur, vel qui propter euidentiã non habet opus demõſtratione: ita incircũpurgatus fructus eſt vel impurus egẽs purgatione, vel per ſe puriſsimus. talis eſt eruditionis fructus, per triẽnium, id eſt tripartitũ tempus, videlicet per omnia ſecula puriſsimus nitidiſsimúsq; ,à nulla obſcuratus re noxia, non lauacris aſperſionibúsq; aut in totum aliis vllis purificationibus vnquam indigens. Anno autem, inquit, quarto omnis fructus eius ſanctificabitur, laudabilis domino. Quaternarium numerũ præter alios legis locos maximè in narratione de mũdi creatione magnificare videtur ſermo propheticus. Nã pretioſam illam lucẽ ſenſibilem, quæ & ſeipſam & cætera manifeſtiſsimè indicat, parẽtésq; huius ſolem, ac lunã, & ſtellarum chorum ſacratiſsimũ, quæ noctem diémq;, mẽſes annósq;, tum oriendo tum occidendo terminãt, & numeri naturam demõſtrant, in quibus rebus maximum animę bonum ſitum eſt, ait creata quarto die. Nunc quoq; hunc honorauit eximiè, non alia tẽpore fructum arborũ dedicans Deo, quam anno quarto à plãtatione: id quod rationem habet naturæ moribúsq; valde cõſentaneã. Quoniã totius mundi radices quatuor numerãtur, terra

terra, aqua, aër, ignis, & annuæ tẽporum vices ſunt totidẽ, hiẽs, æſtas, eorúmq; confines, ver & autumnus. Antiquiſsimus etiam quadrangulorum eſt hic numerus, cõſtans rectis angulis, vt liquet è figura geometrica. Hi rectę rationis ſũt ſignificatiui. Recta autem ratio perennis virtutum fons eſt. Oportet tamẽ quadranguli latera eſſe æqualia. Aequalitas porrò mater eſt iuſtitiæ virtutum reliquarum ducis ac principis. Itaq; patet æqualitatis iuſtitiæ omniſq; virtutis, præter alia, ſignum eſſe hunc numerum. Is vocatur etiã omnis, quia reliquos vſq; denarium & ipſum denarium potẽtia complectitur. de vnitate quidem cuiuis eſt perſpicuum. Quòd verò & cæteros deinceps cõtineat, ex numerorũ ſupputatione facilè colligitur. Vnum duo tria quatuor ſi cõponamus, eximetur omnis dubitatio. Ex vno enim & quatuor conſtat quinarius, ex duobus & quatuor ſenarius, ſeptenarius è tribus & quatuor, & triplici cõpoſitione ex vno tribus quatuor octonarius, rurſum è duobus tribus quatuor nouenarius: denarius autem ex iam dictis omnibus. nam vnũ duo tria quatuor conficiunt decem. propterea Moſes dixit, quòd anno quarto erit omnis fructus eius ſanctus. parem enim integrã plenam, ſicut & vniuerſa, vt ita loquar, habet rationẽ, propter denarium è quaternario natũ, qui eſt prima meta numerorũ cõpoſitorum ex vnitatib⁹. Numerus aũt denarius ac quaternarius dicitur omnis, ſed denarius actu, quaternarius potẽtia. Cęterũ eruditionis fructũ non modo ſanctũ, ſed & laudabilẽ ait, nõ immeritò, ſiquidẽ omnis virtus ſancta eſt, gratitudo verò ſãctiſsima, quam nõ legitimè Deo exibent, quotquot putant eũ placari ędificiis, donariis, ſacrificiis. Nam ne totus quidẽ mundus ad templum in honorẽ eius ſuffecerit. ſed præſtat eum laudibus hymníſq; colere: nõ decãtatis voce ſonora & tinnula, verùm modulatis in animo puro, quem ſolus Deus aſpicit. Fertur certè antiqua fabula, à ſapiẽtibus viris ad poſteros p manus tradita, quæ ad noſtras quoq; auidiſsimas diſcẽdi aures peruenit. Eſt autẽ talis. olim cũ totum mundũ opifex abſolueret, quendã è prophetis rogauit nunquid deſideraret nondum creatũ, ſiue in terra & aqua, ſiue in ſublimi aëre, ſiue in cęli extremo ambitu. Reſpondit ille, eſſe quidem perfecta & plena vbiq; omnia, vnum tamẽ ſe requirere, laudatorem horum ſermonem, qui in rebus omnibus, vel quod minimum obſcuriſsimúmq; videtur, nõ tam laudet quàm enarret. Ipſam enim enarrationẽ operũ Dei, laudem eſſe ſufficientiſsimã, nullo egentem auctario, quando ipſa infucata

cata veritas sit pro laude cumulatissima. Hoc responsum patri vniuersorum placuisse fertur, nec multò post exortũ genus canorum & musicum ex vna diuinarũ potentiarum virgine memoria, quam Mnemosynen quidã vocãt detorto nomine. Hæc est priscorũ fabula, ex cuius autoritate dicimus, nihil esse Deo magis propriũ quàm benefacere, nihil itẽ creaturæ quàm gratias agere, cum præterea nihil rependere valeat. Nam si quid aliud retribuere voluerit, id inueniet iam ante non ad creaturæ offerentis, sed ad ipsius omnium creatoris possessionẽ pertinere. Ergo quia didicimus vnum solum opus nobis competere ad honorẽ Dei faciẽs. videlicet gratiarum actionem, eam semper & vbiq; meditemur, tum voce tum bonis literis. nec vnquam desinamus vel orationes laudatorias, vel poëmata cõponere, vt & per carmen & sine carmine, vtraq; tam prorsa, quàm versa oratione, & mundi opificẽ & mũdum veneremur, illum, vt quidam ait, autorem optimũ, hunc creaturã perfectissimam. Cæterùm post consecratum anno & numero quarto omnem fructũ animæ, quinto iam nos vtemur eo fruemúrq;. Ait enim, Anno quinto fructum eius edite. Quandoquidem naturæ lege sanctum est, vt post creatorẽ demum ratio creaturæ habeatur in rebus omnibus, vt pro magno æstimandũ sit, si potiamur vel secũ dispartibus. Quin & ideo nobis anni quinti fructum assignat, quia numerus quinarius est sensui proprius, &, si verum fatendum est, sensus alit nostrum intellectum, aut per oculos colorũ figurarúmq; qualitates attrectans, aut per aures sonorum proprietates omnigenas, aut per nares odores, aut sapores per os aut mollitities cedentes, duritiésq; resistentes, & lenitates, asperitatésq;, frigiditates, caliditatésq; per toto corpore sparsã potẽtiam, quam tactum vulgò nominant. id ita esse, vt dixi, exemplo manifesto docent Liæ filij, scilicet virtutis, non omnes, sed quartus quintúsq;. de quarto enim dicit Moses, quòd post eum natum mater interquieuit parere. vocatur autem Iudas, qui interpretatur dño confessio. Quintum verò appellat Issachar, qui merces interpretatur. hũc quãprimũ anima peperit, mox quod sibi accidit elocuta est. Vocauit, inquit, nomẽ eius Issachar, quod est merces. ergo Iudas intellectus benedicens Deum, & gratiarum actionis hymnos, indefinẽter meditãs, ipse reuera sanctus & laudabilis fructus erat, non è terrenis enatus arboribus, sed è natura bona rationali. Quamobrẽ natura quæ eum peperit dicitur destitisse parere, quando non habebat quò se verteret, iam ad per

ad perfectionis progressa terminum. Nam inter omnia rectè facta nullus partus est præstantior, quàm hymnus in Deũ patrẽ omnium. Quintus aũt filius quinti anni, ex quo fructum percipimus est similis. Nam & agricola mercedẽ quãdam ab arboribus, anno quinto accipit, & animę partus Issachar est, qui merces vocatur. & meritò, quando post gratum Iudam in lucem est editus. grato enim ipsa gratiarũ actio, merces est amplissima. Et arboreorum quidem fructuum prouẽtus dominorũ est. Prudentiæ verò eruditionísq; fructus non est hominis, sed solius, vt ait Moses, omnipotentis. Nam post hæc verba, fructus eius, subiicit hæc: Ego sum dominus Deus vester. euidentissimè docens, solum Deum esse fructus ex anima prouenientis dominũ. Cùm ea sententia & prophetæ cuiusdã concinit oraculum hoc. Ex me fructus tibi inuẽtus est. Quis sapiẽs intelliget hæc? quis intelligens cognoscet ea? nõ cuiusvis enim, sed solius sapientis est, nosse mentis fructus cuius sit. Hactenus de antiquissima & sacrosancta agricultura, qua summus autor in plantanda hac feracissima planta, scilicet mundo, vsus est: & consequenter de ea quam bonus vir exercet, & de quadruplicibus præmiis, legibúsq; ac præceptis eodem tendẽtibus, pro virili diximus. Nunc huius iusti Noe vinitoriam artẽ, quæ est agriculturę species, cõsideremus. Dicitur enim, quòd cœpit Noë homo agricola esse, & plantauit vineã, & bibit de vino eius, & inebriatus est.] Ergo ebrietatis plantã arte sciẽtiáq; iustus hic excolit, quàm insipiẽtes sine arte ac modo tractant temerè. itaq; necesse habemus de ebrietate quæ dicenda sunt, dicere. mox enim cognoscemus & vim plantæ, vnde illa nascitur. Verùm ea quæ de ebrietate narrat legislator, aliàs inspiciemus accuratius: nũc exquiramus & aliorũ sentẽtias. Fuerunt autem multi philosophi, qui rem hãc considerarunt non mediocriter. Quæritur enim, vtrum sapiẽs inebriabitur. Est igitur duplex ebrietas, altera vino madere signi ficat, altera vino delirare. Qui autẽ hanc quæstionem tractant, alij negant vel nimio mero vsurum sapientẽ, vel deliraturum ob pocula. Alterum enim horum esse peccatũ, alterum peccati causam. vtrunq; alienum à boni viri officio. Alij concedunt bono viro indulgere poculis, sed delirare præ potu nõ item. Prudẽtiam enim eius sufficere ad resistendũ si quid nociturũ videatur, ne quid secus quàm oportet accidat animæ; quandoquidem prudẽtia tantã vim habet ad affectus extinguẽdos, siue feruenti amoris œstro inflãmatos, siue multo vino calẽtes, vt his euadat

superior.

superior, quia & in profundo flumine aut alto mari vrinantes, pars pereũt imperiti n atãdi, pars huius negotij gnari sine mora enatãt. Sic & nimiũ merum torrentis modo inundãs animã, nunc oppressam vsq; imum ignorãtiæ fundũ demergit: nunc à salutari eruditione subleuatã non potest vllo modo lædere. horum alteri non satis, opinor, animaduertẽtes cum quãto malo suum sapientẽ cõponant è sublimi eum tanquã aucupes in terram detrahunt, vt in calamitates quibus ipsis laborãt inducãt. alteri diuersam temperantiæ virtutẽ intuentes fateri cogũtur, quòd qui haurit vinum immoderatius, impos sui factus aberrabit facilè, nec manus solum sicut athletæ victi demittet, sed cervice quoq; ac capite defluente, genúq; labante, & pessum eunte toto corpore procidet. de hac re præmonitus non temerè in bibacitatis certamẽ vltrò descendet, nisi propter magnã vtilitatẽ aliquã, puta salutem patriæ, aut honorem parentũ, aut liberorũ vel alioqui cõiunctissimorũ securitatem, aut in vniuersum ob priuatum aliquod publicúmve negotiũ. nunquã enim sustinebit intra se recipere venenum mortiferũ, nisi admodum iniquo tempore, per quod è vita profligetur tanquã ex patria. nam hoc venenum, si nõ mortem, certè creat insaniã: & quid vetat etiam insaniã mortem dicere, cuius accessu præcipua nostri pars mẽs interit? quantũ equidẽ intelligo, separatio corporis ab animave leuior, præ graviore malo alienatione mẽtis, si qua detur optio, eligenda est procul dubio. Quapropter prisci Græci artem vini parãdi μαινομένην, vocarunt, & occupatas hac bacchas mænadas: quandoquidem insaniæ desipientiæq; causa est vinum immoderatè ingurgitantibus. & hæc quidem huius considerationis sunt tãquam procœmia: pergamus nunc ad reliquã, bifariã, vt videtur. diuisam, alteris sapientẽ admissurũ ebrietatem asseuerãtibus, alteris ediuersò id cõstanter pernegãtibus. prior opinio his argumentis niti videtur. ante omnia quasdã res homonymas esse, quasdã synonymas. homonymiã autem & synonymiam constat esse inter se cõtrarias. quia homonymia dicitur de multis subiectis cõmune nomen habentibus: synonymia verò de vno subiecto. canis vocabulum omnino est homonymũ, cõplectens multa dissimilia, quæ per id significãtur. nam & terrestre latrãs animal canis dicitur, & marina bestia, & cęleste sidus, quod autumnale poëtæ vocãt, quod ineunte autumno exoriatur, maturãdis perficiendisq; fructibus. præterea cynicæ sectæ antistites Aristippus & Diogenes, aliorúmq; huius vitæ sectator

ctatorum ingens numerus. Rursum alia vocabula sunt diuersa quidem, vnam tamen rem significantia, vt sagitta, telum, spiculum. nam id quod arcus neruo ad scopum eiaculatur, his omnibus nominibus dicitur. itẽ vel palmula, vel remus, quo ad nauigationem pro velis vtuntur. Quoties enim aut nullis ventis aut aduersis impeditur nauigatio, in transtris considentes, quorum est hoc officium, & tanquam alas protendentes, ceu volucrem nauem cogunt iter facere. at illa sublimis volitans percurrit magis, quàm sulcat maria, & magna celeritate in stationes tutas allabitur. item scipio, virga, baculus, vnius subiecti differentia sunt nomina, quo verberare, vacillantes gressus confirmare, inniti, aliisque multis modis vti licet. quæ nequaquam verbosius dicta sunt, sed vt clarius pernosceretur id de quo queritur. Merum vt vinum, ita & temetũ prisci vocabant, quod nomen apud poëtas sæpe est obuium, vt hæc quoque inter synonyma de vno subiecto prædicata censeantur, vinum atque temetum: & quæ hinc deriuantur, vt voce nõ re discrepent, vini saturitas & temulentia: quæ vtraque nimium vsum significant, multis de causis bono viro fugiendum. Qui si vino madebit, temulentus erit etiam, nec grauius lædetur temulentia, quàm si vino simpliciter expletus sit. hæc est vna sententia de sapientis ebrietate, altera autem talis est. nostrę tempestatis homines, paucis exceptis, nihil cum priscis habent simile, sed & verbis & factis magnam præ se ferunt discrepantiam. Nam & sermonem sanum validúmque ad morbum pernicioſum reduxerunt, quem exitum viuida athleticáque habitudine fermè in nihilum redegerunt, pro solido neruoſoque præter naturam facientes prauis humoribus tumidum inflatúmque inaniter, sed viribus cassum, vt cùm maximè intẽditur tum rumpatur facillime. actiones item studio dignas, ipsas quoque fecerunt è masculis (vt ita loquar) fœmineas, & turpes ex honestis, vt perpauci reperiantur vel dictis vel factis antiquorum æmulatores. Quapropter illorum seculo poëtæ historicique ac reliqui musicæ studioſi florebant, qui non aures deliniebant rythmis oblectabántq;, sed quicquid in mente fractũ luxatúmq; fuerat excitabant, item quicquid concinnum, adaptabant ad naturæ virtutisq; orgia. Noſtra verò ætas fert coquos & cupediarios, tinctores & vnguẽtarios, magna curioſitate semper nouum aliquẽ colorem, nouámve formam, aut odorẽ aut saporẽ comminiscentes in gratiam sensuum, vt imperatorẽ suum oppugnent intellectum-

lectum. Sed quorsum ista commemoro? vt ostẽdam etiam merum non in eodẽ nunc quo olim vsu esse. Nunc enim vsque ad animi corporisque languorem potant absque respiratione bibentes,& vltro pincernas vrgentes, indignantésque illis cessantibus,dum caldam,quam vocãt,frigefaciunt: & deliramentum illud Homericũ,scilicet bibendi certamen conuiuis suis repręsentant,in quo egregiè cõflictantur,auriculas,nares, manuum extremos digitos,& alias quascunque partes corporis sibi prærodentes inuicem.hæc sunt,vt videmus,huius nouæ, quæ nunc introducta viget,hilaritatis præmia: priscæ autem illius & antiquæ contraria.nam prisci omnis honestæ actionis à sacris faciebant initium,ita demum finem optatum sperãtes: & quamuis rei gerendæ tẽpus ægrè cunctationem pateretur,tamen ante omnia curabãt,vt votis ritè peractis litaretur,pro lucro moram hanc reputantes.incõsulta enim celeritas nocet cunctatio sperată affert vtilitatem.scientes igitur, quòd vini vsus magna cautela opus habeat,nec affatim nec semper adhibebãt merũ, sed decenter & suo tẽpore.peractis enim votis,& sacrificiis placato numine, post purificationem corporum & animarũ aquis, abluti & imbuti sacrarum legum cognitione,hilares & lęti ad remissiorem victum se vertebant,sæpe ne domum quidem repetentes,sed in templis vbi sacra fecerant permanentes,vt & sacrificij memores,& locum reueriti, sacrosanctum re vera celebrarent conuiuium,nec verbo nec facto vllo peccantes. ex hoc more natam aiunt vocem μεθύειν,quasi μετὰ τὸ θύειν,quia post sacra demũ prisci indulgebãt poculis. Talis vsus meri cui magis,quàm viris sapientibus conueniat,quibus nunc quoque debetur ea,quæ potationem præcedit sacrorum operatio. Nã nemo pene malus re vera sacrificat,etiamsi perenni sacrificio xm boum imolet quotidie. Nam præcipua victima mens ipsa non est integra.læsis verò non est fas aras attingere.hæc est ratio secunda,qua potationem à bono viro non esse alienã ostenditur. tertia fit per diuersam etymologiã probabilis. sunt enim quidam qui putant huic rei non ideo tantùm datũ istud nomẽ quia soleat seq post sacra, sed ἀπὸ τῆς μέσεως, id est à remissione animi.relaxatur autẽ insipientium quidẽ ratio ad peccãdum licentius:rectè sapientium verò ad fruendum trãquillitate hilaritatéq;.fit enim vir sapiẽs vino maceratus seipso suauior. proinde ne hoc quidem modo errabimus,si ei potationem cõcedemus.huc accedit & illud, q; sapientia nõ est res dura & tetrica, deuincta

deuincta cogitationib⁹ tristibus,sed perpetua tranquillitate hilaris,plena gaudio lætitiáq;:vnde sępe prorumpit in non insulsos lusus ac dicteria,cõiunctos tamen cũ grauitate seria:quemadmodum in bene temperata lyra contrarij soni in vnam melodiam consonant.certè iuxta sacri Mosis opinionem sapientię finis lusus & risus est,non iste quo pueri ac infantes delectantur sed quo homines cani, qui nõ tam cõsenuerunt tempore quàm bonis consiliis.Non vides quòd illum à nemine alio quàm à seipso præceptore scientiam in qua se exerceret edoctum, nõ risibilem sed ipsum risum esse dicit?is est Isaac, qui risus interpretatur,quem cõuenit ludere cum tolerãtia,Rebeca Hæbreis neminata.diuinum autem lusum animo plebeio non est fas videre,soli regi licet,cum quo diu habitauit, etiamsi nõ omni æuo, sapientia. is appellatur Abimelech , qui prospiciens per fenestram,per apertum & luciferum mentis oculum,Isaac vidit ludentem cum Rebecavxore sua.Quod enim aliud negotium sapientem decet,quàm ludere,gaudere, hilarescere cum honesta tolerantia. Vnde liquet quòd temulentus erit etiam, temulentia conferente ad bonos mores , & afferente coniunctam vtilitati relaxationem.videtur enim merum ea quę cuique à natura indita sunt augere ac intendere,seu bona seu contraria,quod & aliæ res pleræque faciunt. Nam & pecunia bono viro autor bonorum est,malo autem,vt quidem ait,malorum.rursum gloria insipientis malitiã reddit illustriorem, sicut iusti virtutem nobiliorẽ. ita & merum infusum malas affectiones temperat, bonas benigniores ac clemẽtiores efficit.certè nemo est qui nesciat , quòd cum è duobus contrariis alterum plerisque conuenit , etiam alterum necessariò conueniet. vt album & nigrum sunt inter se contraria : si album bonis malisq; conuenit,& nigrum vtique vtrisq; ex æquo conueniet,nõ solis alteris.itidem sobrietas & ebrietas sunt contraria.sunt autem sobrietatis participes,vt maiores docent,boni malique. itaque vtrisq; conuenit ebrietas. ergo inebriabitur etiã bonus vir absq; vllo virtutis detrimento.quòd si ranquam pro tribunali non solùm artificiosis probationibus , sed etiam inartificiosis quas vocant vtendũ est,ex quibus vna est quæ per testes fit , multos laudatos adducemus medicorum filios & philosophorum , qui non verbis modo,sed etiã scriptis attestantur huic sententiæ.multos enim reliquerunt cõmentarios intitulatos de ebrietate,in quibus tãtùm de vino disputant,non attingentes delirationem, sed præ-

termittētes quicquid ad debacchationes insanas pertinet, itaq; horum etiam cōfessione temulentia est potatio largior. haurire autem vinum largius nō obfuerit sapienti cùm tempus est. ergo nihil peccabimus si cōcedemus ei temulentiā. Quoniam autem nemo sine aduersario certans victor pronuntiatur, quod si certet cum vmbra pugnare videbitur, necesse est etiam contrariam opinionem defendentium argumēta producere, vt iustum fiat iudicium, ne altera pars indefensa damnetur. est autē primum & efficacissimum, quòd nemo secretum rectè cōmittit ebrio. ergo vir bonus non inebriatur, sed præstiterit fortasse prius quā alia deinceps colligamus, ad singulas obiectiones respōdere, ne molesti simus prolixitate nimia. Cōtradicet aliquis iuxta hanc rationem nec atra bile vnquam laboraturū sapientem, nec dormiturum, nec moriturū deniq;. cuicunq; autē nihil horum accidit, aut anima caret, aut numē habet, homo certè nō est. & quod de ebrio dictum est, pari modo potest accommodari ad atra bili furentē, aut dormientem, aut mortuum. nam nulli horum secretum rectè cōmittitur, quod penes sapientē rectè deponitur. non furit igitur, nec dormit, nec moritur sapiens.

PHILONIS IVDAEI, de Temulentia.

QVAE ab aliis philosophis de temulentia dicta sunt, vt potuimus in præcedēti libro memorauimus: nunc cōsideremus quænam sit maximi sapientissimiq; legislatoris super ea re sententia. sæpe enim in suis legibus vini & producētis id plantę vitis meminit. eius potū aliis permittit, aliis nequaquā: imò eisdem aliquando concedit, aliquando non. hi sunt qui magnum votum vouerunt, quibus iam indicitur vini vsus, iam interdicitur, sacerdotibus sacra tractātibus, qui autem vino vtuntur, innumeri sunt, & in his pleriq; ob virtutem ab ipso propheta laudati. verùm prius quàm de his incipiamus dicere, quædam ad argumentū hoc spectantia diligentius cōsideranda sunt opinor, ante omnia quòd Moses non vnā rem, sed plures per merum significat, deliration em, dementiā, stuporem omnium sensuum, auiditatem insatiabilem, nō probandam securitatem, & insipientiam quæ cætera huiusmodi cōplectitur, tum eam quę in his omnibus extat nuditatem, in quā ebrium Noēdeuolutū narrat: hos autem vini effectus dicit esse. Sed innumeri sunt, qui ne gustato quidē mero sobrios se putantes implicātur similiter, quos videre licet alios desipere deliraréq;, alios prorsus captos sensibus, alios nunquā expleri sitiētes semper ea quæ nō possunt assequi, eò quòd destituātur scientia: alios cōtrà gaudētes & hilares, alios re vera nudatos. inter hæc omnia delirationis causa est noxia ruditas, non inscitia, sed sciētiæ fastidiū, stuporis, insidiatrix cęca ignorātia: insatiabilitatis, molestissima omniū affectionū cōcupiscentia: sicut lætitiæ causa est vsus virtutis simul ac possessio. at nuditatis non vna, ignorantia contrariorum, prauitas morum & rusticitas, veritas quę fucatis rebus detrahit tectoria, discernens & separans à virtute quicquid vitiosum est. hæc enim duo nec vestiri simul possunt, nec exui. sed si quis reiecerit alterutrū, necessariò contrariū eius totum exhauriet. sicut enim voluptatē & molestiā natura inter se cōtrarias pugnātésq;, vt est in vetere fabula, in vnū Deus coaptans fastigium. vtriusq; sensum nobis nō eodem sed diuerso tēpore indidit, hac lege vt alteri decedenti succederet altera: ad eūdem modum ab eadē radice, videlicet intellectu, duæ stirpes exortæ sunt, virtus atq; vitium, nunquam nec germinantes nec fructum ferētes eodem tempore. quoties enim arescenti alteri folia defluunt, cōtraria germinare vireréq; incipit, vt credibile sit vtranq; alterius felicitate offensam contrahere se: quam ob causam valde naturę cōsentaneam, Iacob exitum, introitū Esau legimus, dicēte scriptura: Et factum est quando exiuit Iacob, venit Esau frater eius. Quantisper enim inambulat in anima prudentia, exterminatur amicus insipiētię. sed quamprimū illa migrat, alter reuertitur gaudēs ob discessum inimicæ infēlissimę, propter quam exulauerat. Hactenus satis præfati, iā singula quę proposuimus cōfirmabimus, & à primo auspicabimur. Ruditatem delirādi peccandiq; causam esse diximus, sicut è vulgo innumeros præ mero delirare. nam ruditas peccatorum animę, si vera fatenda sunt, caput est, à qua tanquam à fonte promanant actiones omnes huius vitæ, nullū omnino præbentes liquorem salubrem ac potabilem, sed salsuginosum, qui morbum atque perniciem gustātibus afferat. Quapropter legislator noster in nullos æquè sæuit ac in educatos perperam, vel hoc argumēto. qui sunt quos non tam studium quàm natura consociat, siue in-

ter homines,siue inter animãtes cæteras? nemo etiam insanus
alios quàm parentes dixerit. hoc enim natura docet absq; præ-
ceptore,vt nati curæ sint genitoribus,ipsorum saluti diuturni-
tatique prospicientibus:hos tamen naturales protectores in ho
stium traducit ordinem,patrem matrémq; accusatores è patro-
nis faciens,vt qui soli seruare debuerant,perdant etiam.Si quis,
inquit,habuerit filium contumacem & proteruum,qui non au-
dierit vocem patris ac matris,& coërcitus obedire contempse-
rit:apprehendẽt eum pater & mater eius, ducéntq; ad senatum
ciuitatis illius,& ad portam iudicij; dicéntque ad viros ciuita-
tis suę:Filius iste noster proteruus & contumax est,monita no-
stra audire contemnit, conuiuiis vacat & compotationibus: &
obruet eum lapidibus populus,& auferetis hũc malum de me-
dio vestri.Ergo quatuor crimina hic obiiciuntur,contumacia,
proteruitas,profusio in conuiuia,& temulentia, grauissimum
verò vltimũ,natum è primo,videlicet contumacia, atq; ita per
gradus auctum.nam anima cùm primùm cœpit rectorem con
temnere, per proteruitatem cõtentionémq; ad extremum ter-
minum peruenit temulentiam,demẽtiæ causam & desipientię,
sed præstat in singula crimina ordine inquirere.Omnium con-
fessione constat bonum esse parere virtuti,atque etiam vtile:si-
cut cõtrà non parere,turpe simul ac inutile. iam si accedat pro-
teruitas,malum fit longè grauissimum.inobediẽs enim minus
malus est quàm contentiosus:quia prior tantùm iussa negligit,
posterior data opera nititur in contrariũ:age inspiciamus rem
attentius.Fac legẽ iubere vt habeatur honor parentibus.qui nõ
honorat,est contumax:qui probro afficit,contentiosus. rursum
quia seruare patriam iustum est,qui hoc facere grauatur,cõtu-
max:qui eã prodere conatur,proteruus dicendus est. item qui
debitam gratiam rependere iussus tergiuersatur,facit cõtuma
citer.qui autẽ insuper damnum dat, peruicaciter elatus pecca-
tũ admittit immedicabile. prętereà qui sacrificia & alia officia
pietatis negligit,inobediẽs est præceptis quę lex super his reb⁹
præcepit:proteruus autẽ in cõtrarium ad impietatem declinat,
negãs esse numen:qualis est ille qui dicit: Quis est cui obedie-
mus?& rursum: Nõ noui dominũ.priorib⁹ verbis negatur esse
vllum numẽ: posteriora aiũt,etiamsi quod sit, ignotum tamen
esse:quibus verbis prouidẽtia tollitur.nam si prouideret rebus,
vtiq; noscęretur,quod autem de collatione in conuiuia dicitur,
si intelligatur de participatione prudẽtiæ rei præstãtissimę,est
vtile

vtile ac laudabile:sin de imprudentiæ deterrimæ,inutile ac vi-
tuperabile. In rẽ optimã hæc fiunt symbola,desideriũ virtutis,
honestorum æmulatio,meditationes continuæ, exercitia labo-
riosa,indefessi labores.in cõtrariam verò hæc,remissio, negli-
gentia,deliciæ,luxus,lasciuia.Videmus certè istos qui quotidiè
descendunt in certamen temulentiæ,& hoc agunt solùm vt vi-
ni plurimum in ventrem ingerant.symbola conferre tãquam
in aliquid vtile,mulctari tamẽ rebus omnibus,pecuniis, corpo
re,anima.nam huiusmodi collationibus & rem familiarẽ mi-
nuunt,& corporis vires per delicatũ victum frangunt atq; mol
liunt,& animas hiberni torrẽtis in morem immodicis deliciis
inundatas demergunt in barathrum, eodem modo qui collatio-
nes faciunt ad tollendam eruditionem,præcipuam sui partem
intelligẽtiam lædũt,resecãtes ab ea reș salutares, prudentiam,
tẽperantiámq;,& fortitudinẽ atq; iustitiã.Proinde videt non tẽ
merè lex hic vti vocabulo cõposito συμβολοκοπῶν,sed admodũ
significanter:quia qui cõtra virtutem suos conatus quasi quædã
symbola conferunt,sauciant,dissecant,concidunt vsque ad ex-
tremã perniciem animas audiendi atq; discendi auidas. Abra-
ham quidem redire dicitur à concisione Chologomodor & re-
gum cum eo fœderatorũ: ediuersò Amalec meditatoris illius
extremum agmen concidere:vtrũq; naturæ ordine.infesta sunt
enim quæ contraria,& perpetuò sibi inuicẽ struunt perniciem.
cæterùm hic symbolorũ collator,vel ideo maximè culpari mẽ
retur,quòd non contentus iniustè facere,socios quoq; sibi asci-
scit,partim ipse docens alios,partim docentes audiens, vt & na
tura & institutione peccans,nullam sibi salutis spem reliquam
faciat,quãtumvis reclamante lege,& vetante ne quis societatẽ
ineat causa maleficij.ita est profectò,multifariã serpit ac pasci
tur in hominum animis malum,bonum autem exile rarúmq;
in his inuenias.Est autem hic quoq; admonitio perutilis,ne se-
quaris ea quæ vulgò iusta videntur,sed potius eos,qui quod iu-
stũ est faciũt. Reliquũ est quartũ crimen maximũ temulentia,
nõ leuis,sed nimia.nã vino madere idẽ significat hic quod hau
stoveneno demẽtiam creante,scilicet ruditate tumescere,accẽ-
di,arderéq;,nec posse restinguere:sed cõflagrare, populante to-
tam animam incendio,ideo meritò sequitur vltio,purgãs mẽ-
tem ab omnibus improbis moribus.dicitur enim: Tolles illũ
malum,non è ciuitate,aut regione,aut gente,sed ex vobisipsis.
nam in nobisipsis insunt & quasi foueas sibi fecerũt cogitatio-

nes culpabiles ac reprehẽdendæ,quas neceſſe eſt excidere quan do curam reſpuunt.Hunc igitur contumacẽ,proteruum,ſermo nes veriſimiles ceu ſymbola cõferentem in perniciem honeſta tis,mero ardẽtem & debacchantẽ in virtutes,& ſeipſum quoq; lædentem enormiter per temulentiam,æquum erat habere pa rentes accuſatores pro aduocatis:quorum eſt officium omnem admonitionem caſtigationémq; adhibere ſanabilibus. patris autẽ matriſq; vt communis appellario,ſic vires diſtinctæ ſunt. proinde rerum opificem patrem quoq; ſuæ creaturæ iuſtè poſ ſumus dicere:matrem autem,ſcientiam ipſius,cum qua cõgreſ ſus Deus,nõ humano more,proſeminauit creaturam.illa verò Dei ſemine concepto,enixa eſt iuſto partu vnicũ,illum dilectũ ſenſibilem filium mundum hunc.Quapropter à quodã diuino viro inducitur ſapientia de ſeipſa loquens in hunc modũ:Deus creauit me primam operum ſuorum, & ante ſecula fundauit me.Neceſſe enim erat vt mater nutrixq; omnium rerum crea turas omnes ætate antecederet.horum igitur parentum accu ſationem quis ferre poſsit? imò ne mediocrem quidem com minationem,aut leuiſsimam incuſatiunculam. nam ne dono rum quidem largitatis quiſquam capax eſt,ac fortaſſe ne mun dus hic quidem,ſed quaſi parua lacuna influente magno gratia rum Dei fonte celerrimè repleta ſupereffluit. & qui beneficia nõ poſſumus excipere,vltrices vires ferre poterimus? Verùm hi rerũ vniuerſarũ parẽtes à præſenti ſermone ſemouendi ſunt. ſatius eſt vt conſideremus diſcipulos eorũ familiarésq;, qui cu ram & præfecturã animarũ ſortiti ſunt,duntaxat non auerſarũ à muſis & docilium. patrem igitur dicimus illum maſculum perfectũ rectúmq; ſermonẽ:matrem verò diſciplinã illam en cyclicã,æqualem choreæ more ac rotundam, quibus tanquam parentibus obedire bonũ eſt atq; commodum. eius patris præ ceptum eſt,ſequi ac imitari naturã,nudam apertámq; veritatẽ conſectãdo.eruditio verò mater præcipit,inſtitutis iuſtis pare re,quæ per ſingulas ciuitates,gẽtes,regiones,ſtatuerũt qui pri mi veritatem tenuerũt,non tam re quàm opinione hominũ. hi parentes habent ordines quatuor filiorum.Vnus vtriq; obſequi tur,vnus neutri.primo cõtrarius.ex reliquisvterq; imperfectꝰ, alter patrem vehemẽter amat auditq;, matrem & eius monita negligit: alter contrà matris vt videtur amantior, huic mini ſtrat omnia,de rebus patris minimè ſolicitus.primus omnium iudicio palmã auferet,cõtrarius repulſam patietur & pernicie.

è reliq

è reliquis alter ſecũda,alter verò tertia ſibi vindicabit præmia: ſecũda qui patri obſequitur,qui matri,tertia.amatoris autẽ ſuę matris,qui vulgaribus opinionibus ducitur,& per multimoda vitæ ſtudia in omnigenas formas mutatur in morẽ Aegyptij Protei,qui quòd ingenio eſſet verſatili, nullam verã certámq; habebat ſpeciẽ,figura manifeſtiſsima Iothor eſt,effigies tumi ditatis,ciuitatem ac rempub. conuenarum miſcellaneorúmq; hominum vanis opinionibus elatorum euidenter exprimens. Cùm enim ille ſapiens Moſes vniuerſum populũ animæ ad pie tatem atq; cultum Dei reuocaret,& mandata huius legésq; ſa cratiſsimas promulgaret,dicẽs:ſi eis inciderit cõtrouerſia,& ve nerint ad me,diiudicabo ſingulorum cauſas,& componã iuxta leges ac præcepta Dei:accedens iſte Iothor opinione ſua ſapiẽs, diuinis bonis nõ initiatus,ſed aſſuetus humanis ac corruptibi libus,cõcionatur,& leges ſcribit cõtrarias legibus naturalib⁹, opinionem reſpiciens,cùm illæ ad res veras referãtur: attamẽ propheta & huius errorem miſeratus,admonẽdum ampliúsq; docendum putat hominẽ,vt relictis inanibus opinionibus,cõ ſtanter ſequatur veritatem.Nos,inquit,exẽpto & exciſo è men te inani faſtu migramus in regionem ſcientiæ,quę nobis certo debetur ex fide diuini oraculi.proficiſcere nobiſcũ,& bene tibi faciemus.reiicies enim damnoſam opinionẽ,pro qua lucrabe ris veritatẽ,quia nihil vtilius.Verùm iſte hoc quoq; carmine ni hil proficiente contra obſtinationẽ,haudquaquã ſequetur ſcien tiam,properè ad ſuum inanẽ faſtum recurrens, narratur enim reſpõdiſſe inuitanti:Non proficiſcar,malo in terram meam & gentem reuerti:hoc eſt, ad cognatam incredulitatem imbutã falſis opinionibus.Quoniam veram fidem, amicam viris forti bus non didicit.cùm enim ad oſtentationẽ pietatis dicit,Nunc cognoui magnum eſſe dominũ prædiis omnibus,ſuam ipſe im pietatem accuſat apud peritos iudices.dicturi ſunt enim: itáne homo impiè nunc demum cognouiſti, quam prius neſciueras omnipotentis magnitudinẽ?inueniſti quicquã quod antiquius ſit quàm Deus?poſſũtne poſteri maiorum ſuorũ virtutem ne ſcire:huius autem rerum vniuerſitatis nónne princeps eſt cõdi tor eius & pater?itaq; ſi nunc demũ ais à te cognitum, ne nunc quidẽ noſti,quia nõ ab initio creationis:nec minus in ſimula tione deprehẽderis,dum confers quæ nõ admittunt collationẽ, dicens te cognouiſſe maieſtatem eius Qui eſt, ſuperiorem diis omnibus.nam ſi verè noſſes eum Qui eſt, non crederes vllum

alium esse Deũ nullius potestati obnoxiũ. Sicut enim sol exortu suo stellas abscõdit, tanto suo splendore perfusis nostris oculis: ita quoties animæ oculi sincero, puro fulgidissimóq; luciferi Dei sensibili splendore irradiãtur, nihil aliud possunt inspicere. affulgens enim eius qui est cognitio nihil non illustrat, vt etiam quæ sunt per se splendidissima, collatione hac obscurentur. proinde cum falso nominatis diis nunquã certum verúmq; comparare sustinuisset, si eum verè cognouisset: sed quia vnum ignorabat, sequutum est vt multos quamuis reuera nõ sint, esse crederet, in qua sententia nemo non est, qui rebus animæ derelictis, miratur ista corporea coloribus figurisq; variata, vt sensus seduci faciles decipiant. Talis homo à legislatore Labã vocatur, qui veras naturæ leges nõ cernẽs subscribit falsis humanis legibus, dicens: Non est is mos in regione nostra, vt iunior puella prius elocetur quàm grãdior. nam iste putat seruandum ordinem tẽporis, æquum cẽsens antiquiora prius, recẽtiora posterius invsum adduci. at ille meditator sapientiæ, quippe gnarus naturarũ nullo subiectarum tẽpori, & recẽtiora prius, & antiquiora posterius appetit. cui moralis etiã ratio consona. nam meditatores opus habent primũ in iuuenilibus versari studiis, vt mox perfectioribus frui possint firmius. & ideo nunc quoq; honestatis amatores non prius ad grãdiores philosophiæ fores se conferũt, quàm penetratis recentioribus, grãmatica, geometriáq;, & encyclopædiæ tota musica. nã artes hæ sequestræ sunt sapientiã sincerè ambientibus & ex animo. Verúm alter ille agit callidé, volens nobis natu maiorẽ obtrudere: non vt eam habeamus propriam, sed vt iunioris illecebris inescati denuò, remittamus prioris desiderium: quod plerisq; vsu venit, ad erudi tionem per deuia tendentibus. qui ab incunabulis (vt vulgus loquitur) admoti ad perfectissimum philosophiæ studium, indignum rati nõ degustasse artes liberales, vix tandẽ ad eas applicuerũt animum. deinde à grandiore antiquioréq; consideratione ad minorẽ iuniorémq; delapsi, apud eam cõsenuerunt, vt nũ quam potuerint ad pristina recurrere. & hoc est opinor quod dicit: Absolue septennium huius, ac si dicat, ne sinas imperfectũ bonum animæ: sed cura vt finem assequatur ac terminũ. & adipiscaris posteriorẽ quoq; bonorũ ordinem, pulchritudinẽ corporis, & id genus cætera. Ille verò absoluturum quidem se non pollicetur, expleturum tamẽ, hoc est, nunquã omissurum quicquam quod ad incrementũ cõplementúmq; eius faciat, imo superatur

peraturũ difficultates omnes, etiamsi se innumera impedimenta in diuersum trahẽtia obiiciant. Videtur aũt satis manifestè docere scriptura, q̃ cõsuedines mulieribus magis quàm viris curæ sint, per verba Rachel mirãtis sola sensibilia. Sic enim patrem suum alloquitur: Ne molestè feras dñe, nõ possum tibi assurgere, quia iuxta consuetudinem mulierũ mihi est. Ergo mulierum est sequi vulgares consuetudines. certum est enim, consuetudinẽ pertinere ad infirmiores effœminatiorésq; animas: quandoquidem, virilis, robustæ, veréq; masculę rationis officiũ est, naturam ducem sequi. Miror autem veracitatẽ animæ, quæ in colloquio fatetur se non posse istis in speciem bonis assurgere, tamen veneratur singula, tantùm non ea sibiipsi præferens. quis enim nostrũ resistit diuitiis? quis reluctatur gloriæ? nemo omnium: sed quandiu his caremus, magnificè loquimur, vt frugalitatis amici, quæ modico contentis, æquis, liberalibúsq; ingeniis competẽtem vitam cõciliet, q̃ si alicuius iam dictorum spes, aut saltem spei leuis aura aspirauerit, vanitatis coarguimur. statim enim cedimus non valentes resistere: & proditi ab amicis sensibus, destituimur omnibus auxiliis animæ, iámque non dissimulanter, sed apertè in aduersariorum castra perfugimus, & meritò. adhuc enim laboramus muliebribus consuetudinibus, quas nõdum potuimus eluere, & ad viriles focos trãscurrere, sicut narratur de mẽte amãtissima virtutũ, Sarra nomi nata. huic enim omnia muliebria desisse discimus ex oraculo, cùm esset paritura progeniem, sine magistro docilem, appellatam Isaac. fertur etiam non habuisse matrem, marito cognata paterno tantùm, non item materno genere. sic enim is de ea dicit: Reuera soror mea est, ex patre non ex matre. Videlicet non ex materia sensibili, quæ iam consistit. iam dissoluitur, quæ mater, nutrix, altrixq; creaturarũ dicitur apud priscos cultores stirpis sapientiæ: sed ex omnium rerum autore patréq;. hæc igitur mulier extra totum corporalem mũdum promicans, & exhilarata diuinitus, pro risu habet humana fœdera, siue ad belli, siue ad pacis res pertinẽtia. nos autem à parum virili effœminatáq; consuetudine cum sensibus, affectionibus, rebúsq; sensibilibus deuicti, contra nihil eorum quæ apparẽt, insurgere possumus: verùm ab omnibus his quæ occurrunt, vel inuiti vel sponte trahimur. quòd si noster exercitus non valens patris mandata obire succubuerit, nihilominus subleuabitur auxilio matris, scilicet eruditionis mediæ, quæ iura legésq; in aliis alias ciuitatiorbus

bus instituit.sunt item quidam qui maternis rebus cõemptis, paternas amplectãtur totisviribus,quos maximo honore facer dotij dignatur recta ratio.horum acta si recenseamus, per quæ adepti sunt hoc præmium,cauillandi fortasse occasionem præbebimus imperitis,qui decepti obuiis rerũ imaginibus, latentes in obscuro vires earum non considerãt.nam qui vota,sacra, & omnes templi ceremonias tractant,(unt quod vix credas,homicidæ,fratricinę,familiarissimorum ac amicissimorũ interfectores,qui debuerant esse puri ex puris electi,nullo ne insciẽter quidem patrato cõtacti scelere.sic enim dicit scriptura: Interficiat vnusquisq; fratrem suum, & vnusquisq; vicinum suũ, & vnusquisq; proximum suum.& fecerunt filij Leui, sicut locutus est Moses.& ceciderunt è populo in illa die circiter tria virorum milia.Tantæ multitudinis interemptores laudat,dicẽs: Consecrastis hodie manus vestras domino, vnusquisq; in filio suo & in fratre suo,vt detur vobis benedictio:quid igitur dicendum,nisi communi quidem iure hos reos fieri, accusante matre publica consuetudine:naturali verò iure absolui,patrocinãte patre sermone recto & rationabili.nec enim,vt quidã opinãtur,viros interficiunt sacerdotes,animalia ratione prædita,quæ constant ex animo & corpore:sed quicquid est carni amicum à sua mente resecant:quòd existiment decorum esse sapientis legis cultoribus,alienare se ab omnibus rebus genitis,& habere illas pro hostibus. proinde fratrem non hominem, sed corpus animæ germanum occidemus, hoc est à diuina parte studiosa virtutis mortalem & affectibus obnoxiam separabimus. occidemus item propinquum,non hominem, sed sodalitium. hoc enim animæ & inimicũ est & familiare,alliciẽs eã in laqueos, vt affluxu rerum sensibilium mundata & obruta,nequeat ad cęlum caput attollere,salutaréq; natura illas diuinas atque pulcherrimas.interficiemus & proximũ. proximus autẽ menti est sermo qui profertur,probabilibus rationibus intermiscẽs falsas opiniones ad perniciem veritatis rei pretiosissimæ. cur eñ nõ plecteremus hunc quoq; sophistã sceleratũ, & quidẽ supplicio conuenientissimo,nempe silentio (nam sermonis mors est silentium)ne posthac intellectus distrahatur eius argutiis: postũque omnino alienatus à voluptatibus germani corporis, & propinquorũ vicinorúmq; sensuum præstigiis, solutus & liber dimissus,purè vacare his quæ intellectu percipiũtur.hic est qui dicit patri matriq; mortalibus parentibus:non vidi vos ex quo

res

res diuinas cõtemplatus sum.qui nõ agnoscit filios, ex quo innotuit sapiẽtiæ.qui agnoscit fratres quotquot nõ sunt abdicati à Deo,sed saluari meruerunt per illius gratiam. hic est qui arrepto siromaste,quasi μαστιόσας,& scrutatus naturas corruptibiles,quæ in cibo potúq; felicitatem collocãt,& ingressus fornacem (vt Moses inquit)accensam ardentémq; nimiis iniquitatibus,nũquam extinguibilem,vitam humanã videlicet, potuit mulierem per vuluam transfodere, quòd visa sit esse causa gignendi,vt quæ re vera patiatur magis quàm agat:atque etiam quemvis hominẽ substantiis affingentem affectus Dei autoris rerũ omnium.atqui hic homicida iudicaretur à multis qui libenter fauent mulierculis.sed Deus pater omnipotens dignatẽ eum laudibus maximis,& nũquam auferendis præmiis.ea fuerunt ingentia,& quidem germanitate quadam cõiuncta,pax & sacerdotium.erat enim egregium facinus,profligatis hominũ vulgi moreviuentium penè inuictis copiis,& cupiditatibus in animo ciuile bellum excitantibus,pacem cõstabilire:& ob hoc meritum non diuitias,non gloriam,non honorem, non principatum,non formã,non robur,non vllam dotem corporis, non terram,non cælum,non mundum vniuersum,sed antiquissimi numinis verum cultum honore summo dignum, & mirificum ordinem sacerdotij modis omnibus expetendum accipere.germana autem esse hæc præmia dixi nõ temerè,sed quia scio non posse verum sacerdotem fieri qui adhuc humanã & mortalem militet militiam,in qua vanæ opiniones ducũt ordines:sed requiri ad hoc virum pacatum,à bello tam alienum, vt etiam sit pacificus,perpetuóq; pacẽ colat sincerè ac simpliciter. tales sũt qui patrem & eius mandata magnificiunt, materna verò matrémq; ipsam negligunt.Infensus autẽ vtriq; parẽti, sic loquẽs inducitur:Nescio dñm istum, nec Israẽlem emitto. Hic videtur aduersari tum cõtendentibus recta ratione ad Deum, tum indolem eruditione constabilientibus,cõfunderéq; cuncta modis omnibus.& sunt hodiéq; (nondum enim humanũ genus à mera malitia repurgatũ est)qui nec pietati erga Deũ, nec societati naturali hominũ quicquã tribuunt, vtriq; impietatẽ præferentes, nec Deo grati,nec fidi sui similibus:atq; ita oberrant per ciuitates pestes earũ maximæ,præ curiositate miscentes setã publicis q̃ priuatis negotiis,vel potiꝰ,sivera dicẽda sunt,subuertẽtes vtraq;:quos oportebat tãq̃ diros votis placato numine auertere:sunt eñ pernicies omniũ in quos incidũt.quapropter

&

& Moſes decantat eorũ exitium,deletorũ prius quàm ipſi ſibi poſſent ſuccurrere,& propriis opinionibus abſorptorũ tanquã fluctibus.Dicamus igitur deinceps de his contrario genere hominum eruditionem rectámque rationem colentium.ad quos collati dimidiati erãt qui alterius tantũ parentis virtutes æmulabantur.hi ſunt & legũ, quas pater rectus & rationalis ſermo tulit,cuſtodes optimi,& morũ fideles diſpenſatores,quos inſtituit eorum genitrix eruditio.ab illo patre didicerũt honorare patrem vniuerſorum:à matre verò,nõ contemnere iura publicè recepta cõſenſu ciuium.Quãdo igitur meditator ille Iacob exantlans virtutis certamina,permutaturus erat aures pro oculis,verba pro operibus,profectum pro perfectione,benigniſsimo Deo volente illuſtrare mẽtis eius oculos,vt iam manifeſtè cerneret quæ prius auditu perceperat (oculis enim tutius creditur quàm auribus)inſonuit ei hoc oraculum:Non nominaberis poſthac Iacob.ſed Iſraël erit nomen tuum,quia cum Deo validus fuiſti,& cum hominibus. Eſt igitur Iacob diſcentis & proficiẽtis nomẽ,pẽdentis ex auditus viribus: perfecti verò Iſraël. nam viſionem Dei nomẽ id ſignificat. & quæ virtus poteſt eſſe perfectior,quàm eum Qui eſt videre?ergo qui ſummum illud bonũ vidit,laudatur à paterno maternóq; genere,fortis in Deo robuſtus apud dominum & homines,quoniam per hæc duo ſimul integrã illius boni poſſeſsionẽ adipiſcimur.edoctus enim cuſtodire leges patris,& iura matris nõ contẽnere, audebis ingenuè profiteri te obedientem patri filium & placentẽ in conſpectu genitricis.An-non ſatis eſt cuſtodire iura probata genitis hominibus,ſocietatis gratia:ſimúlq; diuinas ſanctiones,ob pietatis amorẽ?Quapropter fatidicus Moſes per apparatũ ſacrorum,vtriuſq; rei perfectionem deſignat. non temerè enim nobis arcã intus & extrà laminis aureis induit:nõ temerè ſummo ſacerdoti duas ſtolas attribuit,& duas aras ponit,exterioré ad victimas,ad ſuffitus interioré:ſed volens nos per hæc ſigna docere virtutes vtriuſq; ſpeciei.debet enim vir ſapiens & intus in anima inuiſibili,& in externis actionibus ornatus eſſe prudentia omni auro pretioſiore: quoties autẽ ab humanis ſtudiis ſecedens eum Qui eſt,ſolùm adorat, vnicolorem veritatis ſtolam induere,quã nihil mortale attigit.eſt enim linea,quæ materia non enaſcitur è mortalibus:rurſum quoties tranſit ad curam reipub.depoſita interiore alteram pictam & aſpectu nitidam ſumere.cùm eñ magna ſit in vita varietas, opus eſt varia ſapientia

ſapientia clauũ tenentis gubernatoris hic in ara ſeu,vita cõſpicua tergoris carnis cruoris& huiuſmodi corporeorũ videbitur magnam curã gerere,ne vulgarẽ multitudinẽ offendat,quæ bona corporis facit animi bonis proxima.in interiore verò omnibus rebus incruentis,incorporeis,non carneis,nec niſi rationalibus vtetur,quæ per thus ſuffimentáq; ſignificãtur.nam vt hæc nares,ſic illa totam animã explent ſua fragrantia.Sciendum tamen quòd ſapiẽtia cum ſit ars artium, videtur quidem variari diuerſis materiis,tamen verã ſuam ſpeciem immutabilẽ oſtendit acuto viſu præditis,& his qui nõ circumfuſa ei rerum mole diſtrahũtur,ſed ab arte ipſa impreſſum ei characterem perſpiciunt.Ferunt Phidiam illum ſtatuariũ ex ære,ebore,auro,aliíſque diuerſis materiis cõfeciſſe ſtatuas, in quibus omnibus vna eadémq; ars emineat: vt non ſolùm eruditi ſpectatores,verùm etiam valde imperiti opificẽ agnoſcãt ex ipſis operibus. quemadmodum enim in gemellis natura eodẽ ſæpe vſa charactere penè indiſcretas ſimilitudines exprimit:pari modo etiã perfecta ars,cùm ſit naturæ imago & effigies,quando aſſumit diuerſas materias,format & imprimit eãdem cunctis ideam, vt hac maximè ratione fiant cognata germanáq; ac gemella eius opera. idem igitur efficiet ea quæ ineſt ſapienti potentia. tractans enim de eo Qui eſt,pietas nominatur & ſanctitas:cum autẽ de cælo diſſerit rebúsq; cæleſtibus,phyſiologia:meteorologia verò,cum de aëre varietatibúsq; huius & mutationibus, ſiue per integras vices anni quadripartiti quas horas nominãt,ſiue per ſingulos menſium dierúmq; circuitus cõtingentibus. ethica verò cũ de corrigendis moribus hominum:cuius ſpecies ſunt,politica ad reip.curam, & œconomica ad rei familiaris pertinẽs: atq; etiam ſympotica,tractans epulas ac conuiuia. rurſum alia facultas eſt regia,regẽdis apta hominib⁹:alia legiſlatoria,quæ vetat aut præcipit.omniũ eñ horum ſapiẽs, verè πολύφιλος, id eſt multinominis,capax eſt,pietatis,ſanctitatis,phyſiologiæ, meteorologię,moralis, ciuilis,domeſticę,regiæ,legiſlatoriçq; ſciẽtiæ,& innumerarum aliarum facultatum,in quibus omnibus vnam eãdémq; ſpeciem habere videbitur. in hac autem de quatuor prognatorum ordinibus mentione illud præterire nõ libet, quod cõfirmat hanc diuiſionem partitionémq; capitum. nam faſtuoſum hunc & per ſtultitiam inflatum filium parẽtes hoc modo accuſant,dicendo:hic noſter,digito indicãtes inobedientem cõtumacémq;,vbi demõſtratiuè dicendo hic,declarãt

ſe &

se & alios genuisse,hoc est indoles generosas aut alteri parenti obsequẽtes aut vtriq;,quorum exemplum est Rubim. alios audiendi discendiq; cupidos,quorum est Simeõ. nam hic auditus interpretatur.item alios Dei supplices, quale est leuitarũ sodalitium.itẽ nonnullos canentes sonora nõ tam voce quàm mente hymnum gratiis agendis compositum, quorum præcentor Iudas, propter virtutem quæsitam labore voluntario. quosdam item mercedibus dignatos & muneribus,vt Issachar.alios contẽplatores cælestis numinis post derelictas sublimes cõsiderationes Chaldaicas,vt Abraham.alios à seipsis virtutem doctos, vt Isaac.item cõsilio viribúsq; pollentes amicos Dei. vt Mosen illum perfectissimũ.Meritò igitur istum contumacem,proteruum, symbola conferentem, id est peccata peccatis annectentem,magna minoribus,recentia veteribus,voluntaria non voluntariis.& tanquam vino calentem, per totam vitam ebrium debacchãtémq;,vt qui stultitię merum magnúmq; hauserit calicem,lapidari sacra lex iubet: quia & recti sermonis mandata patris sui,& disciplinæ matris suæ legitimas admonitiones sustulit: cumq; haberet fratres probos exemplum honestatis domesticum,ne horum quidem virtutem imitatus est,etiam prẽuaricari ausus,vt corpus Deum sibi fingeret,& Typhum Aegyptio more coleret,cuius signũ erat iuuencus aureus:circa quem choreas ducendo insani,carmen concinunt,non suaue,quale in comessationibus,epulis,festisq; cõpotationib⁹,sed reuera lugubre funestúmq; ,tanquam temulenti, multóq; Lyeo laxati neruos animæ. Narratur enim quòd Iesus audito tumultu populi dixit ad Mosen:Clamor pugnantium auditur in castris.qui respondit:clamor iste,quantum ego audio, nõ ad pugnam aut fugam hortator est,sed ad pocula.móxq; propinquior castris, videt vitulum & choreas.Quid autẽ hoc ænigma significet,docebimus vt poterimus. Res nostræ nunc trãquillæ sunt & quietæ, nunc perstrepunt importunis tumultibus.cùm silent,habẽt pacem:mediuerso bellum implacabile cùm tumultuantur.testis est qui hoc expertus didicit,tantò magis idoneus.audito enim strepitu populi,sic solicitum eius curatorẽ ac prẽsidem alloquitur: clamor pugnantium auditur in castris.nam prius quàm in nobis excitarentur ad clamorem irrationales impetus,mens erat stabilior.postquam autem animę regio strepere cœpit dissonis vocibus,affectiones his excitatæ seditionem intestinam cõmonent.cæterùm castra ad bellũ nata vidẽtur.vbi enim alias rixæ sunt

sunt & pugnæ cõtẽtionésq;, & cætera pertinacis belli facinora, nisi in hac vita quã in corpore agimus, quod allegoricè castra nominat.hæc castra solet intellectus relinquere,quando numine correptus ad eum Qui est,accedit contẽplaturus ideas incorporeas.Tollens,inquit,Moses suum tabernaculũ,tetendit extra castra,nõ propè,sed procul.qua figura subindicatur, sapientem migrasse à bello ad pacẽ,& à mortali confusoq; exercitu ad pacatam rationalium feliciúmq; animarum vitam diuinã. dicit autem & aliubi:cùm exiuero ciuitatem, expandã manus meas ad dominum,& cessabunt clamores. caue autem putes hæc loquentem hominem esse ex anima corporéq; contextũ,siue complexum,siue contemperatum, aut quomodocunq; tandem nominandum est hoc compositum animal,sed mentem sinceriss imam purissimámq;:quæ tantisper dũ in ciuitate corporis mortalisq; vitæ continetur se contrahit:& tanquam carcere inclusa, fatetur se non posse haurire liberiorem aërem. quòd si contingat eam ex hac ciuitate exire,quemadmodũ qui manicis pedicisq; ferreis soluuntur,sic solutos habens cõceptus animi cogitationésq;,liberis dimissisq; vtetur etiã actionib⁹,vt mox affectuum incitamenta cohibeantur.An-non voluptatis intensi clamores sunt:per quos quicquid libet impetrat?an-nõ & cõcupiscientiæ ferrea vox,minaciter flagitantis ministeria cessantiũ? an-nõ & aliorum affectuum multisonus est & clamosus strepitus?Verùm etiam si centum ora centúmq; linguas(vt poëtę loquuntur)vnusquisq; affectus habeat,ne sic quidẽ aures viri perfecti perturbare poterit, qui iã migrauit nolens in eadem cum eis ciuitate habitare amplius.cęterùm dicẽte illo cui tale quid accidit,corporeum exercitũ perstrepere bellicis clamoribus, procul pulso pacis amico silẽtio,facer sermo assentit: nõ negat enim clamorem esse bellicũ,alterius tamen generis putat quã nonnulli existimant,scilicet non cedentium aut vrgẽtium, sed qualem nimio vino grauati solẽt attollere,quod enim dicit,ad pugnam hortãtium,perinde valet ac si diceret,prælio vincẽtiũ. nam valida pugna parit victoriã,sic sapiẽtẽ illum Abrahã post fusos fugatósq; nouẽ reges,videlicet quatuor affectus& quinq; sensus,qui prẽter naturã mouebant,inducit scriptura hoc hymno cõfitentem & agentẽ gratias:Extendo manus meas ad dñm Deũ excelsum,creatorẽ cæli & terræ,si à funiculo vsq; ad corrigiã caligæ accipiã ex oĩbus quæ tua sunt.ostẽdit aũt, quantum equidẽ intelligo, creaturã omnẽ,cælum,terrã,aquã, spiritum,

animan

animantes simul & stirpes. quisquis enim ad solum Deũ tendit animæ viribus & ab eo iuuari sperat, meritò dicit, nihil accipiã ex omnibus rebus quæ tuæ sunt. non à sole diurnam lucem, non à luna cęterísq; sideribus nocturnum lumen, non ab aëre nubibúsq; pluuias, nõ ab aqua & terra potum cibúmq;, nõ ab oculis visum, non auditum ab auribus, non à naribus odoratum, non ab oris saliua gustum, non à lingua eloquiũ, non à manibus dãdi recipiendíq; facultatem, non eundi redeundíq; à pedibus, nõ respirationem à pulmone, nõ cõcoctionem à iecore, nõ ab aliis viscerib⁹ suũ cuiusq; vsum, nõ ab arboribus satísq; fructus annuos: sed omnia hæc ab illo solo sapiente, qui gratuitã suã benignitatem largissimè diffẽdit per omnia, atq; ita prodest omnibus. quisquis igitur eum Qui est, potest cernere, & hunc rerũ autorem agnoscit, creaturas eius minus quàm ipsum honorabit, absq; adulatione dotes earũ cõfitens. est autẽ cõfessio iustissima hæc ipsa: nihil à vobis, sed à Deo totum accipiã, cuius possessio sunt omnia: tamẽ per vos fortassis accipiã. estis enim instrumẽta immortalis eius gratiæ. at incosinderatus cæcã habens mentem qua sola Qui est cernitur, hac quidẽ nihil vsquam videt. sed quæ in mundo sunt corpora complectitur suis sensibus, putans hęc esse causas omniũ. quamobrẽ aggressus deos sibi fingere, simulacris, delubris, & aliis innumeris statuis ex varia fabrefactis materia repleuit orbẽ terrarũ habitabilẽ, pictores fictorésque, quos legislator noster exterminat è sua rep. inuitãs propositis ingẽtibus præmiis tũ priuatim tũ publice: vnde præter expectationem pro sanctitate inuecta est impietas. multorũ enim deorũ cultus in animis insipientium fit impietas, & honorem Dei negligunt qui mortalia cõsecrant: quibus non satis fuit solis lunæq; pro libito, atq; etiam telluris & aquæ vniuersæ imagines effingere, sed iam brutis quoq; ac stirpibus promiscuè diuinos honores concedunt. eos quomodo hymni victorialis autor increpet, iam ostendimus. Moses quoque pariter postquam vidit regem Aegypti, iactãtissimum illum intellectũ, cum d c. curribus, id est instrumẽtalis corporis sex motibus, & cũ triũuiris eorũ præfectis, qui etiãsi nihil in rebus sit stabile, tamen putant de cunctis sentiendũ tãquam certis & immutabilibus: hos inquã vbi vidit meritas impietatis pœnas luisse, & suum exercitum incursationem effugisse hostium, egregiè præter opinionem seruatũ, hymnum canit Deo iusto veróq; remuneratori, à decentissimo & huic felicitati aptissimo exorsus carmen: quòd

equum

equum & incessorem in mare proiecerit, & intellectum vectatũ à proteruo quadrupede, id est bruti affectus impetu, deleuerit, succursor & protector factus perspicacis animæ, cui perfectã salutem impertiit. idẽ vates & ad puteũ carmen occipit, nõ iam ob solum affectuum interitum. sed & ob acquisitam sapientiam possessionem incõparabilem, quã per puteum significat: quæ non in superficie sed in profundo habet laticem dulcẽ animabus sitiẽtibus honestatis, necessariũ potum ac suauissimum, priuatis autem nõ licet vel eruditionem haurire ex hoc puteo, sed solis regibus, quapropter dicitur: Saxo struxerunt eũ reges. Est enim officium magnorum imperatorum ædificare sapientiam, non istorũ qui armis terrã & mare subigunt, sed qui animæ potentiis varias in ea cõfusásq; turbas debellãt. horũ discipulos atq; familiares noscimus qui sic loquuntur: Pueri tui cœperũt summam virorum bellatorum qui nobiscum sunt. nemo est occisus, sed adduxit domũ domino quisq; vir quod inuenit. videtur hi quoq; rursum victoriale carmen occinere, perfectarum & principalium potẽtiarum cupidi. summarium enim & maximũ numerum rationũ fortitudinis à se captum aiũt: quos oportet bellicosos fuisse oppositos duabus legionibus: quarum vnius dux est difficilis venatu timiditas: alterius verò, furẽs audacia, vtraq; bonæ mentis expers. pulcherrimè autem dictũ est, neminẽ esse occisum, ad significationẽ integræ perfectæq; fortitudinis: sicut lyra & omne instrumentum musicũ deficit etiãsi vnicus tantùm sonus discrepet: concinnum verò est quando ad vnum pulsum consonantes, eandem reddunt symphoniam. eodem modo & animæ instrumentum discrepat quidem quando aut audacia nimis intensum sonare cogitur iustò acutius: aut timiditate supra modum remissum in grauiorẽ sonum laxatur. tum verò demũ cõsonat, quando fortitudinis omnisq; virtutis toni contemperati omnes vnam concinnã melodiam efficiunt: cuius symphonię cõcinnitatisq; magnum argumentũ est, quòd offertur donũ Deo. hoc autem est colere cõuenienter eum Qui est, apertè confitendo ipsius donũ esse hoc vniuersum quicquid rerum natura cõtinet. dicit enim appositissimè: Vir quod inuenit, hoc obtulit donum. Vnusquisq; nostrum quamprimũ natus est inuenit magnũ donum Dei totum mundũ, quem ille sibi & suis charissimis largitus est. sunt autem etiã particularia dona, quæ & Deũ dare decet, & homines accipere, nimirũ virtutes, & his conuenientes actiones: quarum inuentionem plusquam ex-

temporalem,propter eximiam largiẽtis celeritatem qua vti ſo
let,nemo nõ miratur,etiam in eo qui nihil præterea magnum
habeat.ideóq; rogat,Quid hoc tam citò inueniſti fili, miratus
affectus boni celeritatem.ille verò qui accepit beneficiũ,conue
nienter reſpõdet:Quæ dominus Deus tradidit traditiones eũ
& præceptiones hominum tardę ſunt,quas autem Deus facit,ce
leſtrimæ.vt etiam temporis motum ocyſsimum præueniãt.Hi
ſunt igitur duces qui ad fortitudinẽ & vim hortantes victoria-
lem ac gratulatorium hymnũ auſpicantur in choro, de quibus
modò diximus.alij verò qui ob fugã & imbelles animos clade
accepta lugubre canunt carmen,non tã vituperãdi quàm miſe
randi.haud ſecus ac qui à natura oblæſum corpus habent: qui-
bus vel mediocris languoris occaſio magnũ ad incolumitatẽ
affert impedimentum.alij verò nõ quòd molliores animi ner-
uos habeant ſuccumbunt inuiti,oppreſsi aduerſariorũ validio-
ribus viribus:ſed more volũtariam ſeruitutẽ ſubeũtium, vltrò
ſibi acerbos dominos aſciſcunt quãuis ingenui.& ideo cũvendi
non poſsint,miranda temeritate ipſi emunt dominos,idem fa-
ciendo quod ſolent iſti ebrioſi nũquam vino ſatiabiles. nam &
hi volentes non coacti magnã meri vim ingerunt, vt ſua ſpon-
te ſobrietate profligata ex anima ſibi conſciſcant delirium. ait
enim,Vocem hortãtium ad potationem ego audio:hoc eſt,non
inuitos furore laborantes audio,ſed vltrò ſibi accerſentes inſa-
niam.Omnis autẽ qui caſtris propinquat,vitulum videt ac cho
reas,& mox ipſe quoq; cõmouetur. in typhũ enim eiũsq; ſalta-
tores incidimus,quotquot prope corporea caſtra volumus gra-
dum ſiſtere,quãdoquidem cõtẽplatiui homines & res incor po-
reas viſere deſiderãtes,cùm ſint ab omni faſtu alieniſsimi,lon-
giſsimè remoti à corpore.ſolent degere.proinde ora Deum ne
vnquã hortator fias ad pocula,hoc eſt,ne vnquã ſpõte præcedas
in via ferente ad ruditatẽ & inſipientiã. mala enim quę inuitis
accidunt,dimidio leuiora ſunt,cùm nõ grauẽtur à ſincera con-
ſcientia,quod votũ tuum ſi exaudietur,iam nõ eris priuatus am
plius,ſed honorem acquires maximum,nempè ſacerdotium.ſo
lorum enim propemodum ſacerdotum & Dei cultorũ eſt offi-
cium ſine vino ſacra facere:q̃ vinum & quicquid creat delira-
tionem,ſanitati mẽtis ſit cõtrarium.Locutus eſt,inquit, dñs ad
Aaron dicens:vinum & ſicera nõ bibetis tu & filij tui tecum,q̃
ingrediemini in tabernaculum teſtimonij,aut accedetis ad al-
tare,& non morieminiꝫlegitimum ſempiternum in generatio

nes

nes veſtras,quo à profanis,ſancta,& ab impuris pura diſtinguã
tur. Aaron autẽ eſt ſacerdos,quod nomen interpretatur monta-
nus,ſublimis celſáq; ſapiens ratio,non per iactãtiæ molem ina
ni faſtu turgidã,ſed per magnitudinẽ virtutis,quæ mentẽ vltra
cælum attollẽs,non ſinit cogitare quicquam humile.qui autem
ſic affectus eſt, merum & omne venenũ inſaniam afferens nun-
quam vltrò ſibi admouebit.incumbit enim ei neceſsitas vt aut
ſacroſancta tabernaculi penetralia ingreſſus ſecretis ſacris o-
peretur,aut ad altare accedẽs victimas pro ſua populiq; ſalute
immolet.quæ negotia ſobrietate opus habent atq; ſolertia. me
certè ſubit mandati huius admiratio.Sicut enim venerãda res
eſt,ſobrios & ſui cõpotes ire ad vota & ſacrificia:ſic ediuerſò ri
dicula ſi quis corpore animóq; præ vino labãte id facit.niſi for
taſſe quoties domini & parentes & principes adeundi ſunt, cu-
rare decet ſeruos & filios & ſubditos vt ſobrij ſint,nequid dicto
factóve peccent,néve pœnam incurrant,ſi videantur dignitatẽ
maiorum contẽnere,aut ſi clemẽtius cum eis agatur, certè irri
deantur:omnipotentẽ verò patrẽ aliquis adoraturus cibum,po
tum,ſomnum,cæteráq; quorum vſum natura poſtulat non mo-
derabitur?malétq; ad lautiorẽ victũ declinãs imitari luxu per-
ditos?& oculis nimio vino grauatis,vacillante capite, obliqua-
ta ceruice,crapulam ructans, totóq; corpore languidus, aquã
abluendis manibus aut aras attinget ac victimas?atqui tali nõ
eſt fas vel procul ſacros ignes intueri.quod ſi hæc intelligãtur
nõ de tabernaculo altariq; conſtructo ex viſibili & inanima &
corrupribili materia,ſed de illis inuiſibilibus ſola mẽte cernẽ-
dis,quorũ iſta ſunt ſenſibiles imagines,tãtò magis obſtupeſcet
ad huius præcepti miraculũ. quoniã enim omniũ rerum aliud
exemplar aliã imaginẽ fecit opifex, virtutis quoq; archetypũ
primò fecit, quo mox expreſsit characterẽ ei ſimillimũ. quod
quidẽ archetypũ ſignaculũ incorporeũ idea eſt:imago autẽ ex-
preſſa corpus iam ſenſibile quidẽ ſuapte natura,nõdum tamen
expoſitũ ſenſui:ſicut in altiſsimi oceani gurgitibus enatũ lignũ
diceremus poſſe quidẽ vri, nõdum tamẽ igni obnoxiũ, quippe
marino humore madidũ.Ergo tabernaculũ & altare intelliga-
mus ideas,alterã virtutis incorporeæ ſignificatiuã,alterã ſenſi-
bilis eius imaginis.altare quidẽ.& ſuperimpoſita,videtur faci-
lè:vel quia ſunt in atrio foris,vel quia noctu ac interdiu perpe
tuis illuſtrãtur ignibus:tabernaculũ verò & quicquid eo cõti-
netur, nõ patet oculis:nõ ideo tantũ, quia ſitũ in penetralibus,

p ij verùm

verùm etiam quia propinquanti, aut curiosius intuenti, sine clementia supplicium lex intentat: nisi quis integer sit & purus ab omni magna paruáq; noxa, omnibus naturæ dotibus præditus, nã huic permittitur vt quotannis semel ingressus inspiciat non videnda cæteris, quando in hoc vno incorporeorum incorrupti bilium q; bonorum alatus amor cælestis inhabitat, is quãdo ab idea perculsus sequitur signaculũ illud quod particulares virtutes exprimit, considerando mirandóq; pulchritudinem eius diuinissimã, ad quam accedit expressam ab illo archetypo, mox eũ subit ruditatis & ineruditionis obliuio, succedente eruditionis ac scientiæ memoria. & ideo dicitur: Vinum & sicera nõ bibetis tu & filij tui tecum, quando ingredimini tabernaculum testimonij, aut ad altare accedetis. quæ verba non tã interdicentis sunt, quàm decernentis pro sententia. nam interdicens sic loqueretur: vinum quando sacrificabitis ne bibatis. q verò sententiam profert, mauult dicere non bibetis. nõ est enim possibile vt insciti ã causam ebrietatis deliration isq; animę in se admittat, qui iustitiam meditatur, & oblectat se per singulas virtutũ species. solet enim scriptura hoc vocare tabernaculum testimonij: siue quia verax Deus virtutis testis est, cui non sine bono nostro credimus: siue quia virtus confirmat animas extirpãs cogitationes incertas ac dubias: & in vita quasi pro tribunali veritatem reuelãs. Ait enim propheta nõ morituru s qui sobrius sacrificat: quòd ruditas mortem, immortalitatẽ afferat eruditio. nã sicut nostris corporibus interitũ morbus, incolumitatẽ affert sanitas: itidẽ animas prudẽtia seruat, cùm ipsa sit mentis sanitas: imprudentia verò interemit, cùm sit morbus earũ insanabilis. Addit autẽ disertè, hoc legitimũ æternum: docens nos immortalem hanc legem esse inscriptã naturæ tabulis, quæ pronũtiat eruditionẽ rem saluberrimam, insciti ã verò causam morbi ac interitus, quin & hoc inde discimus, id quod verè legitimũ est: consequenter æternũ esse, quãdo & recta ratio, quæ legis vicem obtinet, non est corruptibilis. nam ediuerso quicquid iniquum, vix vno die durabile à seipso dissoluitur, cõfessione omniũ qui sapiunt. propriũ autem legis & eruditionis est, profana à sacris, ab impuris pura discernere: sicut ediuersõ iniqtatis & ineruditionis, inter se pugnãtia cõfundere cõmisceréq; omnia. Quamobrem & Samuël regum prophetarúmq; maximus, vinum & quicquid epotum inebriat, sicut sacra eloquia testantur, ad extremum vsq; diẽ non bibit. ascriptus est enim in diuinum exercitum,

citum, qui nunquam imperatoris sapientissimi prouidẽtia destituitur. is Samuël fuit fortassis homo, accipitur tamen non vt cõpositum animal, sed vt mẽs, solo Dei cultu ac ministerio gaudens. interpretatur enim ordinatus Deo, eò q; actiones eas quæ à vana gloria proficiscũtur, grauem turbationẽ ordinis existimet. hic ex humana matre nascitur, cuius nomẽ interpretatur gratia. nã sine diuina gratia nõ est possibile vel deserere mortalia, vel immortalibus semper ahærere. cæterùm quæcunque anima impleta fuerit gratia, gaudet confestim & ridet exultátq;, bacchatur enim, ita vt vulgò ebria videatur insanire rapta extra se. & idem dicitur ad eam à quodam puerulo, non vno, sed à quolibet iuueniliter petulante: Quousque temulenta es? aufer istam temulentiam à te. Solet enim correptorum numine non solùm anima concitari ceu quodam œstro, sed & corpus erubescere incandescéreq;, interno gaudio prorumpẽte in exteriora: quæ res multos insipientes decipit, qui sobrios vino madere autumant. est tamẽ quædam ebrietas etiam sobriorum, qui bona mera hauriunt, & propinationes à perfecta virtute accipiunt. cæterùm qui temulenti sunt, ne degustant quidem prudẽtiam, qua abstinendo famem eius sentiunt cõtinuam. meritò igitur ad iuuenilem irrisionem venerandæ austeræq; vitæ insultantẽ respondetur: Mulier dura dies ego sum, vinum aut potum inebriantem non bibi. & effundam animã meam coram domino. Ingẽtes opes animæ, quæ gratiis Dei plena est. primum duram diem vocat seipsam, respiciens illudentem puerulum. nã huic & cuius insipienti aspera, ardua, difficillimáq; videtur via ducens ad virtutem sicut & quidam è priscis testatur, dicens:

Omnino vitium facilè est contingere cuiuis.
Contrà virtutem sudoribus vndique diui
Præsepsere, & longus ad hanc perq; ardua callis,
Asper & est primum: sed vbi alta cacumina victor
Contigeris iam fit facilis, licet ardua dudum.

Deinde negat se vino & potu inebriante vsam, & perpetua vitæ sobrietate gloriatur. nã obtinere cogitationem liberã, puram, immunémq; ab affectionibus perturbatricib', res est profectò admiratione dignissima. Vnde fit vt intellectus sobrietate mera saturatus, semper & per omnia cũ Deo versari, pperet. Quid enim aliud sibi volunt illa verba, Effundã animã meã in conspectu domini, nisi totam meipsam ei consecrabo? id fit quoties quis abruptis quibus prius stringebatur vinculis, quæ mortalis

vitæ indiderant vana ſtudia,exolutus omnibus, & intãtum exſpatiatus,extentus,effuſusq;,vt vel ad extremos mundi pertingat terminos,ad pulcherrimã celeberrimámq; illam Ingeniti contẽplationem penetrat.hic igitur chorus ſobriorũ eſt,eruditionem ducem ſequentium:alter verò prior ebriorum, cuius princeps inſcitia fuerat.Quoniam autẽ ebrietas nõ ſolùm deliberationem ſignificauit,natam ex ineruditione,ſed & in totũ ſenſus priuationem,quam in corpore nimium vinum producit,in anima verò ignoratio eorũ quæ meritò ſciri deberent:ſupereſt vt dicamus paucis de ignorantia,duntaxat ea memorãdo quæ ſunt opportuniſsima.quis igitur eſt morbus corporis, cũ quo conferẽda ſit ignorantia?aut cum cuius ſenſus priuatione conferri poteſt?certè qui oculis auribúsq; mulctati ſunt, nihil vel videre vel audire valent,diei lucísq;,propter quæ ſola(ſi verum fatendum eſt) vitam expetimus,neſcij:& in perpetuis tenebris ſempiternáq; nocte habitant,ſurdi ad parua magnáq; omnia: quos meritò vita communis impotentes ſolet nominare. nam etiamſi reliquæ corporis vires vniuerſæ incolumes ſint & abſolutiſsimæ,tamen ſupplãtatę ab orbitate oculorũ auriúmq;,magno caſu corruunt,vt nõ amplius poſsint reſurgere.id eñ quod hominem fulcit,verbo quidem pedes ſunt,reuera autẽ auditus viſúsq;:quos donec habet integros,erectus incedit, priuatus verò his,proclinatur & è medio tollitur.iidem omnino ignorantiæ ſunt effectus in anima,læ lentis eius viſum auditúmq;, nec lucem nec ſermonẽ in eam intrare ſinẽtis:hunc nequid doceat, illam ne res indicet:atq; ita offuſis irrationalib⁹ tenebris profundiſsimis,ex formoſiſsima animæ ſpecie ſurdum ſaxũ redditur.nam ignorantiæ contraria ſcientia quodãmodo animæ pro oculis eſt & auribus:quippe quæ & intẽdit animũ in ea quæ dicuntur,& res diſpicit:nec vnquam vel videndo vel audiẽdo falli ſuſtinet:ſed quicquid auditu ſpectatúq; dignum cenſet conſiderat cõtemplatúrq;:& ſi forte itinere terreſtri aut nauigatione opus eſt,peruadit vſq; terræ ac maris terminos,vt plura videat,& aliquid recẽtius audiat. impigerrimus enim eſt amor ſcientiæ.inimicus ſomno,amicus vigiliis.proinde ſemper excitans & acuens cogitationem, cogit eam obambulare omnia, auditũ faciens auidum.& ingentẽ ei diſcendi ſitim inſtillans. ergo ſciẽtia viſum auditúmq; præbet. quibus freta bene ſe gerit anima.nã qui videt auditq;,ſcit quid ſit vtile,& id experẽdo, fugiendóq; cõtrarium, proficit.ignorãtia verò grauiorẽ quàm corporis

corporis mulctationẽ animæ inferens,omniũ peccatorũ cauſa ſit:quãdo caret omni externa ope,vt quæ nec ipſa ſibi proſpicere poteſt.nec præmoneri ab aliis.proindevſquequaq; deſtituta, & derelicta à cuſtodibus ac præſidibus,à quibusvis hominibus rebúsq; patitur inſidias.cauẽdum igitur ne vnquã tãtam meri vim ingeramus,vt ſenſus officium non faciãt: néve tam longè diſcedamus à ſciẽtia,vt ignorãtia ſuas denſiſsimas tenebras in anima poſsit ſpargere.Sunt aũt duo genera ignorãtiæ,ſimplex alterũ prorſus ſenſu carẽs:alterũ duplex,cũ quis non modò inſciẽtia tenetur,verùm etiã putat ſe ſcire quæ haudquaquã ſcit, elatus falſa opinione ſapiẽtiæ.prius malũ eſt leuius, vt quod leuiora peccata gignit,pleráq; inuolũtaria,ſecundũ verò maius, vt quod maiora parit,nec ſolùm inuolũtaria, verũ etiã iniqua de induſtria.talibus mihi videtur Lot ille filiarum genitor eſſe obnoxius maximè,qui maſculum & perfectũ in anima germẽ educare nõ potuit.duas eñ filias ex vxore in ſaxũ pòſt mutata ſuſcepit,quã nõ aberrauerit ſi quis appellet cõſuetudinẽ inimicam veritati ſuoptè ingenio,& quoties ab aliquo ducitur à tergo reſtitantẽ,reſpectãtémq; antiquas ſodales,& in morẽ inanimæ ſtatuæ remanentẽ in earũ medio.filiarũ autẽ ſenior quidẽ vocabitur cõſilium,iunior verò aſſenſio. nam cõſilio comes eſt aſſenſio,poſt aſſenſionem autem nemo conſultat vlterius.mens igitur ſedẽs in ſuo conſiſtorio,ſolicitare filias incipit,& cũ grandiore quidem conſilio conſiderat atq; ſcrutatur ſingula,cum iuniore verò aſſenſione facilè quibusvis annuit,vt infeſta ꝑ amicis complectatur,ſi modò voluptatis eſca inuitet vel minima. hęc autẽ ſobria quidẽ cogitatio nõ ſuſtinet,ſed occupat à temulentia:& velut vino extra ſe rapta.ideo dicitur:Potauerũt patrẽ vino:vt omnino impos fieret ſenſuum intellectus,qui prius videbatur idoneus per ſe ad conſultãdum de rebus vtilibus,facilè tamen quibusvis veriſimilibus vt veris certiſq; aſſẽtiẽs:cũ natura humana haudquaquã ſufficiens ſit manifeſtè quicquam diſpicere,& vel quaſi vtile ac verũ eligere,vel vt falſum ac inutile fugere.multũ enim tenebrarũ offuſum corporib⁹ rebúsq;, non ſinit ſingulorum naturã conſpici:imò etiã ſi quis curioſior aut diſcendi cupidior conetur introſpicere proprius,tanquã luminibus orbati offenſans,prius quàm aliquid apprehẽdat prolapſus fruſtratur.nã ne prælucente quidẽ eruditione intellectus proprium inde lumẽ ſibi valens accẽdere,ad res inſpiciẽdas nõ tam iuuatur quàm impeditur.ſic enim natura cõparatũ eſt, vt

paruus ſplendor extinguatur à magnis tenebris: quo extincto nulla eſt viſus vtilitas, quiſquis autẽ ſibi placet vel conſilio vel facultate diſcernendi inter fugienda & ſequenda, monẽdus eſt: ſi earundem rerũ eædem & indiſcretæ ſemper nobis imaginationes acciderent, fortaſſe neceſſariò ſequuturũ vt quas nobis natura dedit iudicãdi facultates geminas, ſenſum & intellectũ, tanquam veraces admiraremur, nec decipi faciles, quippe quæ primo aſpectu quid expetendum, quid fugiendum videant. ſed quoniam cõpertum eſt nos aliàs aliter ab eis affici, nõ poſſum' quicquam certò aſſeuerare, cùm id quod apparet nõ maneat firmum, ſed in varias ſubinde transformetur facies. neceſſum eſt enim vt inſtabilis imaginationis inſtabile ſit etiam iudicium, idq; multis de cauſis: quarum prima eſt animalium nõ vna tãtùm parte, ſed plures penè quàm dici poteſt differẽtiæ, in generatione horũ & habitudine, in cibo & victu, in his rebus quas expetũt & fugiunt, in ſenſuum actionibus & cõmotionibus, in corporũ animarúmq; innumerabilibus proprietatibus. namvt omittamus iſta quæ iudicãt, inſpice quædã ex his quę iudicant, vt chamæleontem & polypũ illum aiunt mutabilẽ colore ſemper loca referre in quibus degit: hunc verò ſaxa quibuſcunque adhæſerit, forſan à natura ſaluti eius proſpiciẽte donatum hoc verſatilis coloris remedio cõtra pericula. Vidiſtin' vnquam columbæ ceruicẽ ſolaribus radiis expoſitã quàm multis modis colores variet? puniceum, ceruleum, igneum, & carbũculi ſpeciem referentẽ, pallentem item, rubentémq;, & alios omnigenos, quorum ne vocabula quidẽ memorare ſit facile. apud Scytharum quoq; gentem, quem Gelonos vocant, fertur mirãdum animal, rarò quidem, naſci tamen. tarandum nomine, magnitudine bouis, facie verò ceruo quàm ſimillimum. de hoc narrant, pilum eius omnia propinqua, ſiue arbores, ſiue alia, colore imitari, & per eam ſimilitudinẽ fallere in quẽcunq; inciderit, atq; ita magis quàm viribus periculũ à venatoribus imminẽs euadere. hæc & ſimilia certiſsimũ argumentum ſunt, nos non poſſe quicquam certò cõprehendere. deinde vt omittamus anima lia reliqua. ſoli homines immane quantum in rebus omnibus inter ſe differunt: qui nõ modò aliàs aliter ne iiſdem iudicant, ſed & alij aliter. dum iiſdem quidam delectãtur, quidam offenduntur. nam quæ his probantur, aliis diſplicent: quæ hi vltrò acceſſunt vt domeſtica, alij procul in malam rem profligãt vt alieniſsima, equidem fortè fortuna theatrum ingreſſus aliquo

ties

ties, animaduerti ad vnũ carmen tragœdorũ citharœdorúmve in ſcena certantiũ alios ſic demulceri, vt non temperarent ſibi quin aſſurgentes acclamarent & applauderent: alios nõ magis moueri hoc, quàm illos ipſos gradus ſaxeos quibus inſiſterent: alios in tantum offendi, vt è theatro ſe proriperent vtraq; manu cõpreſsis auriculis, nequid ex eo ſono reliquũ moleſtiã crearet faſtidioſis animis, quid attinet iſta dicere? vnuſquiſq;, ſi ipſũ per ſe cõſideres, quod vix eſt credibile, innumeras mutationes in corpus animãq; recipit, quæ modò expetierat fugiẽs, haudquaquã mutata, ſed in eodem ſtatu manentia. eadẽ enim aliter à ſanis accipiũtur, quàm ab ægrotis, aliter à vigilantibus quàm dormientibus, aliter à pubeſcentibus quàm ſeneſcentibus: imò qui ſtat alias quàm qui mouetur imaginationes concipit, alias intrepidus quàm timidus: item mœrẽs quàm gaudẽs, infenſus quàm beneuolus. Quid opus verbis prolixioribus? dicam compendiò: quiuis corporis animæq; motus, ſiue iuxta naturã ſiue cõtrà factus, cauſa eſt vt quæ apparẽt, mutari videantur, inconſiſtẽtibus ſomniis ſimillima. nec minima cauſa imaginationũ inconſtãtiæ ſita eſt in conſideratione, in diſtantiis, in locis quibus cõtinentur ſingula. an non videmus in mari piſces extẽtis natãtes pinnulis ſemper maiore ſpecie quàm qua re vera ſunt? itidem remos vel rectiſsimos, fractos in aqua videri cõtingit. hæc longè falſiſsimas imagines obiicientia ſolent mentẽ decipere. interdum enim cùm ſint exanimata, putantur viuere, & ediuerſò quæ viuunt, eſſe mortua. item quæ ſtant, moueri: quæ mouentur, ſtare: quæ accedunt, recedere: quæ recedunt, accedere. breuia videntur, quæ prælonga ſunt: quæ angulos habent, diceres teretia: aliáq; innumera fallũt aſpectũ, quibus nemo prudens tãquã certis ſubſcriberet. quid qualitates factitiæ, in quibus addidiſſe detraxiſſéve aliquid multũ profuerit aut obfuerit, præſertim in his quæ tractãt medici? nanq; horum compoſitiones recipiunt qualitates certis terminis dimenſas & regulis citra quas non licet cõſiſtere, ſicut nec progredi vlterius tutum eſt. nã diminutio remittit eorũ vim, ſicut intẽdit additio. Vtrũque autem noxam affert: alterũ ob virium defectum inefficax, alterum violente lædens prę nimietate earũ. leuitates quoq; ac aſperitates, denſitates oppilationéſq;, & his contrariæ raritates apertionéſq; quantũ ad auxiliũ noxámve cõferant manifeſtum eſt. Ac ne illud quidem ignotum, q̃ penè nulla res, ſi conſideres ipſam per ſe, intelligitur, ſed collatione cũ ſuo cõtrario exami-

p v natur

natur,vt paruum collatum cum magno,aridum cum humido, frigidũ cum calido,graue cum leui,nigrũ cum albo,infirmum cum valido,purum cũ multo.Similiter etiam quæcunq; ad virtutem referuntur aut vitium,vtilia noſcuntur per noxia,honeſta adhibitis ediuerſò turpibus,iuxta & in genere bona cũ iniuſtis & malis cõpoſita. deniq; quicquid aliud in vniuerſo mũdo conſideraueris,ad eandẽ formulã iudicari cõperies. Nam per ſe vnumquodq; cõprehendi non poteſt,ſed cum altero cõparatum venit in notitiam.Quicquid autẽ de ſeipſo teſtari non poteſt,egẽs alterius patrocinio,infirmã fidẽ habet.itaq; ſic quoq; coarguuntur qui facilè de quavis re vel negantvel aſſerunt.nec mirũ:nam ſi quis vlterius in res progrediatur, & colluſtret eas ſincerius,ſciet quod ne vna quidẽ res iuxta ſimplicẽ ſuam naturam nobis occurrit,ſed omnes multipliciter tẽperatę mixtæq;. Colores ſine mora comprehendimus.at quomodo?nónne foris cum aëre ac lumine,intus in ipſo viſu cũ humido ? dulce verò & amarũ quomodo probaretur abſq; oris humoribus? quid ſapores grati naturę vel ingrati?quid ex ſuffitu odores,nũ ſimplices ſincerásq; naturas præ ſe ferunt?an potius mixtas ex ipſis & aëre,interdum etiã ex igne liquãte horũ corpora,& ex facultate quæ ineſt naribus? Ex his ſanè colligitur,nec colores à nobis percipi,ſed temperaturã conſtantẽ ex ſubiectis & lumine: nec odores,ſed mixturã quæ cõſtat è corporũ exhalationibus & omnium capace aëre:nec ſapores,ſed id quod cõficit è re guſtabili,& humore ſaliuaceo.Hęc cùm ita ſe habeãt,dãnãda eſt ſtultitia,ſeu arrogantia,ſeu temeritas eorũ, qui facilè vel aſſerere, vel negare de quavis re ſuſtinẽt.ſi emẽ ſimplices facultates abſunt,mixtæ verò & collatitiæ nos fruſtrãtur, impoſsibile eſt vt cernãtur inuiſibiles,& per mixta intelligatur vniuſcuiuſq; forma,ad eam mixturã cõferẽtis ſuã portionẽ.Quid igitur ſupereſt,niſi vt neceſſariò ſuſpendamus ſentẽtiã?Illa quoq; deterrẽt ne temerè credamus incertis,quæ penè per totũ orbem diffuſa ſunt,cõmunem tũ Grẽcis,tum barbaris in iudicãdo lapſum inducẽtia quæmã?inſtitutiones ab ætate tenera,conſuetudines patriæ,leges antiquæ,ex quibus vniuerſis in nullo cõſentiunt oẽs, ſed per ſingulas regiones,gentes,ciuitates,vicos deniq; ac domos,ſaltẽ viri diſcrepãt à mulierculis,& pueri à cæteris. Nam quę nobis turpia videtur,illis honeſta:quæ decẽtia, illis indecora:iniqua,iuſta:impia,ſancta:legitima,illegitima: vituperãda, laudabilia:puniẽda,honore digna,& cætera decernũtur contraria.

ria.Sed quid opus eſt his immorari prolixius, cũ reuocent nos magis neceſſaria?q; ſi quis velit omiſsis aliis recentioribus ſpectaculis,inquirere in præſens capitulũ diligentius, & examinare ſingillatim educationes,mores, leges, regionum,gentiũ,locorum,ciuitatum,ſubditorum, principum, clarorum,obſcurorum,liberorum,ſeruorum,doctorum,indoctorum, non vnam alterámq; diem,nec menſem aut annũ,ſed totam vitam in hoc conteret vel longiſsimã:nihilominus pleraq; conſiderationem eius effugient.cùm igitur alij ab aliorum iudicio non modicũ diſtent,& adeò diſcrepent, vt pugnent etiam inuicẽ, neceſſariò cõſequitur vt etiã allabantes imaginationes rerũ differant inter ſe,& pugnantes ſint de his ſententiæ.quæ cũ ita ſint,quis eſt tam demens & delirus vt, certò affirmare audeat,hoc aut illud eſſe iuſtũ,prudens,honeſtũ,vtile?quicquid enim hic decreuerit, alius irritabit meditatus à teneris vnguiculis cõtraria.Equidẽ nõ miror ſi miſcellanea cõfuſáq; turba,mor ũ legúmq; vtcũq; inductarũ ſerua,ab incunabulis obedire his haud ſecus ac dñis atq; tyrãnis aſſueta,& animã cõtuſa colaphis,nihil magnũ & virile valens ſapere,credit acceptis ſemel maiorum traditionibus:& mentem ſinens inexercitatã,ſine ſcrutatione ac examine vel affirmat vel negat.philoſophos quos vocãt miror,quorum pleriq; ſimulantes ſe venari manifeſtã in rebus certitudinẽ, ca teruatim diuiſi,decernunt diſſona,interdũ etiã contraria, non de vna quapiam haud magni momẽti re, ſed propemodum de omnibus magnis paruiſq;,de quibus ſolẽt quærere.cũ enim hi mundum infinitũ inducant,illi finitũ:hi creatum affirment,illi negẽt:hi ſine præde principéq; temerè arbitratu ſuo ferri eum contendant,illi credant prouidentia,curáq; mirifica & vniuerſum & partes eius Deũ regere ac gubernare ita vt in tuto ſint: qui fieri poteſt vt de ſubiectis rebus eoſdem cõceptus habeãt? iam quæ in natura boni conſiderãda imaginationes obueniũt, nónne ſuſpendere aſſenſionem potius quàm aſſentiri cogunt? dum alij bonum eſſe cẽſent ſolùm honeſtum,idq; reponunt in anima:alij diuidũt hoc in quaſdam minutias,& vſq; ad corpus externáq; protendunt.hi dicunt felicitates à fortuna cõceſſas, corporis eſſe ſatellites,vt ſanitatem, robur, integritatem, omnium ſenſuum,& huiuſmodi cætera ſtipantia regiam animã, cùm enim tres ſint bonorum ordines,tertium & extremum ſecundi & medij propugnatorem eſſe: ſecundum verò primi munimentum protectoriumq; factũ maximum.De his ipſis, & de diuerſis

diuersis vitæ rationibus, de finibus ad quos actiones omnes dirigendæ sunt, déq; aliis innumeris quæ tractantur in rationali morali, naturaliq; philosophia, disceptationes nascuntur ineffabiles, de quarum nulla in hodiernum vsq; disceptatores isti cõsentiũt. meritò igitur cum duabus filiabus, cõsilio assensionéq;, coniunctus & vnà cubans intellectus, ignorantia laborare inducitur. dicitur enim, & nescivit quando accubuerunt, aut quãdo surrexerunt filiæ. nam nec somnũ, nec vigiliam, nec quietẽ, nec motum videtur certò cõprehendere: sed etiã cùm optimè cõsuluisse putatur, incõsultissimus deprehẽditur, rebus ad expectatum finẽ non perueniẽtibus: & quoties subscribere quibusdam vt veris placuit, facilitatis incurrit infamiã, quam primùm cõperiuntur incerta dubiáq;, quibus prius crediderat vt certissimis: itaq; cũ negotia soleãt cõtra opinionẽ cadere, nihil tutius fuerit quàm assensum suspẽdere. Hactenus de his, nũc vertam' sermonem ad sequẽtia. diximus suprà temulẽtiæ nomine significari etiã illud quod multis sæpe attulit noxas maximas ignaui vẽtris studiũ, cui deditos videre licet, etiãsi omnes corporis lacunas expleuerint, adhuc tamen inexpletas ac inanes habere cõcupiscẽtias. isti quãuis præsaturitate distẽt ad modicũ tempus tanquã athletæ lassi respirãt, tamen mox ad idẽ certamen reuertũtur. Proinde rex Aegyptiæ regionis, id est corporis, paulò antè infensus visus pincernæ ministro temulẽtiæ, mox ei recõciliatus in sacris libris introducitur, glisceãte cõcupiscẽtia tactus eius desiderio, idq; in die natiuitatis corruptibilis, non in incorruptibili luce illius Ingeniti luminis. dicitur enim fuisse dies natalis Pharaonis, qñ è carcere principẽ pincernarũ reuocauit ad ministeriũ. hoc enim propriũ est amatori corporis, vt præclaras putet res natas & corruptiles, eò q; densissimis tenebris præpediãt, quò minus noscat incorruptibiles. ideo statim principium voluptatẽ temulentiã, eiúsq; ministrũ beneuolentia cõplectitur. Sunt autẽ luxuriãtis animæ tres familiares cubicularij, princeps pistorũ, princeps coquorũ, princeps pincernarum, quorum admirandus ille Moses sic meminit: Et iratus Pharao duobus eunuchis, pistorum principi & pincernarũ principi, misit eos in carcerẽ principis coquorum. est autẽ & coquorum princeps eunuchus. dicit enim aliubi: abductus est Ioseph in Aegyptũ, & emit eum eunuchus Pharaonis princeps coquorum. & rursum: Vendiderũt Iosephũ spadoni Pharaonis coquorum prĩcipi. sed cur nec viro nec mulieri cõmittũtur dicta officia?

cia? An quia seminare viris, semẽ excipere mulieribus à natura datũ est, ex quorũ cõgressu & natiuitas omnium & generis conseruatio prouenit. sterilis autẽ castratáq; animæ officiũ est gaudere pistoriis operib' sumptuosis atq; poculis, & curiosis condimẽtis cupediariorũ, vt quę necvirtutis verè masculũ semẽ emittere valeat, nec emissum excipere nutriréq;, sed tanquã exile saxosumq; aruũ, tantũmodo apta sit ad corrũpendum ea quæ semper viuere debuerãt. Hic decrerum statuitur cõmuniter omnibus vtilissimũ, quòd quivis opifex voluptatis non gignit sapiẽtiam, cùm nec mas sit nec fœmina: & cũ nec indere nec excipere sit idoneus semina ad immortalitatem facientia, meditatur quod turpissimum est in vita exercitium, vt corrũpat incorruptibilia, & extinguat insitos naturæ igniculos inextinguibiles. taliũ nulli Moses permittit ingredi ecclesiã Dei. interdicit eñ ne spado & exectus ingrediatur in ecclesiã domini. quid enim nõ valenti sapientiã gignere profuerint sacræ cõciones auditę, cui fides exacta est, nec potest seruare depositũ vtilissimorũ vitę dogmatum, proinde tres sunt qui curant conuiuium humani generis, princeps pistorum, pincerna, cupediarius. meritò, quia sunt tria quibus vti & frui cupimus, cibi, cupedię, potus. sed alij cõtenti sunt solis necessariis, quæ ad salubriter liberalitérq; viuendum requiruntur: alij quęrunt immodica, nimia, superflua, quę appetitus excitant, & corporis lacunas multitudine onerãt ac opprimũt, magnos & varios morbos parere solita. Et vulgus quidem voluptati, concupiscentiis affectibúsq; deditotũ, sicut in ciuitaribus plebeij, non inuidiosam vitam viuẽtes, & paucis rebus opus habẽtes, nõ egẽt variis curiosisq; ministeriis, cõtenti simplicibus coquis, pincernis atq; pistoribus. qui autem putant se imperare ac regnare in viuendo suauiter, & ad hunc scopum omnia minora maioráq; referunt, dignos se æstimant ministris principibus coquorum, pincernarũ, pistorúmq;, hoc est in vnoquoque horum absolutissimis. nam placentarũ, popanorum, liborúmq; varia genera, non materiis tantũ sed & modis conficiendi formisq; diuersa, non tantùm ad gustum, sed & ad aspectum illiciendũ curiosè inuenta, exercẽt pistores eximios. examen autem vini in lotium abeuntis facilè nec lædentis caput, aut contrà augẽtis sanguinem & olentis suauiter, multum parúmve aquæ ferentis, & ad vehementem intensamq;, aut remissam lenémq; potationem facientis, cæterorúmq; similium, ad pincernarũ præfecti officiũ pertinet, in hac arte absolutissimi.

mi.cæterùm pisces auésq; & id genus alia parare,& obsonia cõdire callent insignes cupediarij,non tantùm quæ auribus didicerunt & oculis,verùm etiam quotidianis experimẽtis,dum vitæ delicatæ ac tenellæ,sed non optãdæ,semper noui aliquid excogitãt. quos omnes eunuchos esse steriles sapiẽtiæ docuimus. is autem cui recõciliantur,ventris rex intellectus pincerna est. nã suaptè natura genus humanum est ad vinum procliue quo vix vnquam saturatur,quando somno,cibo,coitu,similibúsque rebus nemo non expletur,mero autem non item,præsertim qui exercent hoc studium.bibendo enim sitiũt,incipientes à minoribus cyathis: procedente verò potatione iubent pincernas in maiores infundere calices,postquam incaluerunt iã parum sui cõpotes,infundibula,crateras,amystides integras exhauriẽtes, & merum ingurgitantes, donec profundus somnus occupet iã nec seipsos nec quæ ingesserunt cõtinere valentes, regurgitante potu nimio.& tamen sic quoq; insatiabilis appetitus,tanquã famelicus,furere non desinit. vitis enim Sodomorum vitis eorum est,vt inquit Moses,& palmes eorum è Gomorra. vua eorum vua fellis,& botrus amaritudinis ipsis.furor draconũ vinũ eorũ,& furor aspidum insanabilis.Sodoma orbitas siue cæcitas interpretatur. vitis autẽ hæc eiúsq; fructus, significat homines violentia,gula,turpissimisq; voluptatibus perditos. cæterùm quod latentius subindicatur hoc est: veræ lætitiæ nullum germen in anima sui amante insitum esse,quòd talis sanas radices nõ habeat,sed incendio redactas in cinerẽ, in qua pro aqua fulmineis flãmis,Deo iustè animaduertente in impios, cælũ pluerat inextinguibilibus. non deesse tamen in ea concupiscentiæ plantas maximas,honestatis steriles. quãdoquidem is affectus exardescit in omnia spectatu digna,confertúrq; cum vite: non ista matre mitium fructuũ,sed ea quæ amaritudinem,malitiã, vafriciem.irã,furorem morésq; irritabiles, pferre solet, mordens animã in morem viperarum & aspidum, venenatos morsus & omnino incurabiles habentium: quos deprecamur votis assiduis,obsecrãtes Deum clementissimum, vt siluestrem hãc vitem eradicet: eiiciátq; omnes eunuchos & virtutis steriles in perpetuum exilium:& pro his in animis nostris mites plantas inserat per disciplinam rectam,largiatúrq; nobis fructus ac rationes verè masculas,à quibus seminari possint actiones honestæ,& virtutes incrementum accipere,vt cum felicitate habeamus conseruemúsque sempiternam consuetudinem.

PHIL

PHILONIS IVDAEI, de his verbis, Resipuit Noë.

POSTQVAM ea quæ de ebrietate secutáque hanc nuditate legislator dixit, enarrauimus: accedemus ad ea quæ deinceps cõiuncta sunt. sic enim in sacris literis scriptum sequitur:

Resipuit Noë à vino, & cognouit quicquid fecerat ei filius natu minimus. ¶Sobrietas non solùm animabus,verùm etiam corporibus,omniũ confessione vtilissima est.nam & infirmitates arcet.è nimia repletione nasci solitas, & sensus mirificè acuit, nec sinit corpora plus iustò grauata corruere: sed attollit ea simul & subleuat,reuocans ad officia propria, omnibus eorum partibus opportunissima. In summa,quantorum malorum autor est ebrietas,tantorum edi uersò bonorum sobrietas. ergo quandoquidem etiam corporibus,quibus peculiariter vini potus prodest,amica est sobrietas, nónne multò magis animabus?à quibus omne mortale alimẽtum alienum est. quid enim sobria mente præstantius est apud homines?quæ gloria?quæ diuitiæ?quod robur?quæ potẽtia?deniq; quid aliud ex his quæ mirantur homines? adsit modò animæ oculus, qui totus collustrare omnia valeat, nulla sui parte suffusus humoribus,aut nictatione impeditus.tũc enim acutissimè cernens,ipsúmq; intellectũ & prudentiã intuens, occurret simulacris intelligibilibus,quorum spectaculũ demulcens animum nõ sinet posthac flecti ad quicquã sensibile. Et quid mirũ si animæ sobriæ cernentíq; acutissimè nulla creatura potest æquari honore?quãdo corporei quoq; oculi, & lux ista sensibilis apud nos omnes habetur in honore maximo?quãobrem multi visu amisso,vitã etiã vltrò abiecerũt, existimantes mortẽ malũ esse cæcitate leuius. quãtò igitur anima præstãtior est corpore, tãtò mens præstat oculis,quæ si illæsa sit & expers noxæ,à nulla iniquitate temulẽtiæ simili oppressa,somnum quidẽ ablegabit causam obliuionis officiorũ atq; pigritiæ: vigiliã autẽ cõplexa cernet acutè quicquid spectatu dignũ fuerit, excitata à memoria,& occupata actionib⁹ tali cognitioni cõgruentib⁹. Talis est cõstitutio sobrij hoïs. cæterùm iuniorem filiũ dicens,nõ ætatis nomẽ scribit. sed qualibus moribus præditi sint rerum nouarũ amatores indicat.alioqui quomodo nõ vidẽda videre cõtra ius fásq;

fasq; conatus esset,aut silēda eloqui, aut domi cælanda proferre in propatulum,& trāsilire animæ terminos, nisi per curiositatem ausus fuisset quod nemo antea.deridēs casus alienos,qui debuerat ingemere,nec cauillari in tali re postulante reuerentiā vultúmq; seriū.hic certè mos est legislatoris,vt& proiectos ætate appellet iuuenes, & eos qui nondū senuerunt.seniores:nō respiciens annorum,numerum,aut tempus breue lōgúmve,sed impotentias animę,quæ mouetur melius aut deterius.Ismaēlē penè vigesimum annum agentē,cum virtutibus perfecto Isaac collatum,nominat puerulum. Sumpsit,inquit, panes & vtrem aquæ,& dedit Agar:imposuitq; super humerū eius, & puerulū: quando eos è domo ablegauit Abrahā.ac rursum:Proiecit puerulum sub vna abiete.& : Non videbo mortē pueruli.atqui ante natum Isaac annum tertiumdecimū egressus Ismaël circuncisus est:& post alterius iam septēnis ablactationem,ne spurius cum legitimo ex æquo luderet,vnà cum matre pulsus est. & tamen quamuis iuuenis vocatur puerulus, sophista ipse collatus cum sapiēte.Isaac enim sapientiā, Ismaël sophisticam sortitus est, sicut vtriusq; personam in quibusdā dialogis exprimimus. nam sicut se habet admodum puer ad virum perfectū,sic se habet sophista ad sapientē, & disciplinæ encyclicæ ad virtutis scientias. In cantico etiam maiore populum vniuersum ad res nouas proclinantē insipientis & infantis ætatis nomine pueros vocat.Iustus.inquit,& sanctus dominus:peccauerunt ei pueri eius reprehensibiles, generatio praua & peruersa, hęccine redditis domino?itáne populus stultus est & non sapiens?An-nō aptè alloquitur homines probrum habentes in animā,per stultitiā ac dementiam sæpe labentes in rectæ vitæ actionibus,non puerilē ætatem corporis aspiciens,sed ad mentis infantiā expertem rationis ac veritatis.ad eundem modum & Rachel,id est formositas corporis, iunior quā Lia pulchritudine animæ describitur. nam illud mortale,hæc immortalis est. & quicquid pretiosum videtur sensibus,à sola pulchritudine animæ vt imperfectū vincitur:quapropter & Ioseph iuuenis semper ac natu minimus dicitur.cùm em præficitur gregibus vnà cū germanis fratrib⁹,iuuenis appellatur.& pater vota pro eo faciēs ait:Filius accrescēs minimus natu, ad me reuertere. Hic est ille qui pugnat pro omnib⁹ corporis potētiis,externarū opū haud fictus amicus,qui senioris animæ antiquius pretiosiúsq; bonum nōdum perfectè inuenit.si enim inuenisset, vel totā Aegyptum perpetuò cursu fugiens

fugiens abiuisset.nūc verò sibi placet,eò q; illam nutriat alátq; cuius bellatores ducésq; submersos ac perditos vidēs Israël hymnum Deo cecinit.iuuenis est igitur moribus,qui nūdum potest cū germanis virtutibus pascere,id est brutam animæ naturam curare ac regere.sed adhuc bona quę videntur præfert his quæ verè sunt.quāuis aūt incremētis proficiat in melius, tamē iunior ad perfectū collatus censetur, eum qui bonū in sola honestate collocat:quamobrem adhortās ait,Ad me reuertere: ac si dicat,seniorem sentētiam expete.non omnia iuueniliter age, iam tādem virtutē propter ipsam dilige,nec tanquā puer insipiens fortunæ bonorū splendore perculsus,decipi te ac falsis opinionibus repleri patere.atq; ita satis demonstratū puto,iuuenem in sacris literis sæpe vocari nō ætate vigentē, sed eum qui habet animā temerariam & nouarū rerum cupidā:iam ostēdemus non ætate sed honore præstantes nominari seniores.Quis enim versatus in sacris libris ignorat,quòd ille sapientissimus Abrahā breuioris ęui quàm vllus pene omnium maiorū suorū inducitur?illorum tamen qui diutissimè vixerunt nemo quod sciam,sed solus hic scribitur senior.dicunt igitur sacra oracula,quòd Abraham erat senior ætatis proiectæ.&,Dominus benedixit abrahamo rebúsq; ipsius omnibus.quod mihi videtur subiunctum tanquam causa præcedentium, cur senior dicatur ille sapiens.Cùm em à benigno Deo bene afficitur animæ pars rationalis,nec vnā modò,sed omnes benedictionis species accipit,seniliter sapit,atq; ita fit senior.sic & cari Deo populi consistorium,quod cogitur ex decies septeno numero,seniores solent nominari.Dicitur enim:Conuoca mihi septuaginta viros è senioribus Israël,quos tuipse nosti quod seniores sint. Ergo non eos quos vulgus senes existimat, quippe curandis sacris præpositos.sed quos solus hic sapiens nouit,seniorum appellatione dignatur.quos enim hic reprobauerit tanquā bonus mēsarius,falsam virtutis monetā habentes,iuuenili temerarióq; sunt omnes animo.quos autem commēdare voluerit, probati & iuxta prudentiam seniores censendi sunt.certe vtrunq; quod dixi eruditę aures in vno legis edicto possunt agnoscere clarissimè.Si habuerit,inquit,homo vxores duas, vnam dilectā,alterā odiosam,& pepererint dilecta odiosáq;,& fuerit filius odiosæ primogenitus,voluerítque substantiam inter filios suos diuidere:non poterit filium dilectæ facere primogenitū & præferre filio odiosæ,sed filium odiosæ agnoscet primogenitū,da-

bitq; ei de his quæ habuerit cũcta duplicia. iste est enim principium liberorũ eius, & huic debentur primogenita. Obseruasti iam quod dilectæ filium nunquã seniorem vocat aut primogenitum, odiosæ verò filium sæpius. atqui prior ille natus, odiosæ verò filius posterior. apparet in edicti principio: Si pepererint, inquit, dilecta odiosaq;. Attamen prioris partus quãquam antiquior, à rectè iudicãte iunior decernitur: posterioris verò filius quamuis prærogatiua tẽporis careat, maiore antiquioréq; portione, dignus habetur. Quam ob rem? quoniam harum mulierum alteram dilectam voluptatis, alterã odiosam prudentiæ, significatiuam dicimus. illius enim cõsuetudinẽ vulgus eximiè diligit, escis & veneficiis suis alliciẽtẽ homines à die natali vsq; senectutem vltimã: huius autem tetricos verẽdosq; mores odit miserè: sicut insipiẽtes pueri parẽtum altorúmq; suorum vtilia quidem, sed parum iucunda monita. ambę in anima pariunt, altera studiũ voluptatis, virtutis altera. sed voluptatis studiũ, partus imperfectus est, & nunquã non puer, modis omnibus, etiãsi ad annosam ætatem perueniat. ediuerso virtutis amor ab incunabulis (iuxtà prouerbiũ) in prudentiæ senatum allegitur, nunquam sensurus senium. ideo disertè dictũ est de virtutis vulgò exosæ filio, quod hic sit filiorum principium, quippe natu simul & principatu primus, cui ius primogenitorũ debetur lege naturæ, non iniquitate hominum. hanc igitur legem secutus propheta, quam pro scopo sibi proposuit, consequenter inducit Iacob minorem natu quàm Esau: quoniã imprudentia mox à prima etate nobiscũ coalescit, honestatis æmulatio serò nobis innascitur, quãuis suaptè vi sit quàm illa antiquior. Quapropter Esau fratri cedit iure primogenitorũ, quod alter sibi libẽter asserit vt debitũ. Huc facit & quod filiis Ioseph accidit, si inspicitur diligentius: quãdo numine correptus ille sapiẽs admotis ad se nõ directè manus imposuit in capita, sed decussatim, vt læua tãgeret eum qui videbatur senior, iuniori verò dextrã imponeret. vocatur autẽ natu grãdior Manasses, iunior verò Ephraim. Quæ nomina si interpreteris, memoriã & reminiscentiã significare inuenies. interpretatur eñ Manasses Ex obliuione, quod nomẽ est alterius, videlicet reminiscentia. Nã qui reminiscitur eorũ quę oblitus est, excedit ex obliuione. Ephraim verò fertilitas memorię, appellatio conuenientissima, quia fructus vtilissimus & reuera vescus est animabus, memoria in rebus indifferẽtibus. cæterũ memoria viris demũ & robustis contingit, ideòq;

iunior

iunior cẽsetur, ob natiuitatem serotinam. obliuio verò & reminiscentia penè alternis à prima ætate cum vnoquoq; cõuersantur. Quamobrem temporis prærogatiuam habẽt, & ad læuam statuuntur à sapiente ordinum peritissimo. virtutis autem primogenita obuenient memoriæ, quam Deo carus homo dextra dignatur, & portione potiore. Ergo postquam ad se rediit iustus ille & cognouit quid ei feciſſet iunior filius, imprecationes diras exerit. ita est profecto, quãdo mens ad sobrietatem redit, sentit quid à nouatrice malitia passa sit antea. quando per ebrietatem aduertere non poterat. nunc cõsideremus cui maledicat. nam & hoc vnum è scrutatione dignis est: quoniam nõ filio qui peccasse videtur, sed huius filio, suo nepoti maledicit, cuius nullum crimen extat vel magnũ vel exiguũ. nã ille qui patrem curiosis oculis spectare sustinuit & spectatũ irrisit, atq; etiã irridẽdum prodidit, Cham erat ipsius Noë filius. in quem autẽ alieni peccati culpa & maledictio cõfertur, est Chanaã. dicitur enim: Maledictus Chanaan puer verna, seruus seruorũ erit suis fratribus.] Quid, inquam, iste commisit? animaduerterunt hoc fortasse legisperiti, quibus promptum est causas huiusmodi reddere. nos verò sequendo rectam rationem, propositæ quæstionis solutionẽ scrutabimur, vbi pauca necessariò præfati fuerimus. Status & motus inter se differunt. ille quiescit, motus agitatur, cuius duæ sunt species, altera migratiua, altera se voluẽs eodẽ in loco. statui germanus est habitus, motui verò actus. id appositio exemplo demonstrabimus euidentius. Fabrum, pictorem, agricolam, musicum, & alios artifices etiamsi quiescant, nec in vllo versentur harum artium opere, nihilominus solemus iam dictis vocare nominibus, quando suæ quisq; artis peritiam assecutus est atque scientiam. sed vbi faber lignarius tractat materiem: pictor suis coloribus tẽperatis figuras quas vult deliniat in tabula: agricola in terræ sulcos iactat semina, aut palmites propagat vel plantat arbores, rigando riuósq; inducendo plantis alimentum necessarium suppeditans, aliáque rustica tractãs opera: musicus item tibiis, citharis, cæterisque instrumentis ad omnigena metra & rhythmos aptè vtitur: aut omissis manufactis per naturalia vocem expedire potest concinnam congruentémque sonis omnibus, aliúsve quicunque artifex artem suam exercet, tum præter dicta scientiarum nomina quiddam aliud de eis prædicatur necessariò: de fabro quòd fabricet, de pictore quòd iam pingat, de agricola item quòd terrã colat: de musico

quòd pulset citharâ, aut tibia vocéq; canat, aut simile quippiâ faciat. vtros igitur vituperamus aut laudamus? an non eos qui agunt & operantur: si bene, laudem lucrantes: sin contrà, vituperium? qui verò scientia contenti nihil faciunt. auferunt tantum securum præmium silentij. eadem ratio in stultos cõpetit, & in vniuersum in virtutem atq; vitium. prudẽtes, temperati, fortes, iusti sunt innumeri animo, qui huc euaserunt naturę felicitate, institutis legitimis, labore improbo puicacíq;. cæterũ pulchritudinem expressam rerũ administrationibus nõ potuerũt ostendere propter paupertatem aut obscuritatem, aut morbum corporis calamitatésq; cæteras, quæ humanam vitam obambulãt. hi bona sua quasi vincta clausáq; possident. alij verò his solutis, dimissis, liberisq; vtũtur omnibus, habẽtes ostentãdi hęc materiam copiosissimã. prudens quidem curã vel publicæ rei vel domesticæ, vbi cõsulendi atq; intelligẽdi vim proferet: tẽperatus cæcas diuitias luxui seruire solitas ad visum & meliorẽ vsum reuocabit: iustus pro magistratus potestate dabit operã, vt suis cuiq; rebus frui liceat. Virtutis meditator pietatem exercebit, & parato sacerdotio curam locorum sacrorum atq; ceremoniarum geret. quæ nisi accedant, sunt quidem virtutes, sed immotę quietæq;, quemadmodum aurum argentúmq; in obscuris terrę latebris abditũ ad nihil vtile. ediuersò videre licet innumeros timidos, luxuriosos, insipiẽtes, iniustos, impios, esse intus in animo, nec tamen posse vitiorum singulorũ turpitudinem exerere quòd opportunitate ad peccãdum careãt. quod si se offerat qualem cupiũt occasio, terram & mare vsq; ad extremos terminos implere cladibus, & nihil vel paruum vel magnum illæsum sinere, sed vno impetu subuertere corrumperéq; omnia. Quemadmodum enim vis ignis tãtisper dum materia caret quiescit, qua accedente incenditur: sic quæ sunt in anima potẽtiæ spectãtes virtutem aut vitiũ, extinguuntur destitutiæ (vt dixi) opportunitatibus, fortuitis autem excandescunt occasionibus. quorsum autem hæc dicta sunt? nisi, vt doceamus, quòd filius Noe Cham quiescẽtis vitij nomen habet, nepos autem iã mouentis se. Chã enim interpretatur calor, Chanaan commotio. calor autem in corpore febrem indicat, in anima vitiũ. nam sicut qui febre decumbit, nõ vna quapiam parte, sed toto ægrotat corpore, ita totius animę infirmitas est vitiũ. Hoc iam quiescit, iam mouetur, motũ eius vates hebraico nomine vocat Chanaã. nullus autem legislator pœnam decernit cõtra iniustos quiescentes, sed quoties

ties mouentur, & exercent iniusta opera: sicut ne mordaces quidem bestias vir moderatus occidet, si absit morsus periculũ. tollenda enim est ex animo crudelitas procliuis ad cædẽ omniũ. meritò igitur hic iustus videtur seruare maledictionem suo nepoti Chanaan. videtur, inquam, quia si nõ actu, potentia tamen filio suo Cham per illum maledicit. motus enim ad peccãdum Cham, ipse fit Chanaan. Vnum enim subiectũ est vitium. quod nunc in statu, nunc in motu consideratur, antiquior autẽ status quàm motus, vt eius quod stat, id quod mouetur, videatur progenies: ideo iuxta naturæ ordinem Chami filius Chanaan scribitur, scilicet motus quietis, vt & illud alibi dictũ confirmetur. Reddens iniquitates patrũ in filios in tertiã quartámq; generationem. Cõtra hos enim affectus cogitationum & quasi partus pœnæ procedunt quæ ipsas manebãt, ni accedat factum culpabile, euasuras accusationis periculum. Quamobrem & in lege de lepra ille modis omnibus maximus Moses, motum quidem eius & serpiginẽ impetiginémq; proscribit vt in purã, quietẽ autem purã pronuntiat. dicit enim: Si diffundatur in cute, cõraminatũ sacerdos pronuntiabit: purũ verò si lucens candor eodẽ loco maneat. itaq; immunis est quies à vitiis & affectionibus animæ. id enim per leprã subindicatur, quòd non sit dãnationi obnoxia: motũ autẽ & impetũ eius dãnari meritò. simile quiddam in sacris Geneseos literis cõtinetur euidentius. dicitur enim ibi ad illũ nequã: heus tu, peccasti, quiesce. quia peccatũ propter motum actionémq; vitiosam damnatur: quies verò propter siatum & silentium inculpabilis & salutaris est. Hactenus satis, opinor, præfati sumus: nunc execrationẽ quomodo se habeat inspiciamus. Maledictus, inquit, Chanaan puer, seruus erit fratrũ suorum: & benedictus Deus Sem, & erit Chanaan seruus eorũ. Diximus aliquando Sem cõmunem nominis rationem habere cum bono quando non speciale nomẽ habet, sed generale hoc ipsum Nomẽ: quia & bonũ solum nominandũ est, vt fausti omnis & celebratione dignũ: sicut ediuersò malum infaustum nec nominãdum. quid igitur bona prædito natura precatur? quod est eius votũ nouum & eximiũ. cuius mortalis nemo facit cõpotem. à quo ceu quodam oceano copiosi perrẽnésq; fontes bonorum funduntur atq; profluunt? nam dominum Deúmq; mũdi, omniúmq; in eo cõtentorũ, priuatim. & per excellentiã Deum Sem inuocat: quod vide quàm sit omni fastigio sublimius. cui enim hoc cõtigit, totius mũdi honorẽ æquat. cùm enim præses

curatórque amborum idem est, necessariò sequitur vt & quæ curantur, honore sint paria. an non largissima sunt hæc munera? nam sensibilis mundi herus ac benefactor pronuntiatur his verbis, dominus Deus: intelligibilis verò boni seruator & benefactor tantummodo, nō herus aut dominus. Quicquid enim est sapientia prælitum, amicum Deo non seruum est. id quod ipse fatetur de Abraham. Num cælabo ego amicum meum Abraham quid facturus sim? quæ sors cuicunque contigit, is humanæ felicitatis terminos transgreditur. solus enim hic est patritius, quippe qui patrem ciere Deum potest, solus adoptiuus eius filius, non diues, sed omnia possidens, qui solus deliciatur in copiosis verisque bonis, nunquam senescentibus, perpetuò virentibus: non nobilis, sed bona fama celebratus, laudem habens non adulatione adulteratam, sed veritate stabilem, solus rex, quippe qui à summo rege potentiam & potestatem accepit irrefragabilem, solus liber, manumissus ab hera morosissima vana gloria, quàm efferentem se supra modum ex arce superna liberator Deus deiecit. hunc tantis tam eximiis confertisq; bonis dignum habitum quid decet facere, nisi sermonibus, canticis, hymnis benefactori suo gratias agere? & hoc est, vt mihi sit verisimile, quod his verbis subindicatur: benedictus Deus Sem] quoniam qui Deum in sortem accepit, is meritò debet eum solum laudare ac benedicere, quando hoc tantùm habet quod reponat, nec valet referre vllam aliam gratiam. hæc sunt vota pro Sem facta: iā quæ pro Iapheth fecit qualia sint videamus. Dilatet, inquit, Deus Iapheth, & habitet in domib⁹ Sem, & fiat Chanaan seruus eorum.] Eius qui solam honestatem bonū existimat, finis est breuior. in tāta enim rerum nos circūstantium copia, ad solam mentem rectricem se applicat. Eius autem qui tria facit bonorum genera, animi, corporis, externa, rem concidens in multas particulas dissimiles, finis dilaratur. Quapropter propriè huic precatur latitudinem, vt etiam virtutibus animæ, prudentia, temperantia, cæterisque singulis vti valeat, prætérque sanitate corporis, integritate sensuum, viribus & robore, & id genus rebus aliis. adhæc externis quoque lucris, quæ ad diuitias, gloriam, vsumfructum necessariarum voluptatum faciunt: hæc de latitudine. Considerandum cui precetur, vt in domibus Sem habitet: non satis enim id declarauit. Possumus tamen dicere, eum de omnipotente hoc velle intelligi. Quæ enim domus in omni creatura inuenitur dignior quam

quam Deus inhabitet, præter animam perfectè purgatam, quę solùm honestum bonum existimat, cætera censet rationi subdita, & huic debere obsequium. dicitur autem in domo habitare, non vt in loco: continet enim omnia, ipse à nulla re continetur: sed tanquam illius loci curam genes præcipuam. Quisquis enim domum possidet, necesse habet vt ei prouideat. Proinde in quemcunque bonum illud Deo carum impluit, petat vt omnipotens in ipso habitare dignetur: vt paruum hoc ædificium, mentem videlicet, in altum sublatum à terra exrremo cælo inferat. cæterùm precationis verba pulchrè coaptantur. nam Sem tanquam radix virtutis honestatisque supponitur, ex qua frugifera planta sapiens ille Abraham succreuit, ex quo nata progenies ille à seipso doctus Isaac fructus est, ex quo rursum per labores seminantur virtutes, in quibus decertat Iacob ad luctā cum affectibus exercitatus per angelos, ratione vnctus non oleo. ab hoc principe duodecim tribus descendunt, quas diuina oracula aiunt esse regnum & sacerdotium Dei, à primo Sem egregiè procedente serie, iuxta votum Deo domos eius inhabitante. est enim regis domus regia, reuera sacra soláque ius asyli habens. Possumus tamen fortasse votum hoc, & ad Iapheth referre, vt in domibus Sem habitet. nam ei qui etiam corporis commoda & externa lucra in bonis numerat, precari conuenit vt ad solum animæ bonum recurrat, ne in tota sua vita aberret à vera opinione: quæ sceleratissimis etiam exacratissimisque contingunt bona existimans, vt sanitatem, pecuniæ copiam, & id genus alia, cùm vera bona malo nulli obueniant: nihil enim malo bonóque commune esse natura voluit. Quapropter tantùm votis felicitas ista expetitur, cuius finem non potest quisquam insipiens assequi. hunc finem ille primus probæ posteritatis autor scribitur optare cuidam è domesticis, dicens: Ad me reuertere: vt reuersus in eius sententiam, & solum honestum tanquam bonum complexus, à tergo relinquat diuersas de verò bono existimationes. habitet igitur in domibus illius animæ quæ solum honestum esse bonum asserit. omissis aliorum domiciliis, qui & corporis bona & externa habent in pretio. nō immeritò tamen insipientem in seruitutem addicit virtutis cultoribus: vt aut sub dominatione potiorum ad meliorem viuendi rationem transeat: aut si pergat esse improbus, facilè pro potestate castigetur à suis dominis.

PHILONIS IVDAEI, de Gigantibus.

ET factum est quando cœperũt homines multiplicari super terram, & natæ sunt eis filiæ.] Quærendum, opinor, cur post natiuitatẽ Noë filiorúmq; illius, humanum genus multiplicatum sit. Fortasis in prõptu causa est. Semper enim collatus cum paucis, magnus numerus contrariorum inuenitur. Ideo generosa vnius indoles, multorum prauum ingenium coarguit. Siquidem pauca quædã quæ fiunt ex arte ac scientia, vel quæ bona & honesta sunt, produnt quàm ingẽs multitudo inertiũ, ignarorum, iniustorũ, & in vniuersum nequã hominũ in suis tenebris latuerit. Viden' ꝙ & in hoc quàm latè patet mũdo sol vnus immensas latissimé; terra & mari diffusas tenebras quàm primũ affulget, dispellit? Merito igitur etiã huius Noë iusti natiuitas eiúsq; filiorũ ostendit diuersam iniustorũ multitudinem. Natura enim ita comparatum est, vt contraria eluceant per cõtraria. Cæterùm nemo iniustus seminat in anima prolem masculam, sed qui sunt ipsi parum viriles, fracti effœminatiq; cogitationibus & sententiis, gignunt fœminas, vt expertes virtutis feracis non nisi bonorum fructuum, & plantatores omnium vitiorũ affectionúmq;, quarum muliebria sunt germina. Qua de causa filias homines hi genuisse dicuntur, nemo ex his filios. Quoniã enim Noë iustus mares gignit, quippe qui rectam masculámq; rationem sequitur, hoc ipso vulgus iniustum fœminas gignere ostẽditur citra cõtrouersiam. Non est enim possibile vt à cõtrariis eadem gignantur, sed contraria. Viderunt angeli Dei filias hominum, quòd essent pulchræ, & acceperũt sibi ex omnibus quas elegerant.] Quos alij philosophi genios, Moses solet vocare angelos. Hi sunt animæ volitãtes per aërem. Nec est cur quisquam hoc fabulosum existimet. Necessum est enim vt totus mundus in omnibus sui partibus animata habeat, quãdo primariæ partes eius elemẽtares sibi apta cõtinẽt animalia, terra terrestria, mare ac amnes aquatilia, ignis ex igne genita: quæ ferũtur plurima nasci in Macedonia. Cælum itẽ sidera. Hæc enim in totũ sunt animę immortales diuinæq;: & ideo mouentur in orbem, qui

qui motus mẽtis cognatus est. Horũ enim singulorũ mens est integerrima. Proinde necessariò sequit, vt & aër sit plenus suis animalibus. Hæc aũt nobis sunt inuisibilia, cũ & ipse nõ sit sensui visibilis. Nõ tñ ideo quia nõ possumus animarũ figuras visu' assequi, aër eis est vacuus. Comprehẽdere autẽ eas intellectu necesse est, vt simile contemplemur per simile. Nec enim negabimus omnibus terrestribus, aquatilibúsq; vitã per aëtem & spiritũ cõtingere. Quid pestilẽtia, nónne aëre vitiato solet accidere, qui singulos animat? idem qũ illæsus est & innocuus, qualis solet esse flantibus auris septentrionalibus, nónne haustus purioris spiritus multum ad incolumitatem proficit? & credimus eum qui alias aquatiles terrestrésq; animãtes animat, carere animabus propriis? imò cõtrarium est credibilius, etiamsi reliqua elemẽta nihil animalium gignerent, tamẽ solum aërem animalia parere, quãdo singulari opificis gratia indita sũt huic animarum semina. Harum quædam descenderunt in corpora: quædam semper abhorrent ab omnibus terræ partibus. Harum sibi sacratarum ministeriis summus ille parens & opifex vti solet in administrandis rebus mortalium. At illæ alterę tanquam in flumen descendentes in corpus, aliquãdo rapidissimis eius absorbentur gurgitibus: aliquando eluctatæ cõtra impetum, primùm enatant, deinde reuolant illuc vnde auolauerant. Hæ sunt animæ supernam quandam doctę philosophiam. quæ ab initio finem vsq; meditantur mortem corporum, vt incorpoream incorruptibilémq; vitam apud illum Ingenitũ incorruptibilémque adipiscantur. At quæ submerguntur, sunt reliquorum hominum, qui neglecta sapientia dedideriũt se incertis fortunæ flatibus, quorum nullus fert ad optimã nostri partem mentem videlicet, sed omnes ad cognatum nobis corpus cadaueroſum, aut ad res magis quàm hoc inanimes, puta gloriam, pecuniam, potestates, honores, & cætera quæ homines nũquam vera bona contemplati, fingunt pingúntque sibi, décepti vanis opinionibus. proinde si cogites animas, genios, angelos, non tam re differre quàm nominibus, exoneraberis superstitionis onere grauissimo. Quemadmodum autẽ vulgus dicit bonos malósq; genios, & similiter animas, sic etiam angelos: alteros qui boni vocantur, legatos quosdam vltro citróq; cõmeantes inter Deum & homines, sacrosanctos propter hoc inculpabile pulcherrimúmq; ministerium: alteros ediuersò profanos ac nefarios, quos & ipse abominãdos haud falsò dixeris. Testis

est hymnographus, cuius sunt hæc verba in quodam cantico: Emisit in eos iram furoris sui, furorem, iram, oppressionémq;, immissionem per malos angelos. hi sunt illi mali angelorum nomen vsurpantes, qui rectæ rationis filias scientias & virtutes nesciunt, morti autem obnoxias hominum mortalium progenies consectantur, quæ nullam natiuã secum afferunt pulchritudinem sola mente visibilem, sed fucatã formã qua sensus decipitur. Accipiũt verò nõ easdem omnes filias, sed alias alii selectas sibi ex innumeris. Quidam per visum, quidã per auditũ, quidã per gustum & ventrẽ, quidam per ea quæ sub vẽtre sunt, quidã etiam per remotissimas occasiones intẽdendo suas concupiscẽtias varias. in talibus impossibile est manere ac perennare Dei spiritũ, sicut ipse legislator indicat. Dixit, inquit, dñs Deus: Nõ permanebit spiritus meus in his hominibus in seculum, quia caro sunt.] Manet enim interdum, sed nõ permanet apud nostrũ plerosq;. Quis em̃ est adeò rationis expers aut animæ, vt nulla vnquã de optimo illo maximóq; eum volentẽ nolẽtémve subierit cogitatio? imò vel scelestissimis obuersatur nõnunquã repentina honestatis imaginatio, quã tamen apprehẽdere & apud se retinere nequeũt. Statim enim discedit emigrátq; è tali domicilio, nõ ferens ius & fas inde profligatũ esse: quales nunquã accedit, nisi vt coarguat eos honestatis prętulisse turpia. Dicitur autẽ Dei spiritus, vno modo aër fluens supra terrã, tertium elementũ quod super aquã vehitur: quamobrẽ in opificio mũdi ait: Spiritus Dei ferebatur super aquã. Aër enim cùm sit leuis attollitur & sursum fertur, aquam pro basi habẽs. Altero autẽ modo, immortalis illa sciẽtia, cuius omnis sapiens meritò fit particeps. Id ostẽditur in artifice ac opifice sacri operis, his verbis: Exciuit Deus Beseleelem, & impleuit eũ diuino spiritu, sapientiæ, intellectus, scientiæ, ad omne opus excogitandum. Quibus verbis definitiuè quid sit Dei spiritus describit. Talis est etiã Mosis spiritus, qui visitare solet illos septuaginta seniores, vt fiant præstantiores cæteris, & reddantur meliores, nõ futuri verè presbyteri, nisi participatione illius sapientissimi spiritus. Sic enim dicitur: Auferam de spiritu qui in te est, & imponam in septuaginta seniores. Sed caue putes hanc ablationem fieri per abscisionẽ disiunctionémq;, imò potius qualis ab igne fit: qui etiamsi faces innumeras accẽderit, idẽ manet ne tãtillum quidem diminutus. Talis est natura etiam scientię. Postquam enim discipulos & familiares peritos omnes reddidit, nihilo

nihilo diminuitur: nõnunquam augetur etiam, sicut narrãt de fontibus, qui frequentantur ab aquatoribus. Nam & hos fertur hoc modo dulciores fieri. Sic continua colloquia, meditationẽ & exercitium afferentia, perfectionem absoluunt. Quod si proprius ipsius Mosis spiritus, aut cuiusvis creaturæ, tantę multitudini familiariũ distribuendus fuisset, in tot portiones concisus, vtique diminueretur. Nunc autẽ spiritus ille sapiens, qui inest ei, diuinus est, insecabilis, indiuisibilis, probus, quivbiq; implet omnia, qui prodest absq; suo detrimẽto impartitus alteri, vt nihil decedat ipsius intellectui, scientiæ, sapientiæ. Quapropter fieri potest, vt spiritus Dei maneat in anima, vt aũt permaneat impossibile est, sicut diximus. & quid mirum? quando ne aliatũ quidem rerum vlla possessio firma & constans est, in tot mutationibus aliis super alias. Causa autem inscitiæ pręcipua caro est, & cũ hac intercedẽs familiaritas: sicut ipse fatetur, qui dicit ideo nõ posse spiritũ Dei permanere, quia caro sint. Certè & cõiugium, liberorũ educatio, parãdę rei familiaris necessitas, obscuritas, egestas, negotia tum priuata tum publica, & cętera innumera sapientiã adhuc florẽtem arefaciũt. Sed nihil ei tanto impedimẽto est, quãto natura carnium. Hæc enim tanquã fundamentũ ignorãtiæ ineruditionísq; primũ ac maximũ subiicitur, super quod illæ exædificantur. Animæ enim carnis expertes & corporis, desidentes totos dies in hoc amplissimo vniuersitatis, theathro, videndo audiendóq; res diuinas, quas insatiabiliter expetũt, fruuntur voluptate interpellata à nemine. Quæ verò grauãtur carminum sarcinis, depressæ ab his nequeũt os ad cælestes cursus attollere, sed ceruice demissa, more quadrupedum, pronæ ad terrã affigũtur. Quaproter legislator sublaturus è medio concubitus incestos & illegitimos, in hunc modũ præfatur. Homo homo, ad omnẽ domesticũ carnis suæ nõ accedet, vt reuelet eius turpitudinẽ: ego dominus. Quomodo posset quis magis adhortari ad contẽptum carnis & eorũ quæ carni amica sunt, quàm verbis his? atqui nõ solùm dehortatur, sed & certò pronuntiat, ꝙ quisquis verè homo est, non accedet vnquã sponte ad amicas cognatásq; corporis voluptates, semper alienare se ab eis meditans. Siquidem hæc vox, homo, iterata significat, non cõpositum ex anima & corpore, sed virtutibus præditum hominẽ. nam hic est ille verus, quẽ è priscis quidã accensa meridie lucerna, percontantibus obuiis, hominẽ aiebat se quęrere. Quod autem vetitũ est, ne quis accedat ad quemcũq; carnis

nis domesticum,habet rationē necessariam, Quædā enim admittenda sunt,vt commoda ista,quorū vsu sanitatem tuemur, Superflua verò in malam rem ableganda,à quibus accensæ cōcupiscentiæ absumūt omnes virtutes vno incēdio. Proinde non ad omnia quæ carni amica sunt,appetitus excitetur. voluptates enim ferociētes persæpe canū more adblāditæ,repentè mutatę morsum infigunt insanibilem.itaq; virtutis amicā frugalitatem cōplexi præ caris corpori turbam ingentē hostium pertinacium profligabimus. Quòd si quādo tēpus improbè postularit,vt suprà sufficientē modū accipiamus aliquid,ipsi tamē non accedamus. dicit enim:Non accedet ipse reuelare turpitudinē. Hoc explicādum est quid sit. Sæpenumero quidā qui nullas cōgesserunt pecunias,tamen in re lauta fuerunt. Alij minimè cupidi gloriæ,consensu ciuiū laudati honoratiq; sunt. Quibusdā præter omnē spem magnum robur contigit. Omnes isti discāt non esse accedendum mente ad quicquam talium : hoc est,non esse hæc vltra modum suscipienda,sed sic existimādum. hæc singula adeò nō esse bona,vt sæpe magna eladem afferat vel pecunia vel gloria vel robur corporis. sunt enim hi proprij reditus, auarorum pecunia,ambitiosorum gloria,roburverò istorū qui certaminibus delectātur & gymnasiis:qui omnes animā præstantiorē dediderūt in seruitutē deterioribus rebus inanimis. sed quicunq; secū habitant,splendidas istas & multis cōcupitas felicitates intellectus imperio subiiciūt. accipiēdo eas quoties vltrò veniunt in rectum vsum,sed longè dissitas nō accedēdo, quippe qui vel sine his possunt felices euadere. Quisquis autem has è propinquo & è vestigio sequitur,replet philosophiā opinionibus turpibus:& ideo turpitudinē retegere dicitur. Nónne in propatulo sunt probra istorū qui se vocant sapientes,dum sapientiā vili pretio tanquā sub hasta in foro vēditant,nunc præsenti lucro exiguo, nūc blanditiis suauiloquis,nūc pollicitationibus quouis somnio vanioribus. Quod autem subiūgitur, Ego dominus,perpulchrè aptéq; ad docendum dictum est. Quasi dicat:cōfer bone vir,bonū carnis cum bono animæ cæterarúmq; rerum omnium.illud carnale bruta voluptas est. Hoc verò vniuersale diuina mēs numerus,quod regit omnia. Bella collatio quæ possit similitudine fallere:ac si quis animata cū inanimis, bruta cum rationalibus,cōgrua cum incōgruis,paria cum imparibus,lucē cum tenebris,diem cū nocte,deniq; omnia cōtraria cum contrariis cōferat,& hæc prosus eadem esse cōtendat.

Atqui

Atqui hæc tametsi cognationem quādam vt creata habeant,tamen Deus ne præstantissimæ quidē creaturæ similis est:quoniā quævis creatura patitur,ille ingenitus est & semper agit. Bonū sanè fuerit non deserere cōstitutum diuinitus ordinem, in quo res gerenda est fortiter : nec transfugere ad effœminatam fractámq; voluptatē,cuius amicitia nocet,prodest inimicitia. mirificam enim habet naturā : quòs suis bonis dignatur,eos mulctat cōtinuò:quos verò his priuat,eos adiuuat maximè. Nocēt enim eius munera,quę mox ablata prosunt. Proinde ô anima,si quod voluptatis amatorium te inuitat poculum, declina ab eo & auersis oculis in genuinam natiuámq; virtutis pulchritudinem,perge illā intueri, donec amore huius correpta, traharis tanquam à magnete,vt attracta cum adamata cohæreas. Cæterùm hæ voces,Ego dominus.non sic tantum accipi debent,ac si diceret,ego perfectū, incorruptibile verúmq; bonū, quod quisquis cōplexus fuerit,spernet ista imperfecta carni hęrentia:sed perinde quasi diceret,ego princeps,rex & dominus. Nec subditis in principū præsentia, nec seruis coram hæris,tutum est inique agere. Cùm enim præsto sunt castigatores,timor cōtinet in officio,quos non admonet suum ingenium. Propè est enim Deus qui replet omnia:cuius conspectum ac præsentiam si non reueremur,certe inuictam potentiam,& seueritatem ineuitabilem metuendo cōtinebimus nos à maleficio,reputantes quàm grauiter aliquando soleat animaduertere:ne sapientiæ spiritus diuinus à nobis demigret facile,sed quā lōgissimo apud nos perseueret tempore:quemadmodum apud Mosen illum sapientissimum. Nā hic vtitur pacatissimis habitibus & quietissimis,aut stans aut sedens,haudquaquam natus ad mutationes motúsque varios. Dicit enim:Moses & cista non mouebātur,siue quia vir sapiēs nunquam à virtute separari potest, siue quia & virtus est immobilis,& vir probus immutabilis, quòd ambo in recta ratione stabiliantur.& rursum alibi:Tu verò hic sta mecum. oraculum enim hoc prophetæ redditum est,de statione quietéque immota apud Deum nunquā mobilem. Necesse est enim rectū fieri quicquid applicatur ad sanam regulā. Et hoc est cur mihi videtur nimius fastus cognomine Iothor, perculsus indeflexo sempérq; sui simili proposito viri sapientissimi exclamare sciscitando in hunc modum:Cur tu sedes solus ? Qui enim cōsiderat in media pace bellum cōtinuum,non inter gentes,regna,ciuitatésq; subinde nascens,sed in singulis domibus,imò singulis hominibus

minibus,meritò miratur posse aliquē frui serenitate in hieme & tãquillitate in fluctibus. Vides quòd ne ratio quidē summa sacerdos,quæ semper immoratur & vacat sanctis dogmatibus, omni tẽpore habet ea visendi licentiam,sed vix semel annis singulis? Quicquid enim effertur sermone,non est iu tuto,cum ad duos pertineat. Quando autem sine voce anima sola cõtemplatur eum Qui est,res est securissima,cõstabilita in vnitate indiuisibili. Quemadmodum igitur in multis,id est multos vitę fines sibi proponẽtibus,Dei spiritus non permanet,etiamsi apud eos versetur ad tẽpus exiguum,sed vni tantũ generi prẽsenseſt, quod exutum natiuis affectibus,intra velũ quo opiniones excludũtur penetrat ad Deum expeditis nudisq; cogitationibus:sic & Moses extra castra totius corporalis exercitus fixo sibi tentorio,id est mente erecta & in nullã partem proclinante,adorare Deum incipit:ingressúsq; caliginem loci non conspicui,manet illic,& initiatur mysteriis sanctissimis. Nec hoc contentus etiã alios his orgiis initiat,doctor rerum diuinarum,quas interpretatur purgatis auribus. huic certè semper adest Dei spiritus,in omnem rectã viam deducens. ab aliis,vt iam dixi,discedit ociſsimè,quibus & vitæ præfiniuit terminũ. dicit enim : Erunt dies eorum anni centum viginti. sed Moses quoq; post expletũ hunc annorum numerũ è mortali vita demigrat. & qui potest æquũ videri,vt noxij pares fiant ætate vati tam sapienti? In præsentia hoc solùm sat erit dicere,quæ nomine cõmunicant nõ omnino esse similia. interdum etiam diuersa toto genere,vt vile ac probatum possint esse paria vel numero vel tẽpore,quãdo inducũtur & in geminis:cæterùm vires habent distantissimas inter se diuersissimásq; diligentiorem autem disputationẽ de cxx annis differemus quousq; propheticam vitam totam examinabimus,vbi ad eius mysteria fuerimus idonei. nunc sequamur textus ordinem. Gigantes autẽ erant in terra diebus illis. Aliquis fortè putat quæ poëtæ de gigantibus fabulãtur hic legislatorẽ subindicare,cùm hæc immẽsum distẽt à fabulis, & ipsis veritatis inhæreant vestigiis. Ideo laudatas elegantésq; artes picturã atq; statuariã è sua republica reiecit,q; veritatẽ mẽdaciis vitiẽt illudẽtes per oculos animabus facilibus & credulis. Nullã igitur de gigãtibus affert fabulã:sed illud te docere vult,alios esse terræ,alios cæli,alios Dei homines. Terræ quidẽ eos qui venãtur voluptates corporis,& harũ vsu mfructũ,quæ tẽdo vndecũq; singularũ materiã. Cæli autem eos qui tenent artes ac scientias, aut

aut eas sectantur. Quod enim nostri cæleste est,mens esliquæ & motus cæli considerat,& in reliquis exercet se artibus liberalibus,acumen intelligendis huiusmodi rebus sibi comparãs. Dei verò homines sacerdotes & prophetæ sunt,quorũ maior est dignitas,quàm vt se misceãt humanæ reipublicæ,& mundi ciues sint:sed sublimiores omnibus rebus sensibilibus,migrarunt in mundum intelligibilẽ,ibi sortiti domiciliũ,ascripti reipublicę idearũ incorporearum & incorruptibilium. Proinde Abraham quàm diu hærebat in Chaldæorum terra opinionéq;,& nõdum mutato nomine vocabatur Abrã. homo cæli erat,sublimis ethereæq; naturæ scrutator,in effectibus eorúmq; causis & id genus aliis philosophãdo:ex quo studio & appellationem præsentem sibi quęsiuit. Abram enim interpretatur pater sublimis,nomen conueniens consideranti sublimia cælestiáq; intellectui,præsertim cùm cõcretæ huius naturæ nostræ pater sit intellectus pertingens ad ætherẽ & vlterius. Sed quãdo iam seipso melior nomẽ mutaturus est,fit homo Dei,iuxta redditum sibi oracului, Ego sum Deus tuus. da operã vt mihi te approbes,& esto inculpabilis. Quod si vnus totius mundi Deus,ob priuatum affectũ dicitur huius viri Deus,necessariò ipse quoq; Dei est. Interpretatur enim Abrahã pater electus soni,id est intellectus ; ibi viri. est enim electus,purgatus,& pater vocis qua cõsonamus. talis autẽ vni Deo dicatur,cuius assecla factus , totius suæ vitæ semitam dirigit,incedẽs per viam verè regiam, scilicet omnipotentis regis vnici,in neutrum latus declinans & digrediens. at filij terræ mente sua exorbitantes,& puteos fodientes in inanima immobiliq; natura carnium(facti sunt duo in carnem vnã, inquit legislator) adulterauerũt nomisma optimum,desertóq; meliore ordine suo,ad deteriorem cõtrariúmq; tranfugerunt. Nebrod huius facti principe. Dicit enim legislator,Hic cœpit esse gigas super terrã,interpretatur autẽ Nebrod transfugiũ. Nõ enim satis erat miserrimæ animæ neutrarũ esse partiũ. sed accedẽs ad hostes arma sumpsit cõtra socios,& apertũ his bellũ intulit. Ideo Nebrodis regnum fuisse traditur Babylon, id est trãspositio,eadẽ res quæ trãsfugium,pari cognitione rerum ac nominũ. Quisquis enim molitur trãsfugere,mentem mutat & transponit. Consequens igitur est iuxta Mosen sanctissimũ. malum virũ esse non modo exterrem & exulem , sed etiã transfugam: bonũ verò,cõstantissimum socium. Hactenus de gigantibus dixisse contenti,transeamus ad sequentia. Sunt autem hæc.

PHIL

PHILONIS IVDAEI,
Quòd Deus sit immutabilis.

POSTEA, inquit, cùm ingressi essent angeli Dei ad filias hominum, illæ genuerunt eis. Quærendum quid sibi velit illud Postea. Est ratio, indicans aliquid ex præcedentibus. Præcessit autẽ mentio de diuino spiritu, quem permanere seculis omnibus in multifaria multiformiq; anima, induta põderosissimis carnibus, dictu est perdifficile. Post illum spiritum angeli ad filias hominũ ingrediũtur. Etenim quantisper anima illustratur purissimis intelligẽtiæ radiis, per quos Deum & eius potentias videt sapiẽs, nullus nequam angelus subintrat cogitationẽ, sed extra locum aspersione lustratum omnes excluduntur. vbi verò hebetatum mentis lumen sit opacius, illi tenebrarum amici arrepta occasione fortuita, cum affectionibus effœminatis, quæ hic vocantur filiæ hominum, congressi gignunt sibi, non Deo. Quod enim propriè Deo gignitur, virtutes sunt integræ: sicut deprauata vitia ad cognationẽ malorum pertinent. Proinde disce si vis, ó mẽs, non tibi ipsi gignere, exemplo Abrahami perfectissimi, qui dilectum, vnigenitum, animæ germanũ filium, effigiem à seipsa doctæ sapientiæ, nomine Isaac offert Deo, & reddit magna cum alacritate, quasi necessariam debitámque gratiam, vinctum pedibus, vt ait lex, & noui generis victimam: siue quia iam nihil mortale Deo destinat calcare dignabatur: siue quia vidit creaturam esse instabilem, postquã cognouit firmitatem eius Qui est certissimã, cui credidisse dicitur. Huic successit Anna ipsius discipula, donum diuinæ sapiẽtiæ. interpretatur enim hoc nomen gratia. Hæc enim diuino semine grauida, vbi perfectum pariendi tempus aduenit, enixa est morem Deo sacratũ, cui fausti nomẽ imposuit Samuël, quod interpretatur ordinatus Deo. móxq; acceptum datori reddidit, nullum suum proprium bonum iudicans, nisi ex diuina gratia. Sic enim in primo Regnorum ipsa loquitur: Do tibi eum donum, ac si dicat eum qui donum est, id est dono gratuito acceptũ tibi do: iuxta illud dictũ Mosis sanctissimi: Dona mea, munera mea, sacrificia mea seruabitis offerre mihi. Cui cũ gratia debetur nisi Deo? aut quomodo ei

do ei referetur, nisi per hæc ipsa quæ accepimus? nec enim aliũde licet capere. Qui nulli indigus offerri sibi postulat propter summam suam erga genus nostrum benignitatem: vt per studium cultus diuini & gratiarũ actionis, puri fiamus ab iniquitatibus, & abstergamus vitę sordes cõtractas vel verbis vel operibus. Est enim stultitia, cùm tẽpla nõ subeas nisi corpore à balineis nitido, vota sacráq; facere mente impura contaminatáq;. atqui templa è saxorũ lignorúmq; inanima cõstant materia. Et cùm nefas sit corpus suaptè natura inanime inanima tãgere: ferendum videtur, vt Deum purissimũ accedat quis impurã habens animã, nisi mox sequatur pœnitentia? Quisquis enim nullius præteriti peccati sibi cõscius, etiam vetera conatur eluere, accedat bono animo. sin minus, absistat cùm impurus sit. non poterit enim fallere perspicientem mentis sinus intimos, & inambulantem in eius penetralibus. Cęterùm animam Deo carã pulchrè describit etiam illud cãticum: Sterilis peperit septem, fœcunda verò defecit. Atqui vnius Samuëlis mater est quæ hæc dicit. & quomodo ait septem se peperisse, nisi quis vnitatis & septenarij naturam eãdem existimat, non solùm in numeris, sed & in mũdi totius harmonia, & in animæ probæ rationibus. Samuël enim in soliusDei ministrorũ ordinẽ ascitus, nemini prętereà seruiẽs, ab vno & ente honestatur: qui status est septenarij animæ in Deo requiescẽtis, & nullis mortalibus occupatę negotiis: quando excedit senarium, qui attributus est primatum asse qui non valentibus, & in secundo gradu cõsistere necesse habentibus. sterilem igitur nõ iam effœtã, sed etiam nunc vigentem, in fortitudinis tolerantiæque studio decertantem ob opimum præmiũ, credibile est septenarium vnitati honore parem parere, quorum numerorum fœcunda & prolifica natura est. fœcũdam verò illã ait desisse gignere liberos, idq; verè ac euidẽter. quando enim anima cũ sit vnica multos parit ab vno illo diuiũcta, meritò fit numerosissima. deinde grauata oppressáq; multitudine natorum à se pendẽtium, quorũ pleriq; immaturi abortiuíq; sunt, viribus deficit. parit enim quicquid ad formas colorésq; pertinet, per oculorum concupiscentiam: quicquid ad vôces, per aurium. prægnãs fit etiam ex ventris & eorum quæ sub ventre sunt desideriis. itaq; grauata natorum ex se pendentium tanto numero, manibus prę languore demissis deficit: ad quem modum vinci cõtingit omnibus, qui corruptibiles ipsi gignũt sibi corruptibilia. nonnulli verò nõ solùm vinci, sed & mori sustinent

stinent,nimis amori sui dediti. Vt ille Onan,qui sentiens semẽ sibi non profuturum, non prius desiit rationale genus in rebus præstantissimum corrumpere,quam ipse totus periit; & meritò. Nam si omnes omnia sui causa facturi sunt,nihil parentum honorem,liberorum disciplinam,patriæ salutem,legum incolumitatem,gentium constitutionem, non vllum priuatum publicúmve officium,non sacrorum ceremonias,nõ pietatem erga Deum curando,erunt infortunatissimi.nam vnumquodque ex his quæ diximus,vel periculo vitæ redimendũ est.at isti hæc cuncta expetenda tantopere,facilè contemnũt,si nihil voluptatis afferant. Quapropter Deus iustus iudex hanc immanem opinionẽ quæ nominatur Onan,tollit è medio. nec minus abominandi sunt omnes qui sibiipsis generant, id est qui propriã tantùm vtilitatem captant contemptis cæteris, tanquam sibi solis nati,non item innumeris aliis.patri.matri, vxori , liberis , humano generi : & hoc amplius.si dicere fas est,cælo, terræ , vniuerso mũdo,scientiis,virtutibus. patri ac rectori vniuersorum, quorum singulis quantũ licet reddẽdum est debitum officium: & sic cogitãdum cuiq;,non propter ipsum facta esse cætera, sed ipsum esse auctarium rerum omnium.Verùm de his satis.contexamus sequẽtia.Vidẽs dominus Deus quòd multa malitia hominum esset in terra, & omnis eorũ intentio prona esset ad malum toto vitę tempore,recogitauit Deus quòd hominem fecisset in terra.dixitq; Deus intra se: Delebo hominem quem creaui à facie terræ.¶ Non deerunt fortasis nefarii quidam qui suspicabũtur legislatorem subindicare,ꝙ œnituisse opificem creati hominis,visa tanta impietate,voluisseq; hac de causa vniuersum id genus extinguere.Hi sciant se istiusmodi opinione subleuare ac extenuare peccata priscorum hominum,si conferãtur cum ipsorũ impietate.Quod enim potest esse grauius erratum cõtra Deum , quàm credere mutari eum cùm sit immutabilis? quamuis quidam opinantur, ne homines quidem veros ambigere incertis sententiis. nam sinceros philosophos hunc præcipuum ex sua scientia fructũ decerpere,quòd non mutantur vnà cum negotiis , sed indefexa constãtia se adaptant rebus omnibus.Quin & legislator probat hoc trãquillitatis studiũ.dictum enim illud ad sapientem ex persona Dei:Tu verò hic sta mecũ: mentem fixã & à recto nusquam dimotam cõmendat. est enim profectò mirandũ,si quis lyræ in modum animam musica arte coaptatam,nõ sonis acutis & grauibus, sed rerum inter se contrarã

trariarum scientia,& meliorũ ex his delectu, neq; intẽdat plus æquo,neq; remittat, emollita virtutum rerúmq; suaptè natura honestarum harmonia, conseruans eam in eodem tẽperamento cõcinnè pulsandi psallendique.hoc enim instrumentum natura fecit absolutissimum,quod imitantur manufacta organa: id si quis pulchrè temperauerit,efficiet symphoniam lõgè optimam,quæ non in sonoræ vocis fractos tonos desinit,sed in laudata vitę officia. Ergo cùm hominis anima tẽpestatem,subitis vehementibúsq; vitiorum procellis irruentibus excitatã scientiæ sapientiæq; auris componat,sedatisq; tumidis vndis ad trã quillitatem reducat:dubitas an ille incorruptibilis,beatus,virtutis,perfectionis,felicitatisq; potens,non egeat mutatione sententiæ,sed immaneat primis consiliis non supponens alia? siquidem humana facilè mutantur,vel propter ipsorum hominum, vel propter negotiorum inconstantiã.Verbi gratia:amicos eligimus sæpe, quos post non longam consuetudinem ob nullam ipsorum culpã auersamur, & in loco inimicorũ aut certè ignotorum habemus. hoc factum leuissimam facilitatem nostram arguit,qui non possumus perseuerare in pristino proposito. at Deus nõ vertit fauorem in fastidium,interdũ tamen statuimus manere in sententia:sed familiares non manent sui similes.itaque necessariò noster quoq; animus vnà cum eis mutatur. præuidere em futuros negotiorũ exitus,aut sentẽtias aliorũ,nemini mortali est possibile:Deo autẽ , vt in luce purissima, omnia sunt conspicua.penetrans enim sinus intimos animę videt,quæ non cernuntur aliis, & pro sua prouidentia præscientiáq; , quæ virtutes ei peculiares sunt,nihil abuti libertate finit,& suæ potestati eximi. quandoquidem etiam futurorum incertitudo nõ cadit in ipsum : apud quem nec futurũ est quicquã nec incertũ. Liquet igitur necessariò sequi vt & parẽti sua progenies & opifici suum opificium,& curatori suo quę ab eo curãtur,nota sint. Deus autẽ reuera pater,artifex, curator est rerũ quæ cælo mundóq; cõtinentur omnium. Atqui futura obscurantur à venturo tempore,nũc breuiore,nunc lõgiore. Deus verò & temporis est opifex,est enim pater patris eius:mundus verò pater temporis, quod motu suo progenerat. itaq; tempus nepotis Dei seriẽ obtinet,mũdus em hic iunior Dei filius est,vtpote sensibilis. senior enim hoc nõ traditur,sed intelligitur: qui pro iure primogenituræ apud patrem manet.Cærerùm iunior filius sensibilis motu suo naturã temporis fecit existere.itaq; apud Deum nihil futurum

turum est,cui subiiciuntur etiã termini temporum.Nanq; non tempus,sed temporis exemplar æuum,vita superorũ est.in æuo autem nihil præteriit,nihil futurum est,sed præsens tãtummodo.Postquam igitur satis declarauimus,nõ pœnitere eum Qui est,restat vt doceamus quid sit illud.Recogitauit Deus quòd fecisset hominem in terra,dixitq; intra se.] Cogitationẽ deliberationémq;,altera intus reconditã, alteram iam certò prolatã, duas potẽtias opifex rerum cum habeat,eisq; vtatur,opera sua considerat:quæ ordinem non deserunt,& in officio manent, cõprobat:in ea quæ deficiunt,nec seruant ordinem,animaduertit. Corporibus enim aliis habitum,aliis naturam, aliis animam, aliis rationalem animã addidit.Saxa lignáq; à cognatis diuulsa,habitu astrinxit ceu vinculo valido.hic autem est spiritus reuertens in seipsum.incipiens enim à medio,pertingit ad extrema,móxq; à superficie cursum reflectit,donec in eum locũ perueniat,à quo primùm profectus est. Hic est ille habitus,cursus recursúsq; indesinẽs, cuius imitationem cursores post tertium quemque annum in theatris frequentissimis ostentant, tanquã rem egregiam & contentione dignissimã.Naturam autem attribuit stirpibus,contemperatã è pluribus potentiis, nutritiua, mutatiua,augmentatiua.Nutriuntur enim,cum alimẽtis opus habeãt.id deprehenditur,quia nisi rigẽtur,arescunt & pereunt. sicut rigatæ manifestum incrementũ accipiunt.Nam quę prius paululum ab humo se attollebant, euadunt in arbores procerissimas.de mutatione autem harum,quid attinet dicere?brumali tempore folia siccata humi sternuntur: & in palmitibus oculi, sicut rustici vocant,cõniuent,tanquam animalium,& innata ad germinandum ora comprimuntur, natura tunc intus concluſa quiescẽtéq;:vt post respirationẽ,quasi athleta lassus certamine, recolligat vires,atq; ita de integro ad labores anniuersarios redeat.id fit verno æstiuóq; tempore.Tunc enim tanquam expergefacta è sõno profundissimo,& oculos aperit,& clausa ora patefacit.Quibus autẽ grauida est parit omnia,pampinos,palmites,clauiculos,racemos,fructũ deniq;. Quo absoluto,nutrit eũ quasi mater liberos,per quosdá latentes meatus, qui respõdent mammillis mulierũ.Nec prius nutrire desistit,quàm fructꝰ ad perfectã maturitatem perueniat. Est autem maturitatis signũ, quãdo defluit etiã attingente nemine,& diuelli ab adnatis properat,vtpote iam maternis alimentis nõ indigens,& idoneus si in agrum bonum incidat, ad proseminãdas gignẽdásq; stirpes matri

matri suæ similes.Animam autem fecit opifex à natura differẽtem tribus his,sensu,imaginatione,impetu.Stirpes enim sensus,imaginationis,impetũsque omnino expertes sunt. Animal autem vnũquodq; his cunctis est præditum.Sensus igitur, sicut allusio Græci nominis αἴσθησιν indicat, obiecta infert intellectui,in hoc enim capax amplissimúmq; penuariũ visus, auditus & cæteri sensus reponunt omnia.Imaginatio verò est figurarum in animã impressio.Nam quicquid importãt sensus singuli,hæc obsignat suo charactere tanq; anulus,intellectus autẽ refert ceram, impressum sigillum excipiens & seruãs apud se, donec id obliuio memoriæ hostis obscuret,aut in totũ aboleat. Id autem quod impresit characterem, nunc familiariter, nũc secus afficit animam:is affectus vocatur impetus,quẽ definiunt primum motum animæ.Tanto præstãtiora sunt animalia stirpibus.Videamus quanã re homo antecellat cætera. hic eximiũ munus sortitus est mentem,quæ cunctas naturas corporum & rerum solet comprehendere. Quemadmodum enim corporis regimẽ est penes oculos,mũdi verò penes lucis naturã: eodem modo imperium in nos mẽs obtinet.Hæc est enim oculus animæ,illustratus splendore proprio,per quem dispellũtur altissimæ tenebræ,offusæ à rerũ ignorantia.Hæc animæ species, non ex eisdem quibus cæteræ elemẽtis facta est,sed puriorẽ & meliorem est nacta essentiam,ex qua naturæ diuinæ sunt conditę. Quapropter sola mens in nobis meritò immortalis cẽsetur.Solam enim hanc pater iussit esse liberã,exemptam & dimissam è necessitatis vinculis,donatámq; munere decẽtissimo voluntatis spõtaneæ,quatenus eius capax erat.Nã brutæ animantes, quarũ animabus non inest mens donata libertatis priuilegio, subiugatæ frenatæq; tradũtur ad ministerium hominũ,tanquã heris mancipia.Homo autem liberã facultatẽ & sui iuris sententiam sortitus,ex destinato pleraque faciens, meritò vituperium incurrit,si prudẽs sciénsq; peccat, sicut ediuersò laudem, quando sua sponte benefacit.Nam stirpium animaliúmq; nec vbertas laudatur,nec si malè proueniãt,vituperantur:ꝙ vterq; hic motus,& vtraq; mutatio,non est voluntaria,sed sola hominis anima,quæ accepit à Deo motum volũtarium,hactenus illi similis,à molestissima grauissimáq; hera necessitate,quãtum licuit,manumissa,iure accusari posset,si liberatorem suum nõ coleret,non euasura pœnam quæ animaduertit in libertorum ingratitudinẽ,itaq; recogitauit,& intra se dixit Deus, nõ nunc

primùm,sed iam dudum firmiter,quòd feciſſet hominẽ,id eſt, qualem eum condidiſſet. Cõsideret enim liberum, vt relictus voluntati propriæ quicquid placeret,ageret:idq; hanc ob cauſam,vt ſciens quid bonũ ſit,quid malũ:& quid interſit inter honeſta turpiaq; reputans,quid itẽ inter æqua & iniqua,& in vniuerſum virtutem inter & vitium,eligeret meliora,deteriora fugeret. In eam ſententiam & oraculum extat in Deuteronomio: Ecce poſui ante faciem tuam vitam & mortem,bonum & malum:itu vitam elige: Ergo vtrunq; hinc diſcimus, quòd & inſita ſit hominibus boni ac mali ſcientia, & meliora deterioribus anteferre debeant,cùm habeant deliberationem tanquã incorruptum iudicem,quę,rectæ rationis monitis pareat,reiectis cõtrariis ſuggeſtionibus. Quoniam igitur & de his ſufficienter diſſeruimus,videamus ſequẽtia. Sunt autẽ hæc. Delebo hominem quem feci à facie terræ,ab homine vſq; pecudem, à reptilibus vſque volucres cæli:quia recogitaui quòd feciſſem eum.] Hic quoq; nonnulli de quibus iam dixi,his auditis credunt eũ Qui eſt,iraſci & furere. At ille nullo vnquam affectu corripitur. Hæc enim humanę infirmitatis ſunt vitia. Deus autem & à brutis animæ affectionibus abeſt plurimũ,& à partibus membriſq; corporis,nihilominus inueniuntur hæc apud legislatorem docendi gratia,vt ſic moneantur qui non poſſunt caſtigari aliter. Nam in præceptis & interdictis legũ,quę propriè leges ſunt,duo ſumma capita ab earũ autore ſunt propoſita: alterũ, non eſſe Deum ſicut hominẽ:alterũ verò, eſſe eum ſicut hominem. Prius confirmatur veritate certiſsima:alterum adhibetur ad erudiendam vulgarem multitudinẽ:ad quam dicitur illum more hominum caſtigare ſuos filios. Quod admonẽdi cauſa, non quia ſuapte natura talis ſit,dictum eſt. Nam hominũ pars amici ſunt animæ,pars verò magis fauẽt corpori. Animæ ſocij habentes cum incorporeis naturis conſuetudinẽ,cùm nulla rerum idea comparant eum Qui eſt: ſed extollentes eum ſuper omnem qualitatem(hoc enim vnum ad beatudinẽ ſummámq; felicitatem pertinet, nudã eius ſine omni figura eſſentiam cõprehendere) ſola eius eſſentiæ imaginatione contenti, nullam formam affingũt. At fœderati corporis, cũ non poſsint exuere indumentum carneum,quales opiniones de ſeipſis,tales etiam de omnium rerum autore cõcipiunt,quippe qui non valent naturam illam ſolam nullius egentem, ſimplicem, ſinceram, incomparabilem cernere,nec reputant quòd qui conſtat è potentiis

tiis compluribus,eget etiam pluribus partibus ad ſingularum miniſteria. Sed Deus,vtpote ingenitus & creator omnium,non opus habet iſtis creaturarum accidẽtibus. Quid enim dicemus de vſu inſtrumentalium partium? pedes ei dabimus progrediẽdi gratia? at quò ibit,cùm impleat omnia? quẽ accedit,cùm neminem honore parẽ habeat? aut quam tãdem ob rem,cùm humanis curis careat? quid manus ad accipiẽdum dandúmq; ipſe à nemine quicquam accipit,quippe qui nõ ſolùm non eget; verùm etiam vniuerſa poſsideat. Donat autem verbo ſuo munificentiam adminiſtrante, per quod mundum condidit. Oculis certè non eget,quibus ſine luce ſenſibili nihil cõprehenditur. At ſenſibilis lux creata eſt. Deus autẽ propriè lucis vſu videbat etiam ante mundum conditum. De nutritionis inſtrumentis, quid attinet dicere? Nam ſi hæc habet,nutritur etiam, & ſatiatus egerit,ac rurſum ex interuallo eſurit, cæteráque facit quæ nemo pius diceret. Nam fabulæ verbis quidem humanam formam,re autem humanos affectus Deo tribuũt. Cur igitur Moſes pedes,manus,inceſſitus,exitus prędicat de illo ingenito? cur ad arcẽdos hoſtes eũ armat? cur gladio,ſagittis,peſtifero igne, fulminibúsque inſtruit? poëtica iſta videntur,autorem ſummũ armari,licet illic diuerſa ſint nomina. At hic noſter addit eriã zelum,furorem,iras,& cæteros humanos affectus ſimiles. Reſpondebit tamen ſcitantibus: heus vos, oportet legislatorem vnicum habere propoſitum, vt proſit omnibus ad quos peruenit. Quotquot igitur feliciorem naturam ſortiti ſunt & educationem inculpabilem, inuenta hac vitæ via publica directáq;, veritate comite faciunt iter,cuius veriſsimis de eo Qui eſt,myſteriis initiati,nihil creatũ affingũt ei. His diſcipulis maximè cõuenit capitulum illud ſacrę literaturæ,q; Deus nõ ſit ſicut homo,nec ſicut cælũ,nec ſicut mundus. Nã hæ ſpecies habẽt qualitates ſuas, & præcipiuntur ſenſibus. At ille ne mente quidem cõprehenditur,niſi hactenus quòd ſit. Eſt enim eſſentia quod in eo intelligitur:qua quicquid caret,nihil eſt. Hebetiores autem tardioréſq;,& à pueritia perperam educati,nec valentes acutè cernere,medicis opus habent legislatoribus,qui ad præſentem morbum debitam curam accõmodẽt. Nam ſeruis quoq; malè educatis & inſipientibus herus prodeſt terribilis. Sæuitiem enim eius & minas timendo,vel inuiti continentur in officio. Diſcãt igitur quotquot tales ſunt vel falſa modò vtilia, ſi per veritatem ad bonam frugem reduci nequeunt. Nam & his qui cor-

poris morbo laborāt grauiter, legitimè instituti medici nō sustinēt vera proloqui, cùm sciāt eos inde fore deiectiore animo, ita vt malum incrudescat: sed adhibent contrarias consolationes, vt & ægrotus fiat ad tēpus sedatior, & ægritudo remissior. Quis enim sanæ mētis eum sic alloqueretur: heu tu, secaberis, vreris, mutilaberis, etiāsi hæc necessariò ferenda essent. Nemo prorsus. Alioquin ille collabetur animo, accedēte noua grauiore molestia ad morbum corporis, & libēter securationi subtrahet: quod si falsa expectatione decipiatur à curante, patienter sese præbebit ad omnia salubria, quantūvis cruciabilia. Proinde legislator noster cùm sit optimus animarū medicus, vnicū finem habet propositum, vt radicitus mentis infirmitates exsecet, ne ex reliquiis repullulet malum immedicabile. Quod ita se sperauit effecturum, si autorem creaturarū induceret minacem, indignabundum, iniustis seuerè intentantē suppliciū, nonnunquam arma corripientem in improborum perniciem. Nec enim aliter emendatur insipiens. Et ideo mihi videtur duobus iam dictis capitibus, ꝙ Deus sit sicut homo, & non sicut homo, alia duo generis eiusdem cōtexuisse, timorem atq; dilectionē. Omnes enim legū ad pietatē adhortationes video referri vel ad dilectionē vel ad timorē eius Qui est. His igitur qui nec mēbra, nec affectus humanos Deo tribuunt, sed religiosè de illo, piéque sentiunt, dilectio maximè conuenit, timor verò cęteris. Quæ igitur ante quæstionē præstruenda fuerant, hæc sunt. Redeundum iam ad cœptam considerationem, qua hæsitabamus quid sibi velint hæc verba, Indignatus est, quòd fecisset eos.] Fortasse tale quiddam docere vult, ꝙ mali apud Deum in indignatione sint, boni verò in gratia. Nam mox dicit. Noë autem inuenit gratiā.] Cæterùm ira quæ passio hominis est propria, figuratè de eo Qui est, intelligitur necessariò, quādo quicquid per iram, metum, dolorem, voluptatem, aut quamcunque affectionem agimus, confessione omniū culpabile est ac reprehensibile. Sicut ediuersò laudabile, quicquid cum recta ratione cō, iunctū & sciētia. Vides quàm cautè loquatur, Indignatus sum quia feci, non contrà, Quia feci eos indignatus sum? Nam hoc posterius de pœnitente dici poterat, quod non fert natura Dei prouidētissima. Prius autem illud est inducentis dogma generale, iram esse peccatorum fontem, sicut rationē originem bonorum operū. Memor autē perfectissimæ suæ bonitatis Deus, etiam si omnes homines, aut maxima eorū multitudo suaptè

culp

culpa ruat in perniciem, tamen salutarem dextram porrigens, sustentat & erigit, non sinens vniuersum genus deleri. Quapropter nunc ait, Noë inuenisse apud eum gratiam, quia cæteri daturi sunt pœnam ingratitudinis, vt salutaris misericordia temperetur peccatorum damnatione, sicut hymnorum cantor dicit alicubi, Misericordiam & iudicium cantabo tibi. Nam si Deus mortalem iudicaret sine misericordia, atrum ferret calculum, cùm nemo à natiuitate ad obitū vsq; , sine lapsu percurrat vitæ spatium, sed aliquando sponte cadat, aliquando fallente vestigio. Vt igitur genus maneat incolume, etiāsi multę pessum eant species, admiscet misericordiam, quā interdum etiā indignis exhibet, nunc preuenientem iudicium, nunc sequentem. Antiquior enim apud eum est misericordia quàm iustitia, quippe qui pœna dignum noscit non iudicatum, sed ante iudicium. Quamobrem aliubi dicitur: Calix in manu domini, vini meri plenus temperamento. Atqui temperatū non est merum, habent tamen hæc rationem naturalem, his quæ diximus, consentaneā. Deus enim potentiis suis erga seipsum meris vtitur, temperatis autē erga suas creaturas. Meras enim natura mortalis haudquaquam potest capere. An putas cùm nō possis meram solis flammā obtueri: extinguetur enim visus fulgore radiorum hebetatus, prius quàm pespiciat: quamuis & sol vnum est ex diuinis operibus, pars cæli, globus æthereus: posse te intueri potentias illas increatas, ita vt meræ circa ipsum sunt eiaculantes fulgorem splendidissimū? Quemadmodū igitur solis radios extendit opifex à cælo vsq; terminos terræ, vt vehementia caloris remitteretur, laxaretúrq; per aërem frigidum, nam hoc eos temperauit, vt quod inest lucidum seiunctum ab igne flammeo, remissísq; vrendi viribus, illustratiuis autē retentis, cognatæ sibi luci repositæ in oculis occurreret suauiter: ex horum enim congressu obuio, & quasi consalutatione quadam, perspiciendi vis efficitur, ad eundē modum sciētiam & sapientiam Dei, item prudentiam, iustitiam, cæterásq; virtutes singulas, quis mortalis sinceras posset excipere, quod ne totum quidem cælum totúsque mundus potest? Proinde cùm sciret opifex quàm immensa sint sua bona omnia, & creaturæ quantumuis arrogantis naturalem imbecillitatem, nec in beneficiis nec in pœnis vult totam vim suam exerere, sed quantam videt earum capacitati sufficere. Quod si remissam mediocrémque potentiarum eius temperaturam haurire & ea frui contingeret,

 satis

satis hilaritatis pereiperemus,qua perfectiorem non est cur requirat humanũ genus.Iam enim ostendimus quæ sincera mera veréq; summa sunt,circa solum eum.Qui est, existere. Confirmat hanc sentẽtiam quod aliubi dicitur:Semel dominus locutus est,duo hæc audiui.Nam quod dicit semel,mero est simile. Etenim merum est vnitas,& vnitas merũ.Illud autẽ bis,mixto est simile.Vtrunq; enim non simplex est,cùm cõiunctionem seiunctionémq; recipiat.Iraq; Dei vox est mera vnitas.Nec enim sermoleius percussio fit aëre,cum mixtura omni careat,incorporeus,nudus,nihil ab vnitate differens. Nos autem dicimus binario,Spiritus enim è pectore missus per asperá arteriam, formatur quidem in ore à lingua tanquã ab opifice:prolatus autẽ foras,& permixtus aëri cognato,eumq; verberans,concinnam binarij temperaturam efficit.Quod enim è diuersis sonis consonat,binario diuisibili primum conuenit, tonum acutum & grauem habenti.Pulchrè igitur multitudini cogitationum inustarum vnum iustum opposuit,numero quidem inferiorem, sed plus valentem,ne tanquã in bilance prægrauaret deterius, sed contraria vi melioris eleuatum,vires amitteret. Iam quid sit illud,Inuenit Noë gratiam coram domino Deo] vnà considerem⁹.Qui aliquid inueniunt,aut prius amissum reperiunt denuò:aut nõ quod prius habuerant,sed nouum lucrum acquirunt.Hanc inuentionem,illam redinuentionem vocare solent curiosi vocum propriarum.Prioris exemplum manifestum est in magna illa precatione. Est autem precatio,bonorum à Deo postulatio.Porrò magna precatio est, credere Deum autorem esse bonorum ex seipso, nec egere ad benefaciendum alieno auxilio,non terræ tanquam frugiferæ,non pluuiæ tanquam adiuuantis satorum,plantarúmq; incrementum,non aëris tãquam ad alendum idonei,non agriculturæ tanquam fertilitatis causæ,non medicinæ tanquam salubris, non nuptiarum tanquam prolificarum. Nam hæc omnia virtute Dei mutantur, vertuntúrq;,vt sæpe præter morem effectus habeant contrarios.Hunc igitur ait Moses autorẽ esse.qui nutrit comam,capilluni capitis,id est in mẽte incremẽrum dantẽ decretis summariis iuxta præceptorum capita, quibus illa honestatur ceu compto capillitio:Nonnunquã tamen has comas amittit,irruente in animã repẽtino quodã turbine,& abripiẽte honestamẽta eius omnia. Est autem is turbo mutatio quædam inuolũtaria, mentem repentè contaminans,quæ mors vocatur.Attamẽ restituta sibi & purificata

purificata recipit eas,& reminiscitur quicquid prorsus oblita fuerat, & quæ amiserat inuenit,ita vt prioris mutationis dies in ratione non computẽtur,vel quia non habet rationẽ ista mutatio,sicut & à prudentia plurimũ discrepat,vel quia nõ est digna cuius habeatur vlla ratio.Talium enim vt quidã inquit, nec ratio,nec numerus.Sæpe aũt incidimus in ea quæ ne in somnis quidem vnquam vidimus:sicut de agricola fertur,qui scrobem parans plantæ frugiferæ,in thesaurum incidit,auctus inspe rata felicitate. Certè meditator ille, scitante patre de tali modo scientiæ.Quid est quod tam cito inueniſti fili,respondẽs inquit, Quod tradidit dominus Deus corã me.Quãdo enim tradit suę sapientiæ contẽplationes sine difficultate ac labore, has repẽtè nacti præter expectationem,thesaurũ perfectæ felicitatis inuenimus.Siquidem vsu venit,vt alij magno labore quæsita nõ inueniant:alij sine cura & negotio,de quibus non cogitarãt,reperiant. Nam eorum qui hebetiores tardiorésq; habent animas, sicut orbati oculis,labor in contemplandis scientiis est inutilis: qui verò feliciore ingenio sunt prædi ti,absq; inquisitione multa inueniunt fortuitò,dum rectè coniecturã faciũt:vt ea videãtur acquirere,nõ studio,sed rebus ipsis vltro in conspectũ eorũ properãtibus,& in notitiam sese ingerẽtibus.De his legislator ait,datas eis ciuitates magnas & bonas, quas non ædificarunt: domos plenas opibus,quas nõ repleuerũt:cisternas è saxo excisas,quas non exciderunt:vineta oliuetáq; quæ non plantarunt. Ciuitates domósq; figuratè,generales specialésq; virtutes subindicat.Nam ciuitati genus est simile, quia patet amplioribus pomœriis,& cõmune fit cõpluribus:species verò domui, quippe contractior,& minus communis.Per cisternas autem paratas,intelliguntur alieno labore parata præmia,cõceptacula cẽlestis liquoris potabilis,thesauri ad conseruandas dictas virtutes cõmodi,ex quibus animæ perfectæ lætitia nascitur,vero lumine radians.Proinde per vineta lætitiam, per oliueta lumen significat.Felices quibus hoc contigit, qui quasi ex alto somno experrecti,mundũ repẽtè contẽplantur sine labore ac negotio. Miseri verò qui cõtra suum ingenium cõtendentes, in tabescũt morbo contentionis difficillimo.Non solùm enim frustrantur suo proposito,sed insuper cum non paruo detrimento incurrũt magnam ignominiam,sicut naues in mari luctantes cũ aduersis flatibus.Quæ non solùm aberrant à portu, quem petebant, verùm etiam sæpe vnà cum vectoribus ac sarcinis merguntur,

inimic

inimicis gaudium relinquẽtes,amicis desiderium .Dicitur enim in lege,quòd quidam facto impetu in montem ascenderunt, & egressus est Amorreus mõtem illum habitãs, & quasi apes iratæ percussit eos,à Seir vsq; Erema.Necessum est enim,vt qui non sunt nati percipiendis artibus,si luctentur in contrarium, nõ solùm frustrẽtur,sed insuper dedecus lucrifaciãt. Eos item qui aliquod officium præter animi sui sentẽtiam aggrediũtur. coacti ab aliis,rem malè gerere,accusante stimulantéq; ipsorũ conscientia.Sicut qui parua deposita reddunt,captantes occasionem auferendi maiora,diceres homines bonæ fidei: qui etiam tum cum ea reddunt,magnã vim inferunt innatæ sibi perfidæ, cuius sibi conscij lancinantur indesinenter occultis eius morsibus.Pari modo quotquot illum solam sapientem insincerè colunt, tanquam in aliqua scena mirificis exornata ceremoniis, hoc vitæ genus haud secus ac in theatro aliquantisper ostentantes,spectatoribus impostura non pietatem in anima circumferunt,seipsos velut in rota cruciantes torquẽtésque,& cogentes falsam veritatis formã sumere. Proinde ad breue tẽpus obumbrati superstitionis insignibus,quæ est sanctitatis iniuria, magnum malum vel eam habẽtium vel cum his cõuersantiũ, mox isto habitu exuti ascititio,nudam ostendunt hypocrisim. Atque ita deprehenduntur esse ciues suppositicij, qui seipsos,a-scripserunt in maximã ciuitatem virtutem,ius eius nunquam assecuti,Nam quicquid violẽtum idem nõ diuturnum est:quæ cognatio in rerum harum Græcis nominibus apparet. βίαιον & βαιὸν. Sic enim prisci vocabant rem momentaneam. Quid porrò sit illud,Inuenit Noë gratiam apud dñm Deum, quæritur. Fortasse tale aliquid significat, eum consecutum esse gratiam,iut gratia dignum habitum.Sed prius non videtur credibile.Quid enim accepit præ cæteris penè omnibus,non concretis solùm,verùm & elementarib⁹ naturis simplicibus,quæ Deo charæ sunt?Posterius autem habet quidem rationem nõ incongruam,iudicare autorẽ summum dignos suis muneribus, qui diuinum characterem sacrum in mente nõ polluerunt studiis turpibus:sed fortè non veram. Ingentem enim esse oportebat, virum diuina gratia dignum,idque ipse Deo iudice. Equidem arbitror vix totum mundum esse parẽ tanto negotio:qui tamẽ inter cuncta opera Dei,sicut primus,ita maximus est & perfectissimus.Forsan igitur satius fuerit hoc dictum sic accipere, quòd probus hic vir cùm esset sagax &valde doctus,omnia disquirendo comperit quod est verissimum, gratiam Dei esse omnia,terram,aquam,aërem,ignem,solem,stellas,cælum, animantes stirpésq; vniuersas.Horum autem nihil Deum sibi largitum,cum his non egeat.sed mundum mundo, & partes eius in vsum mutuum,atque etiam vt vniuersitati commodẽt. Idq; nõ vt recipiat gratiam,quamuis benignissimus & in totum & in partes:sed respectu sempiternæ suæ bonitatis, quod arbitraretur suæ beatę felicíque naturæ conuenire beneficentiam.Itaque si quis me roget,quænam sit causa mũdi creati, à Mose doctus,respondebo,eius Qui est bonitas, antiquissima suarũ gratiarum omnium.Vbi obseruandum quod ait,placuisse Noë potentiis eius Qui est, domino & Deo: Mosen verò ipsi regi potentiarum, cuius etiam absque illis sola noscitur essentia. Ad hunc enim ex persona Dei dicitur:Inuenisti gratiam apud me: ostendendo seipsum absque omni altero.AdeoMosis summam sapientiã gratia dignatur is Qui est per seipsum solum:expressam autem ex hac imaginem,iam secundariã,& specialiorem, per potentias subditas.Quapropter dominus & Deus,princeps est & beneficus.Alius verò quispiam corporis & affectuum fautor intellectus,vẽditus principi coquorum voluptati huius nostri concreti,exectis masculis & genitalibus partibus animæ omnibus.& à curis honestis otiosus,nec aptus diuino auditorio, eliminatus à sacra cõcione,quam virtutis studiosi frequentant, in carcerem affectionum introducitur:vbi apud vinctorum custodem inuenit gratiam in honestiorem, quàm ignominiam. Sunt enim propriè vincti,nõ qui pro tribunali damnati prætorum sententiis & iudicum calculis abducuntur ad certum locum destinatum maleficis: sed quos ipsa natura damnauit ob mores animæ,puta luxuriem,timiditatem,iniustitiam,aliásq; ineffabiles,pestes,quibus referti sunt.Horum curator,custos & promus est præfectus carceris, conflatus ex omnigenum vitiorum colluuiẽ,cui placuisse damnum est maximum.Quod cùm non videãt quidam,eligentes pro vtilibus noxia,libenter se adiungunt in eius satellitium,vt approbata sua fide fiãt subpręfecti & vicarij custodiæ peccatorum voluntariorum ac inuolũtariorum.Tu verò anima,hanc quoq; potestatem præfecturámq; erede molestiorem seruitute grauissima,& da operã vt libero vtaris vitæ proposito.Quod si capta fueris hamo affectus alicuius,sustine vincta esse potius quàm custos carceris. Nã afflicta gemẽsq;,misericordiam inuenies. Quod si ambitioui teipsam dedid

dedideris,magnum malum,licet ſuaue,cuſtodiam carceris ſuſcipies,cui eris per totam vitam obnoxia.Proinde miſſas facomnes familiaritates præfecti cuſtodiarũ,& vide vt ſummo bono te modis omnibus approbes. id ſi minus potueris, eſt enim res valde ardua,rectà contende ad eius potentias,& his ſupplex eſto, donec illæ exoratæ tuo continuo legitimóque cultu, te in ordine probatorum ſtatuant.ſicut & illum Noë.cuius mirę nouæque dotes enumerantur ſcriptura ſacra dicente: Hæ ſunt generationes Noë. Noë homo iuſtus, perfectus in generatione ſua,Deo placuit Noë.] Quę ex concretis naſcuntur,& ipſa concreta ſunt. Nam ex equis equi, è leonibus leones, è tauris boues,homines item ex hominibus gigni neceſſum eſt. At bonæ mentis non talis eſt propria progenies, ſed prædictæ virtutes, hominem eſſe,iuſtum eſſe, perfectum eſſe, Deo placere, quod vt perfectiſsimum & ſummæ felicitatis finis, poſtremum ſubiungitur.Eſt autem vna generatio,ex nõ eſſe ad eſſe iter & productio. Huius in ſtirpibus & animantibus vſus eſt neceſſarius. Altera verò eſt,ex meliore genere in minorem ſpeciem mutatio,cuius mentio fit his verbis:Hæ ſunt generationes Iacob. Ioſeph cum ſeptemdecim eſſet annorum,paſcebat gregẽ cum fratribus ſuis adhuc puer, cum filiis Ballæ, & cum filiis Zelphæ, vxorum patris ſui. Quando enim hæc meditatoria cupidáque diſcendi mens à diuinioribus contemplationibus ad vanas opiniones deſcendit, corporis & corporearum rerum ſodalis Ioſeph gignitur, adhuc puer, etiamſi ætate canus ſit, quippe qui nullam ſenilem ſententiã aut narrationem audiuit,quam Moſis ſodales vt poſſeſsionem vtiliſsimã ſibi ac ſuis diſcipulis acquiſiuerunt. Quamobrem videtur mihi, quo effigiem eius & exactiſsimam formæ ideam manifeſtius deſcriberet,paſcẽtem greges introducere, cum legitimo nullo, ſed cũ ſpuriis fratribus concubinarũ filiis, qui denominantur à deteriore muliebri genere, non à virili præſtantiore. Nã filij Ballæ Zelphæq;, non Iſraëlis patris nunc vocantur. Occurrit hic quæſtio,quam ob cauſam ſtatim poſt perfectas Noë virtutes ſubiungitur:Corrupta eſt autem terra coram Deo,& repleta eſt iniquitate. Fortaſsis tamen nõ difficile fuerit eam ſoluere,homini præſertim non inerudito. Dicendum igitur,quòd cùm in anima incorruptibilis ſpecies exoritur,mortalis ſpecies mox corrũpitur. Generatio enim pulchrorum ſtudiorum,eſt mors turpium:quando & poſt lucis exortum euaneſcunt tenebræ. Quamobrem in lege

lege de lepra diſertè dicitur:Quod ſi caro viuens in leproſo apparuerit,pollutus iudicabitur. Quod mox confirmans & quaſi obſignans,ſubinfert:Caro enim ſana interſparſa immunda eſt. id quod præter communem morem dictum eſt.Omnes enim à morbidis ſana corrumpi exiſtimant, à mortuis viua, non ediuerſo,quòd ſana viuáque putent ſalutaria.Verùm legiſlator mirandus in cunctis rebus ſapientia præditus, hoc quoque habet proprium: docens quod ſana viuáque,cùm ſunt impura,pollutionem inducũt. interſparſa enim ſana viuáque caro in anima, eſt morbi certum indicium.hanc propheta commemoratione peccatorum arguit,obiurgat,pudorem incutit. illa verò agnoſcit ſingula,quibus à recta ratione exorbitauit: & tum demum ſe imprudentem,luxurioſam,iniquam,plenam inquinamentis deprehendit, quapropter extat lex noua & à vulgo recepta opinione diuerſiſsima,quę ex parte leproſum pronuntiat impurũ: eũ verò qui à capite ad pedes vſq; lepra occupatus eſt, purũ eſſe ait.Quilibet enim,opinor,probabiliter coniectans,diceret cõtrarium, leprã quæ vltra paruam aliquam corporis partem nõ diffunditur,minus impuram:per totũ verò diffuſam, impuriorem videri. Equidẽ puto per iſta ſignificari id quod eſt veriſsimũ, quòd iniquitates inuolũtariæ vel maximæ abſoluũtur nec inquinant,cùm graui accuſatore careant cõſcientia:voluntariæ verò etiamſi non latè pateant,tamen pro animæ tribunali conuictę,inſanabiles,pollutæ impurçq; iudicantur.Ergo duplex & duobus coloribus variata lepra,voluntarium vitium ſignificat. Cùm enim anima in ſe ſanam,vitalem rectámq; rationem habeat,non vtitur eius gubernatione ad bonorum ſuorum conſeruationem:ſed permittens ſeipſam imperitis nauigandi,totam vitæ nauim quæ in ſerenitate tranquillitatéq; ſeruari poterat, ſubuerſam demergit pelago. Cùm autẽ vno colore albicat,mutationem prę ſe fert inuoluntariam,quando mens in totum ratione priuata,ne ſcintilla quidem intellectus reliqua,tanquam in tenebroſa denſáque caligine nõ cernit quid agendum ſit, ſed more cæcorũ paſsim offenſans.lapſus alios poſt alios inuita dolénsque ſuſtinet.Huic ſimile eſt,quod etiam de domo præcipitur,quã aliquando contingit lepra infici.Ait enim:Si domus lepra infecta fuerit,ibit eius dominꝰ,& nũtiabit ſacerdoti, dicẽs, quaſi contagium leprę videtur mihi in domo mea,Móxq; ſubdit:Et præcipiet ſacerdos vt efferantur vniuerſa è domo, priuſquam ingrediatur eam,vt videat,& non erunt immunda quæcunque

Universidad de Deusto Biblioteca

cunque in domo sunt. Posthæc intrabit sacerdos, vt consideret. Ergo prius quàm intrat sacerdos, pura sunt quę domus cõtinet: illo autem introgresso, impura omnia. Atqui contrariũ erat verisimilius, post introitum viri purificati, perfecti, soliti pro cunctis ceremonias obire, & vota sacráq; facere, res in meliorẽ statum mutari, & ex impuris puras fieri. At nũc ne in eadem quidem conditione permanent, sed superueniente sacerdote deteriores reddũtur. Verùm ista vtrũ cum dicta facili solutione consonent, viderint qui solẽt delectari talibus. Equidem incunctanter dico, nihil esse tam conueniens, quàm vt ad introitum sacerdotis contaminentur quæ in domo sunt. Donec enim diuinum verbum in animam nostram, tanquam domum quandam non ingreditur, nihil quod hæc facit culpatur. Nam curator, siue pater, siue pręceptor, siue quid aliud sacerdos vocandus est, qui solus admonere castigaréque potest, procul remotus est. Nec indigni sunt venia qui peccant per ignorantiam, vt qui peccata sua parum pensitant: interdum etiam grauiter peccãdo putãt se rectè facere. quãdo autẽ ad nos ingreditur ille sacerdos verus redargutor, tanquã lux clarissima, tunc produntur animæ nostræ scelesta consilia per actiones sontes & culpabiles, quibus occupamur ignari rerum vtiliũ. hęc omnia sacrata redargutio damnans vt polluta, iubet anferri & detrahi, vt consideret ipsam puram domum animæ, & percuret si quid in ea sit morbidum. Simile quiddam facit & in Regnorum libris mulier quę prophetam accedit. est autem vidua, non vt vulgò vocamus marito destitutam, sed quæ viduatur affectibus mentẽ lædentibus & corrumpentibus, qualis Thamar in Mosaicis literis. nam huic orbatæ marito pręcipitur, vt maneat in domo patris qui solus seruator est, propter quem relicta mortalium consuetudine, deseritur viduatúrque humanis voluptatibus, sed diuinam genituram excipit, & virtutis seminibus facta grauida in vtero gerit parturítque honestas actiones: quas semel enixa, præmium aufert inuitis aduersariis, & victrix pronunciatur, præ se ferẽs palmam insigne victoriæ. Thamar enim palma interpretatur. Omnis autem anima vitiis viduanda sic prophetam alloquitur: Homo Dei, venisti in ędes meas, vt me iniqtatis & peccati mei commonefaceres. Hic enim numine correptus & occupatus cęlesti cupidine, diuiníq; furoris impotenti œstro percitus, quoties subintrat animam, memoriam iniquitatum peccatorúmq; veterum ei suggerit, nõ vt ad ea redeat, sed vt gemens deflénsq;

mutatio

mutationẽ suam pristinã, eius partus auersetur præ odio: sequatur autem monita Dei verbi, prophetæ & interpretis. nam prophetæ à priscis vocabantur aliquando homines Dei, aliquando videntes, nominibus aptis, & diuinitatem perspicatiámq; pulchrè significantibus. conuenienter igitur sacratissimus Moses tunc corruptam terram dixit. quando illius iusti Noë virtutes prolatæ sunt in medium. Erat, inquit, corrupta: eò quòd omnis caro corruperat viam suam super terram.] Hic aliquis putabit erratum in vna voce Græci cõtextus, eúmque postulare vt potius legatur ἁυτῆς quàm ἀυτοι: quod refertur ad præcedentem vocem fœmininam, cùm masculinum relatiuum minus conueniat. Quid si nõ de sola carne viam corrũpente sermo fit, vt meritò erratum in verbis videatur: sed de duobus, & de carne quæ corrumpitur, & de altero quodam quod viam conatur corrumpere? Itaq; sic construendum est: Corrupit omnis caro illius incorrupti æterníq; perfectam viam quæ ducit ad Deum. hãc scito esse sapientiam. Hac enim deducente, recta nimirum & publica, intellectus ad destinatum finem peruenit. est autem finis metáq; huius viæ, scientia & cognitio Dei. hanc semitã odit, calumniatur, & corrumpere conatur quisquis carnis amicus est. Nam nou sunt in rebus duo tã contraria, quàm voluptas carnalis & scientia. Volenti enim hanc viam regiã ingredi cõsideratiuo generi, quod vocatur Israël, repugnat terrenus Edom: (sic enim hoc nomen interpretatur) properè occurrẽs instructis copiis, & minis territãs. effecturum se vt ea nunquã teratur à viatoribus. ad quem missi legati sic loquũtur. Transibimus per terram tuam, non faciemus iter per arua, nec per vineta. non bibemus aquã de cisternis tuis. incedemus via regia. nõ deflectem⁹ ad dextram, nec ad sinistram, donec tuos fines superauerimus. Ad hoc Edom respondet: Non transibis per me. alioquin armatus occurram tibi hostiliter. ad quem filij Israël: Pręter mõtem iter faciemus: ꝙ si de aqua tua bibero ego & pecora mea, persoluam tibi pretium. nulla erít difficultas, tantũmodo trãsitum petimus. at ille respõdet: Non trãsibis per me. Fertur de quodã è priscis quòd cùm spectasset põpam sumptuosissimã, ad familiares versus dixit: Videte amici quàm multis rebus opus non habeo. Compendio de re maxima veréque cęlesti gloriatus est. Quid ais, itáne victor de certaminis Olympici diuitiis coronã adeptus es, intãtum superior, vt nihil inde ad vsum aut delectationem sumeres? mirãda verba, sed mirabilior sententia, tantũ

cõsecuta roboris,vt vel citra pulueris iactum possit vincere.Verùm apud Mosen,Mysteriis sapientiæ initiatum, nõ vnius tantũ viri hæc est gloriatio,sed totius gentis populosissimæ.id hoc argumẽto liquet,quod vniuscuiusq; anima cõfirmata est ad audaciam cõtra regem omniũ quæ bona videtur, terrenũ Edom. Reuera enim quodlibet in speciem tantùm bonum terrenũ est. Celeriter,inquit,trãsibo per terram tuam.ô promissionẽ generosam & magnificã.itáne obsecro superare,transire,transcurrere,quicquid in terra bonum cẽsetur,poteritis? nihílne vestram properationem remorari poterit?cõspectum diuitiarum cõgestarũ aperte sabimini deflexa facie? quid maiorũ dignitates, paterni materniq; generis,decãtatásq; à multis nobilitates despicietis? gloriã quoq; quã homines redimũt cæteris bonis omnibus,prætercurretis tanquã rem vilissimã? quid sanitatẽ corporis,integritatẽ sensuum,pulchritudinem optabilẽ,robur iuuincibile,& cætera quibus animæ domus, siue tumulus, siue quid aliud dicendum est,honestatur,transcurretis obiter,vt nihil horum referatis in bonorũ ordinem? Olympiæ cælestisq; animæ sunt hæc tã ingentia facinora, quæ regione terrestri iã relicta, ad diuinarum naturarũ subducta est consuetudinẽ. repleta em̃ contemplatione verorum bonorũ & incorruptibilium, meritò adulterina ista in diem durantia reiicit.Quę igitur vtilitas est præterire omnia mortaliũ bona mortalia,si hoc non cum recta ratione facias,sed vt nonnulli per segniciem,aut pigritiam,aut tractandi imperitiã?non enim vbiq; omnia,sed apud alios alia sunt in pretio.Quapropter volẽs amplius docere,vt cũ recta ratio postulat despiciãtur quæ modo diximus:ad hoc verbũ trãsibo,adiicit Per terrã tuam. hoc em̃ est valde necessariũ,vt in copia rerũ quæ vulgò habẽtur pro bonis,euitem⁹ cassos laqueósq; quos illæ tẽdunt singulæ:& more ignis perrumpamus subinde repetentes nos earum impetus.Hæc se pertrãsituros aiũt,arbusta verò & vineta nõ item.mittes enim plãtas insitas in anima, feraces dulciũ fructuũ,hoc est,sermones probos & actiones laudabiles præterire,Ogygię simplicitatis fuerit,nã ibi hæredum erat,& auidè fruendũ præsentibus.nihil enim pulchrius quàm in virtutibus perfectis hilaritas insatiabilis,quæ significatur p modò dictas vineas.nos autem quotquot à Deo niues imbrésq; è supernis fõtibus accipimus,è cisterna bibimus, terrenos laticẽs nõ admodũ requirẽdo,cũ habeamus cælitus largas pluuias nectaris & ambrosiæ,alimentũ multò præstãtius quàm poëtici necta

nectaris. & adhuc lacunas arte humana factas haurire sustinemus per diffidentiã,cum paratos habeamus cæleses thesauros quos omnium seruator aperuit?quemadmodũ Moses sacrorum interpres precatur,vt aperiat nobis dominus thesaurum suum cælestem,détque nobis suam pluuiam.cuius preces Deo gratæ facilè exaudiuntur. Quid ille qui nec cælum,nec pluuiam,nec verbum,nec vllam creaturam putãs ad se alendum idoneã,sed supersẽdens hæc omnia,affectum suum exprimit dicens:Deus qui nutrit me à iuuentute: an non videtur tibi omnes quæ sunt in terra collectiones aquarum despicere? is certè nũquam è cisterna biberet,cui Deus præbet potus meracos,nũc angelis pincernas agentibus,nunc ipse infundens, nõ expectato internuntiorum officio. proinde sine dilatione ingrediamur viam regiam,quotquot prætereũdas res terrenas ducimus. est autem via regia,cuius potestatem nemo priuatus habet, sed solus ille qui solus est verus rex. hæc est autem,vt paulò antè dixi,sapientia, per quam solã supplicibus animabus ad illum Ingenitum patet refugium. credibile est enim eum qui per viam regiã sine impedimento iter facit,non sensurum lassitudinẽ donec ad regem perueniat. quo facto,& illius felicitatẽ agnoscet, & suam inopiam.Nam & Abraham postquam ad Deum accessit proximè,mox cognouit se esse terram & cinerem. nec ad dextrã autem nec ad sinistram à regia via deflectendũ est, sed progrediẽdum per mediam.nam vtrumvis latus diuerticula ob nimietatem defectúmve culpantur. hic enim dextrũ non minus quàm sinistrum vituperatur. siquidem apud petulãtes temeritas dextrum,timiditas sinistrum obtinet, sic apud tractãtes pecuniam illiberaliter,dextrum sordida parcitas, sinistrũ larga profusio. item apud forensibus causis deditos laudatur vafricies,damnatur simplicitas. sunt qui superstitionem quasi dextram sequuntur, ne in sinistram impietatẽ incidant.ergo ne deflectentes incurramus in vitia pugnãtia,votis omnibus omniq; conatu hoc agamus vt recta incedamus per mediã viam. est autem in medio temeritatis & timiditatis fortitudo, sordes inter & profusionem temperantia,inter vafriciem & stultitiã prudentia memoriáq;.inter superstitionẽ & impietatẽ pietas.hæ sunt mediæ viæ inter vtraque diuerticula, omnes commeabiles & publicæ per quas non est fas vectari corporeis instrumẽtis,sed motibus animę cupiẽtis inambulare in rebus optimis.id molestissimè terrenus Edom fert.timet enim suis dogmatibus ne subuertantur

confundantúrq;:& ideo bellum interneciuum minatur,si conemur viam vi perrumpere,excidēdo arbusta eius animę frugifera, ex quibus in perniciem prudētiæ plantatis fructum nō percepit. Non trāſibis,inquit,per me.alioquin armatus occurram tibi hoſtiliter.at nos ſecuri de eius tumultuatione reſpōdeam⁹ quod præter montē trāſibimus,hoc eſt aſſueti cum ſublimibus verſari potentiis,& è ſpecula res cōſiderare, ſcrutaríq; rationes ſingularum,per quas earum eſſentia noſcitur,contemnimus omnia externa & corporea.abiecta ſunt enim & humi repentia, tibi quidem grata,nobis verò exoſa:quapropter nihil ex eis attingemus.quod ſi vel ſummo digito,vt vulgus loquitur,tetigerimus,perſoluemus tibi pretium: poteriſq; gloriari,quòd nos virtutis ſtudioſi à voluptate ineſcati fuerim⁹.Si,inquit,de aqua tua bibero ego & iumenta mea,dabo tibi pretium. non mercedem,aurum argentúmve, qualis inter ementes vendētésque fit permutatio:ſed pretium honorarium quod recipias. nā reuera omnis luxurioſus,aut iniuſtus,aut timidus,cùm videt aliquem tetricum,aut laborem fugere,aut victū à lucri cupidine,aut captū voluptatis amatorio, lætatur & gaudet, id honorem ſuum reputans:& efferens ſe apud vulgum iuueniliter ac geſtiēs,incipit philoſophari de ſuis vitiis tāquam neceſſariis ac vtilibus:dicens quod alioquin ille vel ille vir laudatus non ſuſtinuiſſet his implicari. Ergo ſic alloquamur omnes iſtos miſeros:ſi aquam tuā bibero,ſiue tuum aliquid indiſcreto impetu attigero, perſoluā tibi pro dedecore pretium honorificum. dignus enim es, dabimus.nā iſta tibi chara omnino nihil ſunt.An putas mortalem rem vllam verè eſſe ac ſubſiſtere, & nō tanquā in ſuggeſto quodā ab inani & incerta opinione ſuſtineri nō aliter quā ſomniorū ludicra? quod ſi non libet ſingulorū fortunas perquirere, vide regionum integratū & gentium mutationes in melius ac deterius.Floruit quondam Græcia,ſed Macedones abſtulerunt ei potētiam.poſtea Macedonia viguit opibus,ſed diuiſa in plures portiones debilitata eſt,donec omnino interiit.ante res Macedonum inclyta fuerat Perſarum felicitas: ſed vna dies tā ingenti regno finem attulit: & nunc Perſæ penes quos paulò antè fuerat imperiū,ſunt Parthorū prouincia. Fuit & Aegypti olim perampla magnificáq; potētia,ſed nubis in morem præteriit eius felicitas.Quid Aethiopes.quid Carthago in Africa?quid Pōtici reges,quid Europa Aſiáq;.& vt compendio dicam,totus orbis habitabilis ? nónne more nauis ſusq; déq; iactatæ marinis fluctib

fluctibus,nunc ſecundis ventis,nunc aduerſis vtitur?nam verbū diuinum choreas in orbem ducit,quod vulgus hominum fortunā nominat.& cùm perpetuò feratur per ciuitates,gentes, regionésq;,res aliorum aliis omnium omnibus tribuit, ſubinde variātibus apud ſingulos temporibus:vt totus terrarum orbis tanquam vna ciuitas optimo reipublicę genere adminiſtretur, populari regimine.Nihil igitur eſt in humanis rebus ac negotiis præter vmbram aurámq; leuiſsimam,ſine mora præteruolantem, eunt enim vltrò citróq; tanquam æſtuaria.nam & marini æſtus nunc cum magno impetu ſonitúq; accedunt, & longè latéq; per littora diffunduntur vndis ſtagnantibus:nunc refluunt retrò,magnámq; maris partem in formam continentis redigunt.Simile quiddam accidit,quando fortuna poſtquā populoſam aliquā gentem inundauit magnis felicitatibus, fluxu auerſo ne guttam quidem ſinit reliquā, deletis etiam veſtigiis opulentiæ priſtinæ. Verùm hæc reputatio non omnes tangit, ſed ſolos rectæ conſtantiſq; rationis aſſeclas. Ipſorum enim ſunt ambæ hæ ſententiæ:Cùm rebus creatis commercium eſt nihili,præter montē iter faciemus.Non eſt enim poſsibile niſi ſublimi ac montano itinere,vitatis rebus mortalibus euadere ad immortalia.Quapropter Edom terrenus,cæleſtē regiámq; virtutis viam interſepire vult:ſicut diuinum verbum viam illius & ſectam eandem ſequentium,inter quos & Balaam referendus eſt.nam & hic eſt terræ progenies,non cæleſte germen, argumento certiſsimo,quod auguria falſásq; diuinationes ſequens,ne animæ quidem oculo recluſo vidit reſiſtētem ſibi angelum Dei,vt conuerſus retroſum abſtineret ab iniuria:ſed ita ſe commiſit imprudentiæ fluctibus inundantibus, vt obruerētur ab eis.tunc enim dubio procul nec curabilibus nec ſanabilibus morbis laborat anima, quando accedente redargutione (is eſt ſermo Dei nuntius,præuius & impedimenta ſubmouēs, vt inoffenſi gradiamur per regiam viam) ſine iudicio noſtras ſententias præferimus illius monitis,quæ ad caſtigationē correctionémq; totius vitæ noſtræ adhibere non deſinit:quamobrem quiſquis nō paret, nec reueretur talem redargutorē, cum ſauciis interibit,confectis afflictisq; per affectionum vulnera. quorum calamitas exemplo eſſe poterit nondum deploratis quantum ad purificationem attinet,vt conentur placare in ſuo pectore ſitum iudicē.& facient,ſi eius rectiſsimis decretis non apponent ſuamet ipſorum iudicia.

PHILONIS IVDAEI,
De confusione linguarum.

HACTENVS de his dixisse sufficiat, deinceps non obiter considerandа sunt quę de confusione linguarum philosophatur. Sic enim loquitur. Erat autem terra labij vnius,& sermonum eorundem. Cúmque proficiscerentur de oriente, inuenerũt campum in terra Sennaar, & habitarunt in eo: & dixit quisque ad proximum suum: Venite faciamus lateres,& coquamus eos igni. habuerúntq; lateres pro saxis,& bitumen pro luto,& dixerunt: Venite ædificemus nobis ciuitatem & turrim, cùius fastigium pertingat ad cælum, & celebrè faciamus nomen nostrum antequam diuidamur in vniuersam terram. Descendit autem dominus vt videret ciuitatẽ & turrim, quam ædificabant filij hominum, & dixit dominus: Ecce vnus est populus,& vnum est labiũ omnibus: cœperúntq; hoc facere, nec desistent à cogitationibus suis, donec eas opere compleant. Venite igitur & confundamus ibi linguam eorum, vt non audiat vnusquisque vocem proximi sui. Atque ita diuisit eos dominus in omnes terras,& desiuerunt ædificare ciuitatem & turrim. Idcirco vocatum est nomen eius Babel, id est cõfusio: quia ibi confusum est labium vniuersæ terræ: & inde dispersit eos Deus super faciem cunctarum regionum.] Quibus maiorum instituta displicent, homines impij,& tantùm ad accusandas leges diserti, arreptis impietatis ansis talibus, sic cauillantur: Etiam nunc extollitis præcepta vestra vt veritatis regulas? Ecce sacri quos vocatis libri fabulas continent, quales aliis referentibus irridere soletis. nec opus est eas legibus interspersas per otium colligere, quasi calumniãdi studio, satis erit huius præsentis vos commonefacere. hæc vnà certè simillima est illi de Aloadis, quos optimus poëtarum Homerus conatos narrat fuisse tres maximos montes aliũ super alium aggerere, sperantes se hoc modo facilè sibi viam munituros, qua ad ætheream sublimitatem euaderent. de quibus extant hi versus:

Ter sunt conati imponere Pelio Ossam,
Scilicet atque Ossæ frondosum inuoluere Olympum.

Olympus, Ossa, Pelion, montium sunt nomina, pro quibus legislator inducit turrim extructam ab eius seculi hominibus, qui propter dementiam & vastum animum conati sunt cælum attingere, consilio longè stultissimo. nam etiamsi vniuersæ terræ partes superstruerentur fundamento modico, vt in vnius columnæ formam attollerentur, tamen longissimo interuallo abessent à sphera ætherea, præsertim iuxta opinionẽ philosophorum qui scrutantur talia, terram centrum esse mundi asseuerantium. Prętereà quiddam aliud huic simile de animalium vna lingua proditur à fabularum scriptoribus. narratur enim olim animantium omnium terrestrium, aquatilium, volucriũ eandem vocẽ fuisse: & quẽadmodum nunc homines Gręci cum Græcis, barbari cum suæ linguæ barbaris habent sermonis cõmercium, ita tum illas omnes cum omnibus collocutas de suis rebus ac negotiis, ita vt & conquererentur inter se, & vicissim condolerent de calamitatibus, ediuersóque rebus lætis gratularentur. nam velut in vna republica putabant ad se pertinere alienas quoque prosperitates ac aduersitates,& eos affectus etiã in sermone quotidiano non obscurè præ se ferebant, donec lasciuientes præ bonorum præsentium copia, vt sæpe fieri solet, vltra decorum proruperunt rerum non concupiscendarum amore,& per legatos immortalitatem, à senectute immunitatem, perpetuámque iuuentam sibi poscerent, æquum se postulare dicentes, quãdo hoc munus iam vni ex eorum numero serpenti contigisset. hunc enim exuta senectute denuò repubescere. iniquum autem esse vt præstantiora deteriori cedant hac parte,& multa vni. quam audaciam mox sua pœna sequuta est. nam confestim variatæ sunt animalium linguæ, vt ex illo tempore non possent se inuicem intelligere, impediente vocum diuersitate, in quas loquela quæ prius communis fuerat, diuisa est posteà. Cæterùm alia verò propior narratio distinguit à brutis homines,& hos solos ait habuisse vnicã linguam communem omnibus. tamen hæc quoque fabulosa putatur. atqui hæc vocis in plurimas diuersas loquelæ species dissectio, quæ linguæ confusio vocatur, in remedium peccatorum adhibita dicitur, ne communicato consilio crimen fieret publicum: vtque, si conferrent in vnum operas, alteri muti essent alteris. attamẽ nihil hoc, quantum apparet profuit. Nam etiam post diuisam linguam, deductásq; in diuersa loca tot gentium colonias, nihilominus terræ mariáq; repleta sunt malis ineffabilibus. nã nõ lingua, sed similis animarum ad peccãdum procliuitas, cõmu-

nicatæ

nicatæ iniquitatis causa est, siquidem etiã lingua mutilati, nutibus, aspectibus, aliisq; corporis gestibus ac motibus, nõ minus quàm verbis prolatis, voluntatem suam significãt. huc accedit quod sæpe vna gens, nõ lingua solùm eadẽ, verùm etiã eisdem vtens legibus ac moribus, ad tãtam peruenit malitiam, vt peccatis conferri possit cũ reliquis omnibus hominibus: & ob imperitiam linguarũ multi ab insidiatoribus ex improuiso sunt oppressi, ediuersò harũ sciẽtia multos exemit imminẽtibus periculis: itaq; prodest magis quàm nocet linguæ cõmunicatio: quãdo nũc quoq; per singulas regiones, præsertim indigenarũ, nihil æquè incolumitati cõfert ac lingua omniũ eadem, tum si quis plures linguas ediscat, mox probatur ab earũ peritis, & pro amico agnoscitur, non leue argumentum societatis afferens loquelam familiarẽ, vnde mox accedit securitas à periculis. Cur igitur quasi malorũ causa esset lingua cõmunis ex hominibus sublata est, quę debuerat confirmari vt perutilis. has hominum malicioſorũ cauillationes seorsum redarguẽt quibus prõptum est ad tales quæstiones ex aperta legũ scriptura sine contentione respõdere, qui non sophismatibus repellunt sophismata, sed sequuntur veritatis seriem nusquã sinẽtem offendere, & impedimenta dimouentẽ facilè, vt sermo ex his possit euadere. Dicimus igitur istis verbis, Erat vniuersæ terræ labium vnũ & vox vna, significari magnorum ineffabiliúmq; malorum consonantiam, quibus ciuitates à ciuitatibus, gentes à gẽtibus, regiones à regionibus impetũtur vicissim, & quibus homines nõ solùm in se inuicem iniusti fiunt, verùm etiã in Deũ impij. & hæc quidem populorum sunt crimina. consideremus & viritim inenarrabilẽ vitiorum multitudinẽ, præsertim si accedat ille inamœnus, ineptus, & malè modulatus cõcentus. Fortuita quis nescit, cùm in paupertatem, obscuritatem corporis morbos aut mutilationes incidunt, itẽ in infirmitates animæ, desipiẽtis præ atrabile aut lõgo senio, aut alio quocũq; grauiore infortunio. nam vnũquodvis è iam dictis abũdè sufficit ad subuertẽdum & deiiciendum hominẽ, etiã fastu magno tumidũ, quod si plura eum velut ex cõposito aggrediantur eodem tẽpore, animę, corporis, & externa, quid cogitari potest miserius? cadẽtibus enim stipatoribus, etiam stipatũ necesse est cadere. est aũt corporis satellitium hoc, diuitiæ, gloriæ, honores, à quibus elatũ in sublime se ostentat, sicut ediuersò à contẽptu, obscuritate, paupertate oppugnatur tãquã ab hostibus. item satellitess animæ sunt, auditus, visus

visus, odoratus, gustus, & tota cohors sensuum. ad hæc sanitas, integritas, robur, potẽtia. horũ enim valida ope suffultus communitúsq; animus incedit exultabũdus, & suauiter degẽs quicquid libet exequitur, omnibus viis ei nunquã non patentibus, Verùm in his satellitibus non desunt aduersarij, sensuum orbationes morbíq;, vt dixi, qui aliquando mentẽ agunt in præcipitia. & hæc quidem à fortuna impẽdent, vehemẽter difficilia miseráq;, leuiora tamẽ si conferantur cum malis voluntariis, quis autem sit horũ quoq; cõcẽtus, rursum per se cõsideremus. Cùm anima nostra tripartita sit, pars eius mẽs & ratio, pars ira, pars cõcupiscentia esse dicitur, singulæ suis morbis laborãt, atq; etiã inter se cõmunibus vniuersæ, quoties mẽs quidem imprudẽtię, timiditatis, luxuriæ, iniustitiæ segetes demetit: ita verò immanes furiosásq; rabies, & cætera quibus grauida est, mala parit: concupiscẽtia quoq; amores semper iuueniliter leues, & temerè ad quęvis corpora & ad quaslibet res aduolãtes, quocũq; immittit. tunc enim tanquã in naui nautis, vectoribus, gubernatoribus, per demẽtiam in eius pernicię consonantibus, etiam qui perdũt vnà pereũt. grauissimum enim malorũ est, & penè solũ insanabile, omnium animæ partium ad peccandum consensus, cùm tanquã in publica pestilentia nihil sani sit reliquum, quod ægrotis mederi possit: sed & medici vnà cũ vulgo laborant, eadem qua cęteri lue correpti. Clades hęc describitur apud legislatorẽ in mentione diluuij: quando & à catarractis cæli magno impetu imbres inundauerũt: & à terra, à corpore inquam, multi magníq; fontes affectionum profusi, fluenta sua cõiunxerunt miscuerúntq; cum aquis prioribus, vt totam animæ regionem occuparẽt suorum gurgitum vorticibus. Videns, inquit, dominus Deus multiplicatam esse malitiam hominũ super terram, & vniuscuiusq; cogitationes intẽtas esse ad malũ omni tempore, decreuit in hominẽ, in hunc iuquam reptilibus, volucribus, aliisq; brutis & immitibus bestiis circũdatum, animaduertere, cuius iniquitatem iudicaret esse insanabilem. pœna autẽ fuit diluuium. Tãtùm sibi libido peccãdi permiserat, cohibente nemine, & affluente vnà cùm copia rerum fruendi licẽtia, & meritò. nõ enim vnà certa pars animæ corrupta fuit, vt ei succurri posset à sanis cæteris, sed nihil integrum incorruptúmq; relinquebatur. Videns, inquit, non vnius, sed vniuscuiusq; cogitationes, conuenientem pœnam, incorruptus iudex eis inflixit. hi sunt illi confœderati apud vallem salsuginis. est enim cauus,

asper,angustisq; faucibus strictus locus affectuum, verè salsos amarósque dolores afferens:in quo factum fœdus nullis sacris nullóve iureiurando dignum sciens ille sapiens Abraham,fœderatos profligat.dicitur enim eo omnes conspirasse in valle salsa:quæ est mare salinarum. An non vides illos orbatos sapientia,cæcatósque mente quæ acutum cernere debuerat, ex re nomen habentes Sodomitas,iuuenes vnà cum senioribus,totum simul populum, circum ædes animæ cursare, vt diuersantes in eis sacrosanctos sermones, custodes & præsides, probris afficiant,nemine vel opponente se iniuriis eorum,vel alienãte à tanto facinore.Non enim pars populi,vt legitur,sed vniuersus domũ circumdedit.iuuenes vnà cum senioribus,coniurati contra diuina verba & opera,quæ scriptura suo more vocat angelos.Attamen diuinus vates Moses occurrens,eorum cohibebit impetum,etiamsi ductu sui regis irruant audacissimi & ad dicẽdum promptissimi,auctisq; copiis vndatim affluant.Ecce inquit,Aegypti rex ad aquam veniet:tibi tu oppones ei te stans in labio fluminis. Ergo malus vir exit ad fluenta peccatorum & affectuum,quæ per aquam significantur. at vir sapiens primùm accipit à Deo semper stante nec vnquam mobili munus illi conueniens,vt & ipse firmus consistat.dictum est enim: Tu verò hic sta mecum:vt exuta omni dubitatione ac ambigentia, quæ sunt vitia parum constantis animi,fidem,certissimum firmissimúmq; habitũ induat. Deinde non contentus stare, quod mirandum est, obsistit etiam.dicitur enim ei: Sta ex aduerso. Quorum alterum quidem,videlicet occursus, in motu: alterũ verò,hoc est,statio,in quiete consideratur. Nulla tamen est in his verbis pugna,sed egregiè cum rerum natura congruunt. Nam cuiuscunq; sententia suoptè ingenio quieta est,nec facilè à recto flexilis,hic solet resistere vndabundis rebus omnibus, trãquillitatem tempestate vltrò accita turbãtibus.Sed bene habet quòd in labio fluminis occursus factus dicitur.Sunt autem labra oris extremitates & septa linguę,per quę sermo profluit, quando proferendus est.Sermone autem etiam hostes virtutis, modò studiosi disciplinarum sint,vruntur ad defendẽda improbata dogmata:sicut ediuersò boni ad mendacia tollenda è medio,& ad verorum bonorum confirmationem inuincibilem. proinde quoties omni rudente moto contentiosorum dogmatum assertores oporesi rationibus aduersariis pereũt, meritò victoriale carmen ille sapiens cum suo sacrato choro modulabitur.

bitur.Vidit,inquit,Israël Aegyptios,non alibi mortuos quàm ad labium fluminis.Mortem dicens non animæ seiunctionem à corpore,sed impiorum dogmatum prolationem, quæ per os efferebantur & linguam instrumentáque vocis cætera. Porrò sermonis mors est silentium,non quo bene morati præ se ferũt reuerentiam: nam & hoc facultas quædam est ad eloquentiam pertinens, dispensatrix dicẽdi temporum:sed quo impotes fandi propter aduersariorum vehementiam inuiti vtuntur, nullã inuenientes dicẽdi occasionem.quibus quicquid tentant effluit: quocunq; insistunt,nequeunt vestigium figere, vt prius quàm consistant,cadant necessariò: qualis est aquaria machina quæ helix vocatur.in cuius medio gradus quidam sunt,quos rusticus quoties agros vult rigare scandit,ac mox necessariò dilabitur.& ne continuè cadat,proximum fulcrum vtraq; manu retinet,quo totum corpus sustentat. interim pedes manuum, manus verò pedum funguntur officio.insistit enim manibus,quarum est agere:operatur pedibus,quorum est stare.Multi autem cùm non possint verisimilia sophistarum commenta fortiter refellere,quod non sint admodum in dissertationibus exercitati vt distenti actionibus,confugiunt ad illius qui solus est sapiens auxilium,& opem eius supplices inuocant. sicut & quidã è Mosis familiaribus in suis hymnis precatur:Muta fiant labia dolosa.Qui autem poterunt hæc silere, nisi ab eo qui solus etiã sermonis est dominus,obturata fuerint? Ergo conuentus qui peccandi causa confluunt,continuato cursu fugiendi sunt: cum prudentiæ verò scientiæque sociis fœdus pangendum. quapropter eorum qui dicunt:Omnes vnius viri sumus filij,pacati sumus: miror consensum consonum, quibus libenter dicerem: Et qui fieri potest ô boni,vt non bellum oderitis, pace delectemini,cùm vnum eundémque patrem profiteamini, non mortalem sed immortalem,hominem Dei: qui cùm sit illius sempiterni sermo, necessariò ipse,quoque incorruptibilis est. nam quicunque multa principia suæ animæ genitiua faciunt, multorum deorum superstitioni nefariæ,dediti,alij colunt alios,& autores fiunt tam seditionum ciuilium quàm externorum tumultuum,ab initio vitæ finem vsque bellis perpetuis implicati.qui verò gaudent vno genere,& vnum parentem rectum sermonem colunt, mirantúrque harmoniam & musicam virtutum concinentium,serenam tranquillámq; vitam exigunt:non tamen otiosam ignauámq;,vt quidam existimant,sed ad modũ virilem

virilem,& valde acrem contra ſtudiorum ſuorum interpellato
res,& indeſinentes turbatores fœderum.nã qui ſuopte ingenio
pacem amant,bellicoſi debent eſſe,in ſtatione collocati contra
infeſtantes quietem animæ.teſtis eſt mihi primum cuiuſq; vir
tutibus dediti animus ad hunc modum diſpoſitus.deinde vnus
è prophetico ſodalitio,qui numine afflatus exclamat:O mater
qualem me peperiſti hominem pugnæ,& hominẽ iniucũdum
vniuerſæ terræ.nec ipſe profui,nec mihi profuerunt:neq; vires
meæ defecerunt ab execrationibus eorũ.An-nõ omnis ſapiens
omnibus ſtultis perpetuus hoſtis eſt,oppugnans eos non claſſi
bus aut machinis aut exercitibus,ſed rationibus?Cùm enim in
media pace cõtinuè homines in ſe inuicẽ inſurgẽtes priuatim
ac publicè videt,nec tantùm gẽtes,regiones,ciuitates,caſtella,
ſed etiam ſingulas domos,ſingulos viros mutuo ſe bello impe
tere:quis nõ præſentes obiurgat,admonet,caſtigat,interdiu no
ctúq; non cõquieſcens,eò q̃ ipſius anima nullam quietem ad
mittere queat ob innatũ odium malitiæ. nam eadem quæ in
bello,etiã in pace patrãtur facinora omnia:ſpoliant,rapiũt,cap
tiuãt,prędãtur,vaſtãt,vim,cruciatũ,ſtuprũ,probrũ offerũt:aut
dolo clam,aut vi palàm,quantũ poſſunt,interficiunt.nam cùm
diuitias aut gloriam ſinguli finem propoſitũ habeant,ad hunc
tanquam tela vitæ actiones omnes dirigunt,æquationem iuris
negligunt,inæqualitatẽ diligunt,ſocietatem auerſantur,vnuſ-
quiſque cupit occupare aliena omnia,oſor hominum & exoſus
inuicem,ſimulator beneuolentiæ,adulationis fucatæ amicus,
amicitiæ germanæ hoſtis,veritatis inimicus,propugnator mẽ
dacij,tardus ad iuuandum,celer ad nocendum, ad calumniam
prõptus,ad patrocinium cunctator,impoſtor,periurus,infidus,
iræ mancipium,voluptatis ſeruus,malorum colluuies,bonorũ
corruptor.hæc & huiuſmodi ſunt illius admirãdæ pacis bona
deſiderabilia,quorum ſimulacra in vniuſcuiuſq; anima poſita
coluntur & adorãtur,id quod meritò malè habet omnẽ ſapien
tem,vt exclamare cogatur ad matrẽ nutricémq; ſuam ſapien-
tiam:O mater,qualem me peperiſti,non viribus,ſtaturâq; ma-
gnum,ſed improbis infeſtiſsimũ,virũ iniucũditatis ac pugnæ,
natura pacis amantem,ideóq; infenſum pulchritudinem eius
dehoneſtãtibus.Nec ipſe profui,nec mihi profuerũt:nec illi bo
nis meis vnquã vſi ſunt,nec ego malis eorũ:ſed vt eſt apud Mo
ſem,rem concupitam accepi ab illorum nemine:quippe qui o-
mnia quę iſti concupiſcunt ac reponunt tanquã vtiliſsima,pro
noxiis

noxiis habeo. neq; vires meæ defecerunt ob execrationes qui-
bus me deuouent. Sed forti potentia diuinorũ dogmatum pro-
tectus,non defeci præ laſsitudine,imò tãtò vehementius obiur
gaui meos execratores. Poſuit enim nos Deus in contradictio-
nem vicinis noſtris,ſicut & in ſacris hymnis alicubi dictum eſt
de omnibus bonæ mentis cupidis.An-non à natura cõtradicto-
res fuerunt omnes ſtudioſi virtutis atque ſcientiæ, ſemper con-
certando cum vicinis animæ, redarguendóq; voluptates finiti-
mas,& vnà degentes concupiſcentias, ignauiæ quoque pauori
cæterorũmque affectuum ac vitiorum cohorti reſiſtendo in fa-
ciem:ad hęc ſenſus omnes redarguendo,de his quę viderunt o-
culos,de his quæ audiuerunt aures,nares de exhalationibus,gu
ſtum de ſaporibus, atque etiam tactum de accidẽtibus ei iuxta
corporis potentias proprietatibus:imò etiam ſermonem men-
tis interpretem,de his quę libenter proloquitur.Scrutãdum eſt
enim non obiter,quid,quóve modo, & quam ob rem vel ſenſus
ſentiat,vel ſermo interpretetur,vel affectus afficiat, & erratum
ſuum cuiuſque redarguendum.Qui autem nulli horum cõtra-
dicit,ſed omnibus deiceps annuit,ignorat quàm ſeipſum deci-
piat, potentes vicinos ſinens munitiones contra animam ſtrue
re,quos debuerat ſubditos potius habere quàm dominos.qui ſi
imperent,multa magnáq; damna dabunt, regnante apud ipſos
amẽtia.cùm verò ſunt ſubditi,faciunt imperata,nec iugum ex-
cutiunt.atq; ita dum pars obedire diſcit,pars non ſcientiã tan-
tùm,ſed & facultatem imperandi obtinet, totum animæ ſatel-
litium conſentiet. accedentésq; ad eũ qui inter ipſos eſt ſenior,
dicent:Pueri tui redegerunt in poteſtatem ſummarium virorũ
bellatorum,qui nobiſcum ſunt. ne vnus quidem ex eis occiſus
eſt.ſed quemadmodũ inſtrumenta muſica adaptata egregiè ſo-
nis omnibus,ita nos omnibus præceptis cõſoni,nec verbum vl-
lum inconcinnum& abſonum diximus,nec factum fecimus,vt
cum nobis collatus chorus ineruditorũ videri poſsit omnino
mutus & exanimis, qualis ridendus ille corporis nutritor Ma-
diam,& progenies huius,nomine coriaceã molem ſignificans,
ſomnolentus Beelphegor.ſumus enim genus electũ Iſraëlis vi
dendis Deum,inter quos ne vnus quidem diſcrepat,vt vniuerſi-
tatis inſtrumentum totus mundus harmoniis muſicis cõſoner.
quapropter etiã Moſes bellicoſo ſermoni,qui vocatur Phinees,
honorem pacis ait ſe tradere.quòd virtutis æmulus,& vitij ho-
ſtis,totam eius generationem excidit in poſterum, modo quis
velit

velit perſpicere & ſcrutari diligẽter,& oculis auribúsq; ſuis teſtibus credere,q̃ nihil ſit certi in rebus mortalibus,ſed omnia pendeant ab opinionibus, Miranda igitur conſonantia de qua modò diximus,ſed magis etiam mirifica & omnes harmonias ſuperans,communis totius populi,qui introducitur vno ore dicere:Omnia quęcunque dixit Deus faciemus & audiemus.nam hi iam nõ rationis ductum ſequuntur,ſed ipſum Deum ducem omnium,ideóq; ad facta magis quàm ad verba properãt. Cùm enim alij audita faciant,iſti quod mirandũ eſt,præ diuino quodã impetu aiunt facturos ſe prius,deinde audituros: vt nõ propter doctrinam & admonitionem,ſed vltrò & ſuaptè ſponte videãtur ad bona opera occurrere. Poſt factum autem audituros ſe aiunt,vt quæ fecerunt diiudicẽt,an cum ſacris præceptis conſonent.Cæterùm coniuratos illos ab oriente profectos ait inuenisſe campum in terra Sennaar, & ibi ſedes poſuiſſe.] Id iuxta naturam dictum eſt.Sunt enim in anima duæ ſpecies oriẽtis,altera melior,altera deterior.melior, quãdo ſolarium radiorum more ſplẽdor virtutum exoritur:deterior,quãdo his obſcuratis lucẽt alia.Prioris exemplũ eſt hoc:Et plãtauit Deus paradiſum in Edem cõtra orientẽ,nõ ſtirpium terreſtrium, ſed cæleſtium virtutum,quas è ſuo incorporeo lumine nunquã extinguendas plantator ille accendit.ExMoſis quoque ſocio quodam audiuimus dictum hoc,Ecce homo cui nomen Oriens.Noua appellatio ſi intelligatur de homine qui cõſtat ex anima & corpore.ſin autẽm de illa incorporea Deũ referẽte imagine,fateberis ei nomen hoc inditum aptiſsimè. Hũc enim antiquiſsimum filium rerum pater exoriri voluit,quem alibi primogenitũ nominat: qui genitus mox patrem imitatus eſt,& qualia vidit apud eum exẽplaria,tales formauit ſpecies.Deterioris autem oriẽtis exẽplum extat de illo,qui volebat à Deo benedictum execrari. nã & ille ad orientem habitare dicitur.ſed hic oriens quamuis cõmune cum priore nomẽ habet,re tamẽ eſt diuerſiſsimus.E Meſopotamia,inquit,accruit me Balac,è mõtibus orientalibus,dicens:Veni,vt execreris quẽ Deus nõ execratur.Interpretatur autẽ Balac amens:nec immeritò,qui ſperabat ſe poſſe decipere illum Qui eſt,& certam eius ſententiã humanis argutationibus irritam facere.Ideò Meſopotamiã habitat,mentẽ habens quaſi ſubmerſam in mediis fluminibus,nec enatare valentem,nec emergere.Talis autem affectus vt exortus inſipiẽtiæ, ſic occaſus bonæ mentis eſt.proinde iſti quorũ narratur diſſona conſonantia,

tia,profecti ab oriente dicũtur.Vtrum ab oriente vitiorum?Nã eos qui à virtutis oriẽte proficiſcuntur,diſiungi legimus. vitiis pariter obnoxiorum vnitus motus eſt:ſicut cùm manus non ſeorſum ſuis artubus,ſed qua cum toto corpore cohærẽt,vnà mouentur. Nam inſipientia malis dux eſt ad opera non naturalia, quæ vitiorum eſt regio.Quicunque autem à virtute demigrantes ſequuntur inſipientiam, conuenientem ſibi nacti locum inhabitant,qui Hebraica lingua Sennaar,Græca verè excuſsio vocatur. Conuellitur enim & concutitur quaſſatúrque tota malorum hominum vita,ſemper confuſa turbatáq;, ne veſtigiũ quidem germani boni in ſe retinens. nam ſicut ea quæ excutiũtur nihil niſi concretum retinent,ſic & cuiuſq; cum iniquis conſœderati anima mihi videtur excuti.omnes enim virtutis ſpecies abiicit,vt nec vmbra nec imago eius vlla fiat reliqua.certè gẽs Aegyptiorum amantiſsima corporis,non ab aqua,ſed ſub aquã fugere inducitur:quæ vbi ſemel ſubiecit ſe affectib⁹, quaſſatur ac miſcetur,in locum bene cõſtitutæ pacatæq; virtutis tumultibus vitiorũ ſuccedentibus. Legimus enim excuſſos Aegyptios dum per medias marinas vndas fugiũt.Hi ſunt qui ne Ioſephũ quidem norunt,faſtum vitæ varium,ſed propalam peccãtes,ne veſtigium quidem,aut vmbrã, aut ſimulacrum vllum honeſtatis ſibi reſeruant.Exortus eſt,inquit,rex alius ſuper Aegyptum, qui ne infimum quidẽ & nouiſsimum bonorum Ioſephum nouerat:qui non modò perfectiones,ſed & profectus ignorabat:& tantum à viſione perfecta aberat,vt ne auditu quidẽ quicquam perceperit,dicens:Adeſdum,execrare mihi poſteritatem Iacob, & maledic nepotibus Iſraël.ac ſi diceret: Veni,extingue viſum auditúmq; animæ, nequid verè bonum honeſtúmq; vel videat vel audiat.viſum enim Iſraël, auditum Iacob ſignificat. Taliũ mens omnem boni naturã abiicit, excuſſa quodammodo;ſicut proborum ediuerſò meras ſinceráſq; ideas bonorũ conſectãs, excutit reiicitq; cætera tãquam ſolia.Cõtemplare illum meditatorẽ quid loquatur.Tollite deos alienos, quos habetis, è medio veſtrum,& purificamini:mutatéq; veſtes, & facto agmine aſcẽdamus in Bæthel : vt etiamſi Laban poſtulauerit poteſtatẽ inquirendi in totã familiam,non inueniat ſimulacra, eſſentias veras inſculptas in mente ſapientis,quæ ad Iſaac familiã à ſeipſa doctã pertinent iure hæreditario.nam hic ſolus accipit paternam ſubſtantiã.Hic obſerua quod nõ ait eos veniſſe in campum in quo manſerunt,ſed quæſitũ inueniſſe,vtique poſtquam

diſpexe

dispexerũt vbinã esset locus ad insaniam cõmodissimus. Ita est profecto, insipiens non aliunde accipit, sed ipse sibi quęrẽdo mala inuenit, non contentus his per quæ misera natura vltro incedit, sed cumulãs ea malis artibus & exercitiis. atq; vtinam paulùm ibi commoratus migraret aliò: nũc habitare ibi postulat, dicit enim scriptura, quòd inuento cãpo habitarunt ibi tanquã in patria, non tanquam inquilini regionis exteræ. Leuius enim malũ fuisset, si postquã in peccata inciderãt, pro alienis ea peregrinísque habuissent, nõ pro cognatis ac domesticis. inquilini eñ potuissent discedere, sedibus verò semel electis immanẽdũ erat posteà. quapropter apud Mosen sapiẽtes omnes inducũtur inquilini, nã horũ animæ in coloniam e cælo missæ sunt. solent enim visendi ac discẽdi gratia peregrinationem in terrenã naturam suscipere. ibi hospitio corporis vsæ, & cõtemplatæ sensibilia mortaliáq; omnia, retro vnde venerãt redeunt, memores cęlum sibi ciuitatem esse ac patriam: in his verò terræ finitimis vti se tantùm hospitio. cæteris enim colonis nouæ sedes eximũt desiderium veteris patriæ: sed hęc reditum suorum expectat, & ipsi redire desiderãt. Itaque meritò Abraham qui mortuam vitam sepulchrúmq; reliquit, mortuorum custodes & mortalium rerum dispensatores sic alloquitur: Aduena & inquilinus sum ego inter vos: vos autẽ indigenæ, qui cinerem & puluerem pluris facitis quàm animam, dum vobis præfeciſtis Ephron, quod nomen significat puluerem. Meritò autem & meditator ille Iacob inquilinum se in corpore queritur dicẽs: Dies annorum vitæ meæ quibus inquilinus sum, pauci maliq; fuerunt: nõ peruenerunt ad dies patrum meorum quibus inquilini fuerunt. At illi à seipso docto etiam oraculum redditũ est hoc: Ne descendas in affectionem Aegyptum, sed habita in terra quã tibi indicabo, in mansione incorporea inuisibiliq;, interim inquilinum age in hac visibili & sensibili essentia, vt ostenderet, sapiẽrem in sensibili corpore peregrè agere, cùm patriam habeat verúmq; domicilium in virtutibus intelligibilibus, quæ ex ore Dei procedunt nihil differentes ab eius sermonibus. Moses autem, Aduena, inquit, sum in externa regione. Egregiè, ne hoc quidẽ honore corpus dignatus, vt inquilinũ eius se profiteretur, sed alienum se ab hoc existimans. Cęterùm malus vir ostendere volẽs, vnam linguam vnúmq; labiũ non in vocabulis situm, sed in societate facinorum, ruit sum aggreditur negotium, & turrim tãquam arcẽ tyranno vitio struit, sodales omnes ad hoc opus conuocans,

uocans, vt paratam materiem suggerant, Venite, inquit, faciamus lateres, & coquamus eos igni.] Ac si dicat: Nũc permiscuimus & cõfudimus omnes partes animæ, vt speciei nullius vlla forma iam appareat: consentaneum igitur his cœptis fuerit, vt quando essentiam specie qualitatéque carentem, affectum & vitium assumpsimus, diuidamus eam vsq; in extremas qualitates & species, quo magis eas percipiam⁹. earúmq; vsum fructũ, qui cognitus maiorẽ voluptatem pariturus videtur. Adestè igitur cogitationes omnes & ratiocinationes, tanquam vocatæ in senatum animæ, quotquot iustitiæ virtutúmque omnium curatis pernicię, vt collatis cõsiliis dispiciamus, quomodo assequi possimus optatum exitum. assequemur certè si rem gerẽdam auspicabimur à fundamento hoc: vt informia formemus figuris additis. circumscribamúsq; singula, ne vacillent & claudicent, sed fixa firmáque maneant, assumpta quadratæ formæ natura. hæc enim cum sit inconcussa indeflexáq; laterculi more, etiam quæ superędificabuntur sustinebit firmiter. talis structurę quælibet aduersa Deo mẽs, quem Aegypti, id est, corporis regẽ dicimus, inuenitur opifex. hunc enim Moses inducit delectari latericiis ædificiis. postquam enim aliquis aquam terrámq;, illam humidam, hanc solidam essentiam, ne dilaberentur corrumperẽtúrque miscuit, & ex his duobus tertium quiddam vtrique cognatum effecit, quod lutum vocatur, in portiones hoc secare nõ desinit, suam cuique segmento formam affingens, vt firma fiãt & ad structuram commoda. sic enim opus absoluitur non magno negotio. hoc imitati homines prauo ingenio, postquã brutos & nimios affectionum impetus miscuerũt cũ grauissimis vitiis, secant eam temperaturam in species, quas fingunt formántque miseri, ex quibus cõtra animam arx celsa erigitur: dum sensus diuidũtur in visum, auditum, gustum, odoratum, tactũ: affectus in gaudium, cõcupiscentiam, timorem atq; dolorem: vitiorum genus in imprudentiam, luxuriam, timiditatem, iniustitiam, & his cognata cætera. Nec desunt his etiã nequiores, qui non contenti hunc conatũ suscepisse, etiam alios ipsis meliores, ad contemplatiuum genus pertinẽtes, cogunt lateres facere, & ciuitates munitas ædificare, suo regi, vt videri vult, intellectui: & hoc agũt, vt declarẽt bonum seruire malo, affectus plus posse quàm tranquillitatem animi, prudẽtiam cum virtutibus subditã esse imprudentiæ cęterisq; vitiis, vt necesse habeant dominorũ imperata facere. Ecce, aiũt, etiã animæ oculus lucidissimus, purissimus,

simus,omnia cernẽs acutissimè,cui soli Deum videre licet, nomine Israël,implicitus aliquando corporeis Aegypti casibus perfert iussa grauissima,vt lateres faciat & alia terrena opera cum ingenti labore ac vexatione: quapropter meritò dolet ac gemit,quippe qui hoc vnũ suppetit,vberes in tãtis malis lacrymæ.Nam rectè dicitur,quòd ingemuerũ filij Israël præ grauitate operũ.Et quis sanæ mentis videns vulgi opera,nimiáq; studia,pecuniæ gloriæ,voluptatum,non vehementer doleat, & ad solum seruatorem Deum exclamet, vt ille mala subleuet persolutóq; pro anima pretio,in libertatem eam vindicet?Sed quæ tandem est hæc libertas?Illi soli sapienti seruire, sicut testatur oracula in quibus dictũ est:Emitte populum, vt mihi seruiat. Est autem proprium seruientium ei Qui est, vt nec pincernarum,nec pistorum, nec coquorum opera, nec alia terrena vlla fingant cõponántq; corpora in modum laterum: sed ascendãt cogitationibus ad ætheream celsitudinem,præeũte Mose amico Dei carissimo.tunc enim manifestè contemplabuntur locũ in quo Deus insistit rectus & immutabilis: & scabellum pedũ eius lapidi sapphiro simile & firmamento cæli, videlicet mundum hũc sensũbilem,qui per hæc significatur.decet enim vt fœderati scientiæ talium spectaculorum sint cupidi:& si non amplius,saltem illam imaginem videãt,verbum sacratissimum, deinde hunc mũdum etiam inter opera sensibilia perfectissimum.nam philosophari nihil est aliud,quàm his perspiciẽdis diligenter studere.sensibilis autem mundus scabellum Dei dicitur has ob causas.Primùm vt liqueat,quòd creaturis nõ insit causa efficiens:deinde vt discamus,quòd totus mundus non suo libero motu mouetur,sed gubernatur à Deo rerum dispensatore,qui salutariter clauum moderaturvniuersitatis,idq; sine manibus ac pedibus aliisq; creatis partibus iuxta doctrinãverissimam,non est enim Deus similis homini, quamuis nonnunquã docẽdi causa dicãtur de eo talia,dũ nõ possumus vltra nosipsos sapere,sed ex nostris accidentibus de Ingenito illo coniecturas quasdã facimus.Illud quoq; perpulchrè se habet,quòd mundus assimilatur figuræ laterculi. videtur em & ipse stare hæreréq; quantũ visu percipitur,quãuis vtatur motu ocyssimo,nullã nõ præuolãte creaturã.nã interdiu solẽ,noctu lunã,stare imaginãtur oculi corporis:cũ tñ nemo nesciat horũ siderũ cursum esse concitatissimũ,quæ totũ cælum intra vnam diem obeunt.sic & vniuersum cælum quod stare videtur in orbem circũuoluitur.

qui

qui motus inuisibili diuinóque mentis oculo comprehẽditur. Inducũtur autem hos lateres igni coquere:quod significat,affectus ac vitia calido motiuóq; sermone confirmari,ne a sapientiæ satellitibus deleri possint,qui semper moliuntur eis perniciem:quapropter additum est, Fuerunt eis lateres pro saxis.] Quod enim rarum ac fluidum est in bruto impetu,in naturam solidam resistentémq; constipatum & densatum, mutatum est rationibus validis& demonstrationibus certissimis,postquam contemplationes perceptæ virilem quandam maturitatem assumpserunt,quæ in tenera ætate diffluunt propter humiditatẽ animæ,nondũ valentis impressas formas durare conseruaréq;. Et bitumen fuit eis pro luto.] non contrà lutum pro bitumine,videntur enim mali quæ infirma sunt communire cõtra meliores,& fluxa dissolutáq; compingere, vt ex tuto in virtutem iaculentur.Sed propitius pater bonorum nõ sinet illorum substructiones constabiliri, & non subsistente vano studio reddet eas labiles,tanquam molle lutum & fluidum.quod si lutum factum esset in bitumen, fortasse terrenum istud sensibile quod est in fluxu continuo,sodalitatem accepisset perpetuam & durabilem.Sed quoniam versa vice bitumẽ in lutum mutatum est, bono simus animo.est enim certa spes fore, vt firmæ vitiorum munitiones excidantur per Dei potentiam. Itaq; iustus ille in magno cõtinuóq; vitæ diluuio, nondum valens absq; sensibus animo solo res verè cernere,arcam,corpus inquam,intus & extra bitumine perungit firmitatis gratia.cessante verò & terrore & periculo tempestatis illius iam se remittẽtis,exibit adiutus intellectu incorporeo ad percipiendam veritatẽ.nam illud elegans ab ipsa natiuitate ingeniũ quod appellatur Moses,propatria mundum habens in cuius ciuitatem ascriptum est,astrictum vni loco bitumine picéq; oblito corpori,putãti se omnes rerum sensibus subiectarũ imaginationes capere seruaréq;,deplorat se vinctum,incorporeã naturã desideràs:deplorat etiam inflatam & errantem mentem vulgi miseri,quæ pẽdens à falsa opinione,putat inesse sibi aliquid certum firmúmq;, aut in vniuersum creaturam vllam esse immutabilem,cùm perpetuę stabilitatis exẽplum in vno Deo sit propositũ. Cæterùm illa verba,Venite ædificemus nobis ipsis ciuitatem & turrim, cuius fastigium vsq; ad cælum pertingat,tale quiddam subindicant.Ciuitates apud legislatorem non tantùm vulgares istæ intelligũtur,verùm etiam quas homines in animabus suis circũferunt.

hæ videntur exemplares, vt diuiniorem paraturam sortitæ: illę verò harũ imagines, cùm constent ex essentia corruptibili. sunt autẽ duæ ciuitatis species, altera melior, altera deterior. melior in qua sub populari administratione reipub. ciues ęquo iure viuunt, legibus principatũ obtinentibus: hæc ad laudem Dei pertinet. deterior autem, adulterina, falsæq; monetæ, in qua penes vulgum est regimẽ, & inæqualitas est in pretio, præsidente iniquitate atq; iniustitia, in prioris ius probi ascribuntur, in posterioris ignauorũ multitudo, perturbationem magis quàm ordinem, & confusionem magis quàm bonam constitutionem diligens. Insipiens autẽ socios postulat, non cõtentus peccatis propriis: hortatúrque ad nauandam sibi operam nunc visum, nunc auditum, nunc sensus cæteros vt incunctanter præsto sint, & pro viribus suum quisque ministerium accõmodet. accersit etiam & cõcitat cæteras cateruas affectuum suaptè natura indomitorũ, vt prælia meditãdo inuictus euadat. Hos igitur socios mens his verbis cõcitat: Aedificemus nobis ciuitatem, ac si dicat, partes nostras communiamus, circundemus nobis firma mœnia, ne simus expositi hostilibus incursationibus, distribuamur in tribus & curias, in quas adscribantur insitæ in anima potentiæ, & pars brutis cõtribuatur, pars rationalibus. magistratus autẽ eligamus nobis commodos, opulentiam, gloriam, honores, voluptates, per quos adipiscamur potentiam, excluſa iustitia paupertatem obscuritatémq; afferre secum solita. Scribamus leges quæ faueant potentioribus, quorum vt reipub. vtiliorum, præcipua habẽda est ratio. in primis turris extruatur, quæ vitio tyranno sit pro arce regiáq; munitissima, cuius pedes in terra nitantur, caput ad cælum pertingat, magnanimitate ad tantam celsitudinem penetrans. nam certum est eam non in solis humanis iniquitatibus cõsistere, sed properare ad cęlestia per impios & Deo infestos sermones, dum aut cæli numen negat, aut prouidentiam eius, aut mundi conditi principium: vel si hunc creatum concedit, tamen & causas eius in certas putat, & motũ ei moderatum adimit, affirmans eum nunc perperam, nunc cõtumaciter agitari, sicut naues aut quadrigas circensiũ: quę nunquam sine gubernatore aurigáque feruntur cursu prospero. at prouidentia nõ interdum: sed humana sæpè. diuina semper, bonum habet euentũ. nam error confessione omnium abest à diuina potentia. Proinde hac figura significatur, insanos homines malitiæ rationem tanquam turrim ædificare, nihil aliud quærentes

rentes nisi vt nomen suum magnũ magis quàm bonum transmittãt ad posteros. dicunt enim, Faciamus nobis nomen.] ô insignem impudẽtiam. quid aitis? cùm debeatis tenebris vestras iniquitates abdere, & prætextum si non verũ, certè verisimilẽ quærere, vel ad ineundam apud honestiores gratiam, vel vt effugiatis pœnas confessorum criminum: audetis tantùm non in clarissima luce vos ostentare, contẽptis & minis hominum, & suppliciis diuinitus infligendis sine clemẽtia? & insuper circũquaque rumores nuntiósque iniquitatum vestrarum dimittendos censetis, vt nemo nesciat, nemo non audiat vestra ô miseri ac sceleſti facinora? At quale tandem nomen cupitis? certè quale factis vestris conuenit. id verò est ne vnum solùm? genere fortasis vnum, sed in species distinctum innumeras, quas vel silentibus vobis opprobrabunt alij. inest enim vobis petulãtia cum impudentia, contemptus cum violentia, vis cum cæde, stupra, cum adulteriis, cum immoderatis voluptatibus immensa cõcupiscentia, cũ temeritate insolentia, cum calliditate iniustitia, cum furacitate rapacitas, cum mendaciis periuria, cum iniquitatibus impietas, hæc sunt ista nomina, & his similia. bella verò gloriatio, captare celebritatẽ nominis ex his quæ cælari debuerant. Sunt tamen qui valde sibi rebus talibus placent, putantes inde se lucrifacere præclaram existimationem apud homines, qui vltrices tam immanis audaciæ diras non effugient, non solùm præsagientes, sed & præuidẽtes suum interitũ, quos libẽter sic alloquerer: Scitis fore vt dissipemini. Cur igitur peccatis? Sed fortasse morem insipientiũ proponit, qui etiam maximis pœnis nõ obscurè sed manifestè impẽdentibus, ab iniuriis non temperant. sunt autem notissimæ artes malę, quas solet ferire diuina vltio, & pessimi quoq; cogitant Deum nõ ignorare ipsorum maleficia, nec se posse illius animaduersionẽ depellere. alioquin vnde sciunt se discipandos? attamen dicunt: Priusquam dispergamur.] Profectò conscientia redarguit in pectore: & quanquam contemptores Dei stimulat, vt vel inuiti cogãtur intelligere, humanas res administrari à natura præstantiore, & esse iustitiam quæ implacabiliter sceleravindicet, infensam iniustis impiorũ facinoribus, & eis etiam qui his patrocinantur. Verùm isti omnes sunt semper morientis, & nunquã emortuæ miseriæ posteritas, illi? quæ Caim nominatur. An nõ & Caim post natum sibi filium, quem nomine idem quod ipsius significante appellarat Enoch, inducitur ciuitatẽ condere, & quodam-

modo creaturas mortales ædificare.ad subuersionē rerum diuiniorem apparatū sortitarum? Nam Enoch interpretatur gratia tua. At impius quisq; opinatur quod cogitat & intelligit esse intellectus sui gratiam: quod videt, oculorū: quod audit, auriū: quod olfacit, narium: itidémq; cætera officia fert accepta suis sensibus, sicut & sermonem vocis instrumentis. Deum autē causam esse negat, aut contendit non esse primariam, ideo primitias agriculturæ suæ sibi reponit, cōtentus obtulisse Deo de fructibus, quibus exemplum salubre haberet in proximo, nam frater eius primogenita, non secundarios gregis partus sacrificat. confitens antiquissimas causas esse penes autorem antiquissimum. at impius opinionē tuetur cōtrariam: intellectum habere suæ voluntatis potestatē liberam, & sensum sentire quicquid vult. iudicare enim verē liberé q;, hunc de corporibus, illum de omnibus. atqui adeò sunt reprehensibiles, & à veritate cōuincibiles, vt nihil suprà. nónne intellectus sæpe in rebus innumeris delirij coargutus est? nónne sensus omnes deprehēsi in falso testimonio? non pro tribunali rationis, quę & ipsa falli potest, sed ipsa natura iudice, cuius incorruptissimū est iudicium. proinde cùm & intellectus noster & sensus sit in lubrico, necessariò fatendū est Deum nobis impluere & cogitationē & vim percipiēdi. & hanc gratiā nobis cōferri nō à nostris partibus. sed ab illo cui totum debemus quicquid sumus. At arrogantes filij hæredi tatem à patre acceptā cupiūt ad cælum exstruere donec iustitia virtutis amica, vitiorū hostis, aggressa ciui tates cōmunitas cōtra miserā animā. & has demolitur & turrim, cuius nomen in Iudicū libro scriptū extat. id Hebraicé dicitur Phanuēl, interpretatur autē Auersio Dei. nam quævis munitio quæ per ratiocinationes probabiles adstruitur, ad nihil aliud ædificatur, q̄ vt mentem diuertat & deflectat à cultu Dei, quo conatu quid esse posit iniquius? verum contra hanc turrim deprædator & hostis iniustitiæ suscipit expeditionē. qui Hebraicē vocat Gedeō, & interpretatur prædonū receptaculū. Iurauit, inquit, Gedeon Phanuēlitis dicēs: Cùm victor in pace reuertar diruam turrim istā. Egregia cōminatio, decens animā hostiliter affectā erga malos & impios. fore vt subruātur omnes rationes quæ ducunt ad impietatē. & solet ita fieri. Cùm em̄ mens cōuertitur, destruitur quod auersum fuerat. & quod iure mireris, huius demolitionis tempus ait esse nō bellum sed pacē. mētis em̄ stabilitate quietéq; quā pietas solet parere, subuertitur omnis ratiocinatio

tio quā struxit impietas. Sunt etiā multi qui sensus in modum turris extollūt tēpore, vt ad cæli fines pertingāt. per cęlū autem noster intellectus significatur, in quo prestātes diuinæq; naturę versantur. Hæc qui audēt, sensum intellectui præferūt, volentes expugnare intelligibilia per sensibilia, facereq; seruos è dñis. & vice versa è seruis dños: Cæterùm illa verba: Descēdit dñs vt videret ciuitatē & turrim.] figuratè accipiēda sunt. nā credere q̄ Deus accedat aut recedat, aut descēdat ascendátq;, vel in totū sicut animalia mouentur, stet moueatúrve, impietatis est deprehendæ in extremas, vt vulgus loquitur, insulas oceani. Sed ista humano more legislator de Deo dicit, quāuis haudquaquā humana forma prædito, ad vtilitatem discentium, vt iam antè non semel admonuimus. Quis enim ignorat quòd descendens alio loco relicto alium occupat? Deus autem implet omnia, non cōtentus sed continens, qui solus vbiq; simul & nusquam est. nusquam, quia ipse locum & regionem creauit vnà cum corporibus, nefas est autorē intra vllam suam creaturā includi. Vbiq; autem, quia potētiis suis per terram, aquam, aërem, cælum extensis, nullam partem mundi destituit, sed omnia inter se inuicem astringit inuisibilib⁹ vinculis, ne vnquā soluātur, plurimū laudādus hoc nomine quod enim celsius est omnibus potētiis, intelligitur eas excedere, cū eas in potestate habeat. virtus autē illa omnipotēs quæ cōdidit & gubernat omnia, verè De⁹ dicit, omnia cōtinens in gremio, & omnia penetrans vel minima. id inuisibile incōprehensibiléq; numen cū sit vbiq;, nusquā tamen verè cernitur aut percipitur, & cū dicit: Sto ante te, videtur quidem se ostēdere, sed maior est quàm vt vel indicari possit vel videri ab vlla creatura. Ergo migratorij mot⁹ nomina nequaquā Deo cōueniūt, sursum, deorsum, dextrorsum, sinistrorsum, prorsum, retrosum: nec tale quicquā intelligitur de illo qui locū nō mutat. nihilominus dicitur descēdens visere, qui omnia prius etiā q̄ fiant præuideat manifestissimè: vt doceamur monemúrq; ne quis homo de absentibus rebus & incertis pūtet se posse certam coniecturā facere, sed propius introspecto negotio diligēter cūcta perlustret. visus enim certus potius quàm fallax auditus, testis adhibēdus est. quapropter in optime cōstituta rep. lege cautū est ne quis audita dicat pro testimōnio, quia iudicium auditus naturaliter facilè est corruptorib⁹. Apud Mosen quoq; inter vetita legitur: Nō admittes auditionem vanā. vbi nō tantùm interdicit, ne quis falsum sermonē aut stultū accipiat auri-

bus:sed docet q; ad manifestã veritatis perceptionẽ lõgè minus quàm visus idoneus habeatur auditus, cùm sit refertus vanitatibus.Hãc censemus esse causam cur descẽdisse dicatur Deus vt ciuitatem ac turrim viseret.nec temerè additũ est,Quam ædificarant filij hominũ.] Fortasis enim profanus aliquis cauillabitur:Nouã verò rem nos docet legislator,turres atq; ciuitates nõ ab aliis ædificari quàm filiis hominũ.quis adeò demens est,vt hæc tam manifesta nesciat? Verùm non ista obuia protritáq; considerãda sunt in sacris oraculis,sed vestigãda quæ tegũtur sub his apertis vocabulis. Quid igitur hoc est ? Qui rebus multos quasi patres tribuũt,& multorũ deorũ cateruã introducunt,negotia cõfundentes per imperitiam,& animæ finẽ voluptati assignantes,opifices dictæ vrbis eiúsq; arcis,si verũ fatendum est,facti sunt:quas ad finẽ illum deducũt extruẽdo tanquã ædificia,ipsi nõ absimiles opinor natis è scorto,qui à diuina cõcione arcẽtur lege dicente,Nõ intrabit natus è meretrice in ecclesiam domini.Isti eñ quasi passim iaculãtes sagittarij,qui in nullum scopũ præstitutũ tela dirigũt,innumera principia causasq; rerũ creatarum supponũt,falsas omnes , cũ vnum factorẽ patrémq; vniuersitatis nesciant:sed qui sciẽtiam habent,vnius Dei filij appellãtur meritò,sicut & Moses fatetur dicẽs , Filij estis dñi Dei.& alibi:Deũ qui te genuit.&, Nónne hic ipse pater tuus est? Qui sic affecti sunt,solùm honestum bonũ existimãt, quæ est arx ab huius belli peritis cõtra finem voluptatẽ sectantium oppositа,vt illum expurgatũ tollant è medio. quod si nõdum quisquã dignus vt Dei filius appelletur,tu tamẽ da operã vt ornatus sis sicut verbũ eius primogenitũ,angelus antiquissimus,& quidã variarũ appellationũ archãgelus:videlicet principium,nomẽ Dei verbúmq; dictus,& homo factus ad imaginem,& videns,ille Israël.Quamobrẽ superius adductus sum vt laudarem eos qui sui generis initia referũt ad vnũ virum communem parentẽ. nam si nondum idonei sumus vt nominemur Dei filij,simus saltẽ sermonis illius sacratissimi , qui eius sempiterna imago est.imago eñ Dei est verbũ illud antiquissimũ. hoc genus multis in locis lex filios Israël etiam nominat,videtis illius auditores,quãdoquidem post visum auditus secũdum honorem meretur,& qui discũt,posthabendi sunt eis qui absq; præceptore manifestas subiectorum formas percipiũt.Proinde veneror in Regũ libris sacras literas,vbi qui post multas ætates flagitiosè vixerunt,tamen ad stirpis autorem Dauid hymnorum

norum diuinorum poëtam referuntur,qui viuus vidénsque ne proauos quidem eorũ agnouisset pro suis posteris. animarum enim quas virtus immortalitati conseerat, nõ corruptibilium corporum soboles,in posteritate bonorũ virorum censetur.cæterùm de his qui se iactant ob iniusta facinora , dicit dominus: Ecce genus vnum & labium vnũ omnium:ac si dicat, Ecce vna familia cognatióq; pariter omnium,nemine mutante sententiam,nec discrepante,quemadmodum & musicæ imperiti consonant.nam & horum vocis instrumẽta interdum modis omnibus inconcinna sunt & dissona,vt nihil inter eos conueniat, nisi quod pariter discrepant.Idem & in febribus vsuvenit vt videmus.nam & quotidiani & tertiani & quartani vt medicorũ si lij vocant circuitus,statas horas habent nocturnas diurnásque, & eundem semper seruant ordinem.Porrò illud: Cœperúntq; hoc facere,non sine indignatione dictum est:quòd malefici nõ contẽti humanæ societatis iura violasse , ad cælũ sint ausi scandere,iniquitatem seminantes,& metentes impietatem, sed nihil proficient miseri.nam qui se mutuis iniuriis afficiunt,sæpè consilia quamuis ab ipsis damnata,perducũt tamen ad effectũ. impij verò non item. Numen quod impetunt, illæsum manet, ipsi maculam cõtrahunt ineluibilem, & ordiuntur quidem iniuriam,sed nihil efficiunt.Propterea sic dictum est : Cœperunt facere.Homines inexplebiliter peccandi auidi,non contenti fa cinoribus terra mariq; patratis & in aëre,quę sunt elemẽta corruptibilia,decreuerunt naturæ cælesti ac diuinę inferre manus impias:quæ cũ inter creaturas non censeatur,est extra omnem aleam iniuriæ.quæ etiãsi maledictis appetatur,nihilò habet deterius.nec à sempiterna sub natura dimouetur,sed maledicisca lamitates infert haud vnquã medicabiles.siquidẽ etiãsi cœptis frustratis nõ potuerunt ad destinatũ impietatis suæ finem peruenire,nihilò minus ac si cogitatũ facinus perpetrassent, damnãdi sunt.& hoc est quod ait absolutã turrim ab eis,quãuis penderet adhuc,dicẽs:Dominus descẽdit vt viseret ciuitatẽ ac turrim,non quam ędificaturi erant,sed quã ædificauerant,& quod argumentum est imperfectæ structuræ?Primùm ipsa res satis liquet.nulla enim terrę pars valet cælũ attingere,ob causam supradictam,quia nullum centrũ tangit suam circũferentiã.deinde,quoniam æther sacratus ignis,flamma est inextinguibilis, iuxta Græcã nominis etymologiã, παρὰ τὸ ἄιθειν,quod vrere significat.testis est sol ignium pars cælestiũ, qui ex tanto inter-

uallo intima terræ penetrat ſuis radiis:nec tantùm hanc,ſed & aërem,qui ad cæleſtem vſq; orbem ab ea pertinet, licet ſuapte natura frigidũ,partim tepefacit partim exurit.nam quæcunq; aut multum diſtant ab eius orbita,aut ad latus alterutrum declinant,tepefacit tantũmodo.quæ verò aut propinqua ſunt aut directè oppoſita, maiore vi caloris exurit, quæ cùm ita ſe habeant,non erat opus vllis fulminibus cõtra conantes alcẽdere, cùm alioquin auſus illi magnifici euaneſcerẽt. Quod ſubindicatur per ea quæ mox ſequuntur: Deſiuerunt, inquit, ædificare ciuitatem & turrim.] Dubio procul non quia perfecerãt eam, ſed quia confuſio ſecura prohibuit quominus perficerent: nec tamen effugerũt crimen perpetrati facinoris,qui cõſilium tam immane nõ dubitarunt aggredi. certè augurẽ illum & prodigiorum procuratorẽ,vanis cõiecturis ſtudentẽ(vanus enim interpretatur Balaam) lex ait populo vidẽti maledixiſſe, quãuis in verbis eius erat fauſta precatio:mirum ni nõ reſpectu dictorum eius quæ diuina prouidentia recudebat in quandã meliorem monetã,ſed mentis ipſius,cui noxia magis obuerſabantur quàm vtilia.pugnãt autẽ hæc inter ſe ſe ſuoptè ingenio, coniectura cum veritate,vanitas cum ſciẽtia,diuino furore carẽs diuinatio cũ ſapientia: & quãuis aliquis conatus per inſidias alterum interimere fruſtratus eſt.nihilominus homicidij reus eſt, ſicut decernit ſuper hoc caſu ſcripta lex.Si quis,inquit, conatus fuerit proximũ ſuũ dolo perdere,& ad altare cõfugerit,abſtractum afficies ſupplicio.Atqui conatus tantùm,nõ interemit. at par eſt maleficium,patraſſe cẽdẽ,& decreſſe.quãobrẽ ne ſupplici quidẽ venia datur,ſed è ſacrario duci iubetur qui cõcepit tãnefarium conſilium.profanus eſt autem & nefaſtus non ſolùm quoniã animæ per virtutis vſumfructũ valẽti perpetuò viuere, per vitiorũ aſſultũ cædem molitus eſt:verùm etiã quia Deum facit fautorẽ auſus impij.nam refugiũ id ſignificat:quoniã multi volẽtes euadere propria crimina.& debitis pœnis eripi, faciunt ſuum referũt in Deum,nullius mali autorẽ, ſed bonorum omniũ.proinde pium habetur tales vel ab ipſis delubris abſtrahere.Extat autẽ inſignis pœna cõtra impietatis aſſertores,quã fortaſſe quidam inſipientes nõ damnum ſed lucrũ arbitrabuntur.nõ deficient,inquit,ab eis omnia quęcunq; aggreſsi fuerint facere.ô infiniram & immẽſam miſeriam:omnia quæcũq; aggredietur mens demẽtiſsima,ſuccedũt ex ſentẽtia:nec magnus nec paruus conatus fruſtrabitur vllus, vltrò negotiis animæ occur

occurrentibus & ſeſe præbẽtibus.hæc ſunt animę viduatæ indicia peccãtis abſq; impedimẽtis omnibus.nam quiſquis eſt non prorſum inſanabilis,optarit ſe conſilio mentis deſtitui,vt cùm furtum aut adulterium aut homicidium aut ſacrilegium aut aliquid ſimile tentat committere,ſucceſſu careat,& innumera inueniat obſtacula.nam cohibitio maximum morbũ arcet iniuſtitiam, quòd ſi adſit licẽtia,ille vitari non poterit. Et adhuc tyrannorũ fortunas ô beati ſuſpicitis,quibus procliue eſt quidquis efficere,quod rabido efferatóq; animo concipiunt? imò gemenda eſt illorũ conditio.ſiquidem inopia & infirmitas malis prodeſt,bonis verò potentia cum opibus.Certè quidam ex inſipientum numero poſtquam ſenſit ad quantam infelicitatẽ perducit libertas peccandi, ait. Maior eſt culpa mea quàm vt remittatur. Eſt enim valde graue animam ſine freno ſinere per ſe indomitam,quæ habenis ægrè coërcetur & ſcutica.quamobrẽ oraculum propitij Dei plenum bonitate ſpem exregiam oſtentat diſciplinæ amatoribus,quod ſic eſt redditum: Non dimittã te neque deſeram.nam laxatis animæ vinculis,quibus continebatur,maxima ſequitur calamitas,à Deo deſerit,qui ſuas ipſius potentias circundedit rebus omnibus tanquam fortiſsima vincula,& his eas indiſſolubiliter adſtrictas eſſe voluit. quin & aliubi dicit,quicquid ligatur vinculo purum eſſe,quãdo impuri tatis cauſa eſt diſſolutio.Caue igitur quoties vides aliquẽ quidlibet expeditè facere,mireris tanquam fortunatum: ſed potius vt infelicem miſerare,cui virtutũ ſterilitas, vitiorum vbertas perpetua contigit.Nec illud in tranſcurſu & leuiter expendendum eſt,quid ſibi velit quod ibidem ex perſona Dei dicitur: Venite deſcendamus & confundamus linguam eorum.] videtur enim quoſdam alloqui tãquam operationis ſocios. idem & anteà de hominis creatione dictum legitur. Dixit,inquit,dominus Deus:faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram:vbi vox Faciamus, pluralitatem ſignificat. & rurſum dixit Deus:Ecce Adam factus eſt ſicut vnus è nobis, vt noſcat bonum & malum.nã illud vnus è nobis,nõ de vno ſed de pluribus ponitur.Dicendum igitur illud primùm,nihil in rebus æquiparari Deo,ſed hunc eſſe vnum regem ducem principem,à quo ſolo fas eſt adminiſtrari ac diſpenſari vniuerſa:nam illud,

Multos imperitare malum eſt,rex vnicus eſto. Non

ad ciuitates & homines magis pertinet, quam ad mundum & Deum.Vnũ enim vnius factorẽ, patrem, dominum eſſe, neceſ-

ſum

sum est.quo concesso,attexēda sunt quæ inde consequenter dependent.quænam illa?Deus cùm sit vnus,dici non potest quàm multas habeat socias potentias,quæ salutem rerum procurant, quæ iam etiam plectūt noxios. ea verò pœna non est damnosa, cùm peccata castiget ac coerceat.per has item potētias ille incorporeus intelligibilisq; mūdus compactus est,exēplar huius mundi visibilis:quod cōstat ex ideis inuisibilibus, sicut hic noster ex corporibus visibilibus.Vtriusq; pulchritudinē admirati quidam,nō solùm ipsos totos consecrauerūt,verùm & patres eorum præcipuas,solem,lunam,cælū,non veriti eas deos appellare,quorū cogitationē Moses intelligēs,inquit:Domine,domine,rex deorū.vt indicaret eum esse præstātiorē quàm subditos. Est & in aëre animarū incorporearum sacratus chorus, assecla illarum cælestiū.nam has solent angelos nominare diuina oracula.hic vniuersus exercitus in suos digestus ordines, imperatoris summi iussa exequitur, & huic vni moderatori suo,sicut fas est,obsequitur:in quibus copiis nō licet reperire desertorē ordinis.Rex ipse his ministeriis stipatus,vtitur eis dūtaxat ad ea negotia,quæ decet nō à solo Deo tractari: quāuis enim nullius ope indigeat pater omniū,qua subleuetur quoties vult aliquid facere:tamē videt quid sē;quid creaturas deceat,& quædā potētiis subditis efficienda permittit,ne his quidē concessa facultate in totū libera,vt ne quod erratū in generatione admittatur.Hæc igitur necessariò primùm dicenda habui, nunc dicam quid inde colligitur.Animaliū naturæ prima diuisio fit in partes,brutā rationalémq;:rationalis pars subdiuiditur in mortalem speciem & immortalē alterā,mortalē hominū,immortalem animarū incorporearū,quę versantur in cælo & in aëre.hæ vitiorū expertes sunt,sortē adeptæ felicē nullisq; calamitatib⁹ obnoxiā,quippe quæ non alligātur corpori miseriarū domicilio.bruta quoq; carēt vitiis,sicut & mēte,proinde non fiunt rea peccati voluntarij,quādo nulla præcedit deliberatio. solus propemodum ex omnibus homo habēs bonorū malorúmq; scientiam,sæpenumero eligit contemnanda,fugit sectanda magno stustio,quapropter meritò peccati spōtē admissi reus peragit. conuenienter igitur huius creationem Deus cùm sub præfectis suis communicat,dicens: Faciamus hominem:vt & benefacta eius ad ipsum autorē solùm referantur, & peccata ad cæteros socios.nā ipsi omnipotēti non erat cōueniens,in rationali anima viam ad vitia sternere:quam ob rem ministris eam partē faciend

faciendam commisit.nam complementum totius operis postulabat vt volūtario contrarium iungeretur inuoluntariū. & hæc quidē hactenus dicta sint.supereſt & illud cōsiderādum, Deum bonorum tantūmodo causam esse,mali autem prorsus nullius: quādoquidem ipse bonum omnium antiquissimum est & perfectissimum.Decet autē suæ naturæ propria operari oprimum optima:improborum autem pœnas per eius ministros sanciri. attestātur meis dictis illa verba perfecti meditatoris:Deus qui nutrit me à iuuentute mea,angelusq eripit me ex malis omnibus,hic quoq; nūc fatetur,germana bona,quæ studiosa virtutis animas nutriunt,ad solùm Deum autorē referenda: malorū autem portionem cōmissam angelis, ac ne his quidem liberam puniendi facultatē habentibus,ne cui ad pernicię tendenti salutaris illa natura occasionē prębeat,quapropter dicit:Venite descendamus & confundamus.hanc enim censuram merētur impij,vt beneficæ alioquin,beuignę propitiæq; potētiæ pœnas ab eis exigāt:quas Deus sciens humano generi vtiles,per alios statuit.oportebat enim castigationem adhiberi,sic tamen vt perēnes gratiarū fontes nullis malis miscerētur,non solùm his quæ verē mala sunt,sed etiam quæ esse videntur.Nunc quærendum quæ sit illa confusio.at quomodo quærendum?sic opinior. Sæpè ignotos ex similiū & eiusdem generis collatione cognoscimus. ad eundē modum etiā res quæ per se non facilè noscuntur, manifestè apparebunt per cognatarū similitudinem.Quid est igitur cōfusioni simile?mixtura,sicut à maioribus traditur,& temperatura.mixtura in aridis reb⁹,tēperatura in humidis.est igitur mixtura,corporum diuersorum perturbata cōiūctio:quasi quis hordeū,triticum,pisum, cæteraq; frugū species in vnum aceruum cōgerat.tēperatura verò non est coniunctio,sed dissimilium partiū mutua penetratio, quarum semel tēperatarum qualitates arte quadam secerni queunt, quod dicunt in vino & aqua cōtingere.nam hæc duo si vniantur,temperatura conficere,quæ nihilominus redire possit ad qualitates pristinas.si eā spōgiam imbuas oleo,aquam ea colligi,vinū relinqui. fortasse quia spōgia ex aquis genita cognatū liquorē ex temperamēto attrahit,vinum verò vt alienum;respuit. at confusio fit cum penetrātibus se inuicem partibus qualitates earū pereunt,vt corruptis rebus quæ prius fuerāt:vnius nouæ, & à prioribus diuersæ,existat generatio:quod accidit in medicorum compositione quam vocant tetrapharmacum:quæ constat opinor è cera,pice. resina,

resina,& adipe:quæ semel composita non possunt arte vlla sepa rari,vt redeant ad qualitates pristinas.sed cũ singulæ nusquam appareant.ex omnibus corruptis vna egregia facultas conficitur.Quoties autem Deus minatur cõfusionem cogitationibus impiis,ea nõ singulis tãtùm vitiorum speciebus earúmq; viribus intentatur,sed & operibus eorum quæ fiunt de cõmuni sententia:ne vel singula,vel cõmunicatis consiliis,vires colligant ad delendam partẽ præstãtiorem.quapropter ait: Cõfundamus ibi linguam eorũ,ne audiãt vocem quisq; sui proximi.] ac si diceret,muta surdáq; faciamus vitia singula,vt nec loquendo nec assentiendo damnũ dent.Hæc est nostra super hoc textu sententia.Qui verò aperta solùm & obuia sectantur,putãt hic describi ortum linguarũ Græcarum ac barbararũ. quos equidem nõ accuso:fortassis enim & ipsi rectè sentiunt : attamẽ admonitos cupio,ne hactenus processisse contẽti sint, sed transeant ad tropologiam,sic existimãdo,diuina oracula esse vmbras quasdam corporũ:cæterùm quæ per has significãtur,esse res verissimas. id si quis animo cęcutiens parũ intelligit occasionem ab ipso legislatore porrectã non negligat,vel hoc ipso in loco.Cõfusionẽ enim rem hanc appellat:qui si voluisset solùm ortũ linguarum indicare,aptius diuisionem appellasset quàm confusionem. nõ confunduntur enim quæ in partes distribuuntur,sed discernuntur potius:vt nõ minor pugna sit inter hæc vocabula, quàm inter res ipsas.est enim cõfusio.sicut iam dixi,facultatum simplicium corruptio,quæ simul cõgestæ, vnã quampiã generãt.separatio verò est vnius in plura sectio:sicut cùm genus aliquod in plures diuiditur species.Itaq; si ille solus sapiens voluisset vnã loquelam in plures partes diuidi,aliis aptioribus & magis propriis vsus fuisset appellationibus:puta diuisionem dicendo,aut distributionẽ,aut separationẽ,aut aliquid huiusmodi, nõ confusionem,quæ planè cõtrarium significat.Verùm hoc nũc est propositum,dissicere vitiorũ constipatũ cuneum, irritare horũ fœdera,societatẽ conuellere,copias fudere fugaréq;,imperium vi euertere,quod erat communitũ iniquitatibus maximis.Videnvt opifex ille noluit conspirare partes animæ? nõ oculi possunt audire,nõ aures cernere,nõ olfacere labia,nõ gustare nares,nõ ratio fungi officio sensuum,sicut nec sensus valent in vocẽ erũpere.norat enim ille artifex,nõ expedire vt hæc se inuicẽ exaudiant:satius esse,vt singulæ animæ partes intra suas functiones consistant,& inconfusæ maneant:idq; non minus conferre animantium

mantium generi,quàm priuatim ipsis potentiis.ediuersò vitia deducta sunt in confusionem & extremã perniciem:vt nec collatis viribus,nec priuatis conatibus,detrimentum afferant partibus melioribus,& hoc est quod dicit: Dispercit eos dominus illinc:ac si diceret,dissipauit,eiecit,profligauit. nã spargere aliquando ad incrementum & augmentum pertinet,aliquãdo ad interitum & perniciem.Vult autem ille rerum plãtator Deus, honestatem esse omnibus insitam,dispergi verò & exulare extra mundi terminos impietatem execrabilem,vt tandem tollatur è medio ciuitas vitiorum,cum infensis virtuti moribus.impietatis turrim substruẽtibus.his enim dissipatis quotquot per insipientiæ tyrannidem coacti sunt solum vertere, vno edicto reuocantur in patriam:quod ipse Deus promulgat, disertè dicente oraculo.Etiamsi dispersus fueris à summo cælo ad extremitatem eius aduersam, sic quoq; te colligã. Itaq; concentum virtutum à Deo foueri decet, vitia verò dispergi & profligari. nec est aliud nomen quod vitio magis conueniat quàm confusio.id quod euidens est in quouis insipiente,qui verbis, cõsiliis, factis improbatis confusisq; vtitur.

PHILONIS IVDAEI,

Vita sapientis per doctrinam perfecti,siue de legibus nõ scriptis,hoc est,de Abrahamo.

SACRAE legis quinque voluminum primũ vocatur & intitulatur Geneseos, ob mundi generationem sic nominatum, quam in principio continet: quamuis in eius reliquo res innumeræ insertæ sunt bello pacéq; gestę,item sterilitates fertilitatésque,penuriæ copiæque, adhæc maximæ clades terrarum,incendium & diluuium,& ediuersò reparatio felixq; prouentus animalium pariter atq; stirpiũ: put ferebant vel aëris temporúmq; quotannis alternantium temperaturæ,vel mores hominum aliàs virtuti deditorũ, aliàs vitiis.Sed quoniam ista vel partes mũdi sunt vel accidentia,mundus

dus autem ipse opus perfectissimum ac plenissimũ, ab eius generatione liber denominatus est. de suo opificio quantum potui diligenter tractaui in superiore volumine. Nunc quoniam ordo postulat vt leges scrutemur, dilatis ad tempus particularibus earum ceu imaginibus, generaliores & quasi exẽplares primũ disquiremus. Hæ sunt viri qui rectè ac sine culpa vixerunt, quorum virtutes publicatæ sunt in sacrarum literarũ tabulis, non tantùm ad laudem illorum, verùm etiam ad lectores in æmulationem prouocandos. fuerunt enim illi animatæ rationalésq; leges, duabus de causis venerabiles. altera, quoniam ostendunt quòd præcepta legis à natura non discrepant. altera, quòd hinc liquet nõ esse opus magno labore ad exigendã vitam iuxta legum regulam, quãdo illi prisci ante leges singillatim proditas nõ scripto iure vsi pari facilitate atq; felicitate vixerunt: vt meritò quis dicere possit, leges scriptas nihil aliud esse quã vitarum patrum commentarios, in quibus eorum dicta factáq; narrantur. nam illi scholas nullas frequentauerant, nullis præceptoribus vsi fuerãt, sed à seipsis instituti doctíq; ordinem naturæ secuti sunt, quæ lex est dubio procul antiquissima omniũ: quam ipsi ius summum fásq; rati esse, totam vitã suam vltrò ei subdiderunt: fortuitas autem res precibus & supplicationibus cõmendantes Deo propicio, hac quoq; parte vixerunt feliciter, accedente ad promptam rectè agendi voluntatem diuina quoque prouidentia: Quoniam igitur principium parãdorum bonorum spes est, etiam hanc tãquam publicam viam ostendit & aperit anima veri boni studiosa, quæ primum amicum spei nominat hominem, vocabulum totius generis commune tribuẽs ei per excellentiam: nam Chaldæi hominem Enos vocant: ac si solus verè homo sit, qui res bonas expectat, & bona spe se sustinet. Vnde manifestum est, quòd spe carentem nõ hominem existimat, sed bestiam humana forma prẽditam, cui desit spes proprium ornamentum humanæ animæ. Quamobrem cùm vellet egregiè laudare hunc bene sperantem, postquam dixit: hic speravit in patrem & in factorem omnium: subiecit, Hic est liber generationis hominum, quamuis iã & patres & aui quidem erant. Sed illos mixti generis autores censebat, hunc autem puri putíq;, quod rationale verè dicitur. nam sicut Homerus inter cæteros innumeros poëta per excellentiã vocatur, & atramentum quo scribimus, quãuis atrum sit quicquid albo opponitur, & ἄρχων Athenis è nouem magistratibus præcipuus, cuius nouem

men in fastis distinguit tempora: eodem modo bene sperãtem hominem per excellentiam nominat, secretum à vulgo ignobili, & indigno tali appellatione. Nec minus rectè librum generationis veri hominis dixit, non extra propositum, quandoquidem hic bene sperans celebratione memoriáque dignus est, nõ in chartulis corrumpendis à tineis, sed in immortali natura, penes quam sunt commentarij virtutum omnium. quod si quis initium numerandi faciat à primo illo terrigena, hunc à Chaldæis Enos, à Latinis nominatum hominem, quartum inueniet. Quaternarius autẽ inter numeros honoratur apud alios quoq; philosophos, qui incorporeis & intelligibilibus essentiis delectantur, sed præcipuè apud Mosen illum sapientissimum, qui extollens quartum numerum ait eum sanctum & laudabilem, sicut in præcedente opere dictum est. Sanctus autem & laudabilis est qui bene sperat, sicut ediuersò profanus & vituperabilis qui non sperat, timore semper vtens malo consiliario. negãt enim vllas duas res tam infestas esse inuicem, quàm spem & timorem: & meritò. nam vtraque est expectatio, altera bonarum rerum, altera cõtrà malarum, inter quas naturas nulla possunt intercedere fœdera. Hactenus de spe dixisse sufficiat. quam in foribus ceu ianitricẽ natura collocauit, intus verò cæteras virtutes regias, quas adire licet nemini qui non prius hanc vnam demeruit. Deinde legislatores & leges passim promulgatę pro magno negotio habent replere bona spe animos ingenuos. qui verò absque alieno hortatu bene sperat, nõ à scripta, sed ab innata sibi lege discit hanc virtutem. cuius ipsa natura autor est. Post spem secundum ordinem tenet pœnitentia peccatorum & correctio. ideo deinceps memorat in melius mutatũ hominẽ Enoch dictum Hebræis, id est, gratiosum, de quo sic legimus, quòd placuit Enoch Deo, & non est inuentus, quoniam transtulit eum Deus.] nam hæc translatio versionem & mutationem significat. fit autem in melius, quandoquidem fit per Dei prouidentiam. quicquid enim Deo fauẽte agitur, omnino bonum est ac vtile: sicut inutile quicquid citra opem numinis. Rectè verò & illud dicitur, Non est inuentus, de translato: eo quòd prior vita culpabilis euanuerat, vt nõ inueniretur amplius, ac si ne fuisset quidem vnquam anteà. vel quòd non facilè inueniatur qui ad potiorem ordinem transeat: quia vitium suaptè natura latè paret, ideo vulgò notissimum: virtus rara est, vt vix paucis contingat. & alioquin etiam vir improbus per fora, theatra, tribunalia,

nalia,curias,cõciones,omnésq; cœtus atque sodalitates homi
num curiositat,quippe curiositati assuetus, linguam habens sine
vllo fine modóq; & iudicio volubilem,cõmiscens cõfundénsq;
omnia,veris mendacia,dicendis cęlãda,priuatis publica,sacris
profana,seriis ridicula,ignorans silentiũ rem esse pro tẽpore ac
loco pulcherrimã.proinde arrectis auribus,quo satisfaciat suæ
curiositati, bonos malos rumores captat, vt mox aut gaudeat
aut inuideat.est enim quivis malus ingenio malitioso, inuido,
honestati aduerso:ediuersõ probꝰ quietæ vitæ amator secessum,
& solitudinẽ diligit,latere ignotus cupiens,nõ societatis huma
næ odio,est enim cùm primis amans hominũ: sed quia fugitat
vitia quibus vulgus delectatur,lætũ rebus dolendis,gaudio dig
nas ægrè ferre solitum. Quapropter inclusus domi se plerũq;
continet. vix vnquam limen transcendens : aut quo salutatores
crebros deuitet,abdens se in aliquod rusculum solitarium, sua
uius victurus cum viris præstãtissimis,quorum tẽpus aboleuit
corpora,solis virtutibus eorũ superstitibus, quæ in literis pror
sa vorsáq; oratione proditæ ad posteritatis memoriã,in melio
rem frugem reducunt animas. Quamobrem dictum est,quòd
translatus nõ inueniebatur, videlicet vestigatu & inuẽtu haud
facilis.Traiicit igitur in eruditionem ex ignorãtia,in pruden
tiam ex imprudẽtia,in fortitudinem è timiditate, in pietatem
ex impietate,ex voluptatum amore in temperantiam,ex ambi
tione in modestiam, cui mutationi non opes,non regnum,non
imperium conferẽdum est. Nam si verùm fateri volumus,diui
tiæ,non illæ cæcæ,sed acutè cernentes, sunt virtutum possessio;
quæ cùm sit vera & legitima, longè præstantior censenda est,
quàm isti adulterini & falso nominati principatus. Sed memi
nisse debemus pœnitentiam secundo post integritatem gradu
cõsistere,sicut post sanitatẽ corporis reualescentiam. Ergo per
petua perfectio stat proxima diuinæ potentiæ:cæterùm proces
su temporis ad meliora transitus,est propria dos bene natę ani
mæ,quæ contemptis puerilibus studiis, per solidiora & magis
virilia contendit ad tranquillã constitutionem,discurrentẽ per
cogitationes honestissimas. ideo meritò post pœnitentẽ subse
quit Deo charꝰ virtutis amator,q̃ HebraiceNoë,Latinè quies,
siue iustus,vocabitur, nominibus sapienti cõuenientissimis.id
quod de iusto manifestũ est.Nihil em̃ iustitia melius,quę prin
cipatũ inter virtutes tenẽs,ornat earum chorum maxime.Nec
minus quies,cum ediuersõ præter naturam motus excitare tu-

multus

multus,turbas,seditiones,atque bella soleat. quæ improborum
sunt negotia.At honestatis amatores quietam,immotam paca
támq; vitam præferunt. & hoc est quod à seipso non dissentiens
vates sabbatum Hebræorum septimum quenq; diem, quietem
nominat:non,vt quidam putant, quia post sex dierum spatium
populus abstinebat à cõsuetis operibus,sed quia septenarius nu
merus,tam in mundo quàm in nobis confessione omnium ha
betur pacatissimus,& à seditione,bello,cõtentione alienissimꝰ.
Attestantur mihi quæ nobis insunt potentiæ. Harum enim sex
indesinenter bella terra mariq; concitant.quinq; sensus & ser
mo qui profertur.illi desiderio sensibilium,quibus se nõ poti
ri ægrè ferunt:hic per os infrene,multa silenda effutiens. At se
ptima potentia,nempe mens cæterarum dux,quãdo in potesta
te illas sex retinet,& pdomitis eis in secessum se recipit.amans
solitudinis & contenta secũ ipsa colloqui,nullius externi confa
bulatoris indigæ:tum demum à curis ac negotiis mortalibus
liberata,vitam serenam tranquillámq; complectitur. In tantũ
autem scriptura magnificat hunc virtuits amatorem,vt in stẽ
mate eius non more aliorum auos,proauos,maiorésq; cęteros,
recenseat,siue paternos siue maternos,sed virtutes quasdã, tan
tùm nõ diserte clamitãs,nullam aliam familiam, cognationẽ,
partriã,sapientis esse præter virtutes & harũ actiones.Hę sunt,
inquit,generationes Noë.Noë homo iustus,perfectus in gene
ratione sua,Deo placuit.Vbi sciendum q̃ hominem non vulga
ri loquendi forma,rationale mortale animal vocat,sed per ex
cellẽtiam eum qui verè suo respõdet nomini,eiectis ex animo
immansuetis,rabidis ferinisq; vitiorum affectibus.Argumẽto
est,quòd post hominem addit iustum,dicens,homo iustus:quia
nemo iniustus est homo,sed potius bestia humana forma præ
dita,in solum autẽ iustitiæ sectatorẽ nomen hoc cõpetit.Hunc
etiam perfectũ fuisse ait,per hoc docens,non vnam eum virtu
tem,sed omnes habuisse,singulis vsum pro tempore. Posthæc
tanquam in sacro certamine victorẽ ornat amplissimo præco
nio,eum Deo placuisse pronuntians:quo quid esse potest in re
rum natura potius?cùm sit manifestissimũ honestatis ac probi
tatis indiciũ.Si em̃ qui Deo displicẽt sunt miseri,quibus place
re cõtigit,proculdubio felices erũt.Nec alienũ videtur à propo
sito,quòd post laudatas tantas virtutes in homine,adiecit perse
ctum fuisse in sua generatione:indicans eum non absolutè, sed
collatũ ad eius ætatis cæteros bonũ fuisse. Nam nõ multò post

memorabit ſapientes alios,virtute incõparabiles, qui non cum malis collati meliores & illis anteferẽdi iudicati ſunt,ſed quia felicem naturam adepti,ſeruarunt eam incorruptam: nec effugerunt ſcelerata ſtudia,ſed ab initio manſerunt ab eis integri: cũmq; potiſsimum bene dicẽdi faciendíq; haberent ſtudium, vitam exegerunt ornatiſsimam. Admirandi ſanè homines,qui liberales ingeuuósq; appetirus ſecuti,nec imitabãtur cæteros, nec per contentionem quicquam agebant,nihil niſi iuſtum ac honeſtum ſibi optando:Mirandus tamen & ille qui ætatis ſuæ præſtantiſsimus,nullis rebus eſt implicitus,quas vulgus diligebat tantopere:huic ſecundæ partes laudis debentur,illorũ verò primam palmam natura eſſe voluit. Magnum tamen fueritvel in ſecundo loco conſiſtere:quid enim niſi magnum & ambiendum vel dat Deus vel accipit?argumento eſt gratiarũ excellentia,quas hic vir conſequutus eſt. Quoniã enim vberrimus prouentus iniquitatum ac impietatum fuerat illo tẽpore, adeò vt omnis regio,gens,ciuitas,domus,& vnuſquiſq; priuatim repleretur malis ſtudiis,certatímq; de primatu in vitiis cõtenderẽt: dum quiſq; proximum conatur præcurrere,nihil ſibi ad extremam malitiam reliquum faciens:ea propter Deus meritò indignatus,quòd animal omnium,vt videbatur optimũ, & cognatione cæleſti dignatum propter cõmunicatam rationem, pro virtute quam exercere debuerat,cõplexum eſſet malitiam,nec vllam eius omiſiſſet ſpeciem,pœnam decreuit conuenientem, vt omnes eius ſeculi homines deleret vno diluuio: nec tantùm incolentes campeſtria loca & humilia,verùm etiam in celſiſsimis ſitos mõtibus. Nam oceanus elatus æſtu quãto nunquã anteà,per fauces valido impetu irrupit in noſtra maria:quæ mox inſulas ac continentem ſubitis inundarũt fluctibus. Acceſſerũt & fontium perennium,& amnium indigenarum torrẽtiúmq; alij ſuper alios affluxus,qui coniuncti & diffuſi etiam in altum creuerunt. Nec aër ceſſabat interim,obtecto cælo toto cõtinuis nubibus procellis quoq; furentibus:ſimul tonitruum crepitus, micationes fulgurum,ictúsq; fulminũ intermixtis largiſsimis imbribus faciebãt vt videretur totus mũdus abire in naturam aquarũ:donec è ſupernis cataractis infernísq; fluẽtis tanta moles vndarum ſuccreuit,vt nõ campi tãtùm & depreſſa loca operirentur,ſed & altiſsimorũ montium cacumina. Omnes enim terræ partes ſubmerſæ ſunt,vt illa oppreſſa mũdus magna ſui portione mutilaretur,& qui prius integer fuerat, mãcus, quod cogita

cogitatu dictúq; nefas eſt,eſſe videretur. Quin & aër, niſi qua lunari circulo vicinus eſt,penè totus abſumptus erat, pulſus aquarũ violentia,quæ regionẽ eius inuaſerãt. Secuta eſt ſatorum arbuſtorúmq; pernicies,quæ ſicut ariditatẽ,ita nimiam humiditatem non ferunt. Interibant & innumeri greges animalium manſuetorum ſimul & ferorũ. Nec mirum ſi prẽſtãtiſsimo genere humano pereũte, nullum ſupereſſe ſinebatur è deterioribus,quæ in vſum dominorũ ſeruituti addicta fuerãt. In hoc tot tantorum malorum confluxu,quæ tempus illud afferebat (omnium enim mundi partium prẽter cæleſtes natura luxata fuerat,quaſi morbo quodam correpta grauiſsimo ac peſtifero) vnica familia iam dicti viri iuſti Deóq; chari ſeruata eſt,qui accepit ſumma duo munera. Alterũ quod dixi, nõ interiſſe cum cæteris omnibus. Alterum, vt nouus autor haberetur inſtaurati humani generis. Cõceſsit enim ei Deus,vt & finis & initiũ generis noſtri fieret,finis ante diluuium,poſt diluuium verò principium. Talis fuit vir ætatis ſuæ optimus,& tale præmiũ ſortitus eſt,ſicut docet ſacra ſcriptura. Dictarũ porrò trium animarum ſiue vitæ rationum,ordo miram habet harmoniam,perfecta enim,ab initio eſt integra:mutata verò,ſemiperfecta,cuius priora tẽpora vitiis dicata,poſteriora virtutibus,ad quas tranſlato domicilio migratum eſt. Illa autem ſperabunda ſicut nomen,ipſum indicat,defectum habet,ſemper quidem boni cupida,nondum tamen eius cõpos,ſed nauigãtibus ſimilis,qui properantes in portũ appellere,adhuc marina iactatione diſtinentur. Hic eſt prior ternio virtutem deſiderãtium, nunc ſupereſt, vt de potiore altero dicamus. Nã ille videtur ſimilis diſciplinis puerilibus,hicverò virorũ athletarũ exercitiis,parãtium ſe ad ſacra certamina, qui neglecta corporis habitudine animæ proſpiciunt,cupiẽtes victoriã de aduerſariis affectibus. Cæterũ qua in re quiſq; præcellat,omnibus ad vnũ eundémq;,finẽ contendentibus,aliàs dicemus diligẽtius:nunc quę ſimul de tribus dicẽda ſunt nõ ſilebimus. Eiuſdẽ omnes ſunt generis, eiuſdẽq; familiæ. Nã vltimus filius eſt medij,nepos verò primi, omnes amici chariq; Deo amãtes,verũ Deũ, & redamati ab eo:qui dignatus eſt,ſicut indicant oracula,propter vitã ipſorum probatiſsimã,cõmunem cum eis appellationem habere. Suum enim coaptauit cum illorũ nominibus,è tribus cõpoſitum vocabulũ ſibi vindicãs. Hoc,inquit meũ nomen eſt æternũ,Deus Abrahã, & Deus Iſaac,& Deus Iacob,relatiuum pro Abſoluto:& meritò,

Deus enim non habet opus nomine. Attamen humano generi suum nomen elargitus est, vt habētes refugiū ad preces & supplicationes, à spe bona nō excluderentur. Hæc videtur quidem de sanctis viris dicta: significant tamen naturā à nostra noticia remotiorē, & præstātiorem quàm sunt ista sensibilia. Est enim probabile sacro eloquio describi modos animæ bonos omnes: quarum alia per doctrinam, alia per naturam, alia per meditationem ad virtutē aspirat. Nam primus nomine Abraham, virtutem doctrina quæsitam significat: medius Isaac genuinā natiuāmq; : tertius Iacob vsu ac meditatione paratā, non ignorandum tamen: horum singulos prēditos fuisse tribus his potētiis. sed nominatos ab ea qua magis quisq; pollebat. Nā nec doctrina sine natura meditationéq; potest perfici: nec natura ad optatam metam peruenire absq; disciplina & exercitatione: nec meditatio, nisi fundata in natura doctrināq;. Conuenienter igitur trium, verbo quidem virorum, re autem virtutū, nomina iuncta sunt: Natura, Disciplina, Meditatio. quas alio nomine totidēm Gratias homines vocāt: vel ꝙ gratuitò largitus sit Deus nostro generi has tres potentias ad vitæ perfectionē: vel quia se ipsæ donant rationali animæ munus elegantissimum: vt etiam sempiternū illud nomen indicatū in oraculis, non magis de tribus viris intelligi queat, quàm de tribus dictis modo potētiis. Nam hominū natura mortalis, virtutum immortalis est. Videtur autē rationi consentaneū, vt æternus ab æternis rebus denominetur potius quàm à mortalibus, quādo æternitati cognata est immortalitas, mors verò inimicissima. Illud quoq; nō ignorandum ꝙ primus ille homo terrigena, pater ante diluuiū natorū inducitur: instaurati verò humani generis iustus hic, qui solus ex vniuersali clade fuerat ereptus cū sua familia: propter iustitiam virtutésq; cæteras. Hūc autem venerādum ternionē & probatissimū sub vno genere cōprehendunt diuina oracula, dum gētem sanctā vocant, & regale sacerdotiū. gētis autē vim nomē indicat. nominatur enim Hebraicè Israël, quod interpretatur videns Deum. at visus, oculorū quidem inter omnes sensus est præcipuus, quo solo percipimus res pulcherrimas, solē, lunam, cælum, mundum vniuersum. mentis autē excellit inter omnes potētias animæ, visus enim mētis nihil aliud est quàm prudētia. quod si cui contigit nō solùm rerū naturæ noticia, verùm etiā patris factorisq; omniū, is se sciat summū felicitatis attigisse fastigiū. nihil enim est Deo superius, ad quem si quis peruen

peruenit obtutu animæ, precādum est ei vt possit ibi cōsistere. Nā arduæ viæ laboriosæ tardéq; sunt: descensus autē per procliuia, qui tractim magis fit quàm gradatim, & velox est & facilis. & sunt multa quæ deorsum deprimunt, quæ nihil possunt efficere, quādo Deus animam temperatā suis potētiis, vehemētiore momento ad seipsum attrahit. Hæc in cōmune de tribus necessariò præfati, deinceps dicendum habemus, quibus in rebus excellentiores fuerint singuli, & à primo exordiemur. qui pietatis & summæ virtutis sectator factus. Deum sequi studuit, & præceptis eius obedire, ratus nō ea tantùm præcipi, quæ ipsi soli vel verbo aliquo vel facto indicabātur: sed & illa quæ natura multò clarius docet per visum inter cæteros sensus veracissimum, multò certiorem quàm auditus est. Quisquis enim naturæ ordinem contēplatur, & eximiam quādam huius mūdi rem publicā, vel silētibus præceptoribus discit sub legibus & in pace viuere, cōponens se ad exemplar pulcherrimū. Sunt autē manifestissima pietatis argumēta, quæ scripturis cōtinētur. Quarum ordinē sequendo, à primo incipiemus. Oraculo perculsus, quo iubebatur migrare deserta patria, cognatione, paternáque familia, haud secus quàm si è peregrinatione domū redire iussus esset, iter accelerauit in regionē exteram, rem factā se habere putans, si mandatum exequeretur celeriter. Quis alius putas tam constans fuisset ac pertinax, vt non flecteretur affectu cognationis & patriæ, quarum innatum & coalitum est cuiq; desiderium, magis, aut certè non minus, quàm membra corporis. testes sunt legislatores, qui secundum ab extrema capitali pœna atrocissimorum criminum conuictis statuerunt exilium: profectò non secundam, quantum equidem verè iudicare possum, sed aliquanto grauiorem: siquidem mors calamitatum finis est, exilium verò nō finis, sed nouorum malorum initium, dum cuitata vna sensu carente, innumeræ mortes sentiuntur. Alij negotiationis augēdæq; rei familiaris causa nauigāt, alij legationis: nonnulli amore visendi regiones exteras, aut eruditionis parandæ, ad peregrinationem tracti lucri cupidine, aut iuuandæ patriæ temporibus difficilibus, aut cognoscendi quæ prius nescierant, delectandi & adiuuandi animi gratia. Quitum enim cæci cedunt videntibus, tantum præstant peregrinati nunquam egressis patriam. Omnes tamē ad patrium solum properabundi, videre id & salutare gestiunt, complecti familiares, frui gētilium & amicorū mutuo conspectu longè iucun

disſimo:adeò vt aliquoties remorátibus ſe negotiis,,ppter quæ reliquerunt domeſticos,abrumpant ea nõ ferentes gratiſsima rum neceſsitudinũ deſiderium. At hic noſter cum exiguo,vel penè nullo comitatu,quamprimùm iuſſus eſt,demigrauit, animo prius in nouam coloniam profectus quàm corpore,mortalium rerum deſiderio cedente amori cęleſtium.Sepoſita igitur cura popularium,tribulium,familiarium,amicorum,cognatorum paterno maternóq; ſanguine,ad hæc patriæ,morũ conſuetorum ſimul educatorum & vitæ ſociorum,quę ſingula magnã vim habent ad retrahendum a propoſito,libero expeditóq; conatu quãprimùm poteſt demigrat,primùm è Chaldæa, regione illo tempore admodum fortunata,in Carrẽſem agrum: deinde non multò pòſt hinc quoque in locum alium,de quo dicturi ſumus,ſed prius lectore præmonito:quòd dictę migrationes iuxta ſeriem ſcripturæ, viri ſapientis fuerunt:ſed iuxta leges allegoriæ,animæ virtutis ſtudioſæ,verũ Deum quærẽtis. Nam Chaldæi cum primis exercitati ſiderali ſcientia,omnia tribuẽtes ſtellarum motibus.à quibus credebant diſpẽſari mundi potentias quæ conſtant ex numeris eorúmq; proportionibus, venerabantur iſtas res viſibiles, nõ percipientes inuiſibilia & intelligibilia,ſcrutantes illarum tantùm ordinem:atque ita è ſolis lunæ,ſtellarum erraticarum fixarúmq; circuitibus, & anni in quatuor tempora diſtincti vicibus, conſenſúq; rerũ cæleſtiũ ac terreſtrium,mundum ipſum exiſtimabant eſſe Deum,profana opinione creaturam facientes creatori ſimilem. huic innutritus dogmati,& per tempus longum chaldaico imbutus delirio, tãquam poſt altum ſomnum aperto mentis oculo,poſtquã purã lucem pro denſis tenebris cœpit intueri,ſecutus eius ſplẽdorem,animaduertit quod prius non viderat: præeſſe mundo quendam aurigam gubernatorémque,qui operis ſui ſaluti prouideat,curator tutórq; partium eius etiam,quæ diuina cura dignæ ſunt. Ergo vt confirmaretur mentis eius viſio, ſic admonetur diuinitus.Heus tu,magna plerunq; cognoſcuntur ſignis exiguis,quę intuitus aliquis,imaginationum infinitarum mole premitur.proinde vale dicto Chaldęis quorũ profeſsio eſt ſeruitari cæleſtia,demigra è magna mundi ciuitate aliquãtiſper in minorem aliam.ſic enim faciliusvidebis mundi prędidẽ.& hoc eſt cur prima migratio fit in agrum Carrenſem, quia Charran ſpecus dicuntur, per quos ſignificantur regiones noſtrorũ ſenſuum,per quas tanquam cauernas vnuſquiſq; illorum ſolet proſpicere

ſpicere ad ſubiecta ſua percipienda.ſed dicat aliquis, nullũ eſſe horum vſum,niſi mens inuincibilis,ceu latens quidam hiſtrio ſuas vires intus exerceat,modò contractis modò remiſsis neruis,mouẽs ſiſtẽsq; ſua ludicra.Hoc igitur exẽplum cũ habeas domeſticum,facilè quod ſcire cupis,poteris diſcere. Niſi fortè putas,in te quidem mentis imperata totum corpus omnésque ſenſus vnanimiter facere:mũdum autem opus omnium maximum atque pulcherrimum, à quo ceu partes dependẽt reliqua cuncta,deſtitutum eſſe ſui regis prouidentia.per quam ſit incolumis, & adminiſtretur legitimè. Nec mirãdum eſt,ſi eum nõ conſpicis,quãdoquidem nec tuum cernis animum.Hæc ſi quis ſecum ipſe reputet,non è longinquo,ſed è proximo documenta capiens,videlicet ex ſeipſo rebúsq; ad ſe pertinentibus, cognoſcet manifeſtè,quòd mundus nõ ſit ille primus Deus, ſed opus primi Dei patris vniuerſorum:qui cùm ipſe ſit inuiſibilis,oſtẽdit omnia,paruorum ac magnorũ naturas indicans, corporeis enim oculis non dignatur aſpici:vel quia ſempiternum à mortali cõtrectari nefas eſt,vel propter noſtri viſus infirmitatem. Nec enim potuiſſet capere profuſos ab eo Qui eſt radios, quãdo ne ſolis quidem ſplendorem valet aſpicere. Habemus autẽ argumẽtum euidens huius migrationis,qua mens aſtronomiã & chaldaicam opinionem reliquit.memoratur enim quamprimùm profectus,eſt ille ſapiens, Deum apparuiſſe Abrahamo, cui,videlicet prius non fuerat conſpicuus,quando more Chaldæorum intentus erat ſiderũ curſibus, extra mundum & ſenſibilem eſſentiam nullam prorſus naturã intelligibilem percipiens.at poſtquã ſolum vertit,neceſſariò cognouit mundũ eſſe ſubditum non dominum, nec regere, ſed regi ab autore ſuo: quod mens tũc primùm apertis oculis didicit.nam prius ſenſibilia magnam ei caliginem offuderant,quam vbi diſcuſsit calidis & ignitis dogmatibus,vix tãdem potuit velut in ſerenitate pura eũ qui prius latuerat,cernere.ille verò pro ſua humanitate venientem ad ſe animam non auerſatus, ſed obuiam progreſſus,oſtendit ſuam naturam,quatenus videri poterat: quam ob rem non dicitur,vidit ſapiens Deũ:ſed Deus apparuit ſapiẽti.non enim erat poſsibile,vt aliquis per ſeipſum comprehẽderet eum Qui verè eſt,ni ille ſe vltrò videndum præbuiſſet. Teſtatur hoc etiã mutatio nominis. prius enim Abram vocatus, mox cœpit appellari Abraham,vnius tantùm duplicatione literæ,videlicet A,ſed quæ magnũ quiddam ſignificabat.Abram

enim interpretatur pater sublimis: Abrahã verò pater electus vocis. Prius indicat virum astrologicum & meteorologicum, Chaldæorum placitis tanta cura deditum, quantam solent parentes impendere suis filiis. posterius verò, sapientem. nam per vocem sermo qui profertur subindicatur: per patrem, mens cuius principatus est. nam sermo qui concipitur intus, naturaliter pater est, vt antiquior, serens quæ dicenda videntur. cæterùm quod additur electus, bonitatem declarat. Quicquid enim malum, confusum & indigestum est: bonũ eligitur, vt præcipuum inter omnia. Itaque meteorologico viro nihil omnino maius mũdo videtur, quẽ etiam rerum autorem existimat. At sapiens certioribus oculis videns illum perfectiorẽ intelligibilem rectorem & principem, cuius dominium agnoscũt cætera, & imperata faciunt, sæpè anteactã suam vitam incusat, in qua cæcus tenebras palpãs nitebatur rebus sensibilibus suaptè natura infirmis & instabilibus: ac rursum in secundam profectionem vir bonus oraculo monitus mittitur, non iam ex altera ciuitate in alteram, sed in regionẽ desertam in qua vagus degat, nõ ægrè ferens errorem & sedes incertas ac inconstantes. Quod tamen quis alius tulisset æquo animo, si derelictis propriis ædibus, insuper ab omni vrbe prohibitus, protraheretur in loca inaccessa & deuia? quis non verso itinere domũ repetisset propere, neglecta spe proposita, cupiens præsentẽ egestatẽ effugere, & stultitiã reputãs propter incerta bona inuolui malis certissimis? Solus hic afficiebatur aliter, iucundissimam vitam existimans secessum à multitudine. Sic enim natura comparatũ est, vt qui Deũ inuenire cupiunt, amicam ei solitudinem diligant, hoc primũ modò imitati beatam illam ac felicem essentiam. Atq; ita demonstrata vtraque sententia, tum ea quæ tanquam de viro loquitur, tum ea quę tanquam de anima intelligitur, ostendimus & virum & mentem amabilem: illum quod oraculis obsequẽs passus sit se distrahi à rebus charissimis: hanc verò, quia tãdem resipiscens valedixerit rebus sensibilibus, iam non credens vt antea, sensibilem hunc mundum esse primum Deum & maximum: sed cogitatione ascendens altius ad contemplandam alteram naturam intelligibilem, simúlque rectorem ambarum & opificem. Hæc sunt rudimenta Deo chari hominis sequũtur mox non contemnanda facinora, sed eorum magnitudo non cuivis apparet, solis his conspicua, qui virtutem degustauerũt, & res vulgò mirabiles fastidiunt libenter præ bonis animæ potioribus

tioribus. Approbans igitur Deus factum quod diximus, mox bonum virum egregiè remunerat, cõiugium eius à potente & immoderato quodam in periculum adductum, intactum seruans & incolume. Cuius periculi hæc fuit occasio. Cùm diu laboratum esset frugum penuria, iam propter squalores, iam propter imbres nimios, vrbes Syriæ continua fame pressæ desertæ fuerant ab habitatoribus, aliis aliò dispersis quærendi victus gratia. Abraham quoque audita Aegypti felicitate abundantiáq;, cuius campi solenni stagnatione fluminis rigati, copiosas segetes proferunt, auris tempestiuis nutritas ac maturatas, illuc se cum tota familia contulit. Erat ei vxor animi corporisque dotibus ornatissima. Has visa quidam Aegyptiorum optimates, admirati pulchritudinem (nihil enim eximiũ latere potest) rem ad regem suum deferunt. Is accersit mulierem, & forma eius captus, semota hospitalis iuris reuerentia, morem gesturus suæ cupiditati, voluit ea prætextu nuptiarum potiri. At illa in aliena regione apud impotentem & crudelem principem destituta auxilio, quando ne maritus quidem malum impendens depellere valebat, potentiorem metuens, ad eam quæ supererat opem diuinam confugit. tum Deus propitius misera tus hospites, & protector factus iniuriam patientium, graues pœnas & criatus magnos inflixit regi, ita vt animo corporéq; laboraret morbo non simplici, & amorum voluptatúmque oblitus, longè diuersas curas agitaret, quónam modo euadere posset è tormentibus præsentibus, quibus cõtinuis interdiu noctúq; molestabatur. Quam eius pœnam sensit & tota regia, eo quòd nemo se tantæ iniquitati opposuerat. sed vno consensu omnium tantumnon manus extrema sceleri fuerat imposita. In hunc modum pudicitiæ mulieris consultũ est, mariti verò pietatem ac probitatem Deus illustriorẽ facere dignatus est, exhibens ei maximum virtutis præmium, illæsam intactámq; vxorem, quæ minimum à constupratione abfuerat, mater mox futura non filiorum filiarúmq;, sed gentis integræ, & quidẽ Deo gratissimæ, quippe cui contigerunt vates ac sacerdotes in publicũ vsum totius humani generis. Audiui tamen & naturæ interpretes nõ ineptam afferẽtes allegoriam, qui hunc maritum aiebant significare bonum intellectum, ex nominis interpretatione conficientes hæc dici de bona anima. Huius vxorem esse virtutem, quæ Chaldaicè nominatur Sarra, Latinè princeps, eo quòd nihil æquè principes & magistratus deceat. Cõiugium verò,

corpo

corporum quidem, voluptas cõciliat: cogitationum autem purificationis cupidarum copulam, qua perfectis virtutibus iunguntur, curat sequestra sapientia. Quæ duo connubia sunt diuersissima & planè contraria. Nam in genere corporeo mas genituram proseminat, quam excipit fœmina. Cõtrà in congressu pertinente ad animam, virtus quæ censetur fœmina, suaptè natura proseminat cõsilia bona rationésq; probatas, & dogmata vitæ vtilissima. Intellectus autem qui mariti tenere ordinẽ videtur illa sacra diuinaque semina suscipit: nisi forsan error est in nominibus, dum invocabulis masculinã formam intellectus habet, virtus fœmininam. Quod si quis res exutas nominum amictu nudas purásque inspiciat, sciet virtutem suoptè ingenio masculam esse, vt quæ mouet ac afficit, & honestos conceptus honestarum actionum atque orationum suggerit: ediuersò intellectum rem fœmineam quæ mouetur, eruditur, adiuuatur, & in totum æstimatur ex affectione, quæ quidem ei sola est salutifera. Siquidem etiam pessimus quisque virtutẽ verbis honorat, & extollit in speciem: sed monita eius nemo nisi probus recipit, Quamobrem Aegypti rex, per quem significatur intellectus amator corporis, mimũ agens tanquam in theatro, fingit amorem temperantiæ cùm sit ipse intemperans, & sobrietatis ipse luxu perditus, & iniustus iustitiæ, accersens ad se virtutem, vt apud vulgum existimationem præclaram sibi cõparet. Quod vbi videt ille supernus spectator omnium Deus, qui solus animi secreta perspicit, pertæsus fucatã improbitatẽ arguit inclemẽtibus cruciatibus. At quibus ad hoc instrumentis vtitur? nimirũ quibusdã virtutis partibus, quæ quoties subintrant, acerbos dolores excitant. Tormentum enim est insatiabilis cupiditatis frugalitas, & lasciuiæ continentia. Sic gloriosus cruciatur felicitate modestię, & iniustus dum iustitia habetur in pretio. incõmodè enim in vna anima habitant duæ cõrariæ naturæ, virtus & vitium. Quapropter quoties congrediũtur, atroces seditiones & pugnas concient. Quamuis virtus sedatissimo est ingenio: quam aiunt solere quoties imparem se veretur aduersario, prius virium suarum periculum facere, vt confligat si qua se ostendat spes victoriæ: sin minus, ne descẽdat quidem in certaminis aleam. Vitium enim vinci se turpe non putat, assuetũ ignominiæ. At virt⁹ hoc probrũ fugitat, cui maximè gloria cõpetit, cuius innato amore aut vincere vult, aut certè inuicta ꝑmanere. Hæc est igitur de qua dixi Aegypti libido

&

& inhospitalitas: ediuersò libet admirari hospitalitatẽ hæc passi, qui meridie cõspicatus tres quasi viatores, quorum diuiniorem naturam ignorabat, accurrens suppliciter petiit ne transirent eius tabernaculum, sed introgressi paterentur se tractari ciuiliter. Hi cùm nõ magis ex verbis quàm ex mente intelligerent eum serio agere, incunctanter annuerunt: quo impetrato præ lætitia gestiens, approperauit omnia quę postulabat extemporalis tractatio. Vxorem appellat, Sine mora fac è tribus mẽsuris subcinericios. ipse ad armentum contendit, & ablatũ inde tenerũ opimúmq; vitulum tradit famulo: Mactat ille & apparat celeriter. Nemo ad humanitatis officia segnis est in sapientis familia, tam mulieres quàm viri, tam serui quàm ingenui, prõptè ministrãt hospitibus. Qui recreati magis animo quàm apparatu hospitis, eiúsque insigni honorificentia, maiorem spe referunt ei gratiam, per vnum è tribus præcipuum ei polliciti nasciturum breui germanum filium. Omnes enim simul loqui parum decorum fuisset: ciuilius erat vnius verbis cæteros annuere. Sed ne promittendo quidem rei tam incredibilis fidem faciebant. Iam enim ambo coniuges effœti senio sperare liberos desierant. Ferunt mulierem quãprimùm hoc audiuit risisse: móxq; admonitam, num putaret quicquã apud Deum impossibile, risum reuerenter negasse. Norat enim Deũ posse omnia, quod penè ab incunabulis didicerat, ac tum demũ mihi videtur augustiorẽ quám antè agnouisse hospitum imaginẽ, aut vates quosdam, aut angelicos spiritus humana forma velatos visa sibi videre. Hæc viri hospitalitas maioris virtutis fuit auctarium: ipsa verò virtus erat pietas, de qua superius diximus, cuius certissimũ indicium est quod de hospitibus nunc memorauimus. Quod si fortunata domus visa est quibusdã, in quam viros sapientes diuertisse contigit, non facturos id, ac ne introspecturos quidem, si vidissent intus aliquod animæ vitium insanabile: equidem dicere non possum quid huic domui defuerit ad summam felicitatem, in qua apud homines hospites excipi sustinuerũt angeli, sacræ diuinęq; naturę, ministri ac subpręfecti Dei optimi maximi, per quos ille ceu legatos & nũtios quicqd libet humanum genus pręmonet. Qui poterant enim vel iurra primum limen subsistere, ni sciuissent totam domum ad nutũ patrisfamiliàs paratam: ceu naualem turmam bene cõstitutã, ad vnum celeusma sui gubernatoris? qui poterant conuiuarum & hospitum speciem sumere, ni pro cognato conseruóq; suum

conuiuat

conuiuatorem habuissent? Certè sic existimandum est, ad eorũ introitum partes omnes domus profeciſſe in melius, afflatas aura quadam virtutis absolutissimæ. Cõuiuium autem exactũ per significationem gratæ voluntatis erga hospitem. & per simplicitatem morum, colloquiáque apta tempori. Sed prodigio simile, non esurientes esurire visos, & nõ edentes edere. Verùm hæc per consequentiá: illud longè maximum fuit miraculum, hos carẽtes corpore assumpsisse figuras hominum in boni viri huius gratiã. Alioquin quid opus erat his miraculis, nisi vt exhiberent se viro sapienti videndos clarius, quẽ summus ille parẽs talẽ esse nouerat? Hactenus de textu huius scripturę, superest vt dicamus de sensu eius latẽtiore. Signa vocalia conceptum mentis significant. Cùm igitur anima illustratur à Deo tanquam in meridie, & tota quanta est repleta luce intelligibili, eiúsq; splẽdore circũfusa ex vmbris eximitur, tres imagines vni⁹ subiecti percipit, vnã ipsius rei, duas reliquas tanquã vmbras ab ea reditas: quale quiddã accidit & in luce ista sensibili versãtibus, in qua stantium aut mouentiũ se duplex aliquando vmbra existit. Caue tamẽ putes de Deo dici vmbras proprie: abusus est hic nominis, in hoc tãtum adhibiti, vt res fiat euidentior. Veritas eñ aliter se habet. Sed vt quàm proximè ad veritatem sermo accedat, medius est ille pater omnium, proprie nominat⁹ in sacris literis Qui est: vtrunq; latus claudunt antiquissimæ & ꝓximę eius Qui est potentię: quarũ altera opifex, altera regia vocatur. illa Deus, per quam condita dispositáque sunt omnia: hæc verò dominus. Fas est enim vt creatura à creatore suo regatur. Atq; ita medius ille vtrinq; stipatus suis potentiis, perspicaci menti nunc vnam, nunc tres imagines exhibet. Vnam, quando exactiſsimè purgata anima: nec solùm cæteram numerorum multitudinem, sed & vicinum vnitati binariũ supergressa, ad illam simplicem, sinceram, nullius omnino indigam ideã properat. tres verò, quando nõdum magnis initiata mysteriis, adhuc minoribus operatur, nec potest eũ Qui est, sine alio per se solùm comprehendere, sed per ipsius acta, aut cõditorem aut regẽ omniũ. Est autem hæc secundaria, iuxta prouerbium, nauigatio, non aliena tamen à pia sententia. At prior ille modus, non tãtùm affinis est opinioni piæ, sed ipsa opinio, vel magis omni opinione antiquior, omni existimatione potior veritas. Explicabimus rẽ clarius. Tres sunt in moribus humanis ordines, quorum quisque sortitus est vnam ex dictis imaginationibus. Optimus mediam

diam, scilicet eius Qui verè est. Sequens verò dextram, scilicet beneficam, cui nomen Deus. Tertius in altero latere sitam, scilicet regiã, quæ vocatur dominus. Proinde optimi mores ipsum qui per se est, colunt, non distracti à quoquã alio vt qui ad vnũ tendunt vnius honorem. cæteri partim per beneficam potentiã commendantur, & innotescunt summo patri, partim per regiã. Quod dico tale quiddam est. Homines quando sentiunt prætextu amicitiæ quosdam ad se accedere lucri captatores, suspectos auersantur adulationem veriti & fucatam mansuetudinẽ, vt valde damnosam. At Deus vt tutus ab iniuria, omnes quocũque modo volentes illum colere libenter admittit, neminem omnino repellens, tantumnon coram appellans animam aures habentem hoc oraculo. Prima præmia ferent, qui me colũt propter meipsum. secunda, qui sic sperant se cõsecuturos bona, mala euasuros. quamuis enim istorum mercenaria sit religio. & insincera captatrix, tamẽ intra diuini templi sacra septa versatur, non foris oberrat. Proinde me propter me colẽtibus propono quæ amicis debẽtur præmia: ceteris qui propter vsus proprios, nequaquam vt amicis, nec alienis tamẽ. Nam eos quoque accipio qui potentia mea beneficia frui cupiunt, imò & eos qui metu regiæ potestatis placant eam vt pœnas effugiant. noui enim quòd hi nec deteriores fiẽt, & insuper in melius proficiẽt, cõtinuè in religione pura & sincera pietate sese exercẽdo. Quãuis enim modis omnibus ea differant, vnde orsi placere cupiũt, non sunt tamen accusandi, cum vnum scopum & finem colendi me propositum habeant. Quòd autem vnius subiecti triplex sit imaginatio, liquet non solùm ex contemplatione allegorica, verùm etiam ex ipsius scripturæ narratione. Cùm enim ille sapiẽs suppliciter orat tres viatoribus similes, vt suo velint vti hospitio, alloquitur non tãquam tres, sed tanquã vnum, dicens: Domine si inueni gratiam coram te, ne prętereas seruum tuũ.] Nam hæc verba, domine, apud te, ne prætereas, similiáque, ad vnum, non ad plures, dici conuenit. Iam verò in hospitio inter cætera comitatis officia, rursum cõuiuatori suo pollicetur vn⁹, ac si adesset solus, legitimi filij natiuitatem, dicens: Reuertẽdo veniam ad te iterum hoc eodem tempore, & habebit filiũ Sarra vxor tua.] Sed apertissimè ac certissimè significatur idẽ in sequentibus. Sodomitarum regio pars Chananeæ terrę, quã nunc Syri Palæstinam nominant, infinitis iniquitatibus referta præcipuè propter ventris, libidinum, cæterarúmque voluptatum

studia

ſtudia,iam diuino calculo iudicata fuerat. immodicus autẽ ciuium luxus è ſuperflua rerum copia habuerat originẽ.acceden tem enim ad bonitatẽ agri,aquarũ cõmoditate, omnis generis fructuum quotannis prouentus erat maximus.eſt autem ingẽs malorum initium,vt quidam,non malè coniectãs,dixit,nimia bonarum rerũ copia. quarum ſatietatem quidam nõ ferentes, tanquã iumenta, laſciuiunt à ceruice excuſsis naturæ legibus, verſi ad meracas potationes,cibos opiparos,& nefarios cõcubitus. Nõ ſolùm enim in fœminas inſaniẽdo corrũpebãt alienos thalamos,ſed & cũ maſculis rem habebãt maſculi, nil reueriti naturam cõmunem patrantibus & patiẽtibus, & irritam geniturã ſerentes nulla ſecutura progenie.Nec quicquã proficiebat reprehenſio,violentis concupiſcentiis coacta cedere. Atque ita paulatim aſſuefacti viri pati muliebria, effœminatum morbũ ſibi cõciliauerunt inſanabilem.Recepta enim in corpus fœminea mollicie, animos etiam reddiderunt ignauiſsimos, quantum in ipſis erat totum corrumpẽtes genus hominum. Nam ſi Græci vnà cum barbaris hos imitati conſpiraſſent in tales coitus,deſertæ fuiſſent omnes deinceps ciuitates,tanquã exhauſtæ peſtilẽtia.Tum Deus ſeruator & amator hominum,miſeratione tactus, naturales quidem virorum ac mulierum propter gignendam ſobolem conuentus,auxit vt cum maximè.Immanes autem illos,& nefarios coitus exoſus,aboleuit, & rabidos eorũ patratores aggreſſus,non vulgari aliquo, ſed nouo mirãdóque affecit ſupplicio.Inductis em ſubito nubibus, iuſsit eas imbrẽ, nõ aquæ,ſed ignium pluere. Cúmq; in morem niuis dẽſiſsimæ indeſinenter flãma deorſum ferretur magno impetu,ardebant arua cum pratis,& condenſa ſaltuũ,paluſtris quoq; materies& intima nemorum.vrebãtur eodem incendio campeſtria,ſegetes cum ſuis frugibus,cõflagrabant & arbuſta montium, trunci vnà cum ſuis radicibus,vrbana quoq; & ruſtica ædificia,mœnia cæteráque opera publica non minus quàm priuati parietes: atq; ita vnus dies frequentiſsimas ciuitates vertit in buſta ſuorum ciuium, ſtructuras verò lapideas & ligneas in cinerem & minutiſsimum puluerem. Vbi verò ſupra terram flammis abſumpta fuerunt omnia,terram ipſam vorabat incẽdium, ita vt exuſtis penitus vitalibus nihil ſupereſſet vnde vel fructus vel herba germinaret,in hodiernum vſq; malo durante. Nam fulmineus ignis nũquam extinguitur.aut ſerpit aut vaporat:quod oculis ipſis creditur.extãt em argumenta cladis veteris,fumus exhalans

exhalãs perpetuò.& ſulfur quod ibi foditur:Felicitatis autẽ priſtinæ ſignum euidens reliquum eſt vna ciuitas cũ agro ſuo ipſa frequenter habitata, agrum verò colens pabulo frumentóque vberem & valde frugiferum,vt vindictæ diuinæ indicium maneat. Quæ nõ ideò dicta ſunt,vt magnitudinem eius nouæ mirandéq; calamitatis oſtenderem,ſed vt illud docerem,quod cùm illi ſapienti oblata ſit virorũ trium ſpecies, duos tantũ ad exciſam regionem eloquia diuina dicunt veniſſe,vt delerẽt eius incolas,cùm tertius indignos aduentu ſuo diceret.is, quantum equidem intelligo,erat ille Qui verè eſt, æquum iudicans vt bona per ſe ipſum largiretur, contraria verò ex ſequenda ſuis potentiis relinqueret, & ſic ſolorum bonorum autor præcipuus, mali verò nullius exiſtimaretur.id quod mihi vidẽtur & reges ad imitationem naturæ diuinæ facere, dum per ſeipſos gratias porrigunt,pœnas per alios ſanciunt.Quoniam autem è duabus potẽtiis altera benefica eſt,vltrix altera,meritò vtraq; ad regionem Sodomitarũ venit, cuius præcipuæ ciuitates quatuor perdendæ erant incendio, vnà verò ſeruanda illæſa & incolumis. oportebat enim per vltricem adminiſtrari perniciem,ſalutem verò per benefică. Sed quoniã etiam ſeruata pars nec integras nec perfectas virtutes habebat,à potẽtia quidẽ eius Qui eſt adiuta fuit,tamẽ præſentis cõſpectu nequaquã digna habita.Hæc eſt aperta & vulgaris narratio. occultior autem & paucis nota, his qui mores animarum perquirunt non formas corporum, mox dicetur.Iſta pentapolis figura eſt quinque noſtrorum ſenſuum,qui vt inſtrumenta voluptatum, omnes eas tam magnas quàm paruas conficiunt. Aut enim ad aſpectum rerum formarúmq; variarum,tum inanimarũ tum animatarũ, voluptatem capimus,aut ad auditum vocum modulatarũ,aut ad guſtum cibi potúsq;,aut ad odoratum vaporum ſuaueolentium,aut ad tactum rerum molliũ,calidarum,& leuiũ. ex his quinq; ſenſibus tres maximè belluini ſeruilésq; ſunt,guſtus, odoratus, tactus: quibus pecudes & feræ ventri atq; inguini deditæ maximè trahuntur attonitæ.totos enim dies noctésq; aut alimenta inſatiabiliter in ſe ingerunt,aut ad coitum rapiuntur.Duo reliqui philoſophãtur & regunt cæteros,viſus & auditus.tardiores autem & quodãmodo magis fœmineæ ſunt aures quàm oculi, qui ad viſibilia properant fortiter,& non expectato motu illorum, vltrò in occurſum feſtinant,vt ea percipiãt.At auditus vt tardior & deterioris ſexus,ſecundum teneat ordinem,& prærogatiuam

quandam concedat visui. Hunc enim Deus regem cæterorũ cõstituit, omnium editissimũ: & tãquam in arce collocatum, perquàm familiarem fecit animæ. id certò potest colligi ex communi vtriusq; mutatione. dolorẽ enim illius mœstitia suffusi oculi non dissimulẽr. ediuersò gaudente illa subridentes hilares, meru inualescente turbantur, agitantúrq; indecoris motibus. Quod si occupetur ab ira, exasperatur & rubescit oculus: in cogitatione ac cura quiescit, eodẽ obtutu hærens, & quasi cũ mente simul intentus, sicut in animi deliquio simul & luxatur & remittitur. idem accedente amico beneuolum affectũ sereno tranquillóque affectu nũtiat. Quoties autem in inimicum incidit, statim offensionem præ se fert. in audacia prosiliunt & procurrunt oculi, in reuerentia quieti stant: & vt compendiò dicam, ad effigiem animæ factus est visus, ostendens eius imaginẽ expressissimam; tanquã in speculo naturam eius, aliàs inuisibilem referens. Nec hac solùm parte sensus cæteros antecellũt oculi, sed etiam quia reliquorum interuigilandum (nã de quiete quæ in somnis sit non dubitandum est) vsus non continuatur. nisi enim externè lacessantur, quieti manent. at oculi quantispernt patent, indesinenter agunt aliquid, nec vnquam satiantur, sic quoque ostendẽtes cognationem quã habent cum anima. nisi quòd illa ppetuò mobilis noctu æquè ac interdiu vigilat: hi maxima ex parte carnei præclarè secum agi putãt, quod dimidium vitæ in operationibus sibi conuenientibus exigunt. his addo præcipuã oculorum vtilitatem. In vnius ex omnibus sensibus gratiã lucem excitam à Deo, rerum pulcherrimã, quæ prima in sacris libris bona nominatur: eius natura duplex est. nam altera ab hac igne corruptibili effulget ipsa quoq; corruptibilis & extinguibilis: altera nec corruptibilis nec extinguibilis superne è cælo ad nos defertur, à sideribus singulis tanquã à perẽni fonte defluẽs. vtraq; visui familiaris, qui per vtrãq; se applicat ad visibilia. & quid opus est oculos amplioribus celebrare laudibus, quorũ veras laudes Deus ipse cœlestibus signis insculpsit? cur enim solis, lunæ, cæterorum vel erraticorum vel fixorum siderum splẽdor factus est, nisi in ministerium oculorum, vt videãt? quo munere omnium optimo adiuti spectãt quicquid mundo cõtinetur, terram, stirpes, animalia, fructus, maria, amnium fluẽta perennium & torrẽtium, fontiũ varietates aliubi frigidos, aliubi calidos latices profundentiũ, quorũ species nullus sermo valet comprehendere. Quibus omnibus accedit cælũ, de quo verissimè dici potest,

test, mundum in mundo factũ esse ab opifice, & diuina eius ornamenta cælestes illæ imagines. Et quis tandem sensus iactabit se tam lõgè progressum esse? Sed præstat, opinor relictis ad sua præsepia cognatis nobis pecudibus cõcupiscentias suas saginãtibus, examinare virtutem rationis participem, cui continuum perfectúmq; curriculũ assignatum est in isto vicino terris aëre: quãdo procellæ ventorum, & murmura tonitruum per tractum lõgum cient magnos molestósq; strepitus: oculi verò à terra vno momento euadunt ad cælum. mundiq; fines ortum atq; occasum, & septentriones & meridiẽ collustrantes, ad contemplationem eorum quæ videntur, mentem attrahunt. At illa tali motu attonita non conquiescit, cùm sit perpetuò mobilis & semper vigilans: acceptáq; à visu occasione contemplandi res intelligibiles, amplius considerat: num ea quæ cernuntur sint ingenita, an generationis habuerint initium: infinita sint an finita: vnúsne mũdus an plures: vtrum quatuor sint elementa rerum omnium, an cælum & quæ hoc continentur eximiã quandam naturã habeãt. Quod si factus est mundus à quo factus sit, quis eius opifex, quã expoliuerit materiã, in quem vsum, quid nunc agat, qualem vitam viuat, & quicquid aliud curiosa mens cogitãdo solet quærere. Hæc enim & similia exercent philosophos. vnde satis constat sapientiam & philosophiã non aliud in nobis habuisse initium quàm exvisu sensuũ omnium principe, quẽ solùm ex corporea regione seruauit Deus deletis quatuor: qp hi seruiuerint carni eiúsq; affectibus: ille verò elata ceruice quæsiuerit sibi delicias meliores corporeis, ex contemplatione mundi & rerum in eo comprehensarum. itaq; pereunte hac sensuum ceu penrapoli solùm visum honoris causa ereptum, quòd non tãtùm volutetur circa mortalia vt reliqui, sed exspatietur etiam in naturas incorruptibiles visendi gratia. ideò rectè hãc ciuitatem paruã & nõ paruam vocant oracula, quod de visu intelligitur. est em parua, vtpote nostri pars exigua. magna verò quia res magnas cõcupiscit, cælũ vniuersum ac mundũ spectãdi auida. Hactenus de illa celebrata visione, relatáq; cumulatè hospitiis gratia, quã diligenter potuimus, diximus: superest quiddam haudquaquã silẽdum, quod mihi videtur inter omnes narrationes penè maximũ: id dicetur cõpendiò. Nascitur illi sapiẽti ex vxore filius legitimus, dilectus, vnicus, elegantissimo corpore, animo optimo. iã enim maturioris ætatis dabat specimẽ, vt à parente nõ tam ob naturalem affectum, quàm ob probatos

mores vehementer diligeretur. Huic repentè oraculum inſperatum redditur, vt mactaret filium in quodã editiſsimo tumulo, qui trium dierum itinere aberat. Ille quãuis maiore quàm dici poteſt teneretur filij deſiderio, nec colorẽ mutauit, nec animum flexit, ſed cõſtantiſsimè perſtitit in eadem ſententia: quippe qui amore Dei ſubactus, fortiter vincebat omnes cognationis affectus, & omnia nomina: & cum nemine domeſticorum communicato oraculo, duos è tã numeroſo famulicio natu maximos, ſibiq; fidiſsimos aſſumpſit, quaſi ſacra ex more facturus, atq; ita quartus profectus eſt cum filio. cúmq; locum deſtinatũ procul conſpexiſſet tanquam è ſpecula, famulis ibi manere iuſſis, ignem ſimul atq; ligna ferẽda dedit filio, æquum cenſens, vt ipſa victima deportaret res quas poſtulabat ſacrificium, leuiſsimã ſarcinã. Nihil enim eſt pietate gnauius, nihil magis induſtrium. ibi pari gradu, vnóq; cõſenſu celeriter peracto qua proximũ erat itinere, cuius finis erat ſanctitas, ad mõtem oraculo indicatum perueniunt. pater lapides congerit, vt aram extruat. tum filius videns cætera parata ſacrificio, nullum verò animal, verſus ad patrem, Ecce ignis, inquit, & ligna pater. ſed vbi victima? Hic alius arcani cõſilij ſibi conſcius, offuſa menti caligine, ad hæc verba turbatus & lachrymans aperuiſſet propoſitum, affectum continere non valens. At ille nihil mutatus vel corpore vel animo, conſtanti vultu, ratione conſtantiore, ad interrogationem reſpondet. Fili, inquit, Deus ſibi prouidebit de victima. & ſi nihil præſtò ſit, quod te fortaſſe facit anxium. Sed Deo poſſibilia ſunt omnia, etiam quæ non poſſunt expediri ab hominibus. Et cum dicto celeriter correptum filium aræ imponit, ſimul ſtrictum librat gladium. Tum Deus ex aëre increpans, facinus impedit, iubẽs iniuriam abſtinere à puero, & bis patrem inclamãs nomine, vt auerſus & retractus cædem omitteret. Atque ita puer ſeruatus eſt, Deo remunerante pietatem, & certante cum amico mutuis officiis. Facinus tamen hoc quamuis effectu caruit, nihilominus pro integro abſolutóq;, non modò in ſacris refertur voluminibus, ſed & in lectorum inſculptũ eſt mẽtibus. Verùm malitioſis calumniatoribus noſtra damnare potius quàm laudare ſolitis hoc imperatũ non videbitur tam magnum & mirificũ quàm nobis videtur. Aiunt enim & alios multos ſuis affectibus deuinctos, & amantes liberorum, immolandos exhibuiſſe filios, vel pro incolumitate patriæ, vel vt auerterent bella, ſiccitates, inundationes, peſtilẽtias: alios item domeſticæ

ſticæ quantumvis falſæ regionis gratia. Græcorũ certè clariſsimos, non ſolùm priuatos ciues, ſed & reges, nõ magna ratione ex ſe natorum habita, his mactatis maximas deleuiſſe hoſtium copias primo impetu, ſociorum verò ſeruaſſe maximos exercitus. Barbaras quoq; gentes per multas ætates litaſſe mactatis filiis, cuius ſceleris etiam ſacroſanctũ Moſen meminiſſe, dum accuſans eos vt pollutos ait, Filios & filias diis ſuis adolent. Indorum quoq; gymnoſophiſtas & hodie ſub initium ſenectutis morbi lõgi & incurabilis, prius quàm inualeſcat, accẽſo rogo, ſeipſos exurere, quamuis poſſent ad tempus fortaſſe diuturnũ reſiſtere. Imò & mulierculas eorũ defunctis maritis in rogos eorum cum gaudio ſe mittere, atq; ita viuas concremari cum adamatis cadaueribus Harũ, inquiũt, meritò mireris audaciã, quæ mortem contemnunt tantopere, vt ad eam tanquã ad immortalitatem curſu contendant. Iſtum verò laudare quorſum attinet, quaſi nouum aliquod facinus aggreſſum, quod non ſemel fando auditũ eſt, de priuatis ciuibus, de regib⁹, de integris gentibus. Ad hanc inuidorum inſectationem ſic reſpõdeo. Qui liberos mactant, partim ex more id faciunt, vt fertur de nõnullis barbaris, partim quia magna mala & aduerſus humanum opem cõtumacia à ſuis ciuitatibus aliter arcere nequeunt. Ex his quidã inuiti ſuos exhibent coacti à potentioribus. Alij cõpulſi metu hominum, alij cupidine gloriæ famæq;, in præſens gloriæ, famæ verò ad poſteros. Ergo qui ex more mactant, nihil magnum videntur facere. Nam inueterata conſuetudo plerunq; tantum poteſt, quantum natura, ita vt grauiſsima quæq; reddat toleratu facilia, õmni terrore ſemoto. Qui verò cedunt timori, nullam laudem merentur. Laudantur enim facta voluntaria, inuoluntaria referũtur ad neceſsitatem rerũ aut caſuum aut tẽporum. Quod ſi quis amore gloriæ vel filium prodit vel filiam, vituperio magis quàm laude dignus eſt, more chariſsimorũ parãs ſibi honorẽ, quẽ etiamſi antea habuiſſet, pro incolumitate filiorum abiicere debuerat. Proinde conſiderãdum eſt, an ille aliqua modò dicta neceſsitate coactus ſit mactare filiũ, vel more, vel honore, vel timore. Mos certè immolãdi liberos, nec Babylone, nec in Meſopotamia, nec à Chaldæis receptus eſt, apud quos educatus magnã vitæ partem cum eis exegit, ne quis putet præ aſſuetudine leuiorem viſam mali eius imaginationem. Sed neq; metus vllus imminebat ab hominibus, neq; oraculi iuſſum quiſquã norat alius. Nulla publica premebat cala-

mitas,cui morte probatissimi filij remedium quæreret. At laudis apud vulgum parãdæ cupidæ ad hoc facinus concitatus est. At quæ laus captabatur in solitudine,vbi nemo erat applausurus,data opera longè à tergo relictis etiam duobus famulis,ne se corã testibus ostentare videretur? Quapropter obturato infreni ore moderentur accusatores suam inuidiã,nec lacerẽt honesta vita defunctos,quos potius prædicare deberẽt cum aliis. Siquidẽ apud omnes qui rectè sapiũt nihil honestius habetur, nihil optabilius,quàm Deo parere,quod hic in primis studuit, ita vt nullum vnquã mandatũ negligeret,quantũvis refertum molestiis & ignominiis,atq; etiã laboribus ac doloribus. Quã obrem & id quod oraculo iussus est de filio,fortiter constãterq; pertulit. Deinde cũ nulla cõsuetudo esset in ea regione,sicut fortasse apud quosdã,immolãdi liberos, ipse primus autor futurus erat noui & inusitati exempli,quod mihi videtur nemo laturus fuisse,etiamsi ferreũ aut adamãtinum haberet animũ. Cum natura enim,vt quidam ait,pugnare est difficile.pater erat factus vnici huius legitimi filij,quẽ mox singulari amore prosequebatur,supra modũ vulgaris beneuolentiæ:imò etiã fama celebratæ.aderat & aliud vehemẽs amoris incitamẽtum,quòd in senecta ei puer natus fuerat. Nam serò natos impotentius parentes adamant,vel quia diu desideratos,vel quia nullam prolem sperant posthea,natura iam effœta,quippe quæ extremũ attigit terminum. Siquidem è numerosa sobole vnũ quempiam offerre Deo,tanquã liberorum primitias,nihil mirandũ fuerit,cũ præsto sit è superstitibus haud mediocre solatium,& doloris obmactatũ concepti remediũ. Cùm verò vnicus dilectus offertur, res est sermone nullo explicabilis,nullũ respectũ habẽs cõsuetudinis domesticæ.sed tota prona ad pietatis officium,eximia sanè, & vix cuiquã alteri tentata. Nam alij tamẽsi pro salute patriarum aut exercituum cõcedunt suos mactãdos,tamen aut domi manent interea,aut procul absistunt ab altaribus:aut si contingat eos sacris interesse,auertunt oculos ne spectare quidem sustinentes vel alienum necis ministerium. Hic verò tanquam sacerdos,ipse pater amantissimus aggreditur mactationẽ egregij filij,quem fortassis etiam sacrificio ritu membratim cõcisurus erat adolendum altaris ignibus.adeò cauerat ne pietate erga filium distraheretur à pietate Deo debita,& totũ quantus erat animum sanctitati deuouerat,parũ curãs cognatũ sanguinem. Quid horũ quæ diximus cũ cæteris cõmune est?quid non

exim

eximium,quod nulla possit æquari facũdia? vt meritò quodvis ingenium nõ malum nec inuidũ obstupefaciat immẽsæ pietatis miraculo,vel vno ex multis,nedũ cõfertis omnib⁹. satis em est vel vnius cuiuslibet reputatio ad exprimẽdam paruã quandam imaginem ingẽtis animi,quamuis nullum sapientis opus est exiguum. Verùm nõ intra verba textus aperta cõsistunt quæ modò diximus:mihi certè videntur naturam quandam obscuriorem subindicare,quam agnoscunt quotquot intelligibilib⁹ magis delectantur quàm sensibilibus,& possunt ea cernere. est autem talis:qui adducitur pro victima. Chaldaicè Isaac,Latinè risus vocatur,qui risus nõ intelligitur nõ pro petulanti vultus habitu,sed pro mẽtis bene affectę gaudio. hãc lætitiã vir sapiẽs meritò sacrificare Deo dicitur,per istã figurã docens,q̃ gaudiũ soli Deo sit proprium. nam humanũ genus mœrori timorique est obnoxiũ,propter mala vel præsentia vel imminẽtia, vt vel horũ pœniteat,vel illa metu terreant ac cõcutiant. diuina verò natura expers est mœroris,timoris,passionúmq; omniũ,felicitatis beatitatisq; perfectæ sola particeps. hanc confessionẽ qui cunq; verè cõfitetur,ei Deus cùm sit bonus & amator hominũ, alienus ab inuidia cõueniens munus reponit quantũ homo potest capere,tantũnon tali alloquẽs eum oraculo. Gaudium ac lętitiam non esse cuiusquã,præter me omniũ patrẽ,propriã possessionem scio,quã tamen ipsa dignis nõ inuideo. Quis autem dignus esse potest,nisi qui me meáq; volũtatem sequitur? huic enim minimũ doloris,minimũ timoris obueniet, modò incedat per viã,quæ affectibus ac vitiis inaccessa,per virtutes his cõtrarias teritur. nõ est tamẽ cur aliquis putet merã & nullo dolore mixtã lætitiã cælitus in terram descẽdere,sed tẽperata est ex vtroq;,ita vt de meliore plus admixtum sit:sicut lux in cælo sincera semper est & pura à tenebris,in sublunari autẽ aëre miscetur caligine. & hoc est opinor,cur & anteà virtutis cognomẽ habens Sarra, cùm risisset,roganti risus causam,se risisse negauit,verita ne fortè gaudium quod nulli creaturę cõuenit solius Dei rem vsurpasse videretur. Quapropter cõfirmans eam diuinum eloquium ait:Ne timeas:risisti verè,& particeps es lætitiæ.non permisit enim pater humanum genus exagitari tristitiis,doloribus,& molestiis insanabilibus.sed admiscuit eis etiã de meliore natura nõnihil,æquum sensens serenam interdum ac tranquillam esse animã,præcipuè verò sapientũ maiore vitę parte gaudere lætariq; mundi huius cõtemplationibus voluit.

Hactenus de pietate huius viri pauca è multis dicta sint, nunc scrutãda est eius etiam erga homines dexteritas. ad eãdem em̃ naturam pertinẽt pietas & humanitas: & vtrunq; in vno spectari solet. sanctitas erga Deũ, erga homines iustitia. Longũ esset narrare facta eius omnia. Non contenti duobus vel tribus erimus. Cùm auro argentóq; & numerosis pecudum gregibus diues esset adeò, vt cum ditissimo quoq; indigena conferri posset opibus, & beatior esset quàm pro inquilini conditione, nunquã tamen accusatus est ab his, quorum vtebatur hospitio, sed cum quibuscũq; negotium habuit, ab eis perpetuam laudẽ reportauit. Quod si quãdo, vt fit, per occasionẽ famulitij comitatúsque suboriebatur contentionis nonnihil, mox eam sopire conabatur: quippe qui pręgrauitate morum nihil turbulẽtum, seditiosum, litigiosúmq; admittebat in suam animã. Nec mirandum si erga alienos talis erat, qui potuisset icto inter se fœdere vim maiore vi repellere, quando etiam erga genere coniunctos, sed voluntate diiũctos, desertos & solos, multò inferiores quod ad opes attinet, modestus erat, vltrò cedens qui plus iuris vsurpare sibi potuerat, habebat enim fratris filium, cum quo patriam reliquerat, non satis firmũ amicũ, sed nutantem & suspectæ fidei: à quo interdum salutabatur familiaribus blanditiis, interdum cõtemnebatur strenuè, propter ipsius iuuenis morum inæqualitatem. Quapropter etiam serui huius cõtentiosi erant ac morosi, quòd castigatorem non haberent, præsertim pastores longius semoti à suo domino. itaque seruitutis immemores præ licentia semper rixabantur cum sapientis nostri magistris pecorum, plerunq; cedẽtibus propter sui heri mansuetudinem: qua modestia sic auxerunt insolentiam & impudentẽ audaciam aduersariorũ, vt accensis mutuis odiis necesse habuerint qui lædebãtur, iniuriam armis repellere. itaq; graui rixa coorta, vir bonus postquam partes concitatas cognouit, sciens suos præualere numero ac viribus, nõ permisit rem ad manus deuenire, ne fratris filium cladem suorũ ægrè laturũ contristaret: sed in medium progressus pacificis verbis finiuit controuersiam, non in præsens tantùm, sed & in posterũ. Sicut enim discordes fore si cohabitare & vnà degere pergerẽt, nec vnquã lites ac rixas inter eos defore, ad tollendas harũ occasiones admonẽdum exorandúmq; duxit socium, vt posthac seorsum habitaret. accersitóq; fratris filio, liberã optionẽ ei proposuit agri melioris, pollicitus se libẽter accepturum partem, quam ille fecerit reliquam,

pacem

pacem enim sibi quouis lucro chariorẽ esse. & quis alius potentior infirmiori cõcessisset vel minimum de iure suo? quis vinci mallet quàm vincere, & vti sua potentia? solus hic non in viribus aut opibus summã felicitatis collocabat, sed in tranquilla vita, & quantum in ipso erat quieta, atq; ita existimationẽ sibi parauit mirificã. His in laudem hominis dictis, nõ alienũ à nostro proposito fuerit, à simplici vẽrborũ contextu ad latentẽ in eis sensum transire quærẽdi gratia. Varij sunt modi negotiorũ, sicut diuersæ horum occasiones. Nos duos modos seligemus, alterum senirrem, iuniorem alterũ. Senior est, qui principalem naturæ partem honorat: iunior, qui res subditas, & in extremis reputandas. Principales enim & seniores sunt, prudẽtia, temperãtia, iustitia, fortitudo, & quicquid ad virtutem attinet, aut ad virtutis actiones. Iuniores autem, diuitiæ, honores, gloria, nobilitas, non illa vera, sed quam vulgus nominat, & quæcunq; præterea tertium post animæ res atq; corporis ordinẽ tenent, extremum omniũ. Vterq; modus seu mos, habet tanquam quosdam greges armentáq;. iste qui externa amat, aurum, argentũ, & reliquum apparatũ diuitiarum: item arma, triremes, machinas, equestres, pedestres, nauales q; copias, principatus præsidia, per quæ confirmatur potentia. At ille honestatis amator singularũ virtutum placita, & sapientum contemplationes. Vtrisque gregib⁹ præpositi sunt quidam magistri, sicut pastores pecoribus, externis quidem auari, ambitiosi, præfecturarũ cupidi, & quicunque gaudent cum potestate præesse multitudini. At animæ bonis studiosi virtutis ac honestatis, qui non adulterina germanis, sed germana bona adulterinis præferunt. Inter hos naturalis quædam intercidit contentio, non discernentes quę sua sunt, sed digladiantes de pertinentissimo ad vitam negotio. Hoc autem est verorum bonorum iudicium. Anima igitur quãdiu oppugnabatur huiusmodi seditionibus, nondum purificata in totum, sed adhuc affectionibus & morbis prævalẽtibus inferior, perturbabatur. ex quo autem cœpit potentior fieri, & munitiones aduersariorũ expugnare maioribus viribus, assumptis alis animosior facta, morem externas materias mirãtem in seipsa intersepit, & tanquam hominem eum alloquens, negat ei possibile societatem ac consuetudinẽ habere cum virtutis amatore & sapientiæ. Abi & transfer longè aliò domiciliũ, cùm nihil cõmune habeas, nec possis habere. Quicquid enim tu dextrũ putas, ille sinistrum existimat: ediuersõ quicquid tibi sinistrũ, illi

dextrum videtur. Nec tantùm pacificus & æquitatis cultor fuit hic vir bonus, sed fortis etiá ac bellicosus: nõ quòd bellũ appeteret, à rixis alienissimus: sed vt certã pacem sibi pararet in posterum, quam turbabant aduersarij. argumẽto sunt ipsius præclara facinora. Orientalem tractũ quatuor magni reges possidebãt, quibus parebãt orientis gẽtes quotquot Euphratem accolunt. hæ omnes in officio manebãt, & imperata regum faciebant, pẽdendo sine omni causatione tributũ annuũ. sola Sodomitarum ditio, priusquã conflagraret, cœpit pacẽ turbare, defectionem dudum meditãs. Cùm enim esset fortunatissima tenebatur à quinq; regibus, qui ciuitates agrósq; inter se diuiserant, amplos admodum & frugum arbustorúmq; feracissimos nam Sodomitici agri non magna portio, fertilitate cũ aliorum latifundiis certare poterat: ideò cõplures principes amatores habuit miratos eius pulchritudinem. hi temporibus superioribus per exactores tributorum optimates suos pẽdere soliti debitam pecuniam prouinciæ rectoribus, metu simul & reuerentia: vbi bonis satiati sunt, vt solet è saturitate nasci petulantia, sumpto maiore quàm pro viribus animo, primò excusserunt iugum, deinde more nequam seruorum, in dominos coorti sunt, freti seditione ac robore. at illi suę nobilitatis memores, stipati valida manu, contemptim eos aggressi sunt, quasi conflictu primo profligaturi: ac mox collatis signis alios coẽgerunt terga vertere, alios in ipsa fuga cædentes magnã stragem ediderunt: abductámq; ingentẽ captiuorum turbã cum cætera præda inter se diuiserunt. in his erat etiã illius sapientis nepos, qui iamdudum ad vnam pẽtapolis ciuitatẽ migrauerat. quod vbi quidam fuga seruatus indicauit, ille grauiter ferens nõ se cõtinuit, mœstus & viuentẽ magis lugẽs quàm si audisset mortuũ. Norat enim vitæ finem, sicut ex ipso liquet nomine, abrũpere omnia, præsertim mala, quæ innumera viuentibus vel inuitis obrepũt. cúmq; pararet se ad eripiẽdum fratris filium, carebat sociis homo inquilinus & hospes. nemine audente fortissimas tot regũ copias victoria recenti feroces lacessere. inuenit tamẽ nouũ genus auxilij. expeditur enim aliquando in rebus dubiis consilium, præsertim in causa humanitatis & iustitiæ. collectis enim seruis vernaculis, emptitiisverò domi manere iussis, quorum timebat transfugium, ex familiaribus cõfecit aliquot centurias, atq; ita hostem inuasit tribus agminibus: non his fretus qui multum cedebant regibus numero, sed Deo propugnatore protect

protectoréq; iustitiæ. itaq; magna contentione properauit nũquam remittẽs celeritatẽ, donec potius occasione, noctu superuenit hostibus iam sumpta cæna ad somnũ se cõponentibus, in quos irruens alios trucidauit in cubilibus, alios resistere cognatos fudit fugauitq;. atq; ita omnes deuicit, non tam armorũ apparatu quàm fortitudine animi. Nec prius reuertit quàm hostilibus regũ copiis deletis, reduxit fratris filiũ, adeptus egregiã victoriam auctúsq; ingenti equorũ & iumentorũ numero, prædãq; opulẽtissima. eum redeuntẽ cõspicatus ille magnus põtifex Dei maximi, reducẽtémq; suos omnes ad vnum incolumes & victores, attonitus tanti facinoris magnitudine. & id quodverum erat cogitans, præsentem eis opem diuinam adfuisse, manus ad cælum tendens fausta illi precatus est: mactatísq; victimis, splẽdidum epulum sociis omnib⁹ dedit, gratulabũdus nec minus lætus quàm victoria propria. nec enim aliena fuit, si rẽ verè estimes. amicorũ enim esse omnia cõmunia prouerbio credimus, præsertim bonorum virorũ, quibus nihil magis cordi est, quàm vt Deo placeant. Hæc sunt quæ in sacra scriptura legimus. cęterùm qui possunt res nudas corporibus exutas cernere animo magis viuentes quàm corpore, dicent ex illis nouẽ regibus quatuor esse nostrarum quatuor affectionum potẽtias, voluptatis, cõcupiscentię, timoris, doloris: quinq; reliquos esse sensus totidem, visum, auditũ, gustum, odoratũ. tactũ, regnãt enim quodammodo in nobis & potestatem exercent. sed non similiter. nam quinq; subiecti sunt illis quatuor, quibus vectigal pendunt ac tributũ necessarium à natura impositum. ex his enim quæ videmus, audiuimus, olfacimus, gustamus, tangimus, dolores, voluptates, timores, cõcupiscentiæ nascũtur, cùm nullus affectus per se subsistere valeat, ni sensus materiã suggerãt. in his enim consistunt vires illorũ. in figuris & coloribus, in eloquiis, in saporibus ac vaporibus, in subiectis tactui duris vel mollibus, calidis vel frigidis, asperis vel lenibus. nã hæc omnia sensus exhibent affectibus. quæ tributa quãdiu penduntur, salua manẽt inter hos reges fœdera. alioquin sublata pensione mox bellum exoritur & defectio. id tum accidit maximè, quãdo senectus odiosa superuenit, & affectibus nõ senescẽtibus, aut etiã propter inueteratam consuetudinem inualescẽtibus, visus hebetatur, aures ægrè audiunt, reliqui etiam sensus seipsis deteriores facti non æquè, vt antea pollent iudicio, nec valent debitum reddere. Non mirum igitur, si exhausti modis omnibus

bus,& iam antè defecti viribus,facilè ab infestis affectib⁹ subuertuntur.Illud verò valde naturæ consentaneũ est, quod dicitur,duos è quinq; regib⁹ incidisse in puteos, reliquos tres fuga seruatos.Tactus enim & gustus penetrant intima corporis,quę sua sunt committẽtes dispensanda visceribus.Oculi autem,aures & odoratus,plerunq; foris obambulant,& sic effugiunt seruitutẽ corporis.Hæc vir bonus ex insidiis obseruans, vbi videt qui modò fœderati fuerãt intestino malo laborare turbata pace & exorto inter nouem regna bello,quatuor cõtra quinq; de imperio certantibus,repente occasionẽ arripiens eos aggreditur,studens populari administrationi, quæ est optima reipub. species,vt sublatis tyrãnidibus & dynastiis ex anima, ius & fas vrgeat pro iniquitate ac iniustitia.est autẽ quod dicimus nõ figmentum fabulosum,sed res verissima quam in nobisipsis experimur.nam sæpe sensus cum affectibus cõcordes ministrant eis sensibilia,sæpè interueniente dissidio nolunt debitũ reddere,aut nõ sunt soluẽdo,ratione cohibẽte:quæ si qñ arma sua corripit,scilicet virtutes & harum placita,his subnixa vincit egregiè.nefas enim est corruptibilia in eadem cũ incorruptibilib⁹ sede cõsidere.atqui nouẽ illi potẽtatus quatuor affectuũ &qnq; sensuum,tum corruptibiles sunt,tum corruptionis autores. at ratio sacra & verè diuina,quę locum habet in denario perfecto numero,in certamen descendens,& diuino adiuta præsidio,dictos potentatus vincit egregiè.Aliquanto pòst moritur ei coniux dilectissima & optima,editis pluribus charitatis erga maritum exẽplis,quæ relicta sua cognatione,peregrinationis comes indiuidua,continuos errores alios super alios,fames, egestates,expeditiones vnà cum eo pertulerat.nam vbiq; adfuerat in omni loco fortunáq;,verè consors vitæ ac negotiorum ad victum pertinentium,prosperæ aduersæq; fortunæ ex æquo particeps.Nec enim vt quædã erumnas fugiebat seruãs se feliciori tempori,sed vtranq; sortem,sicut vxorem decet,subibat alacriter.cuius mulieris cũ possim multas laudes memorare, vnã non silebo, vt sic cæterarum manifestarũ specimen. cùm enim prole careret,quippe sterilis.verita ne tam chara Deo domus ideo deserta fieret,sic maritũ allocuta est.Iãdudum vnà viuim⁹ in charitate mutua,sed quæ præcipua cõiugij nostri causa fuit, proter quam natura virum copulauit mulieri,desunt nobis liberi.imò ne in posterũ quidẽ spes vlla est reliqua, propter ætatem meam iam vergentem.non est æquum vt te quoq; tangãt

meæ

meæ sterilitatis incõmoda: licet tibi salua nostra charitate patrem fieri.absit enim à me zelotypia,quãdo à te abest bruta cõcupiscentia,necessitati naturæ satisfacturo. Quamobrem non differam nouã nuptam ornare, quæ quod mihi deest suppleat. Quod si res pro voto successerit, tui natiui liberi, mei adoptiui erunt.& vt absit omnis zelotypię suspicio,meam,si libet,duc famulam,corpore seruam,sed ingenio liberali ac generoso fœminam,iamdudum mihi expertam examinatámq;,ex quo primùm ędes meas intrauit,genere quidẽ Aegyptiã,sed Hebręam religione.Est nobis ampla possessio,& opes maiores quàm pro præsenti sorte:iam enim ne locupletissimis quidem indigenis cedimus.& adhuc hærede caremus,quamuis parare hũc liceat, modò monitis meis pareas. Ille miratus vxoris crescẽtem vsq; charitatem,& de tempore futuro curam ac prouidentiam, ducit causa liberorum eam quam ipsa commendauerat,vt ferunt qui se aiunt certiora prodere,vsurus eius conditione,donec mulier grauida fieret.Quod vbi non ita multo pòst contigit,aiunt abstinuisse ab eius complexibus, vel propter innatam sibi continẽtiam,vel propter honorem quem vxori habebat mutuum. Itaq; mox è famula nascitur filius,& aliquanto pòst alius legitimus nihil tale iam sperãtibus,honestatem ac virtutem eorum benignissimo Deo remunerante,& munus omni spe maius,vltrò largiente.Hoc specimen de muliere illa sufficiat.At sapientis illius viri plures laudes sunt, quarũ aliquot paulò antè memoraui.Nunc dicam & de vxoris obitu,quod silendum non videtur. amissa enim tali vitæ socia,qualem superius ostẽdimus, & qualem scriptura depingit,dolori contra se insurgenti,& animam petenti,tanquam inuictus athleta non succubuit, recolligens se,& cõfirmans rationis robur,à natura oppositæ affectionibus:cuius consiliis per totam vitam vsus,tunc quoque paruit egregiè,vt bene vtilitérque monentibus. Erant autem hæc, ne se plus æquo afflictaret,quasi noua calamitate perculsus,nec tamen quasi nihil molestum passus omnem dolorẽ pelleret, sed per mediam inter extrema viam incedẽs,casum hũc moderatè ferre conaretur,permittẽdo naturæ suum ius in exigẽdo debito,& quod acciderat patiẽdo æquanimiter. id testãtur sacra volumina,quæ nefas est falsitatis argui, vbi narratur eum modicis lacrymis profusis,celeriter se subduxisse à cadauere:quippe qui prolixiorẽ luctũ alienũ putabat à sapientia,à qua didicerat mortem existimare non extinctionem animæ, sed separationẽ

disiunct

disiunctionémque à corpore, illa redeunte retrò vnde venerat. veneratur autẽ à Deo, sicut in opificio mũdi declaratũ est. Quemadmodum autem nemo sanus ægrè fert a se reposci debitum aut depositum, eodem modo natura quod suum est reperente, non arbitrabatur indignè ferendum, sed necessitati consentiendum. vbi verò illius regionis optimates cõuenerunt ad eum officij gratia, cum nihil viderent eorum quæ apud ipsos ex more fieri solebant in funere luctúque, non complorationes, non lamenta, non planctum virorum ac mulierum, sed totam familiam sobriè moderatéq; mœrentem, demirati sunt non mediocriter, sicut antè tota viri vita miraculo eis fuerat. móxque attoniti tantæ virtutis excellentia, in qua nihil inerat nõ eximium, accedentes virum in hãc vocem eruperunt: Rex à Deo tu es inter nos: verissima dicentes. nam alia regna homines sibi parãt, armis expeditionib⁹, dictu miris vltrò citróq; illatis cladibus, quas affert potentiæ cupiditas. dum se pedestribus, equestribus, nauálibus copiis muniunt. sapiẽtis autem regnum à Deo porrigitur, quo assumpto vir bonus malè mulctat neminem, sed omnibus subditis vsum fructũ bonarum rerum, & iura pacémq; denũtiat. Quin & in sacris literis extat huius viri elogium, testatum reddito Mosi oraculo, quo dicitur quòd Deo credidit. id vt dictu est breuissimum, ita factu maximum. cui enim præter eum credendum est? principatibúsne, an gloriis, honoribus, opibus, diuitiis, nobilitati, sanitati, integritati sensuum, roborí pulchritudiníve corporis? Atqui principatus omnis est lubric⁹, innumeris insidiatoribus obnoxius. quod si quando confirmatur, id fit non sine multis acceptis & illatis calamitatibus. nihilo stabiliores sunt honores & gloriæ, incertissima possessio pẽdens à moribus rumoribúsque leuium & improborum hominum. quæ si quando perseuerat, nihil tamen verè bonum in se continet. at diuitiæ generisque nobilitas, etiam deterrimis obueniunt. sed fac solis bonis hæc contingere, maiorum & fortunę ista laus est, non ipsorum qui habent. ac ne corporis quidem dotib⁹ efferri æquũ est, quibus nos alia animalia superãt. Quis enim homo fortior aut robustior tauro inter cicures, inter feras leone? quis præditus acutiore visu quàm accipiter aut aquila? quis auditu tam felix, quàm asinus tardissimus animalium? quis odoraru cane sagacior, quem aiunt rei venatoriæ periti, vestigantem longinquos lepusculos improuisum in eos irruere. nam hoc genus canum venaticorum vtitur oculorum vice naribus.

ribus. Sanitatem quoque plurima bruta tuẽtur egregiè. Quod autem ad pulchritudinis certamẽ attinet, etiã inanimata quædam mihi videntur vincere posse formositates virorum ac mulierum, simulacra, statuæ, picturæ, & in vniuersum fictorum pictorúmq; opera eximia, quæ apud Græcos atque barbaros sunt in pretio, & dedicãtur inter præcipuos ornatus vrbium. Solùm igitur certum firmúmq; bonum est fides, qua Deo creditur, vitæ solatium, bonæ spei supplementum, depulsiuum calamitatum, felicitatum conciliatiuum, superstitionis ablegatio, pietatis assertio, prosperitatis hæreditas. profectus in bonis omnib⁹ fultus vniuersorum autore, qui potest omnia, vult tantùm optima. Quemadmoum enim per lubricum incedentes labuntur fallente vestigio: qui verò per viã siccam gradiũtur, certo gradu iter faciunt: sic qui per corporis externa; bona ducunt animam, nihil aliud quàm cadere illam assuefaciunt. hæc enim lubrica & parum firma sunt: Sed qui per virtutum contẽplationẽ ad Deum properãt, tutum inconcussúmq; iter dirigũt, vt nihil verius dici possit, quàm quòd quisquis illis rebus credit, Deo non credit: cõtrà qui Deo credit, illis nõ credit. Nec hãc tãtùm erga eum Qui est, fiduciam oracula de viro illo prædicant, reginam virtutum cæterarum, verùm etiam hunc primũ nominant seniorem, quamuis maiores eius triplò & amplius lõgæuiores fuerint, quorum neminem legimus hac appellatione dignum habitum: & meritò. nam reuera senior, nõ ex longitudine temporis, sed ex laudata vita spectatur. Siquidem qui multum ætatis in corpore vixerũt sine probitate, longæui pueri dicendi sunt, quia nunquã disciplinas attigerunt dignas canicie. Amator autẽ prudẽtiæ sapientiæq;, hoc est erga Deum fiduciæ, iustè senior siue primàs vocari potest. Nam reuera primus est sapiens in humano genere, sicut gubernator in naui, magistratus in ciuitate, imperator in exercitu, anima in corpore, mens in anima. Rursum cælũ in mũdo, in cęlo Deus, qui delectatus viri fiducia, & ipse iureiurando fidem promissorũ confirmat, non vt Deus hominem, sed vt amicus familiarem alloquens. Ait enim: Per memetipsum iuro: cùm verbum eius vim iurisiurãdi habeat, volens nihilominus persuasionẽ eius firmiorẽ stabiliorémq; facere. itaq; senior & primus vir bonus dicẽdus est, omnis autem malus extremus & nouissimus, vt nouator & tractãs res extremi ordinis. De his igitur hactenus dictum sit, vnum modò ceu fastigium addam huius sapientis laudibus, sumptũ ex

ex diuinis literis,quæ testantur eum Dei legem & mandata fecisse omnia.non scripto vllo edoctum, sed absque scriptura secutum appetitus ingenij sui sanissimos.quæ autem Deus pollicetur,quomodo possunt homines non credere?Hęc est vita primi conditoris suæ gentis,quam aliquis diceret legitimam:ego verò docui quod ipsa lex sit & ius non scriptum.

PHILONIS IVDAEI,
De migratione Abrahami.

ET dixit Dominus ad Abraham: Egredere de terra tua & de cognatione tua, & de domo patris tui,in terram quam tibi monstrauero, & faciam te in gentem magnam. Benedicam tibi,& magnificabo nomen tuum,erisque benedictus. Benedicam benedicentibus tibi,maledicam maledicentibus tibi:& benedicentur in te omnes tribus terræ.] Volens Deus purificare hominis animam,primùm offert ei perfectę salutis occasionem,migrationem à corpore,sensu,atque ratione.nam terra corpus,cognatio sensum,patris domus rationem significare intelligitur.Quamobrem?Quia corpus & ex terra factum est, & in terram resoluitur, sicut Moses testatur dicens: Terra es & in terram reuerteris. nam ipse narrat Deo formante factum ex terra hominem. & necessum est vt quod soluitur,in ea soluatur vnde confectum est. Porrò sensus cognatus & germanus mentis est, brutus ratione præditæ, quoniam hæc ambo partes sunt vnius animæ. Cæterùm paterna domus est ratio, quia pater noster intellectus potentias suas in singulas partes seminat,suas cuique operationes attribuens, ipse curam & præfecturam gerens omnium.domus autem quã inhabitat,est reliquis cellior ratio.Nam sicut vir ædes,sic intellectus rationem inhabitat. proinde se suósque conceptus in ratione tanquàm in domo propria dispositos ostendit. Nec mirum si rationem in homine vocat intellectus mentisve domicilium. Nam & Deus qui est huius vniuersitatis intellectus,ait sibi suum illum λόγον pro domo esse: quod cernens ille meditator, propalam fatetur. Nihil aliud est locus hic quàm domus Dei: ac si diceret: domus Dei non est in his quæ cernuntur

tur,aut aliquo sensu possunt percipi,sed inuisibilis,nulla specie circumscripta,anima solùm,in quantum est anima,perceptibilis.ergo quæ alia potest esse, nisi sermo ille sine ratio creaturis omnibus antiquior,per quem tanquam clauum gubernator optimus maximus cuncta dirigit:quo & in mundi creatione instrumento vsus est ad absoluendum opus irreprehensibile.Atq; ita per terram corpus,per cognationem sensum, per paternam domum rationem intelligi oportere declaratum est. cæterùm illud Egredere, non est idem quod seiunge te ab eorum essentia:hoc enim mandatum mortem imperaret:sed perinde ac diceret. Aliena tuum animum, vt à nullo ex his detentus emergas super omnia. Tibi subdita sunt,caue habeas ea pro principibus,cùm sis ipse rex:disce tales dominos contẽnere,& in perpetuum nosce teipsum, sicut & Moses non semel docet,dicens: Attende tibiipsi. nam ita senties cui obedire aut imperare debeas.Egredere igitur,ô bone,è terreno tuo contaminato, & fuge carcerem corporis,simúlq; voluptates & concupiscentias custodes eius carceris,quantum potes eas profligans, & minis omnibus absterritans.Egredere cognationem quoque sensuum, nunc enim singulis familiariter vteris,ipsis deditus, de re parũ solicitus.Atqui scis quòd etiam cessãtibus aliis rebus,oculi aurésque & huiusmodi cognatio tota in partes suas te pelliciet. Quod si mauis tuis reditibus possessionibúsq; contentus nihil ex his amittere, vitam deges fortunatissimam, vsumfructum nõ alienorum bonorum,sed propriorum perpetuò capiens.Sed egrediendum est etiam de sermone rationis indice,quæ paterna domus dicitur:ne deceptus ornatu verborum ac nominum, missam facias veram pulchritudinem,quæ in rerum cognitione sita est.absurdum enim fuerit vmbram pluris quàm corpus facere,aut rebus præferre imagines.certæ vmbræ imaginique sermo est similis, corporibus autem & exemplaribus ipsæ rerũ naturæ de quibus disseritur: quas consectari debet qui mauult esse quàm videri aliquid,omissis illis aliis. Quamprimum igitur intellectus incipiet seipsum nosse,& in contemplationibus intelligibilibus versari,totam illam partem ad sensibilia procliuem ablegabit,quæ Hebraicè Lot vocatur. Quamobrẽ ille sapiens inducitur dicere apertè:Discede à me.Nõ est enim possibile,vt incorporearum incorruptibiliúmque rerum amator cohabitet cum prono ad ista sensibilia.Rectè igitur sacer vates vnum integrum legis librũ Exodum intitulauit,nomine cõue-

y niente

niente cõtentis in hoc oraculis.cùm enim sit ad docendum idoneus & ad castigandum monendúmq; promptissimus, totum animæ populum qui se admoneri castigaríq; patitur.Aegyptia regione corporis& eius habitatoribus vult eripere,ratus molestissimum grauissimúmq; onus perspectiuã mẽtem opprimi à carnis voluptatibus,& iussa eius exequi,quicquid inclemẽtibus cõcupiscentiis libuerit. Hos igitur gemẽtes flentésq; in rerum corporearum abundãtia & externis opibus(dicitur enim ingemuisse filios Israël propter opera)propitio Deo monẽte de exitu,propheta ipsius eripit.Sunt tamen qui vsq; ad suũ obitum fœdus fecerunt cum corpore,& tanquam in arca aut tumulo; aut quomodocunq; nominãdum est,in hoc insepulti sunt. quorum carnales & affectibus obnoxię partes obliuioni traditę defodiũtur.quod si quid virtuti amicũ simul progerminauit,literarum monumẽtis asseruatur, per quæ maiorum honesta facinora solent vindicari ab interitu.proinde ossa Ioseph,illa inquam quæ sola ex tali anima fuerunt reliqua incorrupta,videlicet memoratu digna gesta.nõ omittuntur in sacra scriptura,quòd absurdum videretur pura coniungi cum impuris.Fuit autem memoratu dignum, credidisse illũ quòd visitabit Deus genus Israëliticum, non traditurus id in perpetuũ seruitutem Ignorantiæ cæcæ dominæ.item discreuisse illũ quod mortale est animæ ab immortali eius parte: & quæ ad corporis voluptates cæterósq; affectus immoderatos pertinẽt, vt mortalia reliquisse in Aegypto:de incorruptibilibus verò solicitè prouidisse,vt cùm ascendẽtibus invirtutis ciuitates deportarẽtur,obligatis iureiurãdo posteris.Quæ sunt igitur illa incorruptibilia?Voluptatis auersatio dicẽris.Cubemus vnà,& fruamur bonis humanis. tolerantiæ coniuncta solertia,per quam bona falso credita discernit ac distinguit à veris tanquã somnia:dũ fatetur veras& manifestas rerũ æstimationes ex Deo esse: incertas autẽ & obscuras imaginationes ex erronea,fastuosa, necdum purgata vita hominum, quæ delectatur pistorũ,coquorum,pincernarúmq; ministeriis. item quòd non subditus, sed præfectus & cẽsor totius Aegypti corporeæ regionis fuit:quòd Hebræũ se gloriabatur, quorũ est à sensibilibus migrare ad intelligibilia.Hebręus eñ migrator interpretatur. quòd iactabat se nihil fecisse. nam nõ miscere se improborũ studiis,& cõstanter ab his abstinere.non mediocris laus est. quòd pro ludibrio habebat omnes affectus & concupiscentias immodicas.quòd Deũ timebat, etsi nõdum ad eum di-

ligend

ligendũ idoneus.quòd in Aegypto conabatur verè viuere.Quæ miratus ille pspicax Israël,vt reuera mirari debuit,ait: Sufficit mihi si adhuc filius meus Ioseph viuit,nec est cũ vanis opinionibus& cadaueroso corpore commortuus.item quòd fatebatur ex Deo,non ex vlla creatura scientiã contingere hominibus:& mores corporis studiosos agitari iactaríq; perpetuò, vtcũq; putãt se niti certis decretis animi. quòd aiebat se nõ ab hominib⁹ missum esse,sed electum à Deo,vt administraret legitimã præfecturam corporis.multa præterea his similia ad meliorem sacratiorémq; ordinẽ pertinentia Aegyptum corporalem domũ inhabitare non sustinent,nec vnquam insepeliũtur tumulo:sed egressa regionẽ mortalium,sequũtur sermonẽ fatidicum Mose præeunte.hic est enim altor ac nutritor bonorũ operũ, dictorũ, consiliorum: quæ etiamsi misceãtur aliquando contrariis propter variam confusionem rerum humanarum,nihilominus discernuntur tandem.ne in totum honestatis semina plantęq; dispereant.proinde iubet vt fortiter incunctantérq; deserant istã appellatã matrem improbitatem omnium, summa celeritate adhibita.ait eñ: Cùm festinatione immolate pascha,quod interpretatur transitus:quãdo inhæsitãter cum summa alacritate mens ab affectibus cõtinuato cursu transmigrat ad gratiarum actionem pro salute accepta à Deo,qui nec opinantẽ vindicauit in libertatem.Et quid mirum si vi subactum ab irrationali affectu hortatur ne succũbat,nẽve sinat se illius impetu abripi, sed conetur resistere,aut certè aufugere:secundus eñ ad salutẽ áditus est fuga,si repugnare non datur: quãdo etiam suaptè natura luctãtem cum affectibus,necdum perdomitũ, sed cõcertantem cum singulis,nõ sinit cum eis cõflictari perpetuò, ne forte inde aliquam pestem sibi affricet.Multi enim ex aduersariis vitij facti sunt imitatores,quod & in virtute accidit. ideo tale oraculũ est redditum.Reuertere in terram patris tui,& in gentile solũ, & ero tecum:ac si diceret:Fuisti mihi athleta perfectus,prẽmia coronásq; promeritus,virtute prẽsidente certamini,& tibi porrigente insignia victoriæ. Desine iam contendere, ne in totum defatigeris,sed possis frui actis laboribus. quod nunquam tibi continget,si hic maneas, cum sensibilibus habitans & tẽpus terens cum corporeis qualitatibus.quarũ Laban princeps est. Est autem qualitatis hoc nomen.Sed migrandum est in terram patris tui,id est sacri sermonis,q quodãmodo pater est virtuti studentium. videlicet sapiẽtiam, probarum animarum optimum

domicilium. in hac regione genus quoq; tuum est quod seipso præceptore vtitur,expers infantilis cibi lactei,quod oraculo diuino vetatur in Aegyptū descendere & inescari carnis voluptatibus,cognomento Isaac:cuius hæreditatem adeptus non opus habebis laborare amplius.nam copia parata bonorum affluentium parit otium. fons autem vnde bona promanant, est cum benigno Deo familiaritas.ideo quasi obsignās sua beneficia dicit,Ero tecum.Quid igitur boni defuerit præsente omnipotēte Deo cum filiabus suis Gratiis virginibus, quas incorruptas inuiolatásque seruat in castitate genitor.Tunc cessant meditationes, labores, exercitia, & naturæ benignitate sine arte proueniunt aceruatim cuncta commoda. qui prouentus spontaneus rerum bonarum,vocatur dimissio: quoniam mens dimittitur à suis operationibus, & quasi vltrò manumittitur propter copiam ingentem more imbris depluentē continuè. Sunt autem hęc miratu dignissima ob natiuam pulchritudinem.nā siquid anima ex seipsa parturit, plerūque abortiuum & immaturum gignitur:ediuersò integrum absolutúmq; quicquid in eam diuinitus impluit. non pudebit me fateri, quod mihi ipsi accidit sæpissimè. Aggressus scribere de receptis vulgò philosophorū dogmatibus,& exactè sciens quid dicendum esset, reperi mentem nolle quicquam parere,atque ita recessi re infecta, damnatis eius opinationibus,admiratus potentiam eius Qui est,aperientis claudentisque vuluas animæ. Interdum autem vacuus accedens,plenus repentè factus sum,niuis imbrisque more supernè incidentibus cogitationibus,vt quasi numine correptus, nec locum agnoscerem,nec præsentes,nec meipsum & quæ disserebam aut scribebā.Certe nominis illius interpretatio significat inuentionem & vsum lucis. visum acutissimum, euidentiam rerum manifestam, qualis oculis ex clara demōstratione percipitur.cærerùm quod ostenditur,est illud visu, spectatu, amore dignum bonum perfectum, quod vim habet animę quoque amaritudines in dulcedines vertēdi, cōdimentis omnibus & lautitiis melius,quo adhibito etiam quæ nutritiua non sunt, pro salutari cibo in vsum veniunt. Dicit enim scriptura, quòd ostendit ei dominus lignū,& iniecit in aquam:videlicet in fluidam,mollem,armarulentámq; mentem,vt suauior redderetur ac mitior.id lignum non modò cibum,sed & immortalitatem pollicetur.Nam lignum in medio paradisi plātarum legimus, bonitatē stipatam bonis indiuiduis & particularibus,horúmq;

actio

actionibus. nā ipsa mediū & potissimum locum in anima sortita est.Per videntem autem sapiens intelligitur,quandoquidē insipientes aut cæci sunt,aut hebetes habent oculos.ideo prisci prophetasvocabant videntes.& meditator ille qui aures oculis posthabuerat,audita cernere cupiens,visionem consecutus est, quia iam auditum transcenderat.Iacob enim quod nomen disciplinam significat,mutato charactere in videntem Israēlem recuditur,atq; ita lucem diuinā aspicit, quæ est scientia:per quā aperitur oculus animæ,& ad rerum perspicuas euidentésq; cōprehensiones deducitur.sicut enim cantus per musicam, & per quamq; artem sua subiecta concipiuntur, ita per sapientiam sapientes contemplationes,quæ non solùm sicut lux, instrumentum videndi est,sed seipsam quoq; videt.hæc in Deo solaris splēdoris exēplar est,sol verò imago eius & effigies: cæterùm qui indicat omnia,Deus solus sapiens. homines enim quia sapere videtur,sapientes dicuntur:Deus verò cùm sit,minus quàm est prædicatur.maiores enim sunt eius Qui est potentiæ, quàm vt vllis eloquiis explicari queant.Commendat autem suam sapiē tiam non solùm per mundi opificium,sed etiam quia cognitio creaturarū apud ipsum cōsistit certissimè.Legimus enim quòd vidit Deus omnia quæ fecerat:quod non sic accipitur quasi oculòs cōiecerit in singula,sed quod cognouerit cuncta,& sua scientia comprehēderit quæcunq; fecerat.Decebat igitur vt ignorātes doceret,commonstrarétq; aliis singula,ille solus sapiēs, qui nulla iuuatur arte qua homines,sed ipse principium & fons artium scientiarúmq; habetur confessione omniū.Illud verò cautè dictum apparet,quod in promissione nō presens tempus,sed futurum prædefinitur, dum dicit,non quam ostendo,sed quam ostendam tibi,in testimonium fidei qua hæc anima Deo credidit,nō propter repræsentata gratias agens,sed expectationi futurorum intenta & à spe bona pēdens,dubio procul existimans iam facta se habere quæ nōdum aderant,potiā perfecto bono, propter fidem pollicētis certissimā.nam iterum dicitur,Credidit Abrahā Deo.Mosi quoq; cùm vniuersam terrā promissam ostendisset,ait:Ostēdi quidem oculis tuis,tu tamen nō intrabis in eam.Quod haudquaquā intelligēdum est de interitu illius sapientissimi,vt quidam incōsiderati suspicantur. Stultū enim fuerit putare seruis potius quàm amicis agrosvirtutis diuisos. Sed illud in primis docere nos scriptura vult,alium esse locum infantium,alium maturioris ætatis: quorum alteri nomen est

meditatio,alteri sapientia.deinde res in omni natura pulcherrimas videri magis quàm teneri.teneri enim cùm sint diuinioris sortis qui possunt?cerni verò possunt,sed non ab omnibus:à solo autẽ cernuntur purissimo acerrimiq; visus genere,cui rerum pater ostendens opera sua,maximum hoc largitur beneficium.nam quæ potest esse vita præstantior,quàm contẽplatiua, quæ ratione prædito conueniẽtior?Quapropter cùm etiã mortalium animantium voces auditus sensu iudicentur, Dei verba lucis modò videri ex diuinis oraculis discimus:dicunt enim q̃ totus populus videbat vocem, non audiebat:quia non erat hic aër plectro linguæ percussus,sed splẽdor virtutis lucidissimus, à rationali fonte nihil differens,quod & aliubi significatur hoc modo.Vos vidistis quòd è cælo sum locutus ad vos.nõ dicit audistis.propter eandem causam.Interdum tamen à visis audita, & aspectum ab auditu discernit,dicens: Vocem verborum vos audistis,nec vllam similitudinem vidistis,nisi vocẽ.satis expresse.Eam enim quæ in nomina verba,cæterásq; orationis partes secatur,auditam dicit meritò.hæc enim auditu censetur. Eam verò quæ sine verbis ac nominibus Dei vox est,animæ oculo cõspicua,rectè visam inducit.Cùm enim dixisset, similitudinem nõ vidistis,subiicit,nisi vocem quam omnes vidistis:hoc enim subauditur:itaque Dei sermones diiudicantur visu animæ, auditu verò isti qui partiuntur in nominum verborúmq; species. cùm autem per omnia mirificam scriptor hic præ se ferat sciẽtiam,hoc quoq; loco mirè nominauit stilum,dicẽs visam vocẽ, cùm penè nihil sit in nobis aliud quod nõ videatur ,excepta mẽte.nã quæ ad alios sensus attinent omnia sunt visibilia,colores, sapores,vapores,calida,frigida, aspera, leuia, dura, mollíaque inquantum sunt corpora. Dicam apertius: Sapor visibilis est, non inquantum sapor,sed inquantum corpus. nam inquantum sapor,gustu noscitur:item vapor,inquantũ vapor, naribus examinatur:inquantum corpus,oculis.Idem iudicium est & de cæteris.Vox autẽ,nec quatenus auditur,nec quatenus corpus est,si tamen est corpus,naturam habet visibilem, sed hæc duo nobis insunt inuisibilia,mens & oratio. verùm non est similis noster sonus diuinæ vocis instrumento: nam noster sermo miscetur aëri.atq; ita ad aures locum sibi cognatũ refugit. diuinus verò sincerus & impermixtus est,effugiẽs aures propter subtilitatẽ, animę soli repẽtè conspicuus,propter visum ipsius acutissimũ, quę postquã reliquit mortalia,primam hãc,sicut iam diximus

à Deo,

à Deo gratiã accipit,vt res immortales contẽplationi suæ subiectas queat aspicere.secundam,incremẽtum virtutum tam numero quàm magnitudine.Dicit enim: Et faciam te in gentem magnam:per gentem,multitudinem:per magnam, incrementum in melius significans.Hanc quantitatem vtriusq; speciei, tam magnitudine quàm multitudine auctam,indicat & Aegyptius ille rex:Ecce,inquit,genus filiorũ Israël,magna multitudo.Vtrunq; adesse testatur videnti eum Qui est generi, multitudinem & magnitudinẽ,habenti vitæ rationisq; bona opera. nõ enim sicut ordo verborum poscere videbatur,multam multitudinem, sed magnam dixit,sciens multam per se imperfectam esse magitudinem, nisi accedat vis intelligentiæ scientiæque.Quid enim prosunt multæ contemplationes,ni singulę conueniens incremẽtum accipiant?nam ne ager quidem probatur,in quo innumeræ plantæ sunt humiles,nulla verò stirps satis exculta,quæ iam fructum proferre possit. magnitudinis autẽ multitudinisq; bonorũ & initium & finis est indesinẽs Dei memoria,atq; inuocatio superni auxilij contra ciuilem tumultum cum quo semper in hac vita conflictamur.dicit enim:Ecce populus sapiens & sciens,gens & portio hæc. quæ est enim gẽs aut portio cui Deus sic appropinquat, sicut dominus Deus noster quotiescũque illum inuocauerimus. Ergo liquet esse apud Deum potentiam quæ ad opẽ nobis ferẽdam excubat,& ipsum rerũ principẽ succurrere his qui digni sunt. Sed qui sunt digni hac gratia?quis dubitet q̃ amatores omnes sapiẽtiæ & sciẽtiæ? Hi sunt enim ille sapiens & sciens populus de quo suprà dixit, in quo singuli meritò magni sunt,quoniam magna cupiunt,id vnum præcipuè,ne vnquã diffũgantur à Deo maximo,sed accessum eius propinquantis constanter & sine metu suscipiant.hæc est visio magni Dei,cùm quis aut illum accedit, aut aduentum eius excipit.Mũdus sanè& mũdi ciuis sapiẽs,multis ac magnis bonis plenus est.cætera verò turba hominũ sępius malis quàm bonis vtitur.rarum enim bonum est in vita confusa & tumultuaria.quapropter in oraculis canitur:Non quia gentes omnes superatis multitudine,sed quia dominus vos diligit.nam si cui libeat turbã vnius animę tanquam gentes distribuere.multos inueniet turbatos ordines,quibus præsunt voluptates,concupiscentiæ,dolores,timores:item insipientiæ, iniquitates, & harũ cognatæ germanæq; cæteræ:vnum verò solũ bene instructum, qui à ratione ducitur. Et apud homines quidem iniusta multi-

tudo pluris quàm vnus iussus æstimatur, apud Deum verò boni tas rara præfertur inniquis innumeris, ideo denuntiat ne quis vnquã faueat tali multitudini. Non eris, inquit, socius multorũ in malitia. Quid ũ paucorum? imò ne vnius quidem mali. nam malus vel vnus, multiplex est vitiis, cuius societas damnum affert maximum. præstat resistere talibus, & fortiter cùm eis bellum gerere. Si, inquit, profectus in militiam contra hostes tuos videris equum, superbum, petulantem, effrenémq; affectum, & ascensorem insidentem ei mentem affectibus deditam: & populum numerosiorem te, sectatores modò dictorum condensatæ phalangis more in te ruẽtes: caue timeas tibi ab eis. nam vnus cùm sis, auxiliarium habebis vnum illum rectorem vniuersorum, quoniã dominus Deus tuus tecũ est. huius enim accessio bella profligat, pacem instaurat, multa inueterata mala subuertit, rarum & Deo carum genus conseruat: quem dominũ quisquis agnoscit, odit execratúrq; cateruas terrenorum hominũ. Præceptũ est enim, quęcunq; multos pedes habent inter omnia reptilia terræ nolite comedere, quia sunt abominanda. Nõ est tamẽ abominabilis anima quæ vna sui parte repit in terra, sed quæ omnibus aut plurimis, hærens vestigiis corporis, nec valẽs ad diuinos cæli cursus caput attollere. atqui sicut multipedes, ita pedibus carentes reptiles bestiolæ damnantur, illæ propter causam iam dictã, hæ quia totæ humi iacent, & ne minimũ quidem attolluntur ab ea. ait enim, omne quod super ventrem graditur, impurum esse: subindicans deditos ventris voluptatibus. nonnulli autem his nequiores, nõ contenti solius concupiscentiæ genere, acquisiuerunt insuper germanum eius affectum iracundiam, vt confirmatis brutis animæ partibus, mentem omnino delerent. quod enim verbis de serpẽte dictum est, reuera de quouis bruto & affectibus dedito homine diuinũ est oraculum: Super pectus & vẽtrem ingredieris. nam circa pectus ira est, in ventre concupiscentia. cæterùm insipiens super vtraq; semper ingreditur iram & cõcupiscentiam, nunquam cessando ex quo aurigam ac præsidem rationẽ reiecit: alius ediuersò iram & cõcupiscẽtiam extirpat, Dei verbo se gubernandũ cõmittẽs, sicut & Moses ille Deo carissimus, qui quoties animi holocaustomata immolat, ventrẽ quidem eluit, id est totã concupiscentiæ speciem repurgat: pectusculũ autẽ de ariete cõsecrationis aufert, omnem irã pacis inimicã, vt reliqua animę patior, videlicet rationalis, nulla re distrahẽte, ingenuis oculis intueri possit omnium

nium rerũ bonarum pulchritudinẽ: sic enim & numero & magnitudine augebitur. Scriptũ est emẽ: Quousq; exasperabit me iste populus? quousq; nõ credẽt mihi meisq; prodigiis quæ feci inter eos? percutiã eos morte & perdã eos: & faciã te, domúmq; tui patris in gentẽ maiorem frequẽtioremq; hac. deleto enim ex anima vulgò irarũ ac concupiscentiarũ, omnino partes eius rationales assurgent & vires recipient. Quemadmodum autẽ multipedem & pedibus carentiũ reptilium genera cùm sint cõtraria inter impura cẽsentur: sic opiniones nullũ Deũ aut multos credentium, quãuis contrariæ, sunt ex æquo profanæ. argumento est, quòd vtranq; lex arcet à sacro cœtu, ei qui Deum negat, vt spadoni castrato interdicens concione, multorum verò deorum assertorem, vt è scorto natum verans pro concione vel audire quicquã vel dicere. Deum enim negans, sterilis est: multos verò deos asserens, è scorto natus, circa verum parẽtem cæcutiens, & ideò multos pro vno genitores sibi adoptãs. Duo dona Dei iam dixi, spem vitæ contemplatiuæ, & incrementũ multitudinis bonorũ ac magnitudinis: tertium aũt est benedictio, sine qua nõ possunt confirmari priores gratiæ. dicit enim: Et benedicã tibi. εὐλογήσω, id est, laudatũ sermonẽ dabo. nam illud Bene omnino virtutem significat. Sermo autẽ alius fonti, alius riuo est similis: fonti qui mẽte cõcipitur, riuo qui pos linguáq; profluit. Vtranq; hanc speciẽ in melius proficere, magnæ sunt diuitiæ: dum mẽs ratione bona in magnis ac paruis rebus vtitur, sermo verò à recta institutione regitur. multi enim excogitant quidẽ optima, sed à malo interprete sermone destituũtur, imperiti musicæ vnius ex liberalibus artibus. alij cõtra facundia pollentes, nihil valẽt cõsilio, vt sophistæ quos vocãt. horum enim mẽs nec cõcẽtũ habet nec musicã, sed quoties res plectro vocis agẽda est, nihil his eruditius. at Deus nihil suis largitur imperfectũ, sed plena & absoluta omnia. quapropter hæc quoq; benedictio integrũ nõ dimidiatũ sermonẽ confert, vt qui dignẽ habetur tam insigni beneficio, & excogitare valeat quæ sunt optima, & excogitata enuntiare. nã perfectio videtur ex vtroque cõsistere, inuentione sincera, & inoffensa elocutione. An non vides Abelem, quod nomẽ est mortalia lugẽtis, laudãtis immortalia, quàm bona mẽte fuerit præditus: qui tamẽ quia non satis exercitatus in dicẽdo fuerat, victus est ab aduersario magis arte quàm virib⁹. ideo cæterã eius naturæ felicitatẽ suspicio, hoc vnum in eo reprehẽdo, q⁹ prouocatus in certamẽ verborũ descẽ

dit,cùm debuisset perstare in consuetis moribus,contẽpto prouocatore.quod si omnino concertatio placebat,debuerat tantisper abstinere à puluere,donec artes luctandi perdisceret. nam rusticanã sapientiam vrbana elegantia plerunq; solet vincere. quapropter & Moses ille sapientissimus vetatur quidem cum eloquẽtibus & disertis cõgredi,postquã ei diuinus splendor affulgere cœperat per immortales sermones sapientię sciẽtiæq;: permittitur tamen ad visendos eos ire,nõ vt fieret doctior aut rerum peritior:nam contemplatiuo homini sufficit Dei & sanctarum eius potentiorum inquisitio:sed vt palmã referret de sophistis Aegyptiacis,qui pluris faciunt arte confictas ad persuadendum fabulas,quàm veritatem euidentissimam. Ergo cùm mens versatur in Omnipotentis negotiis,nõ opus habet externis auxiliis.nam intelligibilia solus intellectus cernit acutissimè.quod si quando se confert ad sensum, aut affectum, aut corpus,quæ per Aegyptũ significantur,indigebit dicendi quoq; arte ac facultate.quamobrem ducere secũ Aaronem iubetur,hoc est eloquẽtiam.Nónne,inquit,habes Aaronem fratrem tuum? nam cùm rationalis natura vnà mater amborũ sit, natos ex ea fratres intelligo,quicquid illa proloquit.mentis enim est cõcipere,elocutionis verò proferre.Is,inquit,loquitur pro te.cùm enim mens suas cogitationes vult depromere,propinquo suo sermone vtitur interprete,ad affectus suos exprimendos. Deinde sequitur:Ecce ipse occurret tibi obuiam.Siquidem reuera sermo cogitationibus occurrit, & addens ei verba nominaq; format eas,quæ nullam antea formam habuerãt.Et viso te,inquit, gaudebit in seipso.Gaudet enim sermo & fit alacrior, quando conceptus animi non est obscurus:quo prælucente decurrit expedite,propriis,aptis,egregiè significatiuis vocabulis affluẽs. quod si quando cogitationes non satis certæ sunt,per inane graditur & sæpenumero collabitur grauiter, vt nequeat se amplius erigere.Et alloqueris eum,& dabis verba mea in os ipsius.Ac si diceret:Suggeres ei talia cogitata,qualia nihil à verbis & eloqis Dei differunt.nam absq; monitore sermo nõ sonabit. monitor autem sermonis,mens est,sicut mentem Deus cõmouet.Et ipse tibi alloquetur populum,& ipse erit pro ore tibi. tu verò apud Deum ages eius negotia.Satis diserte dixit,alloquetur tibi, id est,tuus interpres erit.item illud,Erit tibi pro ore.nam per linguam & os sermo profluit,se cũ cogitata proferens.Verùm sermo interpres mentis est apud homines, sermonis verò mens apud

apud Deum.tunc enim cogitatio legatione fungitur, quam solus Deus introspicit.necesse est igitur vt cui certamen sophisticum imminet,sic eloquentiæ det operam,vt nõ solùm aduersariorum petitiones declinet,sed vicissim in eos coortus tũ arte vincat tum viribus.An non vides incãtatores & veneficos arte cum Dei verbo pugnare,& conari similia,nõ tam vt suam sciẽtiam reddant celebrem,quàm vt illudant aliis? nam virgas in dracones transformãt,aquas in cruentum colorem vertunt,ranarum reliquias trahunt in terram incantationibus: quæ omnia miseri cumulant in suam perniciem, & decipiuntur, dum se putant decipere.Hos putas sustineri potuisse,ni mẽtis interpres sermo,cui nomen Aaron,præparatus fuisset?qui nunc quidem orator dicitur,mox autẽ vates vocabitur,quando & mens iam augustior Deus appellabitur. Do te,inquit, deũ Pharaoni, & Aaron frater tuus erit tuus propheta.ô consequẽtiam aptissimam.nam quod voluntatem Dei nobis prædicũt,propheticum est genus,quod afflatũ diuinitus & agitatur & sedatur. eam ob rem Aaronis virga deglutiit virgas illorũ,vt docet scriptura. Euanescunt enim & absorbentur à vario naturæ artificio sermones omnes sophistici,vt fateri cogãtur adesse Dei digitũ:ac si dicerent,scripturam diuinam,quæ asseuerat semper sophisticam vinci à sapientia.nam digito Dei tabulas etiam,in quibus insculpta fuerãt oracula,scriptas narrãt sacra eloquia: ideo nõ possunt amplius venefici corã Moses subsistere:sed cadunt tanquã in certamine deiecti robore aduersarij. Sed quod est illud quartum donum?Magnitudo nominis.Ait enim. Magnum faciam nomen tuum.id equidem sic intelligo. Sicut bonũ ac honestum esse,ita & videri prodest. est quidem veritas opinione melior:vtranq; tamen sua bona fortuna sequitur. multi enim nec fucati nec simulati cultores virtutis, capti eius natiua pulchritudine,neglectis vulgi rumusculis, petiti sunt insidiis,pro malis habiti,cùm reuera boni fuerint.cæterùm existimatio tũ demũ prodest,qũ ex re nascitur,sicut experimur in corporib⁹. Nam etiãsi omnes homines ægrotũ bene valere,aut sanũ ægrotare crederẽr,sola opinio nec morbum nec sanitatẽ efficeret. at cui Deus vtrũq; cõcesserit,vt bonus ac honestus & sit & videatur, hic verè beatus est,& verè vir magni nominis.Nec est negligẽda bona fama,res in omni vita vtilissima, ea contingit propemodum omnibus,qui præsentibus rebus contenti nihil mouẽt ex institutis maiorum,sed diligẽter conseruare studẽt patriã formam

formam reipub. Sunt enim quidam qui dum putãt ſcriptas leges eſſe figuras intelligibilium, his diligẽter dãt operam, illas facilè negligunt, quorum mihi non placet facilitas. debuerant enim vtraſq; curare, & vt obſcura quærerẽt accuratè, & manifeſta ſeruarent diligenter. nunc quaſi degerẽt vitã in ſolitudine, aut exuti eſſent corporibus, nec vllam ciuitatem, aut caſtellum, aut domum, aut ſodalitatẽ hominum ſcirent, placita multitudinis conuellendo, veritatẽ ita vt eſt nudam ſcrutãtur: quos ſacra ſcriptura docet bonã perſuaſionem non negligere, & à diuinis maiorum inſtitutis nequaquã recedere. Quamuis enim ſeptimus dies potẽtiam illius Ingeniti, creaturarũ autẽ otium ſignificet, non tamen leges de eo præſcriptæ ſoluẽdæ ſunt, vt ignem accẽdamus, agros colamus, baiulemus onera, lites exerceamus & iudicia, depoſitum repetamus, vſuras exigamus, & alia faciamus quæ feſtis diebus non licet agere. nec ideo quia feſtum hilaritatem animæ & erga Deum gratitudinẽ ſignificat, ideo reiiciendæ ſunt ſolennes celebritates: nec quia circũciſio docet voluptatum affectuúmq; omnium exciſionẽ, & inſuper opinionũ impiarum, quæ menti perſuadẽt quòd poſsit ex ſeipſa gignere, ideo debet antiquari lex lata de circuncíſione: alioquin & ſacrę ceremoniæ. & alia multa negligẽda ſunt, ſi excluſis figuris ſolaharũ ſignificata recipientur, præſtat hæc tãquam animam, illa tanquã corpus cenſeri. itaq; ſicut corpus curamus vt animæ domicilium, ſic ſcriptæ leges curandæ ſunt. nam his ſeruatis apertius noſcentur earum ſignificata, & eadem opera licebit multorũ incuſationes ac reprehẽſiones effugere. Viden' vt etiã Abraham docet ſapiẽti magna paruaq; bona adeſſe, dum magna vocat ſubſtantiã, quorum hereditatẽ ſoli tradit legitimo filio: parua verò munera, quibus natos è cõcubinis dignatur. illa nobis leges naturales, hæc ciuiles referunt. Proinde virtutem Liæ veneror, quæ poſt natum ſibi Aſer, qui ſenſibiles & adulterinas diuitias ſignificat, dicit: Beata ego, quia mactã me dicent mulieres. Rectè enim cõiectat, quæ poſtulat nõ ſolùm verè maſculis ac virilibus celebrari laudibus eorum qui integram incorruptámq; naturã honorãt: ſed etiam fœmineis eorũ, qui trahũtur & vincuntur à rebus iſtis viſibilibus, nihil præterea valẽtes intellectu percipere. eſt enim officium perfectæ animæ, vt & eſſe & videri velit: vtq; ſtudeat ſe approbare non tantùm virorum aulis, ſe etiam mulierum conclauibus. quamobrem Moſes ſacrorum operum apparatum nõ ſolis viris faciendum cõmiſit, verùm

verum & mulieribus. nã hæ telas omnes hyacinthinas, purpureas, coccinas, byſsinas, cilicinas conficiunt, hæ ſuum mundum cõferunt alacriter, ſigilla, inaures, anulos, dextralia, cincinnos, omnem auream materiã, emendo pietatẽ ornatu corporis. nec hoc cõtentæ, ſpecula ſua cõſecrant vt inde labrũ confletur: vt ſacrifici dũ manus pedésq; abluũt, id eſt opera quibus inſiſtit animus, ſeipſos ſpeculentur admoniti à ſpeculis ex quibus labrũ factum eſt: atq; ita nullam turpitudinẽ relinquant in anima. itaq; ſobrietatis ac tolerãtiæ donarium dedicant, omniũ anathematum ſacratiſsimum & abſolutiſsimũ. hæc vrbanæ ciuilésq; mulieres, ſenſus videlicet, à quibus honorari Lia poſtulat. At illæ quæ accẽdunt ignẽ in mẽte miſera, externæ ſunt. Legitur enim quòd & mulieres inſuper accẽderunt ignem in Moab. Sic & inſipientis ſenſus ſinguli accenſi, à ſenſibilibus mentem exurunt, ingentem flãmam excitando cũ impetu vehementiſsimo. Optimum igitur fuerit placare mulierum ordinem in anima, id eſt ſenſuũ, ſicut & virorũ, id eſt, rationũ particulariũ. ſic enim melius & rectius vitam inſtituemus. Propterea ille quoq; à ſeipſo doctus Iſaac optat amatori ſapientię tam ſenſibilia bona quàm intelligibilia. dicit em̃: Det tibi Deus de rore cæli & de pinguedine terræ. ac ſi dicat: primùm cõtinuà te intelligibili cæleſtíq; irriget pluuia, non larga vt inundet, ſed ſenſim lenitérq; modo roris deſcendẽte, vt poſsit. deinde ſenſibiles terrenásq; diuitias largiatur vberes, depulſa contraria paupertate animæ eiúsque partium. Quod ſi & ſummũ ſacerdotẽ rationẽ examines, inuenies eum conſentire, & veſtitũ eius ſacrum variegatũ intelligibilibus ſenſibilibúsq; potẽtiis: cuius cætera prolixiore opus habent enarratione quàm vt pręſenti tempori cõueniant: tantùm extrema examinabo circa pedes & caput. Ergo in capite eſt lamina ex auro puro, & in hac expreſsũ ſanctũ nomẽ domini: ad pedes autẽ in fimbria tintinnabula & floſculi. ſed ille typus laminæ idea eſt idearum, iuxta quam Deus mundũ expreſsit, ipſa intelligibilis & incorporea. floſculi verò & tintinnabula, ſigna ſunt qualitatem ſenſibiliũ, quas viſus & auditus iudicãt. Valde autẽ accuratè ſubdit, quòd audietur ſonus eius intrantis in ſancta: vt quãdo ad intelligibiles, diuinas, veréq; ſanctas res intrat anima, ſenſus quoq; à virtute adiuti cõſonent: & omnia ex quibus cõſtamus, tanquã frequẽs ac modulatus chorus, ex diuerſis vocibus tẽperatus, vnũ carmẽ aptè cõcinant, intelligẽtiis intus præcinentibus, quãdo in hoc choro principatum tenent intelligibilia

gibilia:sensibus autem succinentibus & respondentibus,qui sin gulis choreas ducentibus sunt similes. in vniuersum enim victus,vestit',cohabitatio,vt lex ait,tria hæc debẽtur animæ,quibus non est fraudãda.Victus sunt bona intelligibilia,in quibus ratio naturæ sequẽda est,vestitus verò, quæ ad externum ornatum vitæ pertinẽt.cohabitatio verò,est in vtraq; iam dicta specie assidua meditatio:vt qualia sunt occulta intelligibilia,talia sensibilia quoq; appareant. Est igitur quintum donum,quo solum & nudum esse conceditur. id memoratur postremum,non vt vilius quàm præcedẽtia,sed vt eminẽtissimum inter omnia. quæ enim potest esse maior benedictio, quàm si quis non fictè sed verè bonus sit? Eris,inquit,benedictione dignus,non solùm benedictus.nam hoc posterius pẽdet à vulgi opinionibus & rumoribus,illud verę laudis est.sicut enim laudabilis laudato est melior,& vituperabilis vituperato deterior: quòd alterũ de re, alterum de opinione dicatur, naturæ autẽ veritas opinione sit certior:ita benedici ab hominibus,id est laudibus eorum celebrari, minus est quàm illam benedictionem promereri etiam silẽtibus omnibus,quod εὐλογητὸν dicitur in oraculis.Hæc sunt bona quę futuro sapienti donãtur.quid autẽ & aliis donet Deus propter sapientem,deinceps videamus. Benedicã,inquit,benedicentibus tibi,& maledicam maledicentibus tibi.]Hæc in honorem viri boni fieri liquet omnibus.sed non ideo tãtùm commemorãtur,verùm etiam propter aptam rerum consequentiã. nam bonum & qui laudat est laudabilis,& qui vituperat est vituperabilis.laudi autẽ & vituperio non tam loquentes scribentésq; fidem astruũt,quàm ipsa rei veritas. itaq; nec laudare nec vituperare videntur, qui in alterutro aliquid admentiuntur de suo. An non vides istos adulatores,qui tam noctu quàm interdiu permulcent aures suis regibus, nec tantùm applaudunt dictis eorum singulis,sed & prolixis eos ornant laudibus,quos tamen execrantur taciti, quantumvis fausta ominando propalã. quid igitur aliquis mẽte sanus diceret? nónne inimicos magis quàm amicos videri hos,& vituperatores magis quàm laudatores,etiamsi dramata integra encomiorum accinãt? quapropter vanus ille Balaam, quãuis hymnos egregios in Deum cecinit, & in his illum. Non est sicut homo Deus.canticorum omnium sanctissimum,plurimis item laudibus.Israẽlem ornauit:tamẽ impius & execratus à sapiente legislatore vocatur,& irrita censetur eius maledictio,ait enim eum mercede cõductum ab hostibus

stibus profectum malo animo, & cum mente cõcepisset execrationes grauissimas contra carum Deo populum, ore linguáq; precatum præclara vaticinia.Hæc enim ei Deus fautor bonorum dictabat,cogitanti pessima,& malitioso proposito consentanea.Sic enim testatur oraculũ:Non permisit,inquit,Deus Balaamum tibi maledicere,sed vertit execrationes eius in fausta omina.Atqui nihil nisi bonum eis imprecatus est.Sed inspector animæ penetralium,cui soli aperta sunt quæ creaturas latent:contra occulta fert sententiam: testis certissimus & iudex idem incorruptissimus:quandoquidem ediuersõ probãtur qui accusando & obiurgando in speciem,bene optant & precantur intus in animo.qui mos est castigatorum,pædagogorum,prœceptorum, parentum, seniorum, legum, magistratuum. nam id genus omne nunc obiurgando,nunc castigando etiã,emendãt pertinentes ad suam disciplinam animas. nemo enim horum suis inimicus est,sed omnes beneuoli.sincerorum autem & minimè fucatorum amicorum officium est,loqui liberè sine maleuolentia.Ergo quod advota benedictionésque attinet,aut ad maledicta execrationésque,non ratio sed mens spectari debet, ex qua ceu fonte vtraque species dictorum æstimatur.hæc sunt prima quæ aliis propter bonum virum contingere dicuntur; qui eum vel laude votisque,vel maledictis & execratione prosequuntur.quod autẽ sequitur est maximum,etiam illis cessantibus:nullam partẽ rationalis naturæ relinqui expertem beneficentiæ:quia benedicentur in te omnes tribus terræ. quod dogma est certissimum.nam quamdiu mens sana & integra permanet,omnes eius familiares,tribus,potentiæue sanæ sunt,visus,auditus,sensúsq; cæteri,sicut & illæ quæ ad voluptates concupiscentiásq; pertinent,& quæ ex perturbationibus in trãquillitatem redactæ meliorem formã accipiũt. compertum enim est ad familias,ciuitates,regiones,nationes,atq; etiam tractus terrarum longè latéq; patentes,ex vnius viri probitate nõnunquã magna peruenisse cõmoda & felicitates ampliss imas,præcipuè quando quis cum bona mente accepit diuinitus inuictã potentiã:sicut cum musico & cuiusque artifici musicavel cuiuscunq; artis instrumẽta suppetunt,aut igni lignorũ materia. nã reuera fulcrũ generis humani iustus est,suas dotes cõmunicãs & in publicũ vsum cõferẽs.idẽ quicquid apud seipsum nõ inuenit,à Deo solo ditissimo postulat.at ille aperto cælesti prõptuario,niuis imbrísq; in morẽ bona depluit affatũ, vt inde omnes

terrenæ

terrenæ lacunæ reſtagnẽt. Hæc autem ſupplicationibus ſui verbi permotus largiri ſolet. Dicitur em̃ aliubi Moſe ſupplicante: Propitius eis ſum iuxta p̃ces tuas. quod videtur perinde eſſe ac ſi diceret, Benedicentur in te omnes tribus terræ. quãobrem & ille ſapiens Abrahã expertus per omnia Dei benignitatem, credidit quòd etiamſi delerentur cætera omnia, ſi modò paruæ reliquiæ virtutis tanquã ſcintilla ſeruatæ fuerĩt, ob has ipſas etiã illa miſericordiã conſecutura ſint, vt collapſa reſurgerẽt & extincta reuiuiſcerent. ſcintilla enim vel exigua fumigãs, ſi afflata fuerit, magnum excitat incẽdium. ſic & minimum quiddam ex virtute reliquum, quando bona ſpe refotum excandeſcit, & oculos prius cõniuentes cæcósq; illuſtrat, & viriditatem reddit arentibus, & quæ prius per ignorantiam ſterilia fuerãt, ad fœcũditatem reducit. adeò rarum bonum benignitate Dei diffunditur, dum cętera vertit in ſui ſimilitudinem. Oremus igitur vt ceu columna in domo, mens in anima, in humano verò genere homo iuſtus, permaneat ad calamitatũ remedium. nam hoc incolumi de publica ſalute deſperandũ non eſt: per quem opinor ſeruator Deus præſentiſsimã medicinam propitiã ſuam potentiam ſupplicibus cultoribus ſuis porrigit, vtendam ad ſalutem ægrotantium, qua oblinantur animæ vulnera, inflicta per ignorantiæ, iniuſtitię, & plurimorũ aliorum vitiorum aciem. Exemplum extat in Noë iuſto, qui ingenti diluuio deuoratis tot partibus animæ, fortiter ſupernatans fluctibus, euaſit omni clade ſuperior: & ſeruatus amplas pulchrásq; radices ex ſe emiſit, ex quibus tanquam planta enatum eſt genus ſapiens, quod mites partus progerminans triplicẽ Iſraëliticum fructũ attulit, menſuras æui, Abraham, Iſaac, & Iacob. Eſt enim & erit & fuit in rebus virtus, quã tẽporum difficultas fortaſsis obſcurat interdũ in hominibus, emergit tamẽ illa denuo, Deo dãte feliciora ſeculo: quando & Sarra, id eſt prudẽtia parit maſculum, nõ annis florens aut ætate, ſed vigore illo nullis tẽporum iniuriis obnoxio, dicitur enim: Reuertẽs veniam ad te eodem anni tẽpore, & habebit filium Sarra vxor tua. Hactenus de donis quę Deus vel perfectis viris largitur, vel propter eos aliis. deinceps narratur quòd profectus eſt Abraham ſicut locutus eſt ei dominus.] Hic autem eſt ille finis qui à prẽſtãtiſsimis philoſophis celebratur, videlicet iuxta naturã viuere. Id fit quando mens ingreſſa virtutis ſemitã, incedit per rectæ rationis veſtigia, & Deum ſequitur memor eius præceptorũ, habens ea rata dictis factísq; omnib⁹.

Profect

Profectus enim eſt ſicut locutus eſt ei dominus. id verò idẽ eſt quod, ſicut loquitur Deus. loquitur autẽ pulcherrimè & laudabiliter. nec aliter vir bonus facit ſingula, callẽ vitæ irreprehẽſibiliter dirigens, adeò vt opera ſapientis nihil differãt à diuinis eloquiis. proinde aliubi ait: Fecit Abraham vniuerſam legem meam. Lex porrò nihil aliud eſt proculdubio, quàm diuinum eloquium, facienda præcipiens, vitanda prohibens: ſicut teſtatur qui dicit quòd deſumpſit legem ex verbis ipſius Dei. Quod ſi Dei verbum eſt lex, & vir bonus ex preſcripto legis agit, ergo facit quod Dei verbũ imperat. vnde ſequitur, Dei verba opera eſſe ſapientis. Finis igitur eſt iuxta Moſen ſacratiſsimum, ſequi Deum, ſicut & aliubi dicit: Poſt dominũ Deum tuum ambulabis, ſed non motis pedibus. homini enim terra eſt pro vehiculo: Deo verò ne mundus quidem vniuerſus. Proinde per allegoriam docere videtur animã vt ſequatur diuina placita, quæ referuntur ad ſummi autoris honorẽ. nec hoc contentus quò magis accẽdat honeſtatis deſiderium, hortatur vt ei adglutinetur. ait enim, Dominũ Deum tuum timebis, & eum ſolùm coles, & adglutinaberis ad eum. Quo glutine? quo? nimirum pietate ac fiducia. nam his virtutibus mortalis natura cũ immortali vnitur & coaptatur. nam & Abraham poſtquam credidit propinquus Deo dicitur. Sed in hoc itinere ſiquis nec laſſetur genibus, nec per ſocordiã ad vtrumvis latus aberret, incedẽs per viã mediam, & bonos curſores imitãs. inoffenſè decurret per vitæ ſtadium, móxq; ad finẽ delatus coronas accipiet ac digna præmia, niſi fortè non ſunt coronæ ac præmia, non laboraſſe fruſtra, ſed pertigiſſe ad prudentiæ finem arduũ. Quis eſt igitur finis rectè ſapiendi? ſeipſum & omnem creaturã damnare ſtultitiæ. nam agnoſcere ſuam ignorantiam, finis eſt ſcientiæ, cùm vnus ſolus ſit ſapiẽs qui ſolus Deus eſt. ideo pulcherrimè Moſes inducit eũ & patrem omnium rerum & iudicem dicẽs: Vidit Deus omnia quæcunque fecerat, & ecce bona valde. Nemini enim licebat totam creaturam diligẽter perſpicere. niſi ei qui creauerat. Adeſte nunc vos qui faſtu, ignorantia, arrogantiáq; turgidi ſapientes vobis videmini, aientes vos non ſolum certo ſcire ſingula, ſed & cauſas eorũ audere reddere, tãquam mundi creationi interfueritis ſpectatores, & opifici res ſingulas diſponẽti fueritis à conſiliis. omittite cætera ſimul omnia, veſtipſos potius cognoſcite, & quinam ſitis certò pronũtiate, ſiue ſpectetur corpus, ſiue anima, ſeu ſenſus, ſeu ratio. vnum ſaltem non magnũ declaratæ,

quid sit visus,& quomodo videatis. quid auditus, & quomodo audiatis.quid gustus,tactus, odoratus, & quemodo exerceatis hæc singula,aut quinam sint horum fontes,vnde manat eorum essentia.nolo enim vt lunam,solem,cæteráq; mundana & cælestia longè remota,de quorum præcellenti natura homines vani sublimes affertis fabulas, priusquàm ipsos discatis & scrutemini,nam hoc facto tum demum fortasse credetur etiam de aliis differentibus.nisi autem quinã ipsi sitis doceatis,ne putetis vos testes aut iudices certos fore de aliis. Hæc cũ ita se habeãt,mẽs initiata pendit vectigal perfecto Deo iuxta sacras literas.lex enim tributum est domini.Quando igitur pendit?quando ad locum quem indicauit ei dominus die tertia peruenit, præteritis plerisq; partibus spatiorum temporalium,& iam transit ad naturam expertem temporis. tunc enim etiã dilectum filium sacrificabit,non hominem:nõ est enim puericida. vir sapiens:sed animæ virtutibus refertæ fœtum masculũ,fructum ex ipsa germinantem,quo ipsa nescit quomodo facta sit grauida,diuinam progeniem,ex visione Dei vt opinatur cõceptam:quod quomodo sibi acciderit,ipsa ignorare se fatetur dicẽs, Quis nuntiabit Abrahamo, quasi vix credenti ortum docti sine præceptore generis,quòd Sarræ lactat puer, non à Sarra lactatur. quod enim à seipso docetur,nutritur à nemine,sed nutrimẽtum est aliorũ, vt idoneum ad docẽdum,nec opus habens discere.Peperi enim filiũ,nõ vt Aegyptiæ mulieres vigore corporis, sed vt Hebrææ animæ,in senectute mea.quãdo quicquid est sensibile ac mortale marcescit,repubescũt autẽ intelligibilia & immortalia, quæ veneratione honoréq; digna sunt,& peperi absq; obstetricis opera. parimus enim vel prius quàm vlla humana industria scientiáq; ad nos veniat,absq; cõsuetis adiumẽtis,quoties Deus probosfœtus seminat gignitq;,qui largitori suo meritò iuxta legẽ de gratitudine reddũtur. ait em:Dona mea,munera mea,sacrificia mea,ea curate offerri mihi.Hic est finis vię sequẽtiũ verba & opera legitima,& incedentiũ qua Deus deducit. quisquis autem in ea deficit, ab esuriẽte auidóq; voluptatum & liguritore affectuũ Amalec,qui interpretatur populus elingẽs, excidetur. Narrant autem oracula,hũc esse insidiatorem.nam quando videt traiecisse robur potentiarum animæ,cooritur ex insidiis,& defessos cædit in vltimo agmine.est autem lassitudo alia facilè succumbens per debilitatem rationis non valentis labores oneráq; perferre quæ virt⁹ postulat,quales in extremo agmine deprehe

prehensi opprimuntur absq; negotio. alia verò honesti laboris patiens,& quæ bona sunt omnia fortiter perferẽs,quicquid autem vile etiamsi leuissimum baiulare dedignãs,& abiiciens vt sarcinam grauissimam.ideo virtutẽ lex apto nomine Liam appellat, quæ interpretatur fatigatio: quia malorũ hominum vitam onerosam ac grauem,suaptè natura fatigationẽ afferre arbitrata,ne aspicere quidẽ dignatur,deflectẽs ad illũ solum pulchrum oculos.Debet autem curare mẽs, vt nõ modo indefessa & intenta sequatur Deum, verũ etiã per callem rectũ incedat, nec ad dextra declinans,nec ad læua, in quibus terrenus Edom stabulatur,nunc abundans & copiosus,nunc inops & egenus.Satius est enim per viam mediam incedere vere dictam regiam, quam ille magnus & solus rex Deus muniuit in vsum animarũ virtutis studiosarum, Quapropter quidam qui mansuetam socialémq; colunt philosophiã,mediocritates virtutes dicũt esse, quas in confinio locant:quoniam arrogantiæ plena iactãtia vitium est,& affectata humilitas contẽptui sit obnoxia:mediũ verò temperamẽtum meritò habetur perutile.Illud autem,Abiit cum Lot,quid sibi velit considerãdum.Lot interpretatur declinatio. Flectitur autem mens,nunc bonum, nunc malum auersando:quod vtrunq; interdũ in vno & eodem videre licet. Sunt enim quidam dubitatores ambigui ad vtrunq; declinãtes parietem,vt nauis ventis iactata contrariis nutantes, & tanquam in bilance sũsque déque vacillãtes,nec valentes consistere: quorum ne ad meliora quidem conuersio laudem meretur, vt quæ impetu quodam fit,non ex animi sententia. In horum numero Lot quoque censeri debet,spectator quidam,qui nunc narratur peregrè profectus cum amatore sapientiæ. Decebat autem vt sicut cœperat pergeret,ignorantiam dediscerer, nec cursum ad eam denuò reflecterer. Verùm non ideo comes fit, vt melioris imitatione proficiat, sed vt & illi sit impedimẽtum ac remora, vtq; deducat eum in lubrica. id argumẽto hoc colligitur,quòd alter in morbum pristinum recidẽs captiuus abducetur ab hostibus animæ:alter cauens sibi ab eius insidiis, modis omnibus vt separetur dabit operã.quæ separatio non mox fiet sed postea. nunc enim contemplationes eius vt tum primũ incipientis res diuinas cõsiderare,debiles sunt & instabiles:vbi verò confirmatæ fuerint, poterit illecebras & assentationes vt rem infestã & suoptè ingenio caueri difficilẽ,à se seiũgere.Hoc est enim illud accidens animę,quod nõ facilè excutitur,impediens eam ne celeri

leri cursu ad virtutem properet. Idem etiam quãdo Aegyptum reliquimus, id est, vniuersã regionẽ corporis, & vt affectus dedisceremus, secuti sumus Mosis prophetica monita, à tergo inhærens remorabatur nostrũ exitum, properantes retardãs præ inuidia. narratur enim quòd promiscua turba multa vnà cũ eis ascendebat, oues bouésq; & iumentorũ ingens numerus.] Hæc promiscua turba, vt verũ fateamur, nihil aliud erat quàm animæ bruta dogmata. & valdè aptè mali viri anima ꝓmiscua vocatur. Cùm enim sit colluuies quædam opinionum inter se pugnantium, vna licet in varietates scinditur innumeras. ideo nõ solùm promiscua turba, sed & multa dicitur, nam qui vnum solum spectat, simplex, sincerus, & verè lenis est. qui verò multos fines vitæ habet propositos, multus, promiscuus, & reuera inæqualis ac asper est. Quamobrem oracula meditatorem virtutis Iacob nitida cute introducunt, hispidum autẽ Esau deditũ turpibus studiis, propter istam promiscuam & inæqualem turbã, cõflatam è cõuenis & miscellaneis opinionibus. Sic factum est vt mens quæ potuerat properato itinere corpoream regionem Aegyptum effugere, & virtutis hæreditatẽ assequi triduo, adiuta triplici lumine, memoria pręteritorum, manifesta vi pręsentium, & spe futurorum, per annorum quadraginta spatium longissimũ attereretur, per ambages errãs propter morum varietatem, cùm debuisset per cõpendiariam rectámq; viã iter facere. Hæc est quæ nõ solùm gaudet paucis aliquot cõcupiscentiis, sed nullã omnino præterire dignatur, vt vagetur per omnes totius eius generis species. Dicitur em̃ de istis admixtitiis, quod in genere cõcupiscentia laborabant, non vna quapiam eius specie. Et sedentes flebant. Intelligit enim mens se parũ proficere: & quando non potest quæ cupit assequi, lacrymatur ac gemit. Atqui gaudere debuerat quòd in morbis affectibúsq; successũ non haberet, & pro magna felicitate ducere in his penuriã egestatémq;, attamen etiam virtutis sodalibus interdum cõtingit lacrymari & languere, vel præ cõpassione in calamitatibus insipientium quibus tanguntur vt eiusdem naturæ participes, vel præ gaudio. id fit quoties cõfertim bona inexpectata more imbris inundant. Vnde mihi videtur natũ illud poëticũ Δακρυόεν γελάσασα id est, subridẽs oculos lacrymis suffusa nitẽteis. Cùm enim incidit in animam ob insperatam aliquã felicitatem ingens lætitia, noua quadã mole auget eam, vt vix capiatur à corpore. ex qua cõpressione manat liquor nominatus lacryma, de quo

quo in hymnis canitur: Cibabis nos pane imbuto lacrymis. &, Versæ sunt mihi lacrymæ in panẽ interdiu noctúq;. Sunt enim mẽtis cibus lacrymæ natæ ex bene affecto risu & honesto, quãdo colliquante diuino desiderio lamentũ creaturę in hymnum illius increati vertitur. Sunt tamen qui istam promiscuã & inæqualem turbã excludunt à se ac separant, quippe qui gaudent solius Deo carę gentis consuetudine. alij cum illa quoq; fœdus ineunt, quærentes vitæ compendium, & humanarum diuinarúmque virtutum facientes confinium, in quo vtrisque affines sint, tum his quę verè sunt, tum his quæ esse existimãtur. In hac opinione etiam reipublicæ administrator est, qui Ioseph nominari solet, quẽ in paternis exequiis deducunt omnes serui Pharaonis, & seniores aulici, & omnes seniores Aegypti, & vniuersa ipsius Ioseph familia, & fratres eius cum omnibus patris domesticis. Vides vt mediũ inter Pharaonis paternámq; familiã ordinẽ hic vir ciuilis teneat, vt ex æquo potiatur & rebus Aegypti corporeis, & rebus animæ, quæ omnes in paternis ædibus sunt reconditæ. Cùm enim ait, Dei sum: & cætera his similia, ritum paternæ domus retinet. quãdo autem ascendit currum potestatis secundæ à Pharaone, hoc est mente quæ regnare sibi videtur, fastum Aegyptiacum rursus cõstabilit. Sed miserior est rex qui putatur illustrior, & primario curru vectatur. Nã in rebus inhonestis excellere, insignis turpitudo est: sicut secũdo loco censeri, leuior miseria. Potes tamen ambiguum eius animũ discere vel ex iureiurando, dummodò per sanitatem, modò per non sanitatem Pharaonis iurat. verùm hæc posterior formula cum negatione refert disciplinam paternã semper infestam affectibus, & optantem eis exitium: altera verò Aegyptiam, quæ cupit illos incolumes. ideo quãuis tanta multitudo simul ascenderet, promiscua turba nõ vocatur: quoniã quicquid perspicaci & amico virtutis populo miscetur, præter virtutem eiúsq; opera, promiscuum cõfusúmq; videtur: in humili autẽ multitudine omnes ex æquo amãt ac honorãt terrena præmia. Hos igitur ceu fucos insidiãtes alienis laboribus. & ideo comites itineris, excludet, vt dixi, amator prudẽtiæ. cæterùm eos qui sequuntur vt imitentur, amplectetur propter honestatis æmulationẽ, partes conuenientes eis attribuẽs: ait enim, Ex comitibus meis Eschol, Aunan, Mambre, portiones accipiẽt. quod dicit de generosis moribus & spectãdi cupidis. nã Eschol bonã indolẽ significat. ab igne ducens nomen: quoniam quod generosum, idem

audax est & calidum,inhærēs omnib⁹ quę attingit.Aunan verò spectandi cupidum,interpretatur enim oculi,quod anima oculos aperiat tranquillitatis desiderio.Amborum hęreditas est vita contemplatiua,quæ Mambre appellatur, & à visione denominatur.at cōtēplationis visus aptissimus est atq; familiarissimus,ab his autem pędotribis vnctus intellectus si non esset ab exercitationibus.properè consequitur perfectā prudentiam paribus gressibus,nec præcurrens,nec à tergo relinqui sustinens, sed perpetuò hærēs eius lateri.Id liquet ex oraculo,in quo apertè dicitur,quòd perfecti ambo ascēderunt in locum quem indicauit Deus,quęquidem egregia fuit virtutum parilitas certāte laboris industria cum agilitate natiua, & arte cum bene nato felicíq; ingenio ex seipso discente,ita vt paria virtutis præmia perciperēt:ac si pictura ficturáve non solùm immobilia,inanimáq; facerēt opera,sed & per se mobiles animatásq; picturas atq; statuas.Tunc enim artes quæ prius imitebātur opera naturæ,in ipsas naturas versę viderētur.Cæterùm quisquis in tantā sublimitatē eleuatus fuerit, nullam animæ suæ partē infra in rebus mortalibus immorari sinet,sed omnes tanquā è cathena pēdentes simul attrahet.ideo tale oraculū illi sapienti est redditum:Ascende ad dominū tuum,tu & Aaron & Nabad & Abiud, & sepuaginta seniores Israël. hoc est, ascende ô anima ad eius Qui est contemplationē,compositè,rationaliter,spōtè,intrepidè,amāter,in numeris sanctis pfectisq; septenarij decuplicati. nam Aarō propheta dicitur Mosis,in lege sonorus sermo, mēti prophetans. Nabad autem voluntarius interpretatur, qui non coactus colit Deum.Abiud verò pater meus.hic nō propter imprudentiam domino,sed propter prudētiam patre opus habet Deo.Sunt autem hæ potentiæ stipatrices mentis illius quæ regnum meritò tenet.à quibus eam deduci fas est.Enimuerò periculosum est animam incomitatam ad cōtemplationem eius Qui est ascēdere,si viā nescíens tale quid audeat,quod ex ignorantia temeritate:q; magni casus proueniant. Quāobrem precatur Moses,vt ipse Deus viam ad seducētem indicet.dicit em: Nisi tuipse vnà proficiscaris,ne educas me hinc. Quia omnis motus absq; fauore diuino damnosus est:& præstat hic manere oberrando inrer mortales, sicut magna pars humani generis, quàm ad cælū à seipsis elatos subuerti per arrogantiā, sicut plurimis sophistis contigit,ratis sapientiam inueniri per rationes probabiles,nō per fidem in rebus certissimā. Fortassis autem etiam

etiam tale aliquid hic significatur:ne me in altum extollas, diuitias,gloriam,honores, principatus, & alia quæ bona dicūtur concedens,nisi me ipse comitaberis.nam ista nunc calamitates nunc vtilitates ingentes afferunt:vtilitates Deo gubernāte sententiam,calamitates alioquin.plurimis enim bona quæ dicuntur cum reuera nō sint,causa fuerunt malorum exitialium: sed qui Deum sequitur,necessarios habet comites eius sermones,q nominari solēt angeli.Proinde legitur quòd Abraham vnà faciebat iter deducens eos,ô societatem pulcherrimā, qua deducens deducitur,reddens quod accipit,non aliud pro alio,sed illud ipsum solum,quod paratum erat ad referendam gratiam, Donec enim nō perficitur,Dei verbo vtitur duce itineris,iuxta illud oraculum:Ecce mitto angelum meum ante faciem tuā, vt custodiat te in via hac,& inducat te in terram quam præparauit tibi.Attende ei,& audi eum,caue sis inobediens:non deseret enim te.nam nomen meum est in eo.at postquam ad scientiæ cacumen peruenerit,cum cōtentione currens æquiparabit quem poulò antè secutus fuerat. Iam enim ambo futuri sunt assecłæ omnipotentis Dei,nemine in comitatum eorum se ingerēte qui dissentiat:atq; etiam Lot separato, qui flectebat hactenus animam,alioqui perstare in recto ingenio valentem.

Erat autem Abraham,inquit scriptura,annorum septuagin taquinq;,quando peregrinatus est in Charran.] De hoc septuagintaquinque annorum numero, cùm rationem iam antedictis consonam habeat,aliàs dicetur diligentius. quæ sit autem Charrā,quæue inde migratio,prius scrutabimur.Neminem latere puto,qui modò leges sacras legit, quòd Abraham primū è Chaldęorum terra demigrans habitauit in Charran.Vbi defuncto ipsius patre,hinc quoq; profectus est, vt iam duos locos reliquerit.quid igitur dicemus?Chaldæi præ cæteris nationib⁹ elaborasse videntur artem astronomicam & genethliacam,terrena sublimibus,& cœlestia coaptando terrestribus, tanquam ratione musica ostendentes rerum concentum pulcherrimum, per istos vniuersi partium affectus mutuos: disiunctarum quidem locis,sed cognatione nō item.Hi suspicati sunt mundum quem videmus,aut ipsum esse Deum solum, aut eam quæ insit vniuersalem animam: quam vbi sub nomine fati & necessitatis consecrarunt,summa impietate repleuerunt vitam humanam,persuasam quòd præter hæc quæ videntur nulla sit rerum causa alia:sed solis,lunæ,stellarúmque cæterarum cursus tam

bona quàm mala dispensent singulis. Huic sententiæ de vniuersi partium inter se societate atq; cõmercio Moses videtur subscribere, docẽs vnum esse mũdum, & hunc creatũ. Nã cùm sit creatus & vnus, verisimile fit essentias elemẽtales particulares subijci causis cœlestibus quarũ ipse sunt effectus, sicut accidit corporibus vnitis vt cõtineantur à se inuicẽ. Verùm de Deo longè aliter sentit: nec mũdum, nec mundi animã esse Deũ primariũ: nec ad stellas aut earũ choreas referendos casus hominum, sed cõtineri hanc vniuersi machinã inuisibilibus potẽtiis, quas ab extremis terræ ad extrema cæli extendit opifex, prospiciens ne dissoluerentur quæ semel tam pulchrè colligauerat. nã hæ potentiæ sunt vniuersitatis nunquam rumpenda vincula. ideo siquando in lege dicitur: Deus in cælo supra, & in terra infra: nemo cogitet hæc vt sunt dicta. nã eum Qui est continere, non contineri piè credimus. potentia Dei hæc est, per quam disposuit, ordinauit, ornauitq; omnia: quæ propriè bonitas est, aliena ab inuidia maleuolẽtiáq;; gratiarũ verò mater, per quas cuncta ex non esse ad esse perduxit. nam Qui est vbiq; opinione intelligitur, cùm reuera nusquã appareat, vt verisimũ sit illud oraculũ: Ego indemonstrabilis sed quasi demonstrabilis, inuisibilis, sed quasi visibilis, cùm sim ante te. Ante omnẽ enim creaturã, & extra omnẽ incedit, nec cuiquã insistit. Hæc dicere solitus ad subuertenda Chaldaica dogmata, pergẽtes adhuc Chaldaizare, sic ad veritatem reuocã dos sibi existimat, appellãs eos his verbis: Cur ô mirandi viri subito à terra in tantam sublimitatem euecti, & super aërem quoq; promergẽtes vectamini per æthera, vt solis motus perquiratis & lunæ circuitus, cæterarúmq; stellarum choreas cõcinnas à vobis celebratas. maiora sunt hæc quã pro captu vestrarũ mentiũ, quippe quæ ad felicem diuinámque sortem pertinent. Descendite igitur à cælo, & hoc facto nõ terram denuo, nec mare fluuiósq;, aut stirpium animãtiúmq; species inquirite, sed solos vosipsos vestrámq; naturã scrutamini. ne alibi malitis habitare quàm intra vosipsos. considerando enim domi quid dominatur, quid subiicitur, quid animatum, quid inanime, quid brutum, quid rationale, quid mortale, quid immortale, quid melius, quid deterius, mox cognitionẽ Dei hujúsq; operũ percipietis. Cogitate, sicut nobis inest mẽs, ita huic vniuerso suam inesse: & q̃ sicut nostra principatũ dominiúmq; in nobis sibi vindicãs, singulis nostris partibus imperat: sic qui rerum omnium habet imperium, pro potestate ac iure mundũ regit,

regit, prospiciens non tantùm potioribus, sed & obscurioribus in speciem. Migrate igitur ab ista curiosa inquisitione rerum cælestium. Vosipsos, vt dixi, inhabitate, Chaldæorũ terra, hoc est opinione, relicta, demigrantes in Charran, sensuum regionem, quod est corporeum mentis domicilium: nam Charran specus interpretatur, qui specus loca sensuum significant. in his enim ceu cauernis ac foueis sensus insunt, visus in oculis, auditus in auribus, odoratus in naribus, gustus in faucibus, tactus in toto corpore. In his tempus terite, his per otium vacate, singulorũ naturam quoad fieri potest perquirere, & animaduersis singulorum bonis, malisque, hæc fugite, illa eligite, ac tum demum excussis diligenter ædibus propriis, & perlustratis singulis earum partibus, excitate vosipsos, & migrationem quærite, quæ non mortem, sed immortalitatem polliceatur: cuius indicia manifesta vel in his corporeis sensuum cauernis degẽtes vidébitis, nonnunquã in somnis. Tunc enim mens in secessu quodam posita, & à sensibus cæterisq; rebus corporeis digressa, cũ seipsa colloquitur, veritatem considerans velut in speculo, detersis omnibus imaginationibus, quę ex contagio sensuum inhæserãt, & diuino furore correpta vaticinatur per somnum de certissimis futurorũ euentibus. nonnũquam autem etiam vigilantes: cùm aliquis contemplationem quãpiam philosophicam nactus eam sequitur, oblitus aliarum rerũ domesticarum corporis, depulsis etiam sensuum illectamentis, si qui sunt impedimento ad intelligibilium contemplationem auidè properanti bus: tunc enim & oculos claudunt, & aures obturant, & appetitus alios cohibent, quærendo tenebras atque solitudinem: ne animæ oculus, cui diuinitus datum est intelligibilia cernere, obscuretur ab vlla re sensibili. ad hunc modũ edocti mortalia relinquere, discetis persuasiones & de illo Iogenito: nisi fortè putatis, nostram quidem mentẽ exutam corpore, sensu, ratione, & his omnibus nudatam posse res inspicere: Deum verò qui est mens vniuersitatis, nõ esse extra vniuersam rerum naturam, & continere, non contineri, non modò prouidentia penetrantem more humano, verùm etiam essentia, sicut Deo dignũ est. nam nostra mens non fabricauit suum corpus, sed est alienum opus ęium. ideo corpore tanquam vase concluditur. at vniuersi huius mens creauit omnia, opifex autẽ opificio suo potior est. itaque nunquam contineretur à deteriore se: & alioquin non conuenit patrem contineri à filio, sed magis filium confoueri patris

tris prouidentia. Ita paulatim demigrans mens, ad pietatis sanctitatisq; patrē perueniet, relicta genethlialogia prius, à qua persuasa fuerat credere mūdum hunc esse Deum primarium, non Dei principis omnipotentis opificium: & stellarum cursus motúsq; esse causas humanarū vel calamitatū vel felicitatum. Deinde considerans rebus suis, philosophata in domo propria, de corpore, de sensu, de ratione, & cognito iuxta illum versiculum, Aedibus in nostris quæ praua aut recta gerātur: aperta via quæ ab ipsa sumpto initio, spem faciat intelligendi patrem illum quæsitu cōiectatúq; difficilem, post se ipsam cognitam forte esse Deum quoq; noscet, non amplius hærens in Charran, hoc est instrumentis sensuum, sed in seipsam reuertēs. non est enim possibile vt qui adhuc mouetur non tam intellectu quàm sensibus, ad eius Qui est considerationem perueniat: quamobrem & ille vitæ modus in ordine optimo collocatus à Deo, Samuēl nomine, non dat Sauli præcepta regnandi, quamdiu inter vasa delitescit, sed inde protracto. Scitāti enim an vllus vir eò venisset, respōdet oraculum: Ecce inter vasa se occultat. Hoc audito quid debuit facere homo ingenio docili, nisi eum illinc protrahere? Accurrens, inquit, promit eum illinc. quia latēs inter animæ vasa, corpus sensúsq;, nō erat dignus qui audiret præcepta legésq; regias. Dum regnū dico, sapientiam intelligo, & sapientem regē. Post demigrationem igitur discussa caligine, iam futurus erat perspicacior. itaq; meritò & sensuum regionem, cui nomen Charran, relinquēdam censet amator scientiæ. relinquit autem iam septuagenarius, & quinq; annos natus insuper: qui numerus sensibilis naturæ insensibilisque, senioris iuniorisq;, corruptibilis & incorruptibilis est confinium. nam intelligibilis, senior, incorruptáque ratio in Septuaginta est: sensibilis iuniórque quinque sensus æquat numero. ad hanc meditator adhuc se exercens examinatur, qui nondum potest ferre palmam absolutæ victoriæ. Narratur enim quòd in vniuersum erant septuagintaquinque animæ in Iacob progenie. Ad hunc enim numerum contendentes de virtutis possessione in reuera sacro certamine pertinent animæ, colluctantes cum prognatis è corpore vitiis, nondum rationem adeptæ, sed adhuc abreptæ à turba sensuum. Iacob enim luctantis in puluere, & supplantare conantis, non victoris nomen est. sed quando visione Dei dignus habitus mutato nomine dicitur Israël, ratione septuagenaria tantùm vtitur, exciso sensuum quinario, dicente scriptura:

ra: In animalibus septuaginta descenderunt tui patres in Aegyptum. hic est numerus Mosis illius sapientis familiaris. nā optimates ex omni numero selecti septuaginta fuere, seniores omnes, nō ætate, sed prudentia, consiliis, sentētiis, atq; priscis moribus. Hic numerus consecratus offertur Deo, quoties vnà sacrificantur perfecti fructus animæ. præceptum est enim vt tabernaculorum festo præter alias victimas iuuenci septuaginta holocaustum adolerentur Deo. pro septuagenaria ratione, iuxta quā parātur & principum phialæ, quarū vna quæq; septuaginta siclos pēdebat. quoniam quæcunq; socia fœderatáq; sunt in anima, reuera pōdus & vim habēt, sanctam septuagenariam rationem, quā Aegyptus, virtutū hostis & affectuum socia natura, lugere introducitur. nā luctus apud eius ciues finitur septuaginta dierum numero. Ergo hic numerus vt dixi, Mosi familiaris est: alter ille quinq; sensuum, amanti corpus & bona extera, qui Ioseph vocitatur. Intantū enim ei curæ sunt, vt fratrē vterinū, sensualē (nō agnoscit em ex eodē patre natos) eximiis quinq; donet vestibus, ornandos sibi honorandósq; sensus existimans. Aegyptū quoq; totā in præfecturas describit, vt sub certis magistratibus annua tributa pēdant & vectigalia. Iubet enim eos frumētum vendere, hoc est materiā & alimentū copiosum recondere in vsum quinq; sensuum, & eorum vnusquisq; delicietur affatim expletus suis desideriis, & mentem tot rebus congestis grauatā demergat. Epulantibus enim sensibus mens fame laborat, sicut ediuersò illis ieiunantibus ipsa hilaritate fruitur. Non vides q; & illæ quinq; filiæ Salpaad, quas dico quinq; sensuum allegoriam, è tribu Manasse natæ sunt, qui filius fuerat Iosephi, tēpore senior, potētia iunior? meritò. vocatur enim ex obliuione, quod idem atq; sensus est. Reminiscentia verò secūda post memoriam sentitur, à qua Ephraim denominatur, qui interpretatur frugifer. hoc enim fructu optimè alitur anima, videlicet pertinaci memoria. Loquuntur igitur virgines vt ipsas decet, Pater noster mortuus est. Mors autem reminiscentiæ, est obliuio. Et mortuus est ob nullam culpam suam. Rectè, nam obliuio nō est passio voluntaria, sed externum quoddam accidens. huic non filij nati sunt, sed filiæ. quia vis memoriæ suapte natura efficax, mares procreat. Quod autem obliuiosum est, sopita ratione parit fœminas, quippe rationis expers. irrationalis autem partis animæ sunt filiæ quas sensus intelligimus, hūc Salpaad si quis à tergo reliquit præoccurrēs, nōdum tamen

tamen Moſen curſu æquare valens, temperato mixtóq; vtetur numero quinto ſupra ſeptuagenarium, qui ſignificat ſenſitiuã intellectiuámq; naturã. quando ambæ ad generationem vnius irreprehẽſibilis ſpeciei conueniunt. itaq; admiror patientiam Rebecam, dum perfectam animam habenti, & aſperitates affectuum ac vitiorũ exuto hortatrix fit vt in Charran aufugiat. dicit enim: Nunc igitur fili audi vocem meam, & ſurgẽs fuge ad Laban fratrẽ meum in Charran, & habita cum eo dies aliquot, donec auertatur furor & ira fratris tui à te, & obliuiſcatur quid feceris ei. Eleganter profectionem ad ſenſus, fugam appellat. nam reuera mens tũc fugitiua fit, quãdo relictis familiaribus ſibi rebus intelligibilibus, vertitur ad contrarium ſenſibilium ordinem. Interdum tamẽ expedit eſſe fugitiuum, ſi hoc fiat nõ melioris odio, ſed propter vitãdas deterioris inſidias. quid igitur hortatur patientia? mirum quiddam & optabile. Siquando, inquit, vides iritarum exaſperatúmq; furorẽ aut irã in teipſo, aut quopiam alio ſeruiente ingenio feroci brutóque, caue amplius etiam exaſperes. fortaſsis enim morſum infigeret immedicabilem: cura potius vt feruorẽ illum excãdeſcẽtiámq; refrigeres ac mitiges. nam ſi ad mãſuetudinẽ redierit, nihil cuiquã nocebit. at quomodo id oportet fieri? ſumpta in ſpeciem alia perſona & habitu alio, primùm obſequere eius voluntati, nihil cõtradicens: dic te eadem cum illo amare odiſſéq;. ſic enim placabitur. tum verò ſimulatione omiſſa, nihil amplius ab eo timens periculi, facilè reuerteris ad curã rerum tuarum. nã ideo Charran inducitur plena pecudibus, & habitatores eius pecuarij. Quis enim locus conuenientior eſſe poſſet brutæ naturæ, & eius curatoribus, quàm iſti ſenſus noſtri? Scitãte igitur meditatore: cuiares ſint, reſpõdent vera paſtores. Carrenos ſe eſſe. nam è ſenſu brutæ, ſicut è mente rationales, potentiæ proficiſcuntur. Percontante verò amplius, num norint Labanem, meritò aiunt ſe noſce. nam per colorẽ putantur omnes qualitates innoteſcere. colores autem & qualitates Laban ſignificat. & hic ipſe autẽ vbi perfectus fuerit, relinquet ſenſuum domũ, & animæ inquãtum animæ conſtruet, quam adhuc in laboribus & ſenſibus verſando imaginatur. dicit enim: Quando ego quoq; mihi domũ faciam? quando contemptis ſenſibus & ſenſibilibus, mentem & cogitationem habitabo, verſabórq; cum rebus ratione contemplandis, ſicut perquiſitrices rerum obſcurarum animæ, quę obſtetrices ſolẽt nominari. nã hæc faciunt propria tecta & promptuaria ſtudioſis virtutis animabus. Sed nullum munitius ædificium quàm timor Dei, qui habentibus eũ eſt pro arce inexpugnabili. Quoniam, inquit, timebãt obſtetrices Deum, fecerunt ſibiipſis domos. Egreſſa igitur è Carrẽſi agro mẽs, dicitur peragraſſe terram vſque ad agrum Sichem, & quercum illam proceram. Videamus quid ſit peragrare. Amor diſcendi eſt res ſuopte ingenio curioſa, quovis vadẽs impigrè, introſpiciẽs omnia, nulla corpora, nulla negotia relinquẽda inſcrutata iudicãs. eſt enim à natura liguritor maximus ſpectaculorũ ſermonúmq;, vt non contentus patriis, peregrinos etiam lõginquóſq; appetat. nam qui ſic affecti ſunt, abſurdum aiunt mercatores inſtito réſq; propter ſordida lucra traiicere maria, & totam terrã habitabilem oberrare, contempto æſtu ac frigore, ventis item vel nimiis vel contrariis, adhæc ſenectute, valetudine, amicorum conſuetudine, vxore, liberis, alíſq; plurimis domeſticis voluptatibus, patria, honoribúſq; ciuilibus, ſecura poſſeſsione patrimonij, & ſi quid aliud paruum magnúmve remorari eos poterat. propter pulcherrimã autem & per omnes difficultates petendam diſciplinã qua excolitur ratio, non traiicere omnia maria, omnes receſſus terrarum luſtrare diligenter ſcitãdo ſicubi ſit aliquid pulchrum viſu vel auditu, & cũ ingenti alacritate veſtigando, donec cõtingat quæſitis deſideratisq; potiri. Peregrinare igitur anima, & ſi libet de vno quoq; homine iudica, quid corpus ſit, quid agat aut patiatur, quid cogitationẽ ſenſus adiuuet, & quantum menti profit. quid ratio, & quarum rerum interpres ad honeſtatem conferat, quid voluptas & concupiſcentia ſit, quid dolor & timor, quæ cõrra hæc valeant remedia, ſiue depulſiua, ſiue præſeruatiua. Quid imprudẽtia, quid intẽperantia, quid iniuſtitia, quid cæterorũ morborum multitudo, quos peſtifera malitia ſolet parere. & quibus modis hi poſsint arceri. ediuerſõ quid prudentia, iuſtitia, temperãtia, fortitudo, ſagacitas, & in vniuerſum virtus omnis atque trãquillitas animi, & quomodo parãda ſint hęc ſingula. Perueſtiga & maximũ illum perfectiſsimúmq; hominẽ mundum hũc, diſpice & partes eius ſingulas, ſeiunctas locis, vnitas potentiis: tum quodnã ſit illud inuiſibile vinculum quo vniuntur & coaptantur ſibi inuicem. Quæ ſi quærenti non ſtatim ſe offerent, noli tædio laboris deficere. nec enim per otium iſthæc percipiuntur, ſed multis magnisque laboribus paranda ſunt. Quãobrem cupidus diſcendi in agro Sichem cõſiſtit: quod nomẽ interpretatur humeri ſuppoſit

positio, & laborem significat: quia parte hac mos est baiulari onera. id enim & aliubi memoratur de hoc ipsa athleta in hũc modum: Suppositi humerum suum ad laborem, & factus est vir agricola. Itaque caue ô mens, ne vnquam languore succumbas, sed etiam si quid visum fuerit cõtemplatu difficile, id quod in te vim perspiciendi habet, aperi, & rem penitius introspice, colluſtrans omnia, ne quid te volẽtem inuitámve possit fallere cõniuentem per incuriã. Cæcus enim est somnus, vigilia cernit acutissimè. Tibi sufficiat, si datur assiduitate quod quæris assequi, & imaginatione comprehendere. Viden' vt & quercus procera in Sichem excreuit? per quam subindicatur firmum, solidum, nulla vi flectendum frangendúmve robur, quod viro ad perfectionem tendenti necessarium est ferendis laboribus: ne animæ tribunal nominatum Dina (vox hæc iudicium interpretatur) in potestatem veniat erumnosi laboris, insidiatoris prudentię. Nam Sichem qui loco huic nomen dedit, filius est Emoris, brutæ naturæ: (Emor enim asinus dicitur) qui deditus imprudentię, alumnus temeritatis impudentiæq;, iudicium mentis violare scelestus & corrumpere ausus est: nisi quod celeriter prudentię familiares discipulíq; Simeon & Leui, munitis prius rebus domesticis expeditionem fecerunt, & occupatos adhuc voluptario labore, nõ circunciso ab affectibus, repentè oppressérunt. propter oraculum enim, quod vetat meretricem esse inter Israëlis filias, hi virginem animam eripuerunt, fortiter contempto periculo. Videbantur enim non defore vltores violati fœderis, sed terror ille mox euanuit. mox enim res ipsa falsam opinionem coarguit. Est profectò seuera scelerum vltrix, & iniuriam patientium auxiliatrix iustitia, quę frustratur illudentes virtuti: quibus pessundatis, in virgineam integritatem restituitur, quæ videbatur constuprata anima. Videbatur inquam, nunquam enim corrupta fuit. nam vbi deest assensio, nec qui patitur verè patitur, nec qui præter animi sui sententiam lędit, reus est patrati facinoris.

PHIL

PHILONIS IVDAEI, De congressu quærendæ eruditionis gratia.

SARRA vxor Abrahami non pariebat ei. Habebat autẽ ancillam Aegyptiã nomine Agar, dixítque Sarra ad Abraham: Ecce cõclusit me dominus ne parerem: ingredere ad ancillam meam, vt suscipias ex ea liberõs.] Sarræ nomen interpretatur principatus meus. nam prudentia mea, tẽperãtia mea, & particularis iustitia, aut vnaquælibet virtus alia, quę mihi soli contigit, meus tantùm principatus est. imperat enim mihi obsequenti voluntariè, pro regina mihi per naturã appositа. Hãc Moses, quod mireris, & sterilem ait, & fœcundissimã, quãdoquidem frequentissimam omnium nationum ex hac progenitam fatetur. nam reuera virtus quantum ad res malas attinet, sterilis est: bonarum verò tam fœcunda, vt ne obstetricum quidem opem requirat, partu prẽueniens earum operam. si quidem animãtes stirpésq; per interualla semel atq; iterum vt plurimum in anno suos fructus afferũt, stato naturæ tẽporúmq; ordine: virtus verò continuè sine cessatione parit omni tempore, nõ infantulos, sed probos sermones, inculpata cõsilia, facinora laudatissima. Sed neq; diuitię possessores suos iuuant, ni vtantur eis: nec prudentiæ fœcunditas nobis proderit, nisi fœtus nobis vtiles pariat. illa quidẽ non dedignatur cõuictum coniugalẽ, sed non quivis maturus est tã laudato modestóq; cõiugio, qualibus satis sunt sponsalia, quæ spem nupriarum celebrandarũ faciant. Ergo virtus principatũ tenẽs in anima mea, parit quidẽ, sed nõ mihi. nondum enim possum per ætatem liberos ex ea suscipere, actiones prudẽtes, iustas piásq;, propter multitudinẽ illegitimorum puerorũ, quos mihi vanæ opiniones enixæ sunt. Nam horum educatio continuæq; de his solicitudines, cogũt legitimã & verè ciuilem sobolem negligi. Optãdum igitur vt virtus non solũ pariat, quæ alioquin etiam parit: sed vt & nobisipsis pariat, vt adepti semẽ eius atq; progeniem, felicẽ vitã exigamus. Solet enim illa soli Deo parere, primitias bonorũ quæ accepit gratè reddẽs ei qui semper virginẽ

vuluam

vuluam,vt Moſes loquitur,aperuit.ait enim,candelabrũ,archetypum illud exẽplar,ex vna parte lucere, videlicet ad Deũ verſa.cùm ſit enim ſeptima,ſex cauliculorũ media,bifariam in terniones diuiſorum,& latus vtrunq; ſtipantium,ſurſum ſplendorem mittit ad illud vnum,quod eſtimat lumẽ lucidiſsimum,& clarius quàm vt admittat mortales oculos.ideo non dicit Sarrã non peperiſſe,ſed negat eã cuiuis parere.Non ſumus enim idonei prolem ex virtute ſuſcipere, ni prius congrediamur cũ eius famula.Eſt autem ſapiẽtiæ famula muſica logicáq; qua liberaliter inſtituimur.ſicut enim in domibus veſtibula ſunt ante ianuam,& vrbes habent ſua ſuburbia per quę adeuntur:ita & ante virtutem artes liberales ſitæ ſunt. nam illa per hãc viam aditur. Sciendum autem quòd magnorum argumẽtorum magna eſſe conuenit etiam procœmia.virtus autem eſt argumentũ maximum: habet enim materiã maximam, videlicet totam vitã hominum,meritò igitur non paruis vtetur procœmiis,ſed grãmatica,geometria,aſtronomia,rhetorica,muſica, reliqua contemplatione logica vniuerſa,quæ ſignificantur per Agar Sarræ famulam,ſicut indicabimus. Dixit,inquit,Sarra ad Abraham: Ecce concluſit me dominus ne parerem:ingredere ad ancillam meã,vt filios ex ea ſuſcipias.] Corporum cum corporibus coitus,nihil aliud quàm voluptatem quærentes, ſemouẽdi ab hoc ſermone ſunt.eſt enim hic cõgreſſus intellectus virtutisq; liberos ſibi quęrentium.quod ſi non cõtingat ſtatim tanta felicitas, diſcit tamen ille deſpõdere ſibi eius famulam & ſequeſtrã eruditionem.Vnde mirari libet verecundiã ſapientiæ,quæ non exprobrat nobis tarditatem gignendi,aut in totum ſterilitatem: quamuis oraculũ verè dicat quòd nõ pariebat, non propter inuidiam:ſed propter noſtrã memetipſorum culpam qui nõ eſſemus idonei. Concluſit,inquit,me dominus ne parerem.nec addit vocẽ illamNobis,ne videatur opprobrare infelicitatẽ aliis. Ingredere igitur,inquit, ad ancillam meã,mediarũ encyclicarum artium diſciplinam mediã, vt prius ex ea filios ſuſcipias. poſthac enim poteris etiam ex cõſuetudine cum domina genitis frui legitimis liberis. nam grãmatica hiſtorias quæ apud poëtas ſcriptoréſq; habentur te docendo, intelligentiã & multiplicem cognitionem tibi præſtabit,efficiẽtque vt contemnas figmẽta vanarum opinionum, dum ſpectas celebratas illas heroum & ſemideorũ calamitates. muſica verò cõmonſtrãs quid in rhythmis,quid in harmonia,quid in cantu diſcrepet, inconcinna

cinna ad concinnitatem reducet.geometria æqualitatis & proportionis ſemina indens in ſtudioſam animã, per cõtemplationem elegantiæ perpetuã.inſeret amorem iuſtitiæ. rhetorica & mentem ad cõſiderandum acuẽs, & ſermonem ad proferendas cogitationes exercens,rationalem verè faciet hominem, curãs id quod illi proprium eximiúmque à natura donatum eſt.dialectica rhetoricæ germana gemelláq;,vt quidam aiunt, falſos ſermones à veris diſcernens,& ſophiſmata perſuaſibilia redarguens,magnum morbum animæ deceptionem perſanabit. In his & ſimilibus verſari ac præ exercitari profuerit. fortaſsis enim contingere nobis poteſt quod multis contigit,vt per famulas in reginarũ virtutum familiaritatẽ nos inſinuemus. Videnʼ vt & corpus noſtrũ nõ prius ſolidis & lautis cibis vtitur quàm in pueritia nutritum ſit ſimplicibus & lactariis?ad eũdem ſanè modum exiſtimãdum eſt animæ quoq; pueriles cibos præparatos,artes liberales,& contẽplationes ſingularum propriasːperfectiores autem & qui verè viros deceãt eſſe virtutes.Cæterùm huius mediæ diſciplinæ præcipuas formas per duo ſigna diſcimus,per genus & nomen:ſiquidẽ Aegyptia genere, nominatur Agar.hoc autẽ interpretatur inquilinus.neceſſe eſt enim vt qui choreas encyclicarũ contẽplationum frequentat, & multiplicẽ eruditionẽ ſectatur, terreno Aegyptióq; ſit adſcriptus corpori, cũ & oculis ad lectiones opus habeat,& auribus ad auſcultandũ & reliquis ſenſibus ad tractãda ſenſibilia ſingula.nã ſine iudicatiuo iudicari aliquid natura nõ patitur. iudicatur autẽ per ſenſum ſenſibile, itaq; ſine ſenſu non poteſt quicquã percipi in hoc mũdo ſenſibili, quæ magna ex parte eſt philoſophãdi materia. ſenſus porrò eſt animæ pars magis corporea,radicata in totius animæ conceptaculo : quod vas Aegyptus figuratè nominatur. hæc eſt forma generis,quã ancilla virtutis habet.iam alteram, ſcilicet nominis,qualis ſit conſideremus. mediam diſciplinam inquilinæ ius habere contigit.nam & ſapientia & quælibet virtus eſt ſcientia, ſed ciuis & reuera huius vniuerſitatis indigena ſola ex omnibus:reliquæ diſciplinæ ſecundum & extremũ ordinem adeptæ,mediæ cenſentur inter ciues & hoſpites.ad neutrũ enim genus in totum pertinẽt,& cum vtroq; habent commune nõnihil. nam inquilini conuerſatione cum ciuibus fruũtur:ſed quia non eſt eis certum fixúmq; domiciliũ,cenſentur inter exteros.Sicut,opinor,adoptiui filij,quatenus hæredes ſiunt pro natiis æſtimãtur:quatenus aliunde nati ſunt,pro alienis.itaq; ſicut

se habet hera ad ancillam, matrona ad cõcubinam, ita se habet virtus Sarra ad disciplinã. Agar. iure igitur Abrahamo contemplationi scientiæque dedito virtus Sarra pro vxore fuerit: Agar verò id est vniuersa encyclopædia, pro pellice. Ergo qui prudentiã discit à præceptoribus, Agarem non reiiciet. est enim valde necessaria primarum disciplinarũ possessio. Quod si quis paratus est certamina pro virtute subire, & indefessus exercet se continuè duas matronas ducet, ac totidẽ ancillas pellices. singularũ autẽ diuersa sunt ingenia, matronarũ altera, sanissima optimè cõstituta pacatissimáq; motio, ex re Lia nomẽ habet. altera cori similis Rachel vocatur, ad quã intellectus certaminis exercitiisq; cupidus se atterẽs acuitur. interpretatur autẽ visio profanationis, nõ quòd profanè videat, sed cõtrà: quia visibilia sensibiliáq; collata cũ immortali natura inuisibili & intelligibili, non religiosa sed profana esse iudicat. nã cum anima nostra bipartita sit, partim bruta partim rationalis, vtriq; sua virtus est, Lia rationali parti, Rachel irrationali. exercet enim nos altera per sensus & rationis partes, vt contẽnamus omnia cõtẽnenda, gloriam, diuitias, voluptatẽ, quæ vulgus hominũ suspicit, & magna contentione persequitur, corrupto auditu, cæterorúmq; sensuum iudicio. Altera verò docet, vt inæqualẽ asperámq; viã, studiosis virtutis animabus inaccessam deuitemus, & incõfẽse pertritam à populo stratámq; incedamus. nusquã labẽte vestigio. Necesse est igitur vt prioris ancilla sic eloquẽdi facultas, & argutatio sophistica, pstigia faciẽs per cõiecturas quasdã persuasibiles. Alterius verò illa victus ratio quæ cibũ potúmq; requirit. nam earum nomina, Zelpha & Balla extant in sacris literis. Zelpha idem sonat quod oris iter, & eloquendi facultatẽ significat. Balla verò deglutitionẽ, quæ est mortalium animalium præcipuũ firmamẽtum & summè necessarium. ab hac enim sustinentur corpora, & vitę rudentes ab hac religati sunt ceu crepidine. Cùm his igitur omnibus potẽtiis meditator ille habet cõsuetudinẽ, cum alteris vt ingenuis & ciuibus, cum alteris, vt ancillis & pellicibus. Expetit enim Liam, id est morum, qui sanitatẽ in corpore, in anima honestatem & iustitiam operatur. Rachelem etiam diligit, colluctans cum affectibus, & exercens se ad temperantiã, resistẽnsq; omnibus rebus sensibilibus. Duobus enim modis vtilitatẽ capimus, dum vel in pace bonis fruimur. vel in bello mala profligamus arcemúsq;. Per Liam antiquissima & præcipua bona percipimus: per Rachelem, velut ex hostib

hostibus manubias. Huiusmodi est cum his matronis consuetudo. Opus habet nihilominus etiam Balla deglutitione meditator noster, sed vt ancilla & pellice. nisi enim edat & viuat, bene viuere non potest: quandoquidem indifferentia semper melioribus pro fundamento sunt. opus habet Zelpha quoq; differendi facultate, vt ratiocinatio duabus rebus in vnũ collatis absoluatur, ex cogitationis fonte, & riuo inde promanante per vocis organũ. Verũ isti pluribus vel vxoribus vel cõcubinis vsi sunt, vt in sacra scriptura legitur. At cùm Isaac nõ plures vxores, nõ pellex vlla, sed cõiux vnica quam virginem puellã duxerat, est perpetua vitę socia. cur ita? quia virtus quæ dicitur, qualis Abrahami fuit, pluribus eruditionibus indiget, legitimis iuxta prudentiam, adulterinis iuxta disciplinas quas liberales vocamus. itidem quæ per meditationem absoluitur, quod genus virtutis Iacob sectatum apparet. meditationes enim constant ex compluribus variis dogmatibus, antecedentibus, cõsequentibus, citius aut serius occurrentibus, & labores nunc minores nũc maiores exhibentibus. At genus à seipso doctum, in quo Isaac censetur, optimam inter omnes bonos affectus lætitiã simplicem, meram sincerámque sortitum est, nec meditatione vlla nec doctrina indigens, ad quas parandas non solũ matronis scientiis, sed & illis alteris pellicibus opus est. Cùm eñ Deus sciẽtias sine præceptore cęlitus impluit, impossibile est delectari ampliꝰ ancillis & concubinis artibus, & teneri desiderio, tãquam filiorum dogmatum illegitimorum. Siquidem dominę reginæque virtutis maritus appellatur, cui tãtus honor contigit. ea Latinè patientia, Hebraicè Rebeca vocatur. Nam quisquis naturæ suę felicitate & fœcunditate animæ sine labore sapientiam assecutus est, nullum profectum requirit amplius. habet enim in prõptu perfecta dona Dei inspirata per illas antiquas Gratias, quæ sibi optat perpetua. Et hoc est, opinor, cur ille autor omnis beneficentię, volẽs ratas suas gratias, ei qui acceperat, vxorem despõdet patientiam. Reminiscentia tamen secũdum à memoria locum tenet, & reminiscens à memore. nam ille similis est vtenti constanter bona valetudine, hic recolligenti se post ægritudinem. Nam obliuio morbus est memoriæ. Quisquis autẽ reminiscitur, necessum est, vt oblitꝰ prius fuerit quorũ meminerat. Memoriã sacra scriptura Ephraim nominat, quã vocem fertili tatem fructuũ interpretari licet: reminiscentiã autẽ ex obliuione Manassem vocant Hebræi. sic enim anima memoris profert

ceu fructū quę didicit,nihil eorum amittens:reminiscentis autē,ex obliuione euadit, qua priusquā admoneretur, tenebatur. itaq; memori marito vxor cohabitat memoria: obliuioso pellex reminiscentia,Syra genere,iactabūda & arrogans.nā Syria sublimitas interpretatur. huius cōcubinæ reminiscentiæ filius est Macheir vt appellāt Hebræi.ac si Latine dicas,patris.nā qui reminiscuntur,putāt à patre intellectu se cōmonefieri,nec reputant secum,quòd is ipse aliquādo admisit in se obliuionem, nō facturus,si habuisset in potestate memoriam.Scriptū est enim: Nati sunt filij Manassę,quos peperit ei cōcubina Syra,primum Macheir,qui genuit Galaad.Nachor quoq; frater Abrahā duas mulieres habuit,vxorē & pellicē.vxoris nomen Melcha,Ruma verò pellicis,sed nō historicam genealogiā contexit legislator sapientissimus,quod absit vt quisquā sanus suspicetur:magis rerū animæ profuturarū est hęc narratio.quod si hæc nomina vertātur in linguā nobis vernaculā,quid sibi velint apparebit.age igitur scrutemur singula.Nachor idē est quod luminis requies Melcha quod regina,Ruma significat videntē aliquid. Ergo lucē habere in mente bonū est.quod autē quiescit & cessat immotum,imperfectum bonum est.nā mala quiescere expedit,bona verò moueri.Quid enim prodest cessare bonum tibicinem aut citharistam,aut in vniuersum quemcunque artificem suam artem non exercere?nam sine actione sola contēplatio scientibus ad nihil est vtilis.nec enim pācratiasta, pugilve aut luctatur ex arena protrusus vllum fructum è studio suo referet: neq; absolutus cursor,si corripiatur à podagra, aut alioqui laboret morbo infesto pedibus.lumen autē animæ,solari simillimū est scientia.nam sicut oculi splendore, sic mens illustratur sapientia, & vsq; acutius cernere assuescit inuncta nouis semper cōtemplationibus. Itaq; luminis quies Nachor interpretatur:& meritò. Quatenus enim Abrahamum cognatione attingit, sapiētię luminis factus est particeps.quatenus autē nō est comitatus peregrinārem à creatura ad creatorē, à mundo ad mundi opificem, claudam & parum integram scientiam acquisiuit, restitantem cessantémq;,vel potius humi defixam more statuæ. Non demigrat enim ę Chaldaica regione. hoc est non desistit ab astronomicis speculationibus, creaturā magis colens quàm opificem. & mundum magis quàm Deum:imò mundū ipsum Deum esse credens, non omnipotentis opificium. Melcham autem ducit vxorem,non fortunatam aliquam reginam latè imperitantem natio

nationibus aut ciuitatibus.sed appellatam tantùm communi cum ea vocabulo.Quemadmodū enim Cælum, eò quòd inter omnes creaturas præmineat,regem sensibilium non incōuenienter quis dixerit sic & scientiam rerū cælestium. cuius professores habentur Chaldæi & astronomi,reginam scientiarum ipsi vocant propter excellētiam.Hæc igitur est matrona,concubina verò videns vnū aliquid,vel vilissimum.Proinde optimo generi cōtigit videre,quod est optimum, nempè eum Qui est. Nam Israēl videns Deū interpretatur.Secundaria verò cupienti secunda sors obuenit,spectare cælum sensibile, stellarúmque ordinem decētissimum,& choream verè musicam. Tertij sunt quidam disceptatores,qui naturas præstātissimas sensibilium intelligibiliúmq; ne attingunt quidem,tātùm circa parata ista sophismata tempus cauillando terentes.Horum concubina est Ruma,videns aliquid vel minutum,quia non possunt potiora scrutari,vnde aliquam vitæ vtilitatem capiāt. Nam sicut apud medicos quæ dicitur logoiatria multum abest vt ægrotos adiuuet:remediis enim & chirurgiis & diætis,non verbis morbi curantur:sic & in philosophia verba tantùm quidam venditant & venātur,vitam autem morbis refertam curare nec possunt nec volunt:nec pudet eos à teneris annis ad vltimam vsque senectutem sententiolas frigidas oppugnare propugnaréque, tāquam felicitas in nominibus verbisq; & in immodica inaniq; curiositate sita sit,ac non potius in componendis moribus: qui fons si bene se habeat,exulant vitia,virtus restituitur. Vtuntur tamen concubinis,id est,opinionibus dogmatibúsq;, etiam mali homines:quandoquidem scriptura dicit,quòd Thamna concubina Eliphæ,filij Esau,peperit Eliphæ filium Amalec. Egregia nepotis degeneratio.ea magis apparebit,si non tam de homine hæc intelligantur quàm de anima,& quasi anatomica ratione considerentur.brutus enim & immoderatus impetus affectuū appellatur Amalec:quod interpretatur populus elingens. sicut enim vis ignis absumit obiectam materiam, eodē modo & affectus excandescens abligurit corrumpitq; quicquid inuenit obuium.huius affectus pater Eliphas iure censetur. nā hæc vox interpretatur Deus me dispersit.An non quāprimùm dissipatur & reiicitur anima à Deo.statim hic brutus affectus nascitur?nam perspicacem & religiosam mentē,ceu generosam vitem propagat,radices extendens in æternitatē.& vbertatem ei donans ad vlum fructū virtutū.& hoc est quod Moses precatur:

Inducens plantabis eos:vt non intra vnũ diem arescar, sed immortalis longæuá; fiat Dei plantatio. Nam iniustã impiámq; animam fucatam à seipso longissimè, dissipat in locũ voluptatum, concupiscentiarum, & facinorum: qui locus impiorũ vocatur, aptius quàm ille fabulosus apud inferos. reuera enim infernus nihil aliud est quàm vita miseri, scelerati, execrãdiq; hominis. Extat autem & aliubi hoc verbum in sacris literis, Quãdo diuisit altissimus gẽtes, & dispersit filios Adam, terrenos mores omnes: quos nullius cælestis boni vidẽdi cupidos abegit, dispersos extorres & exules. nullus enim malus vel domũ habet vel ciuitatẽ, vel vllum societatis ius, sed instabilis dispergitur, passim vagus errabundúsq;, nusquã valens subsistere. Suscipit igit malus è cõiuge malitiam filiã, è concubina verò affectionem. Intellectui enim tota anima quasi coniux est vitæ socia, quæ si culpabilis est, parit vitia. corporea verò natura pellex videtur, quę affectiones gignit. Nam voluptates ac cõcupiscentiæ habitãt in corpore. mulier ipsa Thamna nominatur, ac si dicas defectus fluctuãs. deficit enim & langueſcit affectu anima, motũ & iactationem magnã sumẽs à corpore, propter coortã grauẽ tempestatẽ ex immoderato impetu. Caput autẽ tanquã animãtis omnium dictarũ partium, Esau est prĩceps generis, qui modò factura, modò quercus interpretatur: quercus, quia rigidus, inexorabilis, inobsequẽs, duræ cerui cis, amẽtiam in consilium adhibens. verè quernus homo. factura verò, quia figmentum & fabula est vita insipiens, plana tragico fastu, irritione mutua, cauillisq; comicis, nihil sani habẽs, mẽdax & à veritate aliena, qualitate carentem, inuisibilẽ informémq; naturã non aspis faciẽs, quã Meditator deamat. Testis est Moses, dicẽs: Erat Iacob simplex, domum habitans. Itaq; huic contrarius sine domo est, figmẽtorum, poëmatum, & fabulosarum nugarum amicus, vel potius ipse ludus & fabula. Hactenus de studiosi intellectus cũ coniugibus, concubinísq; cõgressu, quantũ fieri potuit, dictum est. attexenda sunt reliqua & scrutãda quæ deinceps sequuntur.

Obediit, inquit, Abraham verbis Sarræ.] Necesse est enim vt discipulus monitis virtutis obediat. non omnes enim præfectis suis obediunt, sed quotquot vehemẽter amãt scientiam. nã penè quotidie plena sunt theatra & auditoria: & philosophi sine respiratione de virtute copiosè verba faciunt, sed quęnam est horum sermonum vtilitas? cùm enim deberent attendere, quo cantes animum quidam de nauigatione ac negotiatione, quidam

dam de agricultura & reditibus, quidã de honoribus & repub. quidam de lucris ex opificiis, quidã de plectendis inimicis, quidam de amoribus, omnes de aliis rebus cogitant: vt quantũ ad rem præsentẽ attinet surdi sint, corpore tãtùm occupãtes suum locum, peregrinãtes animo, & nihil differẽtes à statuis ac imaginibus. quod si qui attendunt etiam, tantisper dum sedent audiunt. post discessum non meminerunt quicquã amplius: quippe qui venerãt vt auribus voluptatem caperẽt potius quàm vtilitatem aliquã. itaq; anima eorum nihil potuit vtero cõcipere, sed quamprimùm voluptas illa auditus cessauit, euanuit & attẽuio. Tertium genus est eorum, qui recentẽ adhuc dictorũ tenẽt memoriam, sed sophistæ cõperiuntur non philosophi. horum laudatur oratio, vita vituperatur. possunt enim dicere optima, sed nõ possunt facere. Itaq; rarus est inuentu attentus, memor, qui malit facere quàm dicere: quæ omnia testantur sacræ literæ de scientię cupido his verbis: Obediit voci Sarræ. non enim solùm audire, sed exaudire inducitur. quo vocabulo assensus & obedientia significatur aptissimè. nec absurdè dictum est illud Voci, & non loquenti Sarrę obeditum. proprium enim discẽtis est, audire vocẽ verbáq;. per hæc eñ sola discit. at quisquis meditatione virtutem non doctrina parat, nõ verba, sed quid dicatur attendit, vitam quoq; præceptoris imitans laudãdis actionibus. narratur enim de Iacob, qũ ad gentilitias nuptias mittitur, Exaudiuit Iacob matrem & patrẽ suum, & profectus est in Mesopotamiã. non dicit vocẽ nec verba exaudita. decebat enim meditatorẽ hunc vitæ imitatorẽ fieri, non sermonũ auditorem, hoc enim discẽtis est illud parantis se certamini, vt hinc quoq; meditantis & discentis appareat differẽtia, dum alter præcepto rem, alter præcepta sequitur. Assumpsit igitur Sarra vxor Abrahami Agar Aegyptiã ancillam suã, post annos decẽ quàm habitare cœperunt in terra Chanaan, & dedit eã suo marito vxorẽ.] Inuidum, amarulentũ, malignũ suapte natura est vitiũ: ediuersò virtus res mitis, benigna, socialis, omnibus modis parata generosis animis prodesse vel per se vel per alios. nunc igitur nõ valentibus nobis è prudẽtia filios suscipere, suã despõdet famulam, encyclopædiã inquã, siue orbem disciplinarũ liberalium, tantũnon sequestram agens & sponsæ ornatricẽ. legimus enim quòd ipsa suo marito hãc vxorem in manũ tradiderit. Hic quærẽdum occurrit, cur denuò Sarrã dicat vxorem Abrahami, quod iam sæpe antea docuerat. non enim affectat tautologiam pro-

lixæ orationis insigne vitiũ. Quid igitur dicendum? Quoniam ancillam prudentiæ liberalem eruditionem desponsatã narrat scriptura, ait eam non oblitam cõditionis & officij quod debebatur dominæ. sed meminisse q̃ illa sit matrona & vxor legitima, ipsa verò propter necessitatem ad tẽpus assumpta. id quod accidit omnibus discendi cupidis. qui expertus est, idoneus testis erit. Equidem cum primùm cœpi stimulari amore philosophiæ, admodũ iuuenis consuetudinẽ habui cũ vna ex eius pedisequis grãmatica, cuius partus, scribendi legendiq; facultatẽ, & narrationes poëtarũ, dedicaui eius dominæ, ac rursam cũ altera cõgressus geometria, delectatus eius pulchritudine, vt cuius mẽbris nihil esset moderatius aut castigatius, nihil ex ea natũ abscondi, sed bona fide representaui ac donaui matronæ. tertiã quoq; solicitaui. erat aũt concinna, modulata, cõposita, Musica nomine. ex hac genui colorationes diatonicas, & harmonicos cõiunctos disiunctósq; cãtus, pertinẽtes ad diatessaron, diapente, diapason symphonias. ne hæc quidẽ cælaui, quò magis dilecteret vxor legitima, aucta numeroso famulitio. Sũt enim qui ancillarum illecebris inescati. paruipenderunt heram philosophiam, & cõsenuerunt quidam in poëmatibus, quidã in delinitionibus, quidam in colorum tẽperaturis, alij in aliis rebus innumeris, nõ valentes sese ad matronã recipere. habet enim vna quæq; ars suas elegãtias quibus alliciat, quibus delectati quidã capiũtur, obliti promissorũ, quæ sibi interceſſerũt cum philosophia. sed qui à pactis non discedit, vndecunq; parat quibus dominæ placeat. meritò igitur scriptura fidem eius celebrat, affirmans nunc quoq; vxorẽ Sarram esse. etiam quãdo ipsa volente libẽtéq; maritus ancillã duxit in thalamũ. atqui sicut liberales artes cõferũt ad quærẽdam philosophiã, ita philosophia ad parandam sapientiã. Est enim philosophia meditatio sapiẽtiæ, sapientia verò scientia rerum humanarũ diuinarúmq;, & causarũ insuper. ergo sicut encyclopædia philosophiæ seruit, sic philosophia sapiẽtiæ. at philosophia docet nos cõtinere linguã, ventrem, & ea quæ sub vẽtre sunt. hæc quãuis per se expetenda, auguſtiora tamen fiunt, quãdo in honorẽ Dei & causa religionis, exercẽtur. oportet igitur nos esse memores dominæ, dũ famularum eius procos agimus, & quãuis harum mariti dicamur, illa nobis matrona sit, etiamsi nõ dicatur. Traditur autem hæc noua nupta nõ statim postquam in Chananæam terram ventũ est, sed morato in ea iam per decennium, hoc quid sit, non obiter

ter dispiciendum est. Mox à natiuitate anima nostra coalitis tantùm affectibus vtitur tristitiis, doloribus, timoribus, cõcupiscẽtiis? voluptatibus, qui per sensus in eam obrepũt, priusquã ratio queat à bonis mala discernere, & quantũ altera distent ab alteris cognoscere, nimirũ quasi somno etiam tum grauata, & vix recludẽs oculos. procedente vero tempore, cùm pueritiam egressi attingimus adolescẽtiam, statim geminę stirpes ex vna radice nascũtur, virtus & vitiũ: quas licet ambas intelligamus, vtiq; alteram eligimus, generosi virtutẽ, vitium contrarij. His prius præstructis, sciendum affectus per Aegyptum significari, vitia per terrã Chananæã. itaq; meritò populus ex Aegypto in Chananæam ducitur. nã homo, vt dixi, ex quo natus est, Aegyptios affectus incolit, radicatus in doloribus & voluptatibus. deinde ceu in coloniam migrat ad vitia, ratione iam cernente acutius, & bonũ malúmq; intelligẽte, maluni tamen eligente, quod multum mortalitatis habeat, quæ malo est propria, sicut contrarium bonũ ad Deum pertinet. Has natura voluit esse patrias ætatibus, puerili affectum Aegyptũ, pubescenti vitiũ Chanitidem. At sacra scriptura licet nõ ignara patriarũ humani generis, submonet nos quid agendũ, quidve vtile, præcipiens vt odio habeamus gẽtium leges institutáq;, his verbis: Et locutus est dominus ad Mosen, dicens: Loquere filiis Israël, & dices ad eos. Ego dñs Deus vester. Iuxta consuetudinem Aegypti in qua habitastis nõ facietis, nec in legibus eorũ ambulabitis. Iudicia mea facietis. & iuxta morẽ regionis Chanaam, in quã ego introducturus sum vos, nõ facietis. Præcepta mea facite, & ambulate in eis. Ego dominus Deus vester. Custodite omnia præcepta mea & iudicia mea, & facite ea. Qui fecerit ea, viuet in eis. Ego dñs Deus vester. Custodite omnia præcepta mea, & iudicia mea. Ergo vera vita cõsistit in dei præceptis & iudiciis, adeo vt mores impiorũ adferant perniciem. quidam autẽ non perpẽdunt affectus & vitia, vnde impiorum & facinorosorum multitudo exoritur. Ergo post exactum in Chananæa terra decennium Agarem ducamus, quãdo iam rationis participes, noxiã suaptè natura ignorãtiã & ineruditionẽ didiscimus. aliquantò pòst in numero perfecto denario legitimo eruditionem profuturam concupiscimus. Rationem autem denarij numeri diligenter exquisiuerunt musicorum filij, laudatam non mediocriter etiam à Mose sacratissimo: qui ad hũc numerum refert res pulcherrimas, vota, primitias, oblationes sacerdotũ perpetuas,

obseruationem paschatis,propitiationem,redeuntem quinquagesimo quoq; anno remissionem,& restitutionē in integrum, apparatum tabernaculi dissolubilis,aliàq; innumera, quæ memorare prolixum fuerit.tantùm potiora non silebimus. Ante omnia Noë illum,qui primus in sacra scriptura iustus pronunciatus est,à protoplasto inducit decimum, nō ad indicandā annorum multitudinem,sed vt apertè doceat:quòd sicut denarius numerorū qui deinceps vnitatem sequūtur est perfectissimus: ita iustitia in anima reuera finis est vitæ actionum.nam ternio per seipsum multiplicatus vt faciat nouenariū,res bellicosa habetur in oraculis:superueniens autem vnitas ad explendum denarium.amica existimatur.id colligitur ex nouē regnis,quādo ciuili bello quatuor affectus contra quinq; sensus insurrexerūt, & totam animam quasi ciuitatē adduxerunt in ruinæ vastitatis periculum,quod sapiens illæ Abraham decimus cum suorū manu superueniens sustulit.hic pro tempestate trāquillitatem, sanitatem pro morbo,vitam,si verum fatendum est,pro morte attulit fauente Deo victoriam assecutus,ob quam gratus obtulit ei decimas. quin & pecudum omnium quæ sub virgam, id est,disciplinam veniunt,& quæ sunt cicuris māsuetiq; generis, decimas lex segregat,iubēs vt cōsecrentur: vt tam multis exēplis discamus quàm familiaris Deo sit denarius, nouenarius verò numerus mortali nostro generi. nec tantùm animalium, verùm etiam omnium terræ fructū decimæ exigūtur primitiarum nomine.Omnes,inquit decimæ,siue frugū,siue arboreorū fructuum,consecratæ sunt domino: & omnes decimæ boum ac ouium,& omnis pecoris quod sub virga numeratur,decimæ sacratæ erūt domino.Video' vt etiā de hac mole nostra corporea verè terrena & lignea,primitias imperat?nam vita,salus,incrementū,sanitas,per diuinā ei cōtingunt gratiā.Video' vt etiam de brutis quæ nobis insunt animalibus, hoc est sensibus,idem præcipitur?nā visus,auditus,odoratus,gustus tactúsq;, diuina sunt munera,gratiarū actione dignissima. Verùm non ob hæc solùm terrena,lignea,corporea,nec ob brutas animātes,sensus videlicet,benefactorē laudare docemur:sed & ob mentem,quæ propriè homo est in homine, potior in deteriore, immortalis in morti obnoxio,ideo vt puto,primogenita omnia sibi consecrauit,pro quibus decimā Leuiticam inquā tribum accepit, vt essent,qui conseruarent custodirēntq; sanctitatem & religionē ceremoniarum,quæ ad Dei cultum referuntur. nam præcipua

nostri

nostri pars est ratio,& dignum est,vt intelligentiæ,solertiæ,sagacitatis,prudētiæ & cæterarū eius potentiarū,offerantur Deo primitiæ:qui has dotes cumulauit largiter. hac occasione permotus ille meditator inter precandum ait: Omniū quæ mihi dederis seponā tibi decimas. Et oraculū quod post victoriales præces scriptū est,quas ille à seipso cōsecratus sacerdos Melchisedec precatur:Dedit,inquit,ei decimas omniū,de sensibus bene sentire,de verbis bene dicere,de mente bene cogitare. Pulcherrimè igitur simúlq; necessariè per speciem enarrationis, qū cælestis illius & diuini alimenti monumentū in vrna aurea consecratū est,ait:quòd Gomor erat decima pars trium mensurarum.In nobis enim ipsis tres mensuræ videntur esse, sensus, ratio & mens.sensibilia sensu,verba & orationes ratione, intelligibilia mēte metimur.de his singulis tribus mēsuris primitiæ sunt offerendæ quasi quædā sacræ decimæ.vt & sermones & sensus & intellectus inculpabiliter sanéq; iuxta Deū se habeāt. hæc enim demū vera est iustáq; mensura, nostræ autē falsæ iniustæq;,meritò igitur & in sacrificiis decima pars mensuræ similæ cum victimis in altare infertur,manēte nobis reliquo nouenario numero. huc facit & quotidianū sacerdotū sacrificiū, His enim præceptum est,vt decimam partem ephi similæ semper offerant. Didicerant enim trāscenso nouenario sensibili existimato Deo,decimum & solum verum verè colere. in nouē enim partes mundus distribuitur,octo in cælo, supremum orbem & septem reliquos erraticorum siderum similes cursus habentium: nonam autem terram cum aqua & aëre. Horum enim vna est cognatio,varias mutationes recipientium.Vulgus autem has nouem partes & compactum ex his mundum colebat:at vir perfectus superiorem his opificem earum Deum decimum.emergēs enim super omnia eius opera desiderabat artificē ipsum,supplex eius cultor fieri cupiēs. ideo decimas perpetuas decimo illi qui solus æternus est,dedicat sacerdos, quod propriè animæ pascha dicitur,omnium affectuum,& omnium sensibilium trāsitus dum properat ad decimum illud quod est diuinum & intelligibile.scriptum est enim:Decima mensis decimi sumat vnusquisq; agnū per domos singulas: vt à decima illi decimo consecrentur victimæ seruatæ in anima duas è tribus partes illustratas habēte, donec in totum versa in splendorem cælestem,velut luna toto orbe fulgida, per duas septimanas aucta,non solùm custodiro,sed & sacrificare iam valeat integras

tegras & inculpatas hostias,id est,propitiationes. hoc enim fit mensis decima,anima illum decimum Deum inuocãte supplici-ter,edocta quàm humiles & nihili creaturæ sint,& quàm immenso interuallo excellat inter omnes eas ille Ingenitus. qua propter propitius vel absq; propitiatione fit seipsos dãnantib⁹ & contrahentibus,non iactabundis & fastu turgidis.hæc est remissio,hæc libertas absoluta animæ, pristinũ errorem excutiẽtis,& transeuntis ad nunquã errantem naturam,redeũtisq; ad sortem quã olim acceperat,cùm magnificè spiraret,& vigeret honestis laboribus. tunc enim eius certaminibus delectatum illud sacrũ verbum,dedit ei præmium eximiũ sortem immortalem,& ordinem in genere incorruptibili. hoc & ille sapiens Abrahã supplex orat,imminẽte incẽdio,verbotenus quidẽ terræ Sodomiticæ,re autẽ animæ bonorũ rerum sterilis & orbatæ rationis oculis:vt si inueniatur in ea denarius,ceu reliquiæ quę dam iustitiæ.detur ei venia. Orditur autem supplicationem à remissionis numero quinquagenario, & in denarium desinit, extremam redemptionem. & hoc est cur mihi videtur Moses quoq; post tribunos cẽturiones,quinquagenarios præfectos,postremò decuriones eligere:vt si mens nõ possit per seniores ordines proficere,saltem purgetur per vltimos.Pulcherrimũ documentum etiam illius studiosi seruus didicit,quãdo mirifica legatione fungens per seipsum sapienti petebat in vxorem patientiam,virtutem cognatissimam.decem enim camelos assumit,in denarij,hoc est rectæ institutionis memoriam, quòd haberet herum multorũ experimẽtorum memorem,sumit & de bonis herilibus,nõ argẽtum aurùmve,aut aliquam materiem corruptibilem:hæc enim Moses bona nũquam diceret:sed illa germana quæ solius sunt animæ viatico negotiationiq; destinat,doctrinã,profectum,studiũ, desiderium, zelũ, diuinationẽ, prophetiam,amorem bonorum operũ: quibus rebus exercitatus assiduè,iam velut ex alto portũ aspiciens, promet inaures duas,singulas drachmam pendentes,& armillas pondo aureorum decem,quas tradat puellæ offerenti hospitium.ô diuinum ornamentum,drachmam esse auditionem,pondus propter vnitatis naturam indiuisibile:auditus enim non debet cuiquã vacare,nisi vni verbo,quod virtutes vnius solius Dei decẽter exprimit:armillas autẽ aureorum decẽ. nam sapientes actiones perfectis numeris firmantur,quarũ vnaquæq; auro pretiosior est.Talis est & illa per optimates viritim facta collatio, dũ anima

ma ornatu accepto à philosophia festũ dedicationis ageret.deo doctori & præceptori agens gratias.acerrã enim aureorum decem plenam aromatibus dedicat,vt vaporem è prudentia cęterisq; virtutibus exhalantem,ille solus sapiens diiudicet.quo sacrificio vbi litatum fuerit, Moses sacrum hymnum accinet dicens: Hausit dominus odorem suauitatis. olfacere ponens pro assentiri.non habet enim ille formam humanam, nec naribus aliisve partibus instrumentalibus indiget.Paulò pòst autem & Dei tabernaculum è decem auleis cõstare dicet.nam totius sapientiæ compages numerum perfectum sortita est denarium. sapientia porrò aula est regia regis omniporentis qui solus imperat omnibus.hæc est domus eius intelligibilis, altera verò sẽsibilis mundus hic.quandoquidem & aulæa cõtexta sunt ex rebus quatuor elementa significantibus,videlicet byssо, hyacintho,purpura,& cocco,quæ illa numero referunt. Byssus terram significat ex qua nascitur. hyacinthus aërem nigricantem suaptè natura:aquam purpura, quòd hæc tinctura è mari petatur, aliter dicta conchilium.postremò ignem color coccinus,cui simillimus est.Rursum Aegyptum rebellem,quando aduersariã mentem venerata regni traditis insignibus eam ornauit solio, sceptro,diademate, decẽ plagis castigat ille rerũ arbiter omnipotens.Idem sapiẽti Abrahamo pollicetur,nec plures nec pauciores,sed decem gẽtes se deleturum,& harum agros daturum se illius posteris:denarium ducens idoneum ad omnia, tam ad honorem quàm ad pœnam,tã ad laudem quàm advituperium. verùm ista quorsum memorare pergimus,cùm sacram illã diuinámq; concionem x.in vniuersum præceptis Moses absoluerit? quæ sunt capita iuris diuini in leges plurimas partiti,radices,initia.fontes perennes mandatorum,iussa vetitaq; cõtinentium,ad vtilitatem illorum qui ea recipiunt.meritò igitur decennio post quàm è Chaldæa migratum fuerat,cum Agar contrahitur cõnubium. nec enim statim vbi ratione vti cœpimus, languente adhuc mente artes liberales appetere possumus, sed confirmata iam vi intelligendi atq; solertia,quando non superficietenus quasi aliud agẽdo,sed firma certáq; sententia res complectimur.ideo mox in contextu additur illud, Ingressus est ad Agar.Cõueniebat enim discipulo vt docti magistri ludum frequẽtaret,& discere disciplinas naturę humanę cõgruas.Et nũc quidẽ discipulus ad doctrinã ire inducitur:sępe tamẽ illa prior obuiam procurrit sine inuidia, & venientes generosè attrahit.

Sic

Sicvirtutem Liam videre licet occurrentem dicentémque Meditatori,Ad me ingredieris hodie.cùm ille rure domũ rediret. quò enim aliò debuerat ire seminum sciẽtiæ plãtarúmq; curator,nisi ad cultã à se virtutẽ? quæ nõnunquam velut periculum faciens discipulorũ alacritatis & promptitudinis, nõ occurrit, sed velata facie sicut Thamar, sedet in trivio, pro meretrice se ostentans prætereuntibus,ne quis curiosior velũ detrahat,& intemerati virgineiq; pudoris pulchritudinem decentissimã conspiciat.Sed quis est ille quæsitor discẽdi cupidus,nihil indiscussum & inexploratum sinens,nisi summus ille dux & rex, libenter perstãs in icto semel cum Deo fœdere,Iudas nomine.Diuertit,inquit,ad eam de via & dixit:Sine me vt coeam tecũ,] Nec vlterius molestus fuit,vt inspiceret quænam esset illa velata potentia,& quid sibi quæreret.Cęterùm post coitum scriptum est: Et concepit,nec exprimitur quis. Cõprehendit enim ars quidẽ discentem, adamatũ sibi persuadens:discipulus verò magistrã, quoties discit auidè.Interdum etiam quampiam ex indifferẽtibus scientiis profitens,& discipulum nactus ingeniosum,iactat suam doctrinã, credens se solum autorem eruditionis suis auditoribus,atque ita supinus incedit,& inflatus obducto supercilio,& à volẽtibus eum sectari magnã mercedẽ postulat: si quos autem sentit sitientes eruditionis,sed pauperes,auersatur,quasi solus inuenisset thesaurũ sapientiæ,hoc est illud in vtero concipere,turgere inflaríq; supra modũ:quod recidit in dedecus disciplinarum indifferentium,quas quidã ita dehonestant suaptè natura honestissimas. Quotquot igitur animæ cũ prudẽtia fiũt rebus grauidæ,pariunt nihilominus confusa discernentes separantésq;,sicut Rebeca.postquam enim vtero cõcepit scientiam discordiũ rerum virtutis & vitij, fœcunditate vsa vtrãq; naturã distinguit & separat.Quotquot autẽ sine prudentia concipiunt, aut abortiunt,aut cõtentiosum quempiam sophistam iaculatorem sagittariúmq;,vel telis velitationibúsq; impetitũ pariunt: & meritò.multũ enim interest inter cõcipientes & grauidas.nã quæ se putãt grauidas,partum sibiipsis ascribunt, eúmq; iactãt sermonibus.at quæ non dedignantur cõcipere.fatentur se nihil habere proprium,sed semina atq; genituras externè infusas cõfouere,& autorem harum veneratæ, maximum malum, scilicet sui amorem,per bonum perfectum,scilicet pietatem,depellunt.Ad eundem modum etiam legum humanarum iacta sunt semina. Erat vir quidam,inquit,scriptura,de tribu Leui,nomine

ne Amram,qui accepit vxorem de filiabus Leui.Ea grauida facta peperit filium: quem cum viderent elegantem, absconderunt tribus mensibus.hic est Moses ille purissimus intellectus, verè elegãs, qui numinis afflatu correptus legislatoriã ac propheticã facultatem adeptus est, ex genere natus leuitico paterna stirpe maternáq; florens & cognatus veritati.maximum autem quiddam primus tribus huius autor pollicetur. audet enim dicere:ipse mihi solus Deus colẽdus est,aliud præterea nihil,non terra,non mare,non fluuij, non aëris ventorúmque natura,non tempestates,nõ animalium plantarúmq; species,non sol,non luna, non multitudo stellarum ordine certo decurrentium, non cælum nec mundus vniuersus: quod promissum est magni generosíque animi, emergere supra creaturã & terminos eius traiicere,vni adhærendo ingenito, iuxta sacra præcepta, quę id disertè imperant.itaque.pro hac assiduitate cultúq; non intermissõ reddit ei sortem seipsum. Fideiubet autem pro hac mea promissione oraculum dicens,Dominus hæreditas eius.Tales partus grauidæ magis quàm concipientes animæ solent parere. Quemadmodum autem corporis oculi modò obscurè modò clarè vident:similiter etiam animæ oculus aliquãdo cõfusiores & incertas, aliquando claras manifestásq; rerum proprietates concipit. sed ille obscurus & incertus cõceptus similis est fœtui nõdum formato in vtero:clarus autem & manifestus effigiem humanã habẽti & discretas formas artuum. de quibus extat lex scripta valde bona & perutilis.Si rixãtibus viris duobus alter percutiat mulierem grauidã, & illa puerũ informem eiiciat,mulcta mulctabitur ex mariti arbitrio, eámq; mox repræsentabit. Quod si formatus fuerit,dabit animã pro anima.non enim erat simile, perfectum & imperfectum mentis opus corrumpere, neque coniectura tantundem valet quantum scientia,neq; sperata res quantum possessa.Ideo pro incerto incerta mulcta statuitur: vbi finitum est facinus,lex quoque pœnam definit.quod intelligitur non de virtute, sed de arte aliqua inculpabili.Hoc fœtu prẽgnans est,non quę concepit,sed grauida,inflata opinione. nam eam quæ concepit abortire non est possibile, quòd credibile sit absoluturum talem fœtum ipsum qui genituram indidit. ad grauidæ non est mirum si quid secus accidat,quòd hæc ægrotet sine medico.Cane autem de Agar dictum putes,quòd vidisset seipsam cõcepisse,cum dicitur, videns quòd concepit, sed de hera hoc intelligitur Sarra. nam

paulò

paulò post ipsa de seipsa dicit:Videns se cõcepisse,parata est coram ea.cur ita?quoniã indifferentes artes,& harum sectatores vident se graues vtero,sed quid gestent non satis vident:sciẽtiæ verò cernunt suos fœtus manifestissimè,nam sciẽtia maior est quàm ars.quippe ratione cõfirmata stabilitáq;. sic enim definitur:sciẽtia est ex multis intellectis facultas,meditatione acquisita.ad finem aliquem bonum ac vtilẽ:quæ clausula rectè additur,vt malas improbatásq; artes excludat.porrò scientia per rationem retinetur constãter atq; firmiter.proinde musicã.grammaticam.& harũ cognatas vocamus artes.nam quicunq; in his sunt absoluti,dicuntur artifices,musici & grammatici.philosophiam verò & cæteras virtutes,sciẽtias,& qui hęc tenent,scientiis prędítos,vt sunt prudentes,temperantes & philosophi.quorum nemo fallitur in placitis excultæ à se sciẽtiæ,sicut supra dicti falluntur in artium suarũ contemplationibus.nã sicut oculi vident,sed mens clarius per oculos.& aures audiunt, sed mens per aures melius,& nares olfaciunt,sed anima per nares efficacius:item cæteri sensus obiecta sua percipiunt, sed mẽs per eos purius atq; sincerius(loquẽdo enim propriè. hęc ipsa est oculorum oculus,& auris auriũ,&in vnoquoq; sensu sensus sincerior, vtens illis tanquã pro tribunali apparitoribus, sed ipsa naturas subiectorum iudicans,& quædam auersans,aliis assentiens) sic artes quæ dicuntur indifferentes siue mediç.corporis potentiis similes,cõtemplationes suas tractant simpliciter,scientiæ verò suas diligentius & cũ summo examine.nam sicut intellectus ad sensum,sic ad artẽ se habet scientia. nam anima est quidam(vt iam dixi)sensus sensuũ.illarum igitur singulæ exigua quædam in rerũ naturis sibi vindicant,circa quæ occupantur,lineas geometria,sonos musica,vniuersam verò naturã philosophia. nam materia circa quam versatur,est mũdus hic , & tota visibilis ac inuisibilis essentia.Quid igitur mirũ si cum vniuersum videat videt etiam partes,& quidẽ quàm illç melius,quippe illustrata maioribus acutioribúsque oculis : vt meritò hera philosophia mediam eruditionem ancillã suam prẽgnantem videat,potius quàm illa seipsam. Quis enim ignorat quòd omnibus particularibus sciẽtiis principia seminãq; indidit philosophia, ex quibus speculationes earum germinent?nam æquilaterę, obliquę, circulares,multiangulæ aliæq; figuræ, inuẽta geometriæ sunt. cæterùm punctum, superficiem,lineam.solidum,nõ item inuenit geometria. Quomodo enim illa definiret punctũ esse quod

in partes non diuiditur,lineã longitudinem sine latitudine,superficiem longitudinem tãtùm cum latitudine , solidum quod tres dimẽsiones habet,lõgitudinem,latitudinẽ,altitudinẽ.hæc enim ad philosophiam attinent,& definiendi negotium est philosophi.item scribere legeréq; est minus perfectæ grãmaticæ, quam quidam torquentes vocabulum grãmatisticã vocãt:perfectioris autem poëtarum historicorúmq; explicatio. Quoties igitur de orationis partibus disserunt , nónne tunc de inuentis philosophiæ quidam sibi vsurpare videtur?huius enim est proprium disquirere,quid coniunctio,quid nomen, quid verbum, quid commune nomẽ,quid proprium,quid defectiuum in oratione,quid complectum,quid affirmatiuum, quid interrogatiuum,quid percontatiuum,quid cõplexiuum, quid bonum malúmve.nã de per se absolutis, & propositionibus & prædicamẽtis huius est tractatio.iam semiuocalium,vocaliũ, mutarúmq; literarum discrimina,& quomodo pronuntiẽtur singulæ,& omnes elemẽtorum atq; partium orationis proprietates, nónne à philosophis elaboratæ absolutæque sunt ? quæ isti fures tanquam de torrente paucas aliquot guttulas cum inanimas suas instillauerint,non pudet eos furta ostentare quasi res proprias. Quamobrem elati & sibi placentes contemnunt dominam, penes quam solam est harum contemplationum autoritas. eum contemptum illa sentiens coarguet ingenuè dicens , Iniuriam patior,vobis pacta non seruãtibus. ex quo enim complexi estis ista rudimenta disciplinarum nata è mea famula , exhibetis ei honorem vxori debitũ,me verò sic auersamini,quasi nunquam iunctã matrimonio. Verùm hæc fortasis est nihil aliud quàm suspicio, me ex aperta cõsuetudine vestra cum mea pedisequa, coniecturam non admodum certam sumente alienati à me animi.quæ an vana sit,soli Deo notum est,præterea nemo facilè iudicauerit.ideo propriè loquitur:Iudicet Deus inter te & me:nõ prædamnans tanquã iniquè agentem, sed ambigens quasi fortasis æquum faceret , quod non ita multò pòst certo compertum fuit, dum se defendens & hæsitationi eius medicinam adhibẽs ait , En tibi puellam trado in manus tuas,vtere hac sicut tibi libet.] Nam qui puellam dicit , vtrunque faretur ,& conditionem seruilem, & ætatis imperitiam. nam puellæ nomen vtriusque rei significationi conuenit. Simul fatetur & cõtraria, puellam adultæ,dominam opponens ancillæ: tãtùm non in faciem reclamãs: equidem encyclopædiam vt iuniorem & puel-

lam in deliciis habeo, scientiam verò coniunctam cum prudentia vt maturam matronam honore prosequor. Quod autem dicit, in manus tuas, subiectionem quidem significat, verùm non hãc solam, sed etiam quiddam aliud: videlicet quòd res ancillę sint in manu corporis: corporeis enim instrumentis & potẽtiis opus habent artes liberales: res autem dominæ ad animã attineant. ad rationem enim refertur tum scientia tum prudentia, itaque quantò præstãtior, efficacior, & modis omnibus potior est intellectus vtilitas, tantò pluris facio sciẽtiam prudentiãq; quàm istam musicam vnã ex artium liberaliũ numero. Proinde cùm sis & habearis à me domina, sume, inquit, omnem meã eruditionem, & non secus quàm ancilla, vtere pro arbitrio tuo: quod scio fore non iniquum, etiamsi non tam iucundum quàm vtile fuerit, & minimũ suauitatis habuerit. bona enim & vtilis est castigatio his qui hac indigẽt: quã aliter afflictionem sacra scriptura nominat. Quapropter mox additur, Et afflixit eã: ac si diceret castigauit & coëgit officium facere. hoc enim plurimũ cõfert otio corruptis & licẽtia. sicut calcar equis cõtumacibus. Tales enim ægrè mansuescunt, & vix domantur scutica. an non vides horum præmia? insultant viris probatis, dilatantur, pinguescunt, sumunt magnos spiritus: dein assequũtur impietatis suæ misera præmia, nimirum & ipsi miserabiles infortunatiq;, dum coronantur & pronunciantur præcurrisse omnes impios. affluentibus enim leniter felicitatibus, putabãt se deos aureos & argenteos, oblectati adulterinis numismatibus, obliti eius Qui verè est. Testis est Moses dicens: Impinguatus, incrassatus, dilatatus, deseruit Deum factorem suum. Itaq; si nimia dissolutio maximũ morbum impietatem parturit, ediuersò legitima castigatio bonum gignit perfectissimum, illam tantopere laudatam emendationem. Vnde factum est quod primariũ festum azymorum, per panẽ afflictionis significatur: quãuis nemo nesciat celebritates exhilarari epulis & lætis conuictibus, nõ afflictionibus: sed liquet hanc vocem per abusum accipi pro labore castigatorio. nã maxima plurimáq; bona meditationibus parãtur & laboribus iuuenilibus. At animæ festum est rerum optimarum æmulatio. & labor ad perfectionẽ properantiũ. Quamobrem præceptum est vt azyma edantur cum amaris lactucis agrestibus, non vt sint vice obsonij: sed quia cohibere concupiscentias ne feruescant & turgeant, quidam putant amarum, nõ valentes consuetos affectus dediscere, quod mens certaminum auida

auida habet pro festiuis delitiis. Hãc ob causam, opinor, in loco qui amaritudo vocatur, lex data fuit. nam iniuriam facere suaue, laboriosum verò est iustè agere: quæ quidẽ est verissima iuris regula. Egressi, inquit, ex affectionib⁹ Aegyptiacis venerũt in Merran, vbi non poterant aquã bibere, adeò fuit amara. Vnde loco nomẽ impositum Amaritudo, & murmurauit populus contra Mosen dicens, Quid bibemus? Clamauit autem Moses ad dominum, & ostendit ei dominus lignum, quo iniecto in aquam dulcis est teddita. In eo loco datæ sunt ei iustificationes & iudicia, & ibi tentauit eum dominus. est enim certissimum experimentum animæ in labore atq; amaritudine: alioqui non facilè quò vergat discernitur. Nam multi nimis cito defessi sunt, non ferentes laborem grauem aduersarium, manus præ languore demittẽtes sicut athletæ qui desperãt de victoria, certi ad Aegyptiarum affectionũ delitias recurrere. alij verò horrendos grauésq; deserti labores tolerando fortiter, inuicti perdurauerunt in vitæ certamine. contendentes aduersus naturæ necessitates, adeò vt famem, sitim, algorem, æstum, à quibus cęteri facilè vincuntur, ipsi deuincerent. in causa fuit non solus labor, sed cum eo cõiuncta dulcedo. legimus enim aquam dulcem redditã. quæ dulcedo laboris Grœcis φιλοπονία vocatur. talis enim dulcedo nihil aliud est quàm amãtis honestatẽ zelus, amor & desiderium. nemo igitur huiusmodi afflictionem refugiat, nec putet festas epulas vocari panẽ afflictionis tãquam noxias ac non potius vtiles. nam anima castigata nutritur eruditionis placitis. cęterùm opus hoc pistorium fermento carens adeò sacrum habetur, vt oraculo præceptum sit xij. panes nõ fermentatos pro numero tribuum in sacrario proponi super mensam auream, qui panes propositionis vocãtur. lege quoque cautum est, ne quid fermenti aut mellis inferatur in altarium. est enim difficile vel dulcedines voluptatũ corporis, vel inanes tumores animæ, cõsecrare tanquam puras, cùm suapte natura impuræ ac profanæ sint. nónne igitur meritò fatidicus sermo nomine Mosis dicit: Memẽto viarum omnium, per quas te duxit dominus Deus in deserto, vt affligeret te, & tẽtaret ac probaret cor tuum, num custoditurus esses mãdata eius. nunquid afflixit te & fame pressit, ac mox cibauit manna, quam non gustarant patres tui. vt doceret te, quòd nõ solo pane viuet homo, sed in omni verbo quod egreditur ex ore Dei. Quis igitur tã profanus est vt credat tortorem Deum. qui famẽ lethi genus miserrimũ

inducat ſuper homines non valentes ſine cibo viuere? Eſt enim bonus & cauſa rerum bonarum, benefactor, ſeruator, altórq;, diuitiarũ donator munificentiſsimus, à profana malignitate alienisſimus. Sic enim onera terræ Adamum Caimũq; profligauit è paradiſo. ergo non debemus verbis ſeduci, ſed eorum occulta ſignificata diſpicere, & afflictionem interpretari caſtigationẽ, admonitionem eruditionémque. Quod autem ſcriptũ eſt, obiectos eos fami, non de cibi potúsque inopia dicitur, ſed voluptatum, concupiſcentiarum, timoris, doloris, iniquitatum, & in vniuerſum omnium quæ aut vitiorum ſunt effectus aut paſsionum animæ. Atteſtatur mihi quod mox ſequitur: Cibauit te mãna. Eum cibum ſine labore curáque hominum, non è terra more cõſueto editum, ſed cælitus exhibitum prodigioſa beneficentia, vtrum famem afflictionémque oportet dicere, an potius. vbertatem & copiam quæ inuitet ad ſecurè viuendum ſub diuinis legibus? Sed vulgus gregarium putat eos malè ſaginari qui paſcuntur diuinis eloquiis. nec mirum, quandoquidem nullum vnquam guſtum cepit alentis omnia ſapientiæ. Proinde vulgo ignotum eſt, in quanta illi felicitate atque hilaritate vitam exigant. Eſt igitur afflictionis quoddam genus vtile, in tantum, vt etiã viliſsima huius pars, nempè ſeruitus pro magno bono imputetur. Optat hanc in ſacris literis pater ſuo filio, vir optimus Iſaac inſipienti Eſau, dicens: Gladio tibi victum parabis, & fratri tuo ſeruies: vtiliſsimum iudicans ei qui paci bellum prætulerat, & arma tanquam pugnator geſtabat propter inteſtinam ſeditionem animæ, ſeruire præſtantiori, & omnia mandata diligentis temperantiam obedienter exequi. Quapropter videtur mihi quidã è Moſis diſcipulis nomine pacatus, qui patria lingua Salomon vocatur, dixiſſe: Fili caue contemnas diſciplinam Domini, & caſtigatus ab eo noli deſpondere animum: quem enim diligit arguit, & flagellat omnem charum filium. Tam præclara res habetur correptio caſtigatióq;, vt hoc certo ſigno dignoſcantur Dei cognati. Quæ enim poteſt eſſe maior cognatio, quàm quæ filio cum patre intercedit? Sed ne videamur verba verbis attexendo de induſtria ſermonem protendere, manifeſto argumento fidem iam dictis aſtruemus, quod vel ſolum poſsit ſatis docere, eſſe genus quoddã afflictionis quod ad virtutem pertineat. extat enim lex huiuſmodi. Omnem viduam & pupillum non affligetis. Quod ſi afflixeritis eos vitio. Quid ait? Ergo poteſt aliquis affligi aliter. alioquin ſuperfluũ eſſet

eſſet manifeſta inculcari, quæ vel abſq; additamento intelligi poterant. Sed reſpondebit vtique: Noui equidem etiam virtute afflictos, & caſtigatos à prudentia. ideo non omnem afflictionem culpo, ſed iuſtã legitimámq;, qua obiurgatus corrigitur, valde approbo. Stultam verò ac malam, vt noxiam meritò vitupero. Cùm igitur Agarem afflictam à Sarra audis, nihil ſuſpiceris de muliebri zelotipia. nam non de mulieribus ſermo fit, ſed de mentibus, quarum altera eruditur artibus ætati primæ conuenientibus, altera in ſtadio virtutis exercetur.

PHILONIS IVDAEI, De profugis.

ET AFFLIXIT eam Sarra, & aufugit ab ei facie. inuenit autem eam angelus domini ad fontem aquæ in ſolitudine, qui fons eſt in via Sur: & dixit ad eam Angelus domini: Ancilla Sarræ vnde venis, & quò vadis? quæ reſpondit: à facie Sarræ hære meæ fugio. cui angelus domini: Reuertere ad heram tuam, & humiliare ſub manu eius.

Et rurſum: Prægnans es, inquit, & paries filium, vocabísque nomen eius Iſmaël. hic erit ferus homo, manus eius contra omnes, & manus omnium cõtra eum.] Poſtquã ſuperiore libro de eruditione & de afflictione ſatis diximus, deinceps de profugis locũ tractabimus. nam ſæpe ſcriptura mentionẽ facit de fugientibus, ſicut nunc de Agare, dicẽs quòd afflicta aufugit à facie heræ ſuæ. cæterùm fugæ tres cauſas equidẽ exiſtimo, odiũ, timorem, pudorem, nam præ odio mulieres viros, & viri mulieres deſerunt. præ timore, parentes liberi, & ſerui dominos. præ pudore amicos amici, ſi quãdo offenſa interuenit. Quin & patres noui, qui vitę mollí aſſueti, cùm reuererẽtur filios verſos ad vitam auſterã & philoſophicam. maluerint præ pudore ruſticari, quàm in vrbe domi habitare. harũ trium cauſarum & ſacra ſcriptura meminit. certè meditator ille Iacob prę odio Labanem ſocerum, præ metu Eſau fratrem fugit, vt mox docebimus. Agar verò præ pudore diſcedit. id inde colligitur, q̃ occurrit ei angelus Dei verbũ, qui officij moneat eam, & in heriles ædes reuerti iubeat. qui etiam confirmans eam, Exaudiuit, inquit,

quit,Dominus humiliationem tuam, non à timore profectam nec ab odio:qui affectusvel ignaui animi sunt vel iritabilis:sed à pudore imagine modestiæ. alioquin si præ metu fugisset,debuerat heram ad æquanimitatem hortari. sic enim profugæ patuisset reditus, non aliter. verùm apud illam nemo intercedit, iam ante per se placatam, hanc verò beneuolus amicus & consultor arguens docet non solùm pudorem adhibere sed & audaciam.pudorem enim dimidiatam virtutem esse absque fiducia. cæterũ exquisitiores harum rerum formas spectabimus vbi series orationis eò nos deduxerit. Reuertamur ad proposita capita,incipiendo à præodio fugientibus. Cælauit, inquit, Iacob Labanem Syrũ,nec indicauit ei de fuga, & aufugit cum rebus suis omnibus. Quæ igitur fuerit causa odij,fortasse quærat aliquis.Sunt quidam qui essentiam illam qualitate omni & specie formáque carentem sibi Deum fingunt,motorem eius& autorem,nec scientes nec cupientes ex aliis discere,ignorantes rem cognitu pulcherrimam,cuius scientia prima solaq; paranda erat summo labore ac studio.in his Laban est. nam gregem non signatum ei tribuunt oracula. est autem sine signo in vniuerso materia carẽs qualitate: inter homines autem inerudita & nullo vnquam vsa pædagogo anima. Rursum alij potiores his aiunt intellectum aduentu suo disposuisse omnia. & sublata vulgi administratione ex perturbata republica legitimi regni formã induxisse. ex hoc sodalitio Iacob est,magister pecoris varietate signati.insignita eñ & variè notata est in vniuerso quidem species, in hominibus autem mens docilis & discendi auida.ergo sinaptè natura societatis amicus insignis amatórque veræ monarchiæ,venit ad illum nullo signo nobilem,materiales.vt dixi,sibi pro Deo cõsecrantem principatus,& nullos præterea credentem, vt eum errare doceat. creatus est enim mundus & omnino aliquem autorem habuit. verbum autem creatoris,signaculum est illud,à quo quicquid est, formam accipit, ideo primis creaturis perfecta species cõtigit, vtpote ad imaginem perfecti verbi expressa. nam animalia quantitatem perfectam non habent.sicut liquet ex incrementis per ætates accedentibus.qualitas autem perfecta est, & eadem semper manet, quippe quæ à semper manente fuit expessa, verbo Dei nunquã mutabili. Sed quia monitor hic animaduertit se surdo canere meritò de fuga cogitat, nimirum metuens ne illi nihil prosit & insuper ipse damnum accipiat.Nocet enim cõuictus & consuetudo

suetudo cum insipiẽtibus:quia sæpe accidit,vt anima etiam inuita aliquid contagij sibi afficet:& alioquin malè conuenit eruditioni cum ineruditione,& industriæ cum segnitie. quamobrem clamant meditatoriæ potentiæ vociferantúrq;,non dissimulando causas odij:Nũquid est nobis portio hæreditatis in domo patris nostri?nónne quasi alienas reputauit nos? vendidit nos,& deuorauit nostrũ pretium,opes & gloriæ, quas Deus patri nostro abstulit,nostræ fient liberorúmq; nostrorum. nam cùm sint & appellentur ingenuæ,non putant vllum insipiẽtem vel clarum esse vel diuitem, sed omnes ex æquo pauperes ac ignobiles,etiamsi regum opulẽtissimorum fortunas superẽt, non dicunt enim patris opes,sed ablatas patri, nec gloriam illius,sed ablatam ab eo gloriam, se habituras.priuatur autem malus veris diuitiis & vera gloria. Nam hæc bona parantur per temperantiam & prudentiam & his cognatas habitudines quæ animi generosi hæreditario iure possident.ergo non possessiones mali viri,sed quæ illæ amittit,claritas ac opes ad bonos perueniunt.amittit autem virtutes quæ his in possessionẽ cedũt.iuxta illud quod alibi legitur: Abominationes Aegypti sacrificemus domino.perfectæ enim & inculpatæ victimæ virtutes sunt,& operationes his congruæ, quas illud Aegyptium affectibus obnoxium corpus abominatur. nam sicut hic idola Aegyptiorum execranda Israëlitis perspicacibus dicuntur. & mactantur omnia:sic quæ amittit quivis insipiens,ea perueniũt ad honestatis amicum iure hæreditario.ea sunt,vera opinio,nihil differens à scientia,& diuitiæ,non qualis cæcus ille Plutus, sed cernẽtes acutissimè nullũ adulterinum numum admittentes,imò nihil inanimatum,etiamsi alioqui probatũ sit. meritò igitur homo diuinoũ bonorũ expers deseritur, qui dum alium accusare conatur,imprudens seipsum culpat,dicendo: Si indicasses mihi,dimisissem te.] Atqui ob hoc ipsum dignus eras deseri,q; innumeris dominis seruiens,principem te simulas,& libertatem polliceris aliis.Ego verò itineris ad virtutẽ ducentis auxiliatorem hominẽ non accipio,sed obedio iubenti hinc discedere oraculo,cuius ductum sequor nũc quoq;,sed quomodo me dimisisses?nimirum vt iactas,cum hilaritate mihi molesta,& insuaui musica,cum tympanorũ strepitu nihil significãte,& obtundente aures animæ.cum inconcinnis citharis,æquẽ ac vita cætera.Imò hæc ipsa sunt quæ statui fugere: & tu putas me sic posse retrahi,vt cursũ reflectã ad sensus natura fallaces,

quos nunquam libenter attigi. Hæc est fuga cuius causa fuit odium: dicemus & de ea quæ præ metu fit. Dixit, inquit, Rebeca ad Iacob: Ecce Esau frater tuus necẽ tibi minatur. Nunc igitur mi puer, audi vocem meam, & surgẽs fuge ad Labanem fratrẽ meũ in Charras, habitabísq; cum eo dies aliquot, donec auertatur ira fratris tui, & obliuiscatur eorũ quæ cõmisisti in eum, & ego te accersam.] Timendum est enim ne deterior pars vel clam per insidias, vel aperta vi meliorem opprimat: & optimè consulit Rebeca rectè sentiẽs patientia: Si quando videbis, inqt, vitium magno impetu ferri cõtra virtutem, & ista contemnenda magni facere, diuitias, gloriam, voluptatem, & ideo laudare iniustitiam, vt causam horum quæ nominauimus, eò quòd ad opes ac gloriam iniusti ante omnes perueniant: caue ne statim diuersam viam ingrediaris, versus ad egestatem & humilitatem, néve tetricam vitam ac solitariam instituas. irritares enim aduersarium, & molestiorem inimicũ tibi parares. aduerte igitur quomodo petitiones eius euitare valeas, versare cum eisdem, nõ dico studiis, sed obiectis eorũ quæ diximus, honoribus, potestatibus, argento, auro, possessionibus, coloribus, formísq; eximiis & elegãtiis. ea nactus, vt honus opifex, optimas species materiarũ notato, vnde laudabile opus facias. an nescis quod imperitus si nauem accipiat aptam ferẽdis tẽpestatibus, subuertit: eandem gubernator exercitatus sæpe seruat è naufragio? itidẽ ægroti ab imperitis medicis vexati periculum salutis incurrũt: ediuersò à peritis adiuti. etiam è periculosis morbis euadũt? & quid multis verbis opus est? Semper quod ex arte fit, inertiam redarguit & imperitiam, vt si laudes illud, eadem opera diuersum vituperes. Ergo si vis opulentũ vt malum redarguere, ne auerseris pecuniarũ copiã. nam ille miser maturè se ostẽdet, aut sordidum appensorẽ obolorum & illiberalẽ fœneratorem, aut luxu perditum & promum magis quàm condum, meretricũ, lenonũ, productorum, & huiusmodi sodalitij patronum fautorémq; profusissimũ. tu verò collationes facies in amicos pauperes, munificus eris erga patriã, pauperũ parentum filias frugali dote augebis: tantũnon in medium tua proponẽs. inuitabis ad fruẽdum quotquot digni fuerint hac gratia. pari modo si ambitioso & gloriæ mancipio vis exprobrare miseriam. & potes ipse honores adipisci, ne auerseris laudẽ publicã. sic enim supplãtabis illum fastuosè incedentem & gerentem se magnificè. ille abutetur sua claritate ad iniuriam & cõ-

tumel

tumeliam aliorũ se præstantiorum, fauens cõtra eos deterioribus. tu cõtrà cum omnibus dignis cõmunicabis honorẽ, securitatem parans bonis viris, reliquos admonendo corrigẽs. quod si ad cõpotationem aut sumptuosum cõuiuium eũdum erit, ito cum fiducia, intẽperantẽ pudefacturus tua dexteritate. nã ille pronus, & concupiscentias prius quàm os diducens, auidè ad saturitatem ingeret etiam quæ proximis sunt apposita, nec pudebit eum ligurire omnia. móxq; cibo differtus, spumãtem pateram, vt poëtæ loquuntur, hauriet, cõuiuis irridentibus & cauillantibus. tu verò si nemo cogat, contentus eris modicis: quod si quando necesse habebis frui largius, ratione in consilium adhibita nunquam voluptatem vertes in molestiã: sed vt ita loquar, salua sobrietate fies ebrius. non iniustè igitur veritas incusare posset eos qui temerè deserunt vitam ciuilem & curam augendæ rei domesticæ, dicúntq; se gloriam & voluptatem contemnere. arrogantia est ista non cõtemptus, sordidatos & ttistes durè tetricéq; vitam sustẽtare, atq; ita inescare homines. venditãdo se pro honestatis, frugalitatis patiẽtięq; amatoribus. sed qui perspicaciores sunt nõ decipiuntur, dum intus eos quàm in cute spectare malunt. remotis enim istis velamẽtis, quod post ea lateat considerant: ac tum demum si quid est boni admirantur, damnans contraria, & fucatos histriones auersantur. hoc geuus homines sic appellãdi sũt. Cur ita vobis placet vita solitaria semotis à populo? quod specimẽ probitatis prius edidistis? pecuniã contemnitis? scilicet quia iustè prius eam tractastis. simulatis vos ventris & eorum quæ sub ventre sunt voluptates negligere: abstinuistis ne ab his cùm haberetis earum copiã? at gloriam cõtemnitis. fuistísne vnquam modesti in honoribus? reip. curam deridetis, fortasse quia quàm vtilis sit nõ intelligitis. exercitati prius in publicis priuatísq; negotiis, in germanis virtutibus politica œconomicáq;, & vsu parta harum peritia, trãsiuistis ad aliam vitę rationem meliorem scilicet. decet enim in actiua vita periculum facere, eum qui in cõtemplatiua exerceri vult. sic enim licebit otij pigritiæq́; crimen effugere. sic & leuitis præcipitur vt fungantur ministerio vsq; annum L. deinde iam immunes cõtemplentur singula, bene actæ in ceremoniis vitæ præmiũ accipientes aliã gaudẽtem sola cõsideratione rerum ac scientia. & alioquin etiam nscessitas postulat, vt qui se putant dignè affectare diuina, in iure humano prius cõsumati fuerint, est enim magna stultitia credere se assecuturũ maiora,

qui ſpe minorũ fruſtratus ſit. Innoteſce igitur primùm per virtutes humanas, vt mox per diuinas ſias cõmendatior. Hæc ſunt quæ Meditatorem docet patientia. Diſpiciamus verba eius diligẽtius. Ecce, inquit, Eſau frater tuus minatur tibi.] Quernus ille & ob inſcitiã cõtumax mos, Eſau nomine, iraſcitur: & porrigens perniciosas eſcas, pecuniã, gloriam, voluptates, cæteráq; id genus tuæ mortali vitæ inſidiatur. tu verò puer fuge præſens certamen: nõdum enim adultus es robore, ſed adhuc nerui tuæ puerilis animæ ſunt molliuſculi. ideo puerum eum appellat, ſimul affectus ætatisq; vocabulo. nam exercitatorium morẽ iuuenẽ necdum perfectum, dignum beneuolentia ducimus. talis autem idoneus eſt præmia propoſita pueris auferre, cùm non poſsit illa quæ viri appetũt. virorũ verò præcipuum prçmiũ eſt cultus ſolius Dei. quapropter ſi quãdo nondum ſatis purificati, & contenti vitæ ſordes vtcũq; abluiſſe, ad religioſas aulas venimus, mox reſilimus à limine, nõ ferentes durum victum, aſſiduos labores & peruigilia. fugiendũ igitur hoc tẽpore & quod peſsimum & quod optimum. peſsimum quidem figmẽtum illud fabuloſum, poëma verſuum malorum & carminum, commentum ineruditũ ac proinde durum atq; ligneum, quod Eſau præ ſe fert ipſo nomine: optimum verò, anathema. genus enim deſtinatum diuino cultui oblatio quędam eſt Dei, cõſecrata ad eius ſolius ſummũ ſacerdotium. nã cohabitatio cum malo nocet maximè, cũ bono verò perfecto periculoſa eſt. itaque Iacob & ab Eſau fugit, & ablegatur à parẽtibus: quippe qui meditator cùm ſit dimicans adhuc in certamine, fugit quidẽ vitiũ, ſed nõ poteſt cũ perfecta virtute viuere, vt nullius præceptoris opera indigeat. ideo proficiſcetur ad Labanem, nõ illum Syrã, ſed fratrem matris ſuæ. hoc eſt, ad vitæ claritatẽ perueniet. nã Laban cãdidus interpretatur, quò poſtquam peruenerit, nõ eriget ceruicẽ, inflatus fortunæ proſperitatibus. Syrus enim elatum ſignificat. nunc autẽ Syri Labanis nulla fit mẽtio, tantùm Rebecę frater dicitur. nam vitę facultates malo viro datæ mentem extollunt vacuã prudẽtia, quod Syri nomine intelligitur: eaſdem ſi amator eruditionis accipiat, conſtanter permanet in honeſtatis placitis. hic eſt ille frater Rebecæ patiẽtię. habitat aũt Charran, id eſt, cauernas, per quas ſenſus ſignificãtur. quiſquis enim adhuc mortalis vitæ cœtus celebrat, opus habet inſtrumentis ſenſuũ. Habita igitur, inquit, mi puer cum eo, nõ in perpetuũ, ſed dies aliquot. hoc eſt, cognoſcę regionem ſenſuum, cognoſce teipſum

teipſum partésq; tui, quid ſint ſingulæ, ad quid factæ ſint, quam vim innatã habeant, quis intus latens adductis reductísq; neruis miros motus faciat, ſiue tua propria mens, ſiue illa vniuerſę rerum naturæ communis. deinde teipſo ſatis explorato, etiam res Labanis diligenter inſpice, vanæ gloriæ felicitates vt videtur magnificas, cauens ne ab vlla capiaris, ſed tanquã bonus opifex artificioſẽ ſingulas tuis vſibus accõmodes. nam ſi in hac ciuili promiſcuáq; vita mores cõſtantes & bene inſtituos præ te tuleris, accerſam te illinc, vt præmia qualia tui parẽtes pcipias. erit autem præmium, cultus illius ſolius ſapiẽtis certus & perpetuus. eadem & pater docet paucis additis dicens: Surgẽs fuge in Meſopotamiam in domũ Bęthuelis patris matris tuę, & duce inde tibi vxorẽ è filiabus Labanis fratris matris tuæ. Rurſum etiam hic non Syrum dixit Labanẽ, ſed Rebecæ fratrẽ, futurum meditatoris affinem per cõnubium. Fuge igitur in Meſopotamiam, hoc eſt in medium torrentẽ huius vitæ, & caue ne vndis eius mergaris, ſed ſuſtinẽs aduerſos impet' & vndiq; prementes vortices, propulſa hos fortiter. nam in ſapientiæ domo trãquillam ſtationem inuenies, in quam te facilè queas recipere. Vocatur autẽ in ſacris literis ſapientia Bæthuel: quod nomẽ interpretatur, filia Dei. Nimirũ germana filia, virgo perpetua, intactam impollutámq; naturã ſortita, tum propter ſuam pudicitiã, tum propter parentis dignitatẽ. dicitur autẽ Bæthuel Rebecę pater. & quomodo filia Dei, ſapiẽtia, iure pater dici poteſt? an quia ſapientia nomen fœmininum habet, naturam verò maſculam? ſiquidem virtutes omnes habẽt appellationes fœmininas, vires autẽ & actiones virorum perfectiſsimorum. quoniã quicquid poſt Deum eſt, quãtumvis antiquum ſit, cùm ſecundo loco cẽſeatur, collatum ad omnipotentẽ illum non tam maſculinũ videtur quàm fœmineũ, vt cæteris creaturis ſimile. cùm enim penes mares ſit ſexus priuilegiũ, deteriores habẽtur fœminæ. proinde parum ſoliciti de huiuſmodi differẽtia nominum, pronunciamus filiam Dei ſapientiã matrem & patrem eſſe gignentem in animabus eruditionem, diſciplinã, ſcientiã, prudẽtiam, actiones honeſtas & laudabiles. ab hac meditator Iacob petit ſibi cõiugem. vnde enim aliàs inuenire poteſt ſociam inculpabilem, cum qua ætatem omnem exigat? Cęterùm de fuga diligẽtius præſcribitur in lege de homicidiis, in qua omnes enumerantur ſpecies, tum volũtariũ homicidium, tum inuoluntarium, ſiue dolo patratum ſit ſiue cõſilio. verba legis ſunt hæc.

Si quis

Si quis alterum percusserit,& ille mortuus fuerit, ipse quoque morte moriatur,quòd si nõ volẽs fecit,sed Deus eum in manus eius tradidit,dabo tibi locũ quo homicida fugiat, quòd si quis per insidias proximum occiderit,& ad altare meũ confugerit, abstractum inde afficies supplicio.Cùm scirem leges nullo vti verbo superuacaneo,qualia per nimiam loquacitatẽ excidunt, hæsitaui intra meipsum,cur homicidã voluntarium nõ modò mori pronuntiet,sed morte mori. quid enim aliud morientes quàm mors enecat?adita igitur muliere sapiente,cui nomẽ dissceptatio,desij quærere.ea respõdit, malos etiamsi ad extremũ pertingant senium,esse mortuos,quòd virtuti non viuant,probos verò etiamsi disiungantur à corpore,sortitos immortalitatem in sempiternum viuere,sentẽtiam hãc confirmabat per oracula:vnũ erat hoc.Qui adhęretis dño Deo,viuitis omnes hodie. Supplices Dei solos agnoscit pro viuis,reliquos habet pro mortuis.illis verò etiã immortalitatẽ pollicetur, nõ solùm dicens viuitis,sed addens hodie.per hãc enim vocẽ intelliguntur infinita secula.mensium enim annorũ & in vniuersum tẽporũ circuitus,dogmata sunt hominũ magnifaciẽtiũ numeros. verũ autẽ nomen æui est hodie.sol enim nunquam mutatus semper idem est,nũc sub terra nũc super terrã decurrens,diei noctisq; arbiter,quibus metimur secula. Alterũ autem oraculũ sic attestabatur.Ecce posuit corã te vitam & mortẽ.bonum & malum. ergo vir sapiens crede bonum virtutẽ & vitam esse, malũ verò mortẽ & vitium.Aliubi quoq; legitur: Hæc est tua vita & longæuitas,dominũ Deum tuũ diligere.Egregia vitæ immortalis definitio,Dei dilectione amoréq; incorporeo corripi, sic sacerdotes Nadab & Abiud vt viuãt moriuntur,pro mortali vita recipientes incorruptibilem,& à creaturis ad creatorẽ migrãtes. argumentũ immortalitatis eorum est quod legitur,Tunc mortui sunt corã domino,id est,vixerũt.mortuũ enim nefas est venire in conspectũ Dei.Idem dicit ipse dominus:In propinquãtibus mihi sanctificabor.Mortui verò,sicut & in hymnis canitur,nõ laudabunt dominum. hoc enim viuorum est officium. Caimi verò impudentis fratricidæ mors nusquã in lege inuenitur,imò extat hoc oraculum de illo: Apposuit dominus Deus Caimo signum,ne quis eum inuentũ interimeret.Cur ita?Opinor,quia impietas malum est infinitum, quod semel accẽsum nunquam extingui potest,in quam competit illud poẽticum:

Immortale malum,nulla delebile morte.

Immor

Immortale in præsenti vita,alioquin apud Deũ examine mortuúmq;,& vt quidam,inquit,abiectius quàm sterquiliniũ. oportebat autem diuersas regiones rebus differentibus attribui,bono cęlum,malo terræ confinia.Itaq; bonũ superna petit,etiamsi nonnunquam ad nos descẽdit:quia pater eius est munificus.sed meritò cupit sursum recurrere.Malum verò hic permanet,à diuino choro semotum quàm longissimè,oberrãs circa vitã mortalem,cùm non possit morte sua mortale genus relinquere. id quidam inter sapientes celebratus testatur magnificè in Theæteto sic:Sed nec penitus extirpari mala est possibile:nãDeo semper aliquid opponi necessum est:nec tamẽ apud superos locum habere possunt,coacta circa mortalem naturã & hæc inferiora loca oberrare.quare conandũ est hinc illuc fugere quàm celerrimè.est autẽ fuga,si Deo similes efficiamur pro viribus.proinde meritò Caim nõ moritur,qui significat vitiũ, semper victurum in genere mortali cum hominibus.itaq; nõ absurdè dictũ est morte mori homicidã,propter causas iam prædictas. quod autem dicitur de inuoluntariis homicidis:Non spõte,sed Deus eum tradidit,valde bene dictũ est.existimat enim volũtaria facinora esse nostri animi, inuoluntaria verò ad Deum referẽda: non loquor de peccatis,sed de pœnis peccatorũ.nõ est enim decorũ,vt ipse Deus puniat, cũ sit primarius legislator optimus, sed per alios animaduertit in homines noxios: non per semetipsum.Cõuenientius enim est vt gratias,beneficia,munera,porrigat ipse suaptè natura bonus ac munificus: supplicia verò nõ sine iussu eius,qui regnũ sempiternũ tenet, per alios tamẽ exigãtur quos decet tale ministeriũ.Testis est mihi meditatorille his verbi:Deus qui nutrit me à iuuentute mea,angelus ille qui me liberat è malis omnib⁹.antiquiora bona quibus anima nutritur,acceptaDeo fert:Dei famulo posteriora,quæ ad fugã peccati pertinẽt.ideo sicut opinor,& cùm de mũdi opificio philosophatur,postquã dixit omnia cætera Deũ creasse solum hominem,etiã aliis cooperãtibus,plasmatũ esse docuit.Dixit,inquit Deus:Faciamus hominẽ ad imaginẽ nostrã:per hoc vetbũ Faciamus multitudinẽ significãs.Ergo pater ille rerũ alloquitur suas potẽtias,quibus mortalẽ hãc animæ nostrę partẽ fingendã dedit,imitãtibus artẽ ipsius,qñ rationalẽ in nobis formabat: æquũ ducẽs vt à principe rerũ prinipalis pars fabricaretur in anima:subiectę vero,à subditis potẽtiis.vsus est aũt his potẽtiis nõ solũ ob modò memoratã causam,sed qa hominis anima so-

la

Ia intellectũ bonorũ malorũq; habitura erat, & electura alterutrum quãdo vtrunq; non potest. necessarium igitur duxit malorum facturã aliis tribui opificibus: bonorũ verò sibi soli. quapropter cùm prius dixisset. faciamus hominem, tãquam de pluribus, mox tanquam de vno loquitur, Fecit Deus hominem. nã veri hominis, q est mens purissima, vnus solus Deus est opifex. plures verò eius qui vulgò sic vocatur, mixtus atq; tẽperatus ex sensibus. quamobrẽ ille eximius homo indicatur per articulũ: legitur enim, Fecit Deus illũ hominem. illum specie mixtũráq; carẽtem intellectum, vulgaris autem homo sine huiusmodi additamento ponitur. nã cum dicit, Faciamus hominem, è bruta rationalíq; anima contextũ significat. Huc accedit quod benedictio bonorum & maledictio cõtrariorum, nõ per eosdem fit, quãuis vtraq; sit laudabilis. Quoniam autem in demõstratiuo genere primùm est laudare dignos, secundũ vituperare eos qui merẽtur: cùm sint huius generis principes xij. numero, qui phylarchæ solent nominari, sex præstãtiores, collocauit in benedictione, Simeonem, Leuim, Iudam, Isacharem, Iosephum, Beniamin: reliquos in maledictione. primũ ac nouissimũ è Liæ filiis Ruben & Zabulonem, & quatuor illos ex ancillis genitos. nam regiæ sacerdotalísq; tribus principes, Iudas & Leui, in priore censentur ordine. meritò igitur etiã qui morte digna patrarũt facinora, in aliorum manus dedũtur ad suppliciũ, vt doceamur quod mali natura longè à diuino choro exulat, quando etiam bonum propter solã mali similitudinem, executionẽ per alios accipit. Illud autẽ, Dabo tibi locum quò fugiat qui nolens occidit, valde rectè dictum mihi videtur. Locum enim vocat nunc nõ eum qui occupatur à corpore, sed obscurè ipsum Deũ subindicat. cõtinet enim ille non cõtinetur, & est omnibus refugiũ. Fas igitur est dicere, eum qui nolẽs mutatur, mutari diuinitus, quod de sponte peccãtibus dicere non licet. Daturum autem sedit, non interfectori, sed ei cum quo loquitur: vt alius sit habitator, alius profugus. nam suo populo Deus patriã dat cognitionem sui. quam & indigena inhabitet: eandem futurã per errorem lapsis refugiũ, sed vt inquilinis nõ vt ciuibus. Postquam hæc sapienter statuta de cæde non voluntaria, trãsit legislator ad insidias dicens: Quod si quis dolo aggressus proximum vt occideret, ad Deum cõfugiat. locũ videlicet quem figuratè dixerat. in quo vita contingit omnibus. nam & alibi dicit: Quisquis illuc fugerit, viuet. nimirum vita æterna est ad illud Ens refugium, sicut

sicut contrà mors, ab illo fugere. quòd si quis insidiatur, omnino volens facit iniuriam: & quod dolo fit, reum facit, sicut insontem quod sine dolo fit. Ergo nullum facinus suppuratum, dolosum, & data opera patratum, meretur vt dicatur factum ex Dei sentẽtia, sed ex nostra propria. intra nos ipsos enim vt dixi, thesauri vitiorum sunt, apud Deum verò solorũ bonorum. quisquis igitur eò confugerit, id est quicunq; peccati autorẽ nõ seipsum sed Deum incusat, puniatur: nec prosit ei refugium, quod solis supplicibus est salutiferũ: & meritò. nam altare plenum est immaculatis victimis, animabus inquam purificatis & innocentibus. est autem næuus insanabilis, autorem malorum Deum dicere. proinde qui sic malè morati sunt, vt seipsos magis amentquàm Deũ, procul à sacris maneãt scelesti & impuri, nec è longinquo sacram flãmam animæ inextinguibiliter accensæ ac Deo consecratæ spectare idonei. Perpulchrum est quod quidam è priscis sapiẽtibus in hãc sententiã est ausus dicere: Deus haudquaquam iniustus est, sed dici non potest quàm sit iustissimus. ei nihil est similius, quàm qui nõ est. circa hunc est robur viri & vera grauitas, itémque timiditas & ignauia. Nam hunc nosse, sapientia & vera virtus est, contrà, huius ignorantia, ruditas est & manifestũ vitium. Aliæ verò præcellentiæ vt videntur & sapientiæ in potestatibus publicis onerosæ sunt, in artibus verò vulgares & humiles. Postquam igitur iussit abstrahi malè de Deo loquẽtem à sacrariis, & tradi ad supplicium, deinceps ait: qui verberat matrem patrémve, moriatur.] Tantumnon clamat ac vociferatur, nemini dandã veniam qui in Deum blasphemus sit. nam si mortali parenti conuitiatus luit supplicium, qua pœna dignus videri potest qui malè loqui sustinet de parente creatoréque rerum omnium? & quod potest esse conuitium grauius quàm contendere, non ex nobis mala prouenire, sed ex Deo? Arcete igitur arcete ô initiati & mysteriorũ præsules à diuinis orgiis confusam colluuiem animarũ impurarũ, cõtaminatarũ maculis ineluibilibus, inobseratas aures & reclusam linguã habentium, & instrumenta suæ miseriæ parata circunferentiũ, vt & loquantur quidvis & nefaria dictu audiãt. cæterùm qui norunt quid interfit inter voluntaria, & inuoluntaria, & os bene loqui doctũ pro calũniatrice lingua sortiti sunt, dum rectè faciunt laude digni sunt, si quãdo verò labuntur per imprudentiam, non sunt admodum vituperabiles, & ideo ciuitates eis ad refugium selectæ sunt. Dignum est enim vt de hoc

loco

loco diſpiciamus quædã neceſſaria. Sunt autẽ quatuor, primũ cur non ex aliarũ tribuum ſortibus, ſed tantùm ex Leuiticę, ſelectæ ſunt ciuitates profugis. ſecundum, cur ſex non plures paucioréſve. tertiũ, cur trans Iordanem tres, reliquæ in terra Chananæa. quartũ, cur ꝓfugis terminus reditus ꝑſcriptus eſt mors ſummi ſacerdotis. dicamus igitur quę de ſingulis dicẽda ſunt à primo faciendo principiũ. quod in ſolis leuitis cõtributas ciuitates iubentur fugere æquiſsimũ eſt. nam & leuitæ quodammodo ſunt profugi, qui propter cultũ diuinũ deſeruerunt parẽtes, liberos, germanos, & totã mortalem cognationẽ. quorum ſodalitij princeps inducitur ſic patrẽ matrẽq; alloqui: Non vidi vos & fratres nõ noui, & filios ignoro, ne quid me à cultu eius Qui eſt diſtrahat. eſt autem vera fuga, priuari chariſsimis neceſsitudinib⁹, quę ꝓfugos cõmendat profugis, vt cõciliante illos ſimilitudine, ſequatur perperratorũ obliuio. aut igitur hæc cauſa eſt ſola, aut illa quoq;, ꝙ ſacrata leuitarũ tribus, adoratores iuuenci aurei, hoc eſt faſtus Aegyptiaci, quotquot pubertatẽ exceſſerant vno incurſu contrucidauit, cõcita furore iuſtiſsimo immiſſo ſibi diuinitus. Interficit vnuſquiſq; fratrem ſuum & propinquum & proximum, germanũ animæ corpus. rationi verò propinquas irrationales potẽtias, deniq; menti proximum ſermonẽ qui ab ea promanat. nec enim aliter noſtri pars optima poteſt euadere cultrix eius qui in vniuerſo eſt optim⁹. ſed ante omnia homo vertẽdus eſt in animã, ſeiuncto reciſõq; germano eius corpore cum ſuis concupiſcentiis inſatiabilibus. quo facto brutę partes animæ ſeiungẽdæ ſunt à cognatis rationalibus. nã hę more torrẽtis in alueos quinq; diuiſi, per omnes ſenſuũ lacunas concitant impetus affectuũ. mox à mente ablegãdus eſt ſermo qui videtur ei proximus: vt ſola mens ſuperſit, à corpore, à ſenſu, & à ſermone deſtituta. ſic enim iã ſolitaria ſincerè cõplectitur id quod ſolùm colẽdum eſt, nõ diſtracta rebus aliis. Huc accedit, quòd leuitica tribus ædituorum & ſacerdotũ eſt, penes quos eſt ſacrorum miniſterium. ad quod miniſterium pertinẽt illi etiam qui inuiti patrant homicidium, ſiquidem teſte Moſe Deus tradit in manus eorum, vt tollãtur qui digni morte ſunt. verùm leuitarum eſt pro meritis referre præmia. iſtorum verò punire noxios. Hæ ſunt cauſæ ob quas homicidæ non voluntarij ad ſolas ædituorum ciuitates confugiunt: ordo poſtulat vt deinceps dicamus quænam ſint. & cur ſex numero. An quoniã antiquiſsima & munitiſsima, nõ ſolùm ciuitas, ſed cæterarum etiam

etiã metropolis, Dei verbũ eſt? quod primarium & vtiliſsimũ eſt refugium. aliæ quinq; ceu coloniæ, potẽtiæ ſunt id proferẽtis, & in his præcipua creatura, per quam opifex verbo ſuo mũdum condidit. proxima regia per quam conditor creaturis imperat. tertia propitia, per quam opifex miſeratur opera ſua. quarta legislatoria, per quam etiam vetantur illicita. Pulchræ ciuitates & munitæ, animarũ dignarum egregia receptacula. bonum etiam humanúmq; inſtitutum, quod cõfirmat ad bene ſperandum. quis alius potuiſſet tantam copiam rerum profuturarum oſtendere, in tanta varietate non ſpõte peccantium, quibus nec vires eædem ſunt, nec imbecillitas eadem? cõſilium eſt igitur vt qui curſu valet, ſine reſpiratione contendat ad ſummũ illud verbum diuinum, fontẽ ſapiẽtiæ, vt de riuo eius hauriens, pro morte præmium æternæ vitæ inueniat. Qui nõ æquè celer eſt, ad creatiuam confugiat potentiam, quam Moſes nominat Deum, quia per eam diſpoſita ornatáque ſunt omnia. Quiſquis enim mundũ creatum intelligit, non mediocre bonũ lucratus eſt creatoris notitiam. hæc enim cito perſuadet vt creatura cõditorem ſuum diligat. Quòd ſi quis ne ad hoc quidem eſt idoneus, accedat ad regiam. Timor enim cohibebit ſubditũ, ſi parentis amor parum valet apud filium, vt caſtigatione cõtineatur in officio. Rurſum, ſi quis ne hos quidem terminos, vt longinquos valet attingere, huic interiores metæ præfixæ ſunt neceſſariarum potentiarum, propitiæ, & præcipientis quid agendum, ac vetantis ne quid fiat quod fieri non debet. nam quicũq; iam perſuaſum habet, Deum eſſe non inclementem, ſed natura exorabilem, is etiamſi peccato præueniatur, mox pœnitet, dum ſperat fore vt ille obliuiſcatur. & quiſquis credit Deum eſſe legis autorem, mandata ſeruando felicitatem aſſequetur. poſtremus vltimum habebit refugium, vt malis careat, ſi bonis ſuperioribus potiri non datur. Hæ ſunt illæ ſex ciuitates, quæ refugia vocantur: ex quibus quinque ſuas figuras habent ac imagines in ſacris literis: præcepti quidem & interdictionis, leges in arca recõditas: propitiationis autẽ, arcæ ipſius operculum. hoc enim vocatur propitiatoriũ. creatiuæ porrò ac regiæ potentiæ, duo Cherubim alata huic appoſita. cæterũ intellectus ille diuinus omnibus his ſuperior, nõ cadit in viſibilem ſpeciem, vt qui nulli rei ſenſibili eſt ſimilis, ſed ipſe imago Dei, antiquiſsimus omniũ intelligibiliũ, & ſummo proximus. quãdoquidem nihil mediũ eſt inter ipſum & Ens illud veriſsimũ. Scriptũ eſt enim,

loquar tibi suprà propitiatoriũ inter duo Cherubim: vt verbũ potẽtiis pro auriga sit,is verò qui loquitur pro vectore,ad cui⁹ celeuma vniuersum hoc auriga regat & tẽperet. Ergo ille qui tantũ abest vt spõte delinquat, vt ne imprudẽs quidẽ id faciat, ipsum Deũ sortem habebit.in eo solo habitatur⁹.Cæterùm qui non de industria,sed inconsultè labuntur,habebunt refugia ciuitates felices & diuites. Itaq; tres earum sunt transsamnenses, multum à nostro genere disitæ. Quænam hæ? Verbum illius summi principis,& potentiæ creatiua regiáq;. harũ enim cælũ & vniuersus mundus est. confines autem & contiguæ humano mortali generi,quod solùm peccata est obnoxium,tres citerio res,propitia,& imperatiua,atque prohibitoria.nam hę iam ad nos pertinent.quid enim opus est interdictione nõ aberraturis à iustitia?quid præcepto,nisi his qui suaptè natura procliues ad lapsum sunt?quid illa propitia potẽtia peccato nulli obnoxiis? Sed nostrũ genus his opus habet, sic natum vt ad spõte secúsve peccandũ procliue sit.Supereſt quarta quæstio ex propositis,reditus tempus præfinitũ profugis,mors summi sacerdotis, quæ mihi non paruũ exhibet negotiũ. In eadem enim culpa dispar pœna lege statuitur,dum aliis longius,aliis breuius fit exiliũ. nam quidam pontifices longæui sunt, quidã citò defunguntur: & alij iuuenes, alij senes accipiunt sacerdotiũ. item inuoluntariæ cædis rei quidam initio pontificatus profugiunt, quidã sub mortem pontificis: atq; ita quidam per longum temporis spatium carent solo patrio,alij per vnũ diem si fors ferat. quo elapso ceruicem erigunt, & superbi deridentésq; cognatos occisi. domos suas repetunt.hanc difficultatem in qua hæremus ita licebit euadere,si rationes naturales omiserimus.Hæc est igitur nostra sententia, pontificem hunc non hominem, sed Dei verbum esse, quod expers est peccatorum omnium, non solùm spontaneorum,verùm etiam inuoluntariorum.hunc enim negat Moses vel ob patrem intellectum, vel ob matrem sentiendi vim contaminari,vt opinor ideo,quia parentes immortales purissimósque sortitus est: patrem Deum qui omnium rerum pater est,matrem verò sapientiam,per quam quicquid est.cùm prius non fuerit, in lucem prodiit. & ideo caput eius vngitur oleo: principatus inquam eius splendido circumfulget lumine,vt meritò existimetur amictus vestibus. nam antiquissimũ eius Qui est verbũ mũdo vt veste induitur. vestitur enim terra aqua,aère,igne,& cæteris quæ ex his ortũ habẽt. Anima autem

part

particularis vestitur corpore,& sapiẽtis mẽs virtutibus. Quod autẽ caput eius perpetuò mitra tegitur, significat diadema regiũ,insigne potestatis nõ summæ quidẽ,sed proregiæ, alioquin mirificæ.idem vetatur vestẽ scindere.nã & Entis illius verbum cùm sit vinculũ rerũ omniũ,vt dictũ est, continet partes omnes & cõstringit nõ sinens eas dissolui dilabíq;.& particularis anima,quantũ potest nõ permittit vllã partem corporis præter naturam diffindi resecatiq;,ita vt integræ omnes & inter se vnitę cohæreãt indissolubiles. mens itẽ sapientis purificata integras & cõiunctas virtutes cõseruat,cõciliante eas naturali cognatione. Hic põtifex ad nullã animã mortuã,vt inquit Moses,superueniet.mors autẽ animę est vita cũ vitio.itaq; nullũ scelus attiget,qualia tractare solet insipientia.huic etiam virgo è sacrato genere iungitur,pura,incontaminata. semper incorrupta sententia. nã viduæ vel expulsæ vel profanæ vel meretricis maritus nũnquã fiet,perpetuus inimicus harũ omniũ odit enim viduitas virtutes,& expulsas profligatásq; ab ea, atq; etiã omnẽ profanã persuasionem,& promiscuã consuetudinẽ cum multis numinibus.proinde impiam meretricẽ ne aspicere quidem dignatur,amator eius fœminæ quæ vnũ maritũ habet, & vnũ parentem profitetur Deum omnipotentẽ. in huiusmodi cõditione apparet eximia quædã perfectio.nã illum qui magnã precationem precatus est cõstat si non spõte, lapsum certè per incuriam.Dicit enim:Quod si cui corã eo repẽtè moriatur,in præsens cõtaminabitur.nã si quid præter voluntatẽ repẽte ingruit in præsens animã nõ in longũ tempus cõtaminat,cũ non sit voluntariũ.De his põtifex nõ est solicitus,quippe tũ his tũ volũtariis superior.Hæc autẽ nõ extra propositũ dixi,sed vt docerẽ non alienũ esse à iure naturali,morte pontificis præscribi profugis exilij terminũ.nam quandiu hoc sanctissimũ verbũ viuũ supereſt in anima.nõ est possibile verti eam spõte in deterius. expers est enim peccati omnis, & suoptè ingenio abhorret ab eo:ꝙ si moriatur,nõ quòd ipsum pereat, sed disiungatur à nostra anima,cõfestim datur reditus peccatis inuoluntariis. nam si illo saluo in nobis exulabãt,omnino post eius discessẽ redibunt.hic enim eximius honor impolluto põtifici à natura est exhibitus,vt illo præsente mentis error locum nõ habeat, ideo votis omnibus expetendum est vt viuat in anima pontifex, iudex simul & redargutor,qui pro mentis tribunali erga reorum personas sit indifferens.Hactenus de profugis quantum locus

Universidad de Deusto Biblioteca

postulabat, deinceps sequemur contextũ reliquũ. Inuenit, inquit, eã angelus domini in via.] Nimirũ missus vt animæ præpudore periclitãti ne aberraret, succurreret, tantùm nõ dux itineris futurus redituræ ad expertẽ erroris sententiã. Profuerit aũt & de inuẽtione quęsitionéq; vnà cũ legislatore philosophari. Quosdam enim inducit nec quærẽtes nec inuenientes, alios vtroq; modo felices, alios alterutro frustratos: ꝙ ex his quidã quærẽdo nõ inueniũt, quidã non quęrẽdo inueniũt. Quicunque nec quærere nec inuenire cupiunt, rationẽ suã per ineruditionẽ & inexercitationẽ afflixerũt grauiter & cùm possent acutè cernere, cæcati sunt. Sic ait vxorẽ Lot retrorsum versam mutatã in statuã, nõ fabulam fingẽs, sed rei proprietatẽ indicãs. Quisquis enim contẽpto præceptore per innatã simul & consuetã socordiam, relinquit anteriora, per quæ posset videre, audire, aliisq; vti potentiis ad res naturales diiudicãdas: & circumacta retrorsum ceruice, cæca vitæ negotia pluris facit quàm partes sui corporis, infamis statua fit nihil à surdo inanimatóq; lapide differens. nõ habent enim, vt Moses loquitur, tales mores cor vt intelligant, oculos vt videant, aures vt audiant, sed cæcã, surdam, stupidam, omni sensu orbatam, minimè vitalem vitã sibi reddiderunt, nihil curãtes eorum quæ curare deberẽt. huius chori princeps est rex regionis corporeæ. Conuersus, inquit, Pharao intrauit domũ suã ac ne huic quidem rei mentẽ adhibuit. ac si diceret, nihil vnquã curauit, sed passus est se tanquam plantam incultam arescere & sterilescere. nam consiliarij disceptãdo cõsiderandóq; intellectum acuunt, qui si se exerceat, domi natos fructus percipiet, perspicacitatẽ & solertiã: sin se tradat incogitantiæ, torpescit & hebetat aciem prudẽtiæ. Verùm istam brutam & prorsus inanimatã sodalitatem valere sinamus: præstat ad quærentes & cõsiderantes conferre se. ac mox occurret mos ciuilis, non ambitiosus tamen, cupidus melioris generis quod virtutes sortitæ sunt. & quod quærit inuenire inducitur. Inuenit, inquit, homo Iosephũ in compo. & interrogauit, Quid quæris? qui respondit, Fratres meos quæro. indica mihi vbi pascãt. Dixitq; ei homo: Discesserũt hinc. audiui enim eos dicẽtes, Eamus in Dothain. & secut⁹ est Ioseph fratres suos. & inuenit eos in Dothain. Interpretatur Dothain defectio non parua, quod significat animam nõ mediocriter sed perfectè deseruisse vanas opiniones, quæ mulierum magis quàm virorum negotiis sunt similes. ideo pulchrè virtutem Sarram deficiunt muliebria, circa

ca quæ occupati sunt qui parum virilem effœminatámq; vitam sectantur. at sapiens etiam deficiens apponitur secundum Mosen. rectè & naturaliter. quod enim vanæ opinioni demitur, id veritati apponitur. Quòd si quis adhuc in mortali, promiscua multiformiq; vita degens, & copia rei familiaris abundans. circumspicit & quærit meliorem gentilitatem, solùm summum bonum spectantem, dignus est qui inspiciatur, si nõ denuo somniis & imaginationibus bonorũ vulgarium obseruãtibus sibi delectetur. manens enim in non adulterina contẽplatione quæ fit oculis animæ, quæsitos assequetur per vestigia, nec prius desistet, quàm ad eos perueniat. Sed neminem horum apud malos inueniet. Quare? Discesserunt hinc deserentes nostra studia: trãsiuerunt ad desertam à malis regionem piorum hominũ. Hæc autem dicit verus homo redargutor qui inest in anima: quamdum videt hęsitantem, dubiam, quærentémq;, metuit ei ne aberrãs rectam viam nõ inueniat. Illos quoq; valde mirari libet alterum scitantem de extremorum medio, dicentémque: Ecce ignis & ligna, sed vbi pecus in holocautoma? alterum respondentẽ, Deus prouidebit sibi de victima mi puer, ac mox inuenientem suppositã. & ecce arietẽ cornibus implicitũ in frutice Sabec. Videamus quid à dubitante quæritur, quid respondẽs ostendit: tertium, quid inuenitur. Percõtatio talis est. Ecce ignis causa efficiens, ecce ligna materia patiens, vbi effectus, quod requiritur tertium? ac si dicat, ecce intellectus, calidus candénsq; spiritus, ecce intelligibilia, tãquam materiæ, sed vbi tertium illud, videlicet intelligere? Rursum ecce visus, ecce color, vbi videre? & in vniuersum, ecce sensus iudex, ecce obiecta eius materiæ, vbi ipsum sentire? hęc scitãti par est respõderi, Deus sibi ipsi prouidebit. nam illud tertiũ Dei propriũ opus est. ipsius enim est prouidẽtia. Intellectus percipit, videt visus, sentit sensus qui libet. Sed aries inuenitur hærens. hoc est ratio quiscẽs & ascensum cohibẽs. opima enim victima est quies & hæsitãtia in his rebus, quarũ certa fides nõ est. nam scriptura hoc tantùm dicit, Deus videbit, cui nota sunt omnia, qui clarissima sua luce sibi ipse illustrat omnia. De cætero apud creaturam silentium est, quæ magna caligine offunditur. in tenebris aũt nihil tutius est quàm quiescere. Item qui quæsiuerũt quod nam esset alimẽtum animæ (nesciebãt enim, vt dicit Moses, quid esset) inuenerũt edocti esse id verbũ & rationẽ diuinã: vnde omnes disciplinæ scientiæq; perẽnes fluũt: & hic est ille cælestis cibus. Quod sacra scri

ptura indicat ex persona Dei dicẽs: Ecce ego pluo vobis panes de cælo. Nam reuera sapiẽtiam æthereã Deus superne instillat generosis & spectatidi cupidis mẽtibus. At ille hac visa degustaq; delectatæ, experimento discunt, autorem tamen eius voluptatis nesciũt. ideo percõtantur, quid est hoc, melle dulcius, niue candidius? Discent autẽ ex vate suo, hunc esse panem quem dedit eis dominus vt ederẽt. Quis igitur est hic panis, age dic. Verbũ, inquit, hoc quod præcepit dominus. Hæc præcepta diuina Israëliticæ, id est perspicaci animæ afferunt lucem simul & dulcedinẽ, splendore veritatis eam irradiantia, & dulcibus virtutis persuasionibus sitim honestatis refrigerantia. Quin & prophera ipse quærendo quæ sit bene viuẽdi causa efficiens, inuenit q̃ cum solo Deo familiaritas. Cùm enim anxius quæreret, quis sum ego vt Israëlitas ab eo qui regnare videtur more cõtra Deum rebellante liberã, monitus est oraculo pollicente Dei præsentiam. Et habent quidem inquisitiones particulares dudio procul elegãtem cõtemplationẽ philosophicã: sed summum illud bonũ incomparabile Deum autorẽ omnium si quis quærat, exhilaratur mox in primo eius contẽplationis aditu, nec frustratur suo proposito, prodeũte obuiam illa propitia natura per virgines gratias, & ostẽdente se visendi sui cupidis: nõ qualis est, quod fieri nequit, quoniã & Moses auertit suã faciẽ, veritus coràm obtueri Deum: sed quantũ datur creaturæ ad res intelligibiles accedere. Hoc quoq; inter præcepta relatum est. Conuertimini, inquit, a dominũ Deum vestrum, & inuenietis eum, quãdo quæreris eũ ex toto corde & ex tota anima. Absoluto hoc capite consideremus tertiũ: vbi etiamsi nõ deest quærendi voluntas, inuẽtio tamen nõ sequitur. Laban quamuis scrutatus totam animi ilem domũ Meditatoris, non inuenit, vt Moses narrat, simulacra. plenus enim erat negotiis, nõ somniis & varis imaginationibus. Nec illi cæci mente Sodomitæ furiosẽ conati violare sacros & impolutos sermones, inuenerunt ducentem ad eos viam: sed vt ait scriptura, quærendo præterierunt ianuam: quamuis circum ædes cursitando, & omnem mouendo lapidem, vt replerẽt suas immanes & impias cupiditates. Nec defuerunt qui volentes à ianitorum conditione ad regnum ascendere, & quo nihil in vita præstantius est, ordinem turbare, non solùm nefaria spe frustrati sunt, verùm etiam præsenti felicitate priuati fuerũt. nam eos qui cum Core conspirarant, lex narrat excidisse ab vtraque. Sicut enim nõ eadem discunt viri quæ

quæ pueri, sed suæ cuiq; ætati disciplinæ conueniunt: sic interdum natura fert vt animæ pueriles maneãt etiam in senilibus corporibus, & cõtra perfectæ inueniantur in florẽtibus adhuc & pubentibus. Meritò igitur stultitię notam incurrunt, qui maiora quàm pro ingenio suo cupiũt: quia conatus omnis maior quàm pro viribus nimietate sua vanescet, & Pharao quærẽs extinguere Mosen genus propheticũ: nunquam enim inueniet, & tamen obiectum ei graue crimen audierat, q̃moliretur totius corporei regni perniciem, bis id aggressus, primùm opponens se instituto Aegyptio, voluptatis arcem muniẽdi aduersus animam. percussum enim defodit in sabulo, re passim iacente, ratus vnius esse vtraq; dogmata, de voluptatis inter bona principatu, & de principiis rerũ ex atomis. Iterũ verò cõminuenti natura bonis resistens, & partẽ eius animo, partẽ corpori, partem externis rebus tribuenti. Vult enim id integrũ in sortem cedere menti quæ pars nostri est præstãtissima, nec dignatur id cõmunicare cum inanimis. ne illam quidem inuictam virtutem, non admodum placentẽ ridendis theatris hominũ, cui nomen Thamar, is qui ad eam quęrẽdam missus est inuenit. Rectè iuxta naturã. Legimus enim sic: Misit Iudas hædum per pastorẽ suum Odolamitam, vt reciperet pignus à muliere, & nõ inuenit eã. Interrogauitq; homines loci eius, Vbi est meretrix quæ fuit in Aenan iuxta viam? qui responderunt: non fuit hic meretrix. & reuersus ad Iudam dixit: non inueni. & homines loci eius negãt ibi vnquam fuisse meretricem. ait Iudas: habeat sibi, modò ne irridear. ego misi hædum hũc, tu eam non inuenisti. ô mirum experimentum: ô non alienam à sacris tentationem. itáne pignus datur? Mens empturiẽs pierateẽ possessionem pulcherrimã, tribus sibi caueri vult pignoribus, anulo, armilla, baculo, vt sermo cũ vita cõueniat, vita verò cũ ratione, accedẽte recta disciplina, qua fulciri profuerit. id pignus an bene datũ sit examinat. at quo examine noscitur? si aliqua esca obiiciatur attrahẽdi vim habẽs, vt sanitas, diuitiæ, integritas corporis. aut aliquid simile, & spectetur vtrò tanquã in bilãce res proclinet. nã si ad aliquod horũ, pclinabit, pignus certũ nõ erit. Misit igitur hædũ vt reciperet pignus à muliere, nõ vt omnino reportaretur, sed si fortè illa indigna esset id retinere. & quomodo indigna? si eximias res mutet mediocribus, & adulterina bona pluris q̃ germana faciat. Sũt autẽ germana bona hæc, fides, cõgruãtia dictorũ factorũq;, & rectę disciplinæ regula. licut ediuersõ

mala,incrudelitas,incõgruitas,ineruditio: adulterina verò ad brutum impetum pertinent.Quærens igitur non inuenit eam difficile enim est,vel potius impossibile,in confusanea vita virtutem inuenire,& si quæratur in quovis virtutis loco, num ibi sit prostituta anima,aperte respõdebitur:nec est,nec fuit antea. nam impudica vel prostituta,vel triuialis fœmina,vel ætatis flotem vili venditans,vel foris lauta ac nitida,intus sordida, vel pictæ tabellæ in morem coloribus fucata faciem ob natiuæ venustatis inopiam,vel multos viros tanquã rem bonam affectãs vel multinuba,vel ad multorum illusa libidinem,ibi non est. His auditis qui quæsiturum miserat,vir non inuidus & natura benignus,nõ mediocriter gauisus,inquit,Equidem optarim vt illa sit matrona bona mẽte prædita,honestate,temperantia,cæterisq; ornata virtutibus,vno marito contenta, occupata cura, & administratione rei domesticæ. Si talis est, habeat sibi quæ dedi,disciplinã,verborũ cum vita congruẽtiam,præcipuè verò fidem summè necessariã.modò ne irrideat,quasi erga indignã munificus,quãuis me credo ea donasse quæ maximè cõueniunt animæ.Equidem feci quod faciendum erat volenti morum experimentum sumere,mittens escam & offerens.sed cõperi tale ingenium non facilè decipi.incertus sum tamẽ cur non facilè capiatur.plurimos enim vidi admodum malos eadẽ quæ valde boni agunt,facere,licet diuerso animo:quoniam in illis veritas,in his est simulatio,quæ non facilè dignoscuntur.nam sæpe res minus felix fuit quàm opinio. Sed & hircum pro peccato, studiosus virtutis quærit quidem,at non inuenit:iam enim, vt docet scriptura.cõcrematus est.id cõsiderãdum quid significet. Non peccare Deo proprium est,sapienti verò,pœnitere. & hoc quoq; durum est ac inuẽtu difficile.Dicit igitur oraculũ, quòd quærens,quæsiuit Moses in vita mortali doctrinã de peccatorũ pœnitẽtia.Conabatur enim inuenire vestitam peccatis animã, & sine pudore exuentem se eis nudantémq;,non inuenit tamẽ, flamma,ocissimo inquam bruto impetu descendente,depascẽtéq; totam animam.vincuntur enim pauciora à pluribus,à velocioribus tardiora.futura à præsentibus.est autem cõtractum quiddam & tardum & futurum pœnitẽtia:contrà multa velox continua in hac vita occurrit iniustitia. Meritò igitur quidam in mutatione constitutus,negat se posse oblationem pro peccato comedere.conscientiam enim sibi non permittere vt nutriatur pœnitentia,ideo dicitur: Audiuit Moses & placuit ei. nam res

res creaturæ à rebus diuinis multum disiunctæ sunt, creaturæ tantùm manifesta nota sunt, creatori etiam occulta. Delirat autem & contra veritatem mentitur, qui pergens iniustè agere profitetur pœnitentiã:quod perinde est ac si ægrotus sanum se simulet.nam hoc pacto morbus reddetur grauior, dum ille nihil adhibere dignatur quod ad sanitatẽ sit cõducibile. Olim vir discendi cupidus solicitatus est desiderio cognoscẽdi causas quibus efficiũtur res in mundo maximè necessariæ.Cùm enim videret quicquid creatum est,corrumpi gigniq;,tum ea quę pereunt,& quę permanent,obstupefactus exclamauit dicens:Rubus vritur,& non cõburitur.locum enim antea inaccessum nõ scrutatur curiosius,vt naturarũ diuinarum habitaculum.& frustra laborasset,ni subleuatus fuisset misericordia prouidẽtiãq; Dei seruatoris omnium,qui ex adyto hoc oraculum edidit:Ne propinques huc.ac si dicat,ne accedas ad talem cogitationem. nam huic curiositati satagenti humanæ vires non sufficiũt: sed facta quidẽ mirare stans,de causis verò ex quibus gignãtur corrumpantúrve ne sis solicitus.Nam locus in quo stas,inquit,sanctus est.Qualis locus?nimirũ ad rationes causarum pertinens, qui tãtùm diuinarum naturarũ est,quòd Deus neminem mortalem dignetur causarũ notitia.Tum ille scientiæ cupidus supra mũdum totũ emergens scitatur de eius opifice,quisnam sit ille inuisibilis & impalpabilis,corpus an incorporeus,an aliqd his superius,simpléxne natura qualis vnitas,an concreta: aut quid tandẽ sit:& vidẽs id cogitatu perceptũq; difficile precatur vt ab ipso discat Deo,quisnam Deus sit.nec enim sperabat se id posse ex vllo alio cognoscere.nihil tamen audiuit interrogãs de eius Qui est essentia.Posteria,inquit,mea videbis,faciem autem videre non poteris. Sufficit enim sapienti ea quæ post Deum sequuntur cognoscere. Principalem autẽ illam essentiam si quis velit intueri,nimio radiorum fulgore prius quàm eam videat, cæcabit.Hactenus & de tertio locuti capite,aggredimur quartum & vltimum ex propositis,quando non præcedente inquisitione vltro solet occurrere inuentio,ad hunc ordinem pertinet omnis à seipso doctus sapiens.nec enim cogitationibus, meditationibus laboribusq; proficit:sed mox natus paratam inuenit sapientiam irroratam sibi cælesti pluuia,cuius meraco haustu exhilaratus,perpetuò temulentus est ebrietate sobria, salua rationis integritate. Hic est ille quem Isaac vocant oracula,quem non tempore alio concepit, alio peperit anima. Con-

ceptum enim,inquit,peperit,quasi sine tempore.non enim homo nascebatur,sed mens purissima,ingenio magis quàm arte bona.quamobrem genitricem eius dicuntur defeciſſe muliebria,hoc est consuetа.humana & rationalia, nouum enim hoc prodit genus plus q̃ rationale & verè diuinũ,à seipso doctũ,non humanis commentis eruditum,sed furore diuino. an ignoras quòd Hebrææ ad partum non habent opus obstetricibus ? pariunt autem,vt ait Moses, prius quàm veniant obstetrices, artes inquam & scientiæ, & à sola natura opitulante adiuuantur.Pulchrè autẽ aptéq; à seipso doctus definitur. primò quod citò inuenitur,secundò,quod Deus tradidit. siquidem quod discitur opus habet longo tempore:quod suoptè ingenio percipi tur,expeditũ est & plus quàm extemporale. illud hominẽ, hoc Deum præceptorẽ habet.& prima quidem definitio per interrogationem ponitur. quid hoc est quod citò inueniſti mi puer? altera verò per responsionem,dicente illo:quod tradidit dominus Deus.est autem & tertia definitio docti à seipso, quod ascẽdit per seipsum.Dicitur enim inter præcepta: Non feretis, nec metetis,quæ per se ascendunt.nulla enim arte natura indiget. seminante illa Deo,& per suam agriculturam perficiente tanquam sponte nascentia,cùm nõ sponte nascantur,nisi quatenus nulla omnino adiuuantur humana industria: Nec tã præceptũ est,hoc q̃ sententia.nam præcipiens dixiſſet:ne feratis,ne metatis.decernens autem ait:non feretis neq; metetis quæ spõte nascuntur.nam quæcunq; natura vltro præbente accipimus, eorũ nec principia nec fines in nostra potestate inuenimus,siquidem in satione principium,in messe finis est. præstat sic intelligere hæc:omne initiũ & omnem finẽ esse spõtaneum,hoc est naturæ opus,non nostrum.verbi gratia,principium discẽdi vtiq; ingenium est docile,prõptúmq; ad contemplationẽ rerũ particularium.rursum finis quid aliud,si ingenuè fatẽdum est,quàm natura?siquidem etiam præceptor promouet:sed summum fastigium solus Deus imponit,natura illa optima.Qui his innutritur dogmatibus,in pace degit perpetua,immunis à molestiis laboribus.pax autẽ & septimana idem est iuxta legislatorẽ. nam ea die creatio visa est interquiescere. Cõuenienter igitur scriptũ legitur.Et erũt sabbata terræ vobis alimẽta.id rectè intelligẽdum est.Vtiliſsimus enim cibus est in Deo quiescere, maximum bonũ conferẽs,pacẽ ab omni bello tutã & securiſsimã. nam quæ inter ciuitates intercedit,mixta est seditionibus.at animæ

animæ pax pura est ab omni diſsidio.Sed manifeſtiſsimè,vt mihi videtur.diſcimus inuentionem non quæsitorũ ex his verbis scripturæ:Cùm induxerit te dñs Deus in terrã quam iurauit se datũrum tuis patribus,ciuitates magnas pulchrásq; quas non ædificaſti,domos plenas bonorum omnium quas non repleuiſti,ciſternas è saxo excisas quas non excidiſti, vineta oliuetáq; quæ non plantaſti. Viden' paratam copiam bonorũ affluentiũ tam ad voluptatem quàm ad neceſsitatem ? comparãtur enim ciuitatibus generales virtutes vt patentes latiſsimè: domibus autẽ speciales,circumscriptę breuiore circulo:ciſternis verò generoſæ animæ,capaces sapientiæ,sicut illæ aquarũ.cæterùm vinetis oliuetisq; profectus & incrementa, prouentúsq; fructuũ. fructus autẽ scientiæ,vita contemplatiua est,ſinceram lętitiam qualem vinum affert conferens,& intelligibile lumen quale à flamma proficiſcitur, cuius fomes est oleum. Hactenus de inuentione locuti transeamus ad vlteriorem textus cõsequentiã.

Inuenit,inquit,eam angelus domini ad fontẽ aquæ.] Fontis crebra fit mẽtio,qui vno modo mẽs nostra intelligitur: altero habitus rationalis & eruditio: tertio praua diſpositio: quarto bona huic cõtraria:quinto rerũ pater & conditor. horũ probationes extãt in sacris literis.videamus quænã sint.In primo limine legis,vbi mũdi opificiũ tractatur, tale occurrit oraculũ: Fons autẽ ascẽdebat è terra,& irrigabat totã terrę superficiem. Qui allegorias naturæ occultãtis sua myſteria neſciũt,hũc fontem putãt ſimilem Aegyptio fluuio,qui quotãnis effusus ex alueo ſtagnat in campis,tantùm nõ ostentans potẽtiam cæli æmulam.Quod enim per hiemem cælum præstat altis regionibus, hoc Nilus Aegypto horis æstiuis exhibet.nam illud supernè terram cõpluit:hic,quod mireris, infernè pluens arua irrigat. Et hoc est cur Moses impietatis reos peragit mores Aegyptios q̃ terrã pluris quàm cælum faciant,terrestria quàm olympia, corpus quàm animã. Verùm iſta in alium opportuniorẽ locũ differẽda sunt:nunc propoſitũ est paucis agere. & ideo redeuntes in viam à diuerticulo dicimus,fontẽ ascendentẽ & rigãtem totam faciem terræ,ſignificare principalem nostri partẽ fonti ſimilẽ.à qua ceu per terræ venas,per ſenſuũ inſtrumẽta manãt potẽtiæ,per oculos,aures,nares,& cætera. hi sunt in omni animante circa caput & faciẽ.itaq; tanquã à fonte à principali anima parte rigatur pr̃cipalis pars corporis facies, viſiuo ſpiritu tẽdẽre in oculos,auditiuo ĩ aures,olfactiuo in nares, guſtatiuo

in

in os, tactiuo in totam superficiem. Sunt & eruditionis fontes varij, apud quos proceri & cibo vtiles sermones germinãt, tanquam palmarum arbores. Venerunt, inquit, in Aelim, vbi erant duodecim fontes aquarum, & palmarũ stirpes septuaginta: ibi ad aquas castra metati sunt. Aelim portæ interpretantur, & introitum ad virtutem significant. Sicut enim initium ædium est ianua, sic ad virtutẽ primus aditus encyclopædia. perfectus aũt numerus duodenarius, quod testatur zodiacus in cælo circulus, illustratus tot sideribus: testatur etiam solis ambitus. nam intra duodecim menses circuitum suum peragit, & in totidem horas diurnas nocturnásq; tempus diuidunt homines. Moses quoq; non parum laudat hũc numerum, descripta sua natione in tribus duodecim, & institutis duodecim propositionis panibus, & totidem lapillis cum suis sculpturis, qui in põtificali veste talari circum rationale, quod vocant, intexerentur. Laudat & septenariũ, multiplicatũ per denariũ, nunc septuaginta palmas ad fontes memorãs, aliás sepruagĩta solos seniores, quibus datus est spiritus Dei propheticus. totidem iuuenci mactantur ad epulum solenne festi tabernaculorũ, vt vocãt, idq; certo ordine, nõ simul, sed per septẽ dies, incipiẽdo à tredecim. sic enim quotidie subtrahẽdo vnũ vsq; ad diem septimũ, septuagenarius numerus conficitur. Postquam autẽ ventum est ad virtutis portas artes liberales, conspicati fontes & apud eos stirpes palmarum, non apud arbores, sed apud aquas, castra metari narrãtur. Cur ita? Quoniam palmis & lemniscis ornantur qui perfectæ virtutis præmia reportant: qui verò adhuc in rudimentis tripudiant, & eruditionem sitiunt, apud scientias animam rigantes collocantur, quales sunt fontes artiũ indifferẽtium. Videamus & fontem insipientiæ, de quo legislator sic loquitur: Quisquis cubat cum muliere seorsum sedẽte, & fontem eius reuelat, ipsa quoq; retegente fluxum sui sanguinis: ambo tollãtur è medio. Mulierem sensum vocat, intellectũ mariti eius præsupponẽs. seorsum sedet sensus. hoc est in longinquo loco quoties igitur mulier ista relicto marito legitimo assidet illicitibus se corrũpentibusq; rebus sensibilib⁹, & amatorie singulas cõplectit: tũc si intellectus somno succũbat, qui vigilare deberet, detexit seipsum fontẽ sensuũ: hunc enim aio esse sensuum fontẽ: hoc est intectũ, immunitũ, insidiis expositũ seipsum reddidit. attamen nihilominus, etiã mulier reuelauit fluxũ sui sanguinis. Omnis enim sensus pronus vt fluat foras ad suũ sensibile, à ratione cohibet

hibetur atq; tegitur. Sed ista mulier deseritur solitaria, viduata recto ductore. pernicioſum est enim sicut ciuitati carere mœnibus, sic animæ destitui à custodiis. Sed quando caret custode? An quoties visum non continet, profundens se ad sensibilia, & per aures haurit voces quaslibet, nec odoratũ cohibet aliásque potẽtias similes, sinens eas suopte impetu rapi ad quidvis agẽdum, patiẽdúmq;. deniq; quoties sermo nõ cõtinetur, qui multa secreta nemine cohibente intẽpestiuè prodidit, & liberius fluẽs splendidas fortunas tanquã in trãquillo nauigãtes vndis repentinis obruit. Hoc est illud magnũ diluuium. quãdo apertæ sunt cataractæ cæli, mẽtis videlicet: & retecti sunt fontes abysi, hoc est sensuũ. nõ aliter enim inundatur anima, nisi supernè tanquã cælitus è mente prorũpentibus iniquitatibus. inferne verò tanquam à terra, scilicet sensu, inundantibus affectibus. Et hoc est cur Moses vetat turpitudinẽ patris matrisq; retegi, quippe qui bene norat quantũ malum esset peccata mentis sensusque non cohiberi & cælari. sed tanquã præclarè gesta proferri in mediũ. Hi sunt fontes peccatorũ: videamus fontem prudentiæ. ad hũc parientia descendit Rebeca. & toto animæ vase repleto, per viæ cliuum ascendit, vt appositissimè iuxta rei naturam legislator loquitur. Euadit enim ad virtutis celsitudinẽ, quisquis à iactabunda descendit arrogantia. Legitur enim: Cumq; descendisset ad fontem, impleuit hydriã, & cœpit ascẽdere. Hic fons est illa diuina sapientia, ex quo rigantur particulares scientiæ, & quotquot animæ contẽplandi cupidæ amore summi boni tenentur. huic fonti sacra scriptura imponit aptissima nomina. Iudiciũ eum & Sanctũ appellans. Reuertentes, inquit, venerunt ad fontem iudicij, qui est Caddes. Caddes autem sanctus vocatur. tantum nõ clamat vociferatúrq;, sapientiam sanctam esse, puram à rebus terrenis, & rerum iudicem, decernentem omnes cõtrouersias. Nunc dicendum supereſt de illo summo fonte optimo, de quo cælestis pater per ora prophetarũ cecinit: Me dereliquerunt fontem vitæ, & foderunt sibi cisternas cõtritas, quę aquam continere non poterunt. Ergo Deus est ille fons antiquissimus: & meritò. vniuersus enim hic mundus ab eo promanauit. Demiror autem & stupeo cùm hunc vitæ fontem esse audio. solus enim Deus animæ & vitæ, præsertim rationalis animæ, & prudentis vitæ autor est. nam materia res est mortua. Deus autem plus quàm vita, fons viuendi, vt ipse ait, sempiternus. quem fugientes impij non gustato potu immortalitatis, demẽtes foderunt

runt sibi,nõ Deo primùm opera propria cælestibus proferẽtes & olympiis,pluris faciẽtes cura quæsita quàm parata & vltro se offerentia.deinde fodiunt non vt Abraham & Isaac puteos, profundas scientias prębẽtes sermonẽ potabilem,sed cisternas quæ ex seipsis nihil boni ad recreãdum habent,& indigent externis affluentiis,quales è doctrina parantur,dum præceptores semper in discipulorum auditum affatim ingerunt sua placita contẽplationésq; retinenda in mẽte & recondenda in memoria.Verùm istæ cisternæ cõtritæ sunt, hoc est omnes malè educati animi lacunæ fractæ perfluentésq;,quæ nec aliunde sibi parare nec conseruare possunt influxũ vtilem. Hactenus de fontibus dixisse sufficiat.Cæterũ valde aptè scripturà inducit.Agarẽ inuentá apud fontem,nõ haurientem tamen: quia proficiens anima nondum est idonea haurire merum potum sapientiæ:nõ arcetur tamẽ quò minus in propinquo moretur.est autẽ omnis publica via per doctrinã strata munitáq;. Ideo dicitur eam inuentam in via Sur.]nã Sur interpretatur munitio vel directio. Alloquẽs igitur animam redargutor ait:Vnde venis,& quò vadis?quod non tam dubitando percontandóq; quàm exprobrando & pudorem incutiendo dicitur.nõ est enim fas vt aliquid in rebus nostris ignoret angel⁹:quod vel hinc colligitur,quia etiã secreta natiuitatis pernouit dicens: Ecce prægnans es,& paries filium , & vocabis nomen eius Ismaël.] nam nosse fœtum esse masculum supra humanam facultatem est,sicut & vitæ institutum eius qui nondum natus est, quòd ferus homo erit non mitis ac ciuilis.Ergo illud Vnde venis,dicitur ad obiurgationem animæ fugientis meliorẽ potiorémq; sententiã, cui si re magis seruiret quàm nomine,magnam inde reportatura esset gloriã. Quò vadis incerta sectãdo,certis cõfessisq; bonis relictis ? meretur igitur laudẽ,libẽter admonitionẽ accipiẽs:quod vel inde apparet,quòd nec dominã incusat,sibiipsi fugæ culpã tribuens, nec ad secundũ interrogatũ respondet,quò vadat.incertũ enim hoc erat.de incertis autẽ tutius suspẽditur sentẽtia.Gaudẽs igitur redargutor obedientia mulieris ait:Reuertere ad herã tuã. prodest enim discipulæ doctricis magisteriũ,& imperfectæ seruitus apud prudẽtiam. Reuersa autẽ humiliare sub manu eius humilitate honestissima,abiiciens præsentẽ brutã superbiã.sic enim feliciter parturiẽs eniteris prolẽ masculá nomine Ismaël castigata diuinis monitis.interpretatur eñ Ismaël audit⁹ Dei. est autem auditus à visu secũdus.visum verò legitimus filius & prim

primogenitus Israël sortitur.sonat enim quod vidẽs Deũ. nam audire etiã falsa pro veris possumus: visus nequaquã fallax est. quo res certæ cognoscuntur. Mores autẽ nasciturí describit,dũ dicit ferũ fore,id est rusticè sapientem,nondum ascitum in Dei ciuitatẽ.hæc autem virtus est, apta nata mãsuefaciendis moribus.iidem feri mores indicãtur his verbis:Manus eius cõtra omnes,& manus omniũ contra eum.Hoc est enim sophistæ propositum,præ se ferentis curiositatẽ in disputãdo nimiam & gaudentis cõtentiosis sermonibus.adeò & ipse ferit omnes discipli narũ sectatores,tum singulis priuatim resistẽs, tum in cõmune omnibus:& vicissim ab omnibus percutitur suas fœturas defẽdẽtibus,hoc est placita quæ pariũt eorũ animę,Tertia quoq; nota adiicitur hæc: Cõtra faciẽ omnium fratrũ suorũ habitabit.] tantũ nõ manifestè ostendẽs aduersam dimicationẽ perpetuã, Itaq; anima quæ sophistã gerit in vtero,respõdet redarguẽti se: Tu es Deus qui inspexit me.]Ac si dicat tu es autor meorũ cõsiliorum & partuũ:& meritò.liberaliũ enim & verè ingenuarũ animarũ liber & liberator est opifex,serui verò seruarũ.angeli autẽ Dei famuli pro diis habẽtur ab his qui in seruitute detinẽtur & laboribus.Propterea huic puteo nomẽ indicit. Puteus cor á quo vidit.]Sed fieri nõ potest ô anima proficiẽs,& liberalium disciplinarũ profunda penetrãs,vt in eruditione tanquã in speculo videas autorẽ scientiæ.Cõmodus autẽ huic puteo locus est Caddes inter & Barad.interpretatur autẽ Barad In cõmunibus, Caddes verò sancta.nã qui proficit,est in sacrorũ profanorũmq; confinio,iã mala fugiens, sed nondum idoneus vt ad bona perfecta admittatur,habeátque cum eis contubernium.

PHILONIS IVDAEI,
De eo quis rerum diuinarum hæres sit.

IN PROXIME præcedente libro de mercedibus pro virili disseruimus: nũc autẽ propositũ est quærere,quis rerũ diuinarũ hæres sit. Postquã enim ille sapiens audiuit redditũ sibi hoc oraculũ: Merces tua multa nimis:percõtatur: Quid mihi dabis ó here ? Ego sine liberis decedã. filius autem meus

meus iſte ſuſceptus ex ancilla, heres meus erit. Damaſcus Eliezer. ac rurſum: Quia non dediſti ſemen mihi, verna iſte meus hæres erit.] Et quis non attonitus fuiſſet maieſtate proferentis hoc oraculum, vt nec os poſſet diducere, ſi non præ metu, certè præ gaudio? adimit enim vocem vt vehemens dolor, ita nimia lætitia. quamobrem & Moſes fatetur ſe parum vocalem & lingua tardum ex quo cœpit habere cum Deo colloquia: quod teſtimonium propheræ verum eſt. tunc enim veriſimile eſt vocis inſtrumentũ fieri tardius. rationẽ autem iam articulatã ferri liberione impetu, ſententiarũ magis quàm verborũ ornamenta conſectantem expedita quadam & ſublimi eloquentia. Sunt autem admirãdę virtutes, vel fiducia vel ſermonis libertas aduerſus præſtantiores, quando res eam poſtulat: vt illa comica ſententia vera potius quàm ludicra videatur: Si ſeruus ſemper conſueſcat ſilentio. Fiet nequã dediſcens loqui liberè. Sed quãdo ſolet hac libertate vti ſeruus contra dñm? nónne quãdo nullius maleficij ſibi eſt conſcius, certus nihil ſibi dictũ factúmve niſi in vtilitatem ſui domini? Quando igitur decet Dei quoq; famulum libertate linguæ vti contra ſuum rerũmq; omnium principem atq; dñm, niſi quãdo à peccatis purus, & charitatis erga dominũ ſibi conſcius, magis gaudet ſe eſſe Dei famulum quàm ſi abſq; cõtentione adeptus eſſet imperium terra mariq; in omnes homines. Cæterùm officia obſequiáq; Abrahã plena charitatis erga dominũ commẽdat extrema clauſula oraculi filio eius redditi. Dabo tibi & ſemini tuo terrã hanc vniuerſam: & in eo ſemine benedicẽtur omnes gentes terræ: propterea q, obediuit Abraham pater tuus voci meæ, & cuſtodiuit mandata mea, præcepta mea, leges meas & iudicia. Eſt autem ſerui laus maxima nihil extra iuſſis dominicis contẽnere, ſed impigrè induſtriéq; vel ſupra vires conari cuncta exequi ex illius animi ſententia. Sunt igitur qui audire debẽt potius quàm loqui: ad quos dicitur, Tace & audi: præceptũ pulcherrimũ. Nã inſcitia res eſt mala temerariáq;, cuius primũ remediũ eſt, auditoris ſilẽtium: ſecundũ attentio ad ea quæ auditu digna ſunt. Caue autẽ putes aliquid nihili docere hęc verba, Tace & audi: maius quiddã eſt quod monent. nõ ſolùm enim linguæ ſilẽtium poſtulat & auditum auriũ, ſed vtrũq; ab anima exigit. nã multi aures non mentẽ afferũt in auditoriũ, ipſis foris interim vagãtur, & multa de multis apud ſeipſos agitãt. ad cognatos alienósve, aut etiam ad ipſos pertinẽtia, quę præſtaret ad tẽpus miſſa facere: quæ omnia dum

dum cogitationi obſtrepunt, fieri non poteſt vt exaudiatur qui loquitur. nam eius vox non ad homines fertur, ſed ad inanima tas ſtatuas, quæ aures habent cùm auditu careant. quòd ſi mẽs quieta ab omnibus externis internisq; motibus dignetur attẽtam ſe præbere, & iuxta Moſis præceptũ auſcultare per ſilentiũ, poterit audire quæ dicuntur: aliàs verò nõ poterit. indoctos igitur decet ſilentiũ: ad ſcientiam autem aſpirantibus, & dominũ amantibus, eſt neceſſaria confidens facundia. legitur enim in Exodo: Dominus pugnabit pro nobis, vos autẽ tilebitis. ac mox tale oraculum ſubiungitur: Et dixit dominus ad Moſen: Quid clamas ad me? quaſi deberent ſilere qui nihil auditu digniũ afferunt: loqui verò qui præ amore ſapientiæ cõfidunt in dominо: nec ſolùm loqui placidè, ſed etiã proclamare: nõ ore linguáq;, à quibus ictũ aërem aiũt in orbem moueri, atq; ita ad auditum pertingere: ſed illo muſico ſonoróq; inſtrumento, quod mortalis audit nemo, ſoli ingenito illi immortaliq; exaudibile, iſtorũ verò qui in ſenſibus volutãtur nemini. Certè cùm totũ mentis inſtrumentũ per diapaſon & diſdiapaſon ſymphonias inſonat, auditor quaſi interrogatur, cùm reuera nõ interrogetur. nã Deo nota ſunt omnia. Quid ad me clamas mala deprecãs, aut pro bonis acceptis agens gratias: aut vtrũq; agẽs eadem opera? adeò hic parũ vocalis & lingua tardus ac pene mutus, aliubi nõ loqui ſolùm inuenitur, ſed & clamãs introducitur, rurſum aliubi loquens indeſinenter & eodem fluxu ſermonem cõtinuans. Moſes, inquit, loquebatur, & Deus ei voce ſua reſpondebat, nõ docens eum per certas orationis periodos, ſed ſemper & continenter ei reſpondens. Vbi autem reſponſio, ibi vtiq; & interrogatio. Rogat autẽ quiſq; quod ignorat, cupiens id diſcere. nam diſcẽtibus nihil tam proprium ac vtile, quàm quærere, rogare, ſcitari, nõ videri ſibi vel ſcire aliq̃d, vel percepiſſe ſolide. Ergo ſapientes Deo præceptore magiſtróq; vtuntur, imperfecti verò ſapiente illo, ad quem dicunt: Loquere tu nobis: non loquatur ad nos Deus, ne fortè moriamur. Tanta autem in loquendo libertate vtitur hic vir bonus, vt nõ ſolùm clãmet, ſed reclamet quoque, fretus vera fiducia & affectu non fucato. Nã verba hęc: Si remittis ei peccatum hoc, remitte: ſin minus, dele me e libro tuo quem ſcripſiſti. & illa: Nũ ego in vtero cõcepi totũ hũc populum, aut peperi eum, quia dicis mihi: ſume eum in ſinum tuum, & geſta tanquam nutrix infantulum? & illa: Vnde mihi carnes vt demvniuerſo huic populo: qui opplorat mihi? nũquid

oues & boues mactabũtur, aut omnes pisces maris comportabuntur & sufficient? & illa: Domine cur afflixisti hunc populũ? &, Cur misisti me? &, Ex quo profectus sum vt loquerer ad Pharaonem in tuo nomine, afflixit populũ. &, Non liberasti tuum populum: hæc inquam & similia nemo vel regi cuivis auderet dicere. cæterùm cum Deo loqui tam liberè, summæ fuit nõ audaciæ sed fiduciæ: quia sapientes omnes amici Dei sunt, præsertim quod ad sacras leges promulgãdas attinet. libertas autem loquẽdi cognata est amicitiæ: alioqui cum quo loquemur liberè, si cũ amico nõ licet? Rectè igitur in sacris literis Moses amicus Dei celebratur, vt quoties audacius loquitur, amicitiæ potius id tribuatur quã arrogãtiæ. nã arrogãtis est temeritas, amici verò fiducia. Sed cõsidera iterũ quòd fiducia tẽperatur cum reuerẽtia. nam hæc verba, Quid mihi dabis? fiduciã præ se ferunt: illud autẽ ô here, reuerentiã. Cæterũ cùm duabus appellationibus prout res postulat, rerũ autor appellari soleat, aliquando Deus, aliquando dominus, nunc harũ neutra, sed herus assumitur, idq; peropportunè & religiosè admodum: quamuis hæc vocẽtur synonyma herus, & dominus. sed quãuis vtrumq; nomen in vnum eundémq; cõpetit, distinguit tamen hæc cogitatio, quia dominus κύριος παρὰ τὸν κύριον, hoc est, ab autoritate dicitur, qua ratũ fit aliquid, sicut cõtra ἄκυρον vocatur irritũ. herus aũt δεσπότης παρὰ τὸν δεσμόν, id est, vinculũ. Vnde vt opinor δέος, id est, timor. itaq; & δεσπότης dominus erit & quidẽ timendus non solùm propter autoritatẽ, verũetiam propter metundam omnipotentiã. vel fortasse quia colligat continétq; omnia constringẽs indissolubiliter, alioqui natura dissolubilia. Quare cũ dicit, Here, quid mihi dabis? perinde est ac si dicat: Non ignoro tuam ingentem potentiã, scio & potestatem tuam terribilem. timens treménsq; te appello, & rursus fiducia subleuor. Tuum enim oraculũ iubet ne timeã: tu mihi linguã eruditam dedisti, vt sciam quando loquendũ sit, tu os meũ consutum soluisti, aperuisti, & articulatũ fecisti: dicẽda quoq; suggeris, confirmans illud tuum oraculum: Ego aperiam os tuũ, & docebo te quid loqui debeas. Quis enim sum ego vt loqui me doceas, vt mercedem pollicearis perfectiorem quovis dono & gratia? nónne è patria sum profugus? nónne cognatos deserui? nónne careo paternis ædibus? nónne omnes me relegatũ, profugum, desertum, & inhonoratũ nominant? Verùm tu mihi here es patria, tu cognatio, tu paterna domus, tu honor, fiducia,

opu

opulentia clara & perpetua. Cur igitur non audeam proloqui quæ cogito? cur nõ perconter de his quę cupio discere? attamen quamuis præ me ferre confidentiã videar, nihilominus metũ & stuporẽ fateor: nec tamen pugnare in me affectus cõtrarios, timorem atq; audaciam, sicut fortasse aliquis suspicabitur, sed contẽperari aptissimè. itaq; insatiabiliter fruor tam bene temperato poculo, quod facit vt nec liberius loquar quàm pro reuerentia, nec, reuerentia libertatem mihi adimat. Didici enim meipsum metiri, quàm sim nihili, & nimiã tuã beneficentiam suspicere. & quoties puluerẽ cinerémq;, aut si quid his est proiectius, meipsum sentio, tũc appellare te audeo, humiliatus & in terra prostratus, sic mutatus vt vix subsistere videar. Talẽ affectum animæ impressit in meã memoriã visitator Abraham.

Appropinquans, inquit, Abraham dixit: Nunc incepi alloqui dominum, ego autem terra sum & cinis.] Tunc enim tẽpus est vt creatura suum factorẽ appellet, quando agnoscit quã ipsa sit nihili. Illud autẽ, Quid mihi dabis? non tam dubitãtis est verbum, quàm gratias agẽtis per acceptorũ beneficiorum magnitudine: Quid mihi dabis? Num est quod sperem præterea? Copiosæ sunt, ô munificẽtissime, tuæ gratiæ, nullis circumscriptæ terminis, nec modũ nec finem habent, fontium more inexhaustæ & subscatentes perpetuò. Sed considerandus est non solùm torrens exundans tuæ beneficentiæ, verùm etiam arua nostra quæ illo rigantur. nã si nimis perfundantur, stagna & paludes erũt pro campis frugiferis. an non & mihi certa mẽsura opus est? ideo percontor Quid mihi daturus es? qui iam dedisti plurima, & penè omnia quorum natura humana capax est. quod enim adhuc cupio scire, hoc est, quisnã possit esse dignus hæres tuorũ operũ. Ego defungar sine liberis, acceptis bonis ad breue tempus paucósque dies duraturis, & ad finem properantibus, quamuis optẽ longęuitatẽ nec senio nec morti obnoxiã, vt possit iactis seminibus radices firmas extendere, & stipitẽ vsq; ad cælum attolere. necesse est enim vt humana virtus in terra gradiens ad cælũ erigatur, vt ibi gustato immortalitatis nectare, sempiternã salutem habeat. nam scio quòd sterilem animam odisti, ipse rerum omnium genitor. eximiam enim gratiã largitus es perspicaci generi, ne vnquã sterilescat & prole careat: cui quoniam & ego contributus sum, iure hæredem desidero. Cùm enim videã id inextinguibile, turpe puto sinere vt naturę meæ bonum intereat. Supplex igitur imploro, vt semina scin-

tillæq; foueantur,è quibus virtutis lux salutaris accẽdi queat, quæ tanquã lampas per manus tradita,mundo æquæua fiat. Indidisti & meditatoriis viris desideriũ filiorũ qui progignuntur ex anima,quib⁹ potiti exclamarũt præ gaudio: En pueri quorũ miseret? est Deus seruorũ tuorum:quorũ peregrinatio nutrix & altrix est,quorũ intactæ animæ teneræ generosæq; sunt,in omnes virtutis formas diuinas & pulcherrimas fingi faciles. Sed doce me & illud,an filius Masec vernaculę meæ,tuarũ gratiarũ hęres sit idoneus,nam ego hactenus neq; speratũ accepi filium, neq; de hoc quem accepi spem habeo. Quænã autẽ sit hæc Masec,& quis eius filius,nõ obiter cõsiderandum est. Masec interpretatur ex osculo, differt autẽ ab amore osculum. nã ille est animarum cõiunctarum per mutuã beneuolentiã: hoc autẽ nudam saluationem habet superficietenus in occursu fortuito. sicut enim in ἀνακύπτειν nõ est κύπτειν,in καταπίνειν πίνειν, in μαρσίππιον ἵππιον,sic neq; in καταφιλεῖν φιλεῖν,i. amor in osculo.nam multi etiã inimicis coacti aliqua necessitate hãc officij speciẽ exhibent,quæ sit autẽ illa ex osculo nõ ex sincera charitate,nobis cõmendata,dicã nihil dissimulãs: Vita qua cum sensibus cõiuimus,tota secura,quã nemo nõ amat, quã hominum vulgus herã existimat,elegantiores famulam,non externã aut emptitiam,sed vernaculam& tribulem quodãmodo:qui etiam didicerunt osculari eã nõ amare,cùm illi alteri valde ament eã & desiderent. Laban autẽ ille virtutis osor ne osculari quidem potest attributus meditatori potẽtias,sed vt assuetus simulationi fictisq; moribus,tanquã ægrè ferens,cũ reuera nõ doleat,ait: Nõ iudicasti me dignũ vt osculares pueros meos & filias. Iustè ac meritò.Simulationem enim implacabiliter odisse didicimus. Dilige virtutes,& animo cõplectere,& nõ requires osculum,fucatum specimen amicitiæ. non est enim eis amplius portio vel hæreditas in domo tua. nónne pro alienis à te reputatæ sunt? nónne vendidisti eas,& deuorasti earũ pretium? vt ne in posterum quidẽ eas possis redimere ac postliminio reuersas recipere.quid igitur osculari vult inimicus perpetuus virtutũ omniũ? At non sic Aaron osculatur Mosen,sed ex animo vt germanum charissimũ,Amãter,inquit,salutauit eum,& cõplexi sunt se inuicem. Sunt autem vitæ tria genera:vna apud Deũ,altera apud creaturã,tertia media,mixta ex vtraq;.quę apud Deum est,non descendit ad nos, nec venit in istas necessitates corporis: quæ apud creaturam,nec ascendit,nec curauit ascendere, degens in cauer

cauernis intimis,& vita minimè vitali gaudens. at quæ mixta est,sępe ad meliorem tracta ordinẽ numine corripitur,interdũ retracta ad deteriorem retro se recipit.quòd si ad hanc tãquam in bilancem melior vita accedat,adeò prægrauabit,vt in diuersa lance minimũ ponderis appareat.Moses autem ei quæ apud Deum est vitæ palmam decernẽs sine puluere, reliquas inter se cõparat per duarũ mulierum similitudinem, quarũ alterã dilectam,alteram exosam,vocat aptissimis nominibus.Quis enim est qui nõ capiatur oculorũ,autium,gustus,odoratus tactúsque deliciis ac voluptatibus?Quis non abhorret à contrariis,frugalitate,continentia,austera castigatáq; vita,lusus ac risus expertè,plena curis & laboribus,contemplandi cupida, infensa ignorantiæ.contẽnente pecuniã,gloriam, delicias, aspirãte ad temperantiam,bonã existimationem,& videres nõ cæcas diuitias? Est quidem primogenitura vt antiquior ita honoratior:Moses tamen etiam posterius natos hoc honore dignatur,his duplum tribuens,alteris auferens dimidium.Si habuerit,inquit,homo duas vxores,dilectã & exosam,& ambæ pepererint, cùm distribuet suam substantiam,nõ poterit primogenituram daræ filio dilectæ scilicet voluptatis: iuuenis enim hic censetur,etsi tẽpore antiquior.sed dabit filio seniori nato è fastidita prudẽtia,qui à pueritia dignus fuit,cui duæ portiones debentur.Huius figuræ sensum moralẽ quia iam antè diximus, reuertamur ad proximè sequentia,præmonito lectore,quòd exosæ Deus vuluam aperuisse dicitur, ortũ dans bonis studiis & honestis operibus, cùm ea quæ dilecta putatur, mox ab initio sit sterilis. Videns, inquit,dominus ꝙ Lia fastiditur,aperuit vuluam eius: Rachel autẽ erat sterilis.Sed quoties anima prægnans quales decet fœtus parturit,tunc altera sensibilium genitrix sterilescẽs desinit parere.grata nõ propter amorẽ,sed propter oscula. Huius sensualis vitæ quę Masec nominatur,vnusquisque nostrũ est filius, honorans demirãsq; nutricẽ altricémq; humani generis: quã terrenus intellectus Adam nomine,vbi factam vidit, quamuis mortem suã,vitam illam nominauit.Vocauit,inquit,Adam nomen vxoris suæ vitã.quòd ipsa sit mater omniũ viuẽtiũ,reuera mortuorum iuxta vitã animæ.At quotquot verè viuunt, matrẽ habẽt sapientiam,sensus autem vtũrur seruitio,in hoc a natura factum existimãtes,vt minister sit ad parandã scientiã. nomen autem nati ex ea vita cuius nota est osculũ.Damascus traditur, quod sacci sanguis interpretatur, aptè admodũ:quia per saccũ

Universidad de Deusto Biblioteca

significatur corpus,per sanguinẽ vita quæ est in sanguine.nam quoniam anima dupliciter dicitur,& in vniuersum & pars eiꝰ præcipua,quæ propriè dici potest animæ anima:sicut oculus & totus globus est,& ea pars qua ꝓpriè cernimus:existimauit legislator duplicẽ essentiã animæ:totius quidẽ,sanguinẽ:præcipuæ verò partis,diuinũ spiritũ.proinde apertè dicit:Anima omnis carnis,sanguis est.egregiè carniũ turbæ influxũ sanguinis attribuit vt propriũ.mẽtis verò essentiã nulli creaturæ coaptauit,sed introduxit eã supernè inspiratã à Deo. Inspirauit, inqt, creator omniũ in faciẽ eius spiritũ vitæ,& factus est homo in animã viuentẽ, quæ etiã ad imaginẽ sui factoris expressa narratur. Itaq; duplex est genus hominũ,alterũ quod viuit iuxta rationẽ inspiratã diuinitus,alterũ quod sanguine viuens seruit carnis voluptatibus.hoc terræ figmentũ est, illud ad imaginẽ Dei expressa effigies. ea terra sanguine macerata, ex qua facti sumus,nõ mediocritet egeꝫ diuino auxilio.ideo dicit: Iste Damascus Eliezer:interpretatur aũt Eliezer,Deus adiutor meus. quoniam hæc moles sanguinea per se dissolubilis & mortua, consistit & fouetur prouidẽtia Dei sua manu sustentãtis & protegentis:alioqui nec per vnũ quidem diem genus nostrũ durare poterat.Non vides quòd & Mosis secundus filius eodem est nomine?Nomen,inquit secũdi Eliezer.ac mox causam adiicit. nã Deus meus auxiliator meus,& eripuit me,à manu Pharaonis.Cæterùm sanguineæ sensualisq; vitæ amicis,præficitur ille pietatis dissipator & hostis Pharao nomine, cuius regnũ iniustum & crudele non licet effugere,nisi Eliezer nascatur in anima,& auxiliũ à solo seruatore nos sperare iubeat.Rectè autem in stemmate Damasci nõ patrẽ,sed matrẽ Masec memorat: vt ostendat ꝙ anima sanguinea, qua bruta viuũt,ad mulierũ maternũ genus propriè pertinet,expers masculini generis. At nõ sic virtus Sarra:solã enim virilem stirpem sibi vsurpat,ex solo Deo nata qui pater est omniũ,ipsa matre carẽs principiũ.Verè, inquit,soror mea est,eodẽ patre,nõ item matre progenita.Hęc de quibus præmoneremus,habuimus.erat enim in prima parte argumẽti quædam obscuritas penè ænigmatica. Quid autẽ hic stustiosus quærat,explicandum est diligẽtius.An possit aliquis huius sanguineæ vitæ cupidus,& sensibꝰ deditus, incorporarũ diuinarúmq; rerũ hæres fieri. His dignus habetur solus ille qui supernè inspiratus est,cælestis diuinæq; portionis particeps intellectus purissimus, contemnens non modò corpus,

sed

sed & alterã partem animæ,quæ cùm sit bruta sanguine fermẽtatur,furores feruẽtes & cõcupiscentias ardentes excitãs. ergo sic interrogat.Quoniam mihi non dedisti semen illud à seipso doctum & intelligibile,num verna meus hæres mihi erit,sanguineæ vitæ filius?Vix id elocutus erat,cũ Deus respõdit.Mox, inquit,vox Dei facta est ad eum dicẽs:Non hic hæres tuus erit, nec quisquã sensui conspicuus.nam incorporeæ naturæ intelligibilium rerum hæredes fiunt.Et obseruãdum quòd nec dixit Deus,nec locutus est,sed voxDei facta est ad eum,tanquã intus in corde pulsans.Quis ergo hæres erit?non ille intellectus qui sponte detinetur in corporis carcere,sed qui solutus vinculis liberatúsq; prodiit extra parietes,& vt ita loquar, seipsum dereliquit.Qui,inquit,egredietur ex te,hic hæres tuus erit. Ergo si cupis ô anima,hæres diuinorum bonorũ fieri, nõ tantùm terrã corpus,& cognationem sensuum,& domum paternam,rationẽ desere,sed & teipsam fuge rapta extra teipsam sicut lymphati & fanatici, baccabunda & numine agitari te non dissimulans. nam extra se raptæ,afflatæq; diuino furore,& impulsæ cælesti cupidine,attractæq; à veritate impedimenta dimouente & viã muniente,hæc est hęreditas.Sed quomodo migras ab illis prioribus,ingenuè dic nobis,ô mens,quæ audire doctis insonare soles intelligibilia dicens:Equidem migraui è corpore, quando carnem sensumq; contempsi,atque etiam omnia sensibilia. si ad veritatem conferantur spectra & phãtasmata,damnato sensuum iudicio corrupto & insincero plenóq; falsis opinionibus: damnatis etiam his quæ iudicantur,vt paratis ad inescandum fallendúmq;,& veritatem,quantum in se est,tollẽdam è rerum natura.quin & ratione migraui quando multum irrationalitatis in ea cognoui,vtcunque tumente & extollente se. causa est enim quiddam,non mediocre:per vmbras corpora, per verba res,quod fieri non potest,mihi ostendere.itaque labebatur per lubrica,& cogebatur multa circũloqui,quæ ꝓpriis verbis eloqui diserte nõ poterat.quapropter cùm viderem eam affectam vt infantem puerum, decreui satius esse migrare ab his omnibus,& ad Deum referre singulorum potentias, qui & corpus compingit ac corporat, & sentiendi vim indit sensibus, & rationi orationem suppeditat. Proinde agedum sicut dereliquisti cætera,excede ac emigra etiam ex teipsa.at quomodo?caue ne intellectum,cogitationem,perspicacitatem tibiipsi thesaurizes,sed offerens hæc ei dedica, qui exactè intelligendi &

 fallib

fallibiliter percipiendi causa est. hæc autem donaria recipit alterũ è sacratis templũ scilicet sanctius. Sunt enim opinor duo, alterum intelligibile, alterum sensibile. sensibilium naturarũ mundus hic, intelligibilium verò ille intelligibilis est recepta culum. Quòd autẽ is qui iam dicta egressus cupit sectator Dei fieri, prædiuitis naturæ laudatam hæreditatẽ assequitur, testis est scriptura dicẽs: Eduxit eum foras & dixit, suspice in cælum. quoniam hic est diuinorum bonorum thesaurus. Aperiat tibi, inquit, dominus thesaurum suorum bonorũ, cælum videlicet. ex hoc certè cõsummatas lętitias largitor ille cõrinuè depluit. Suspice, vt arguas cæcum vulgus hominũ, quòd cùm sibi videa tur cernere, orbatum est luminibus: niti forté nõ est orbũ dum mala bonis antefert, iustis iniusta, perturbationes tranquillita ti animi, immortalibus mortalia: repulsisq; monitoribus ac ca stigatoribus cũ suis præceptis atq; monitis, adulatores admittit & sermones inuitãtes ad voluptatẽ, otium, ignorãtiam, atq; delicias. Ergo solus bonus videt. quamobrem & prophetas pri sci nominabant videntes, qui autem foras prodiit, nõ solùm videns, sed & Deum videns appellatus est Israël. sic enim hęc vox interpretatur. At isti etiamsi quando aperiunt oculos, terram intuentur terrenorũ cupidi, & innutriti materiæ. nam ille attol lens oculos ad ætherem suspicit, vnde manna verbum diuinũ, cæleſtis immortalisq; cibus animæ spectandi ac discendi cupi dæ. istis verò animus est in cepis & alliis pupillas cruciãtibus, & turbantibus, ita vt cõniueant, atq; in porris & salsamentorũ fœtoribus, cibis Aegypto peculiariaribus. Venerunt, inquit, no bis in mentem pisces quibus in Aegypto vescebamur gratis, cucumeres, pepones, porrũ, cepe, allium. nũc anima nostra exaruit, nihil prẽter manna vidẽt nostri oculi. Facit autẽ ad mores & illud, Eduxit eum foras, quod quidam indocti ridere solent, rogitãtes & quis intrò educitur, aut ediuersò foras intrat? Etiã ô ridiculi & nimis facules. nescitis enim vestigare mores animæ. sed solos corporũ locales motus in his verbis quęritis. ideo mirum vobis videtur si quis intrat foras, aut intro exit. nobis verò Mosis familiaribus nulla est hic absurditas. An non dicetis, perfectũ summum sacerdotem, quãdo in adytis operatur sacris patriis, intus esse ac foris? intus conspicuo corpore, foris anima vaga obambulantéq; rursum alium vel alienũ à Leuitico genere, amicum Deo charúmq;, extra sacraria stantem, intus in penitissimis agere, qui peregrinationẽ putat totã vitam cor

poris

poris: & quoties potest solam animæ vitam viuere, credit se degere in patria. nam extra amicitiam est omnis insipiẽs, etiamsi ne momentũ quidem discedat à cõtubernio: intus verò omnis sapiens, etiamsi non solùm regionibus, verùm etiam immẽsis terræ tractibus disiunctus sit. Moses autem hunc amicum adeò Deo propinquũ ait, vt nihil ab anima differat. dicit enim: Amicus æqualis animæ tuæ. Iuxta eiusdem æstimationẽ, nec sacerdos erit homo, tantisper dũ est in sanctis sanctorũ, donec exeat, non corporaliter, sed animæ motibus. Mens enim quando purè Deo sacrificat, non est humana, sed diuina. cùm autẽ ad aliquid humanum auertitur, descendens de cælo, vel potius delapsa in terram. egreditur etiamsi corpus intus maneat. Rectissimè igi tur dictum est, Eduxit eum foras, è carcere corporis, è cauernis sensuum, è fallacibus rationis sophismatibus: & insuper ex seipso, atq; opinione qua putabat, se nulli obnoxiũ liberè ac suapte facultate percipere atq; intelligere. Producto autem foras dixit: Suspice in cælum, & numera stellas, si potest iniri eorum numerus. Sic erit semen tuũ. Egregiè dictũ, sic erit semẽ tuum, non par stellarum numero. nõ enim solam multitudinem, sed & alia multa ad perfectã felicitatẽ conducentia vult indicare, Sic erit, inquit, sicut quod vides in æthere, sic cæleste, sic vmbra carens, plenum splendore purissimo (nam nec in cælo nox locum habet, nec in virtute tenebræ) dispositum ornatissimè, immoto manens ordine, semper sui simile. Vult enim cæli effigiẽ, aut quod plus est, cælum terrestre dici sapientis animã, vt quæ in æthere habet lucida sidera, statos motus, cõcinnas choreas, diuinos circuitus, virtutum splendores fulgidissimos & stellis simillimos, quòd si sensibilium stellarum numerum inuenire est impossibile, multo magis intelligibilium. Nam quãto præstantius est quod iudicat quàm quòd iudicatur: siquidem mens sensu est potior. hic verò illa hebetiorãtum & inter ea quæ iudicantur interest. itaq; immenso intelligibilia sensibiliũ numerum superãt. nã oculi animæ proprii minima quædã portio est oculus corporeus. ille soli est similis, hic cãdelabro quod modò accensum mox extinguitur. ideo necessariò subiungitur: Credidit Abrahã Deo: ad laudẽ eius qui credidit. Dicat fortasse aliquis, hoccine laude dignũ iudicas? Quis Deo loquenti pollicen tiq; fidẽ nõ adhiberet, etiãsi esset impius & omniũ mortalium iniustissimus? Huic respõdebimus: Caue caue ô præclare vir, ne temerè aut illũ sapientẽ fraudes suis laudib⁹. aut indignis per-

fectiſsimã virtutẽ fidẽ tribuas, aut noſtrã ſuper hac re incuſes ſententiã. Nam ſi penitius ſcrutari, nõ ſolùm in ſuperficie, volueris, cõperies quàm difficile ſit credere ſoli Deo abſq; vllo teſtimonio, propter cognationẽ quam habemus cũ rebus mortalibus, quæ nobis perſuadẽt vt credamus fidamúsq; gloriæ, principatui, amicis, ſanitati roboriq; corporis, & cæteris plurimis. has perſuaſiones eluere, & diffidere creaturæ per ſe infidiſsimæ, ac ſoli Deo fidere, q ſolus verè fidus eſt, res eſt animi magni cæleſtisq; nõ ineſcati vllis reb⁹ noſtratib⁹. Illud quoq; bene addit, imputatã ei fidẽ ad iuſtitiã.] Nihil em̃ tam iuſtũ, quàm fide ſincera Deo credere. Id quantũvis iſtũ & naturæ conſentaneũ, mirũ videtur proter vulg⁹ incredulũ, quos arguẽs ſacra ſcriptura dicit, in ſolo Deo firmũ eſſe certúmq; præſidiũ, quantũlibet hoc mirent homines verorũ bonorũ expertes, alioqui reuera nõ mirabile. eſt autẽ op⁹ iuſtitiæ propriũ: Et dixit, inquit, ad eũ. Ego ſum Deus qui eduxi te de terrra Chaldæorũ, vt darẽ tibi terrã hãc in hæreditatẽ.] Hoc nõ ſolũ noua pollicetur, ſed & veterem promiſsionẽ cõfirmat. S quidẽ dudũ donatũ bonũ, exitus erat è meteorologia Chaldaica, quæ docebat credere, nondũ nõ opus Dei, ſed Deũ ipſum eſſe, & bona malá; imputare ſtellarũ certis ordinatisq; curſibus, vnde bonorũ malorúmq; cauſæ pendeant. hanc tam prodigioſam opinionẽ homines ad credendũ faciles hauſerãt ex æquabili motu orbiũ cęleſtiũ: nam Chaldim interpretatur æquabilitas. Nouũ autẽ bonũ quod promittitur eſt acquiſitio ſapiẽtiæ eius quæ nõ ſenſu diſcitur, ſed mẽte ſinceriſsima percipitur, & cõfirmat migrationẽ optimã: anima ſe cõferẽ te ab aſtronomia ad phyſiologiã, & ad certã cognitionẽ à cõiectura: atq; vt propriè loquar, à genitis ad Ingenitũ, à mũdo ad ei⁹ patrẽ cõditorémq;. Chaldaicã enim ſectã cælo fuiſſe deditã: hũc autẽ poſtquã inde migrauit, Deo qui cęlo vectatur & id gubernat, credidiſſe, narrãt ſacra eloquia. pręclara ſanè hæreditas, fortaſſe maior quã pro captu hæredis, ſed digna largiẽtis magnitudine. Sed nõ ſufficit bona ſpes & miræ felicitatis expectatio ſapiẽtię cupido per oraculum oblata: niſi & modum audiat, quo ad eã felicitatẽ peruẽtur⁹ ſit, quòd moleſtũ ſit illi hęc ignorare, vt inſatiabiliter ſitiẽti ſcientiã. Ideo percontatur: Domine Deus, quomodo cogноſcã quòd eã hæreditate poſsidebo? Dicat fortaſſe aliquis: non cõuenire hoc ei qui crediderat. nã hęſitationem dubitantis eſſe, cũ verò qui credit, nihil amplius quærere. Dicendũ igitur eũ hæſitare & credere, ſed non de eadẽ re. abſit hoc

hoc à fideli anima. credidit ſe hæreditario iure poſſeſſurũ ſapiẽtiã, nihil aliud quærit, quàm quomodo ſibi obuẽtura ſit ea felicitas, nã obuẽturã certò ſcit fretus Dei promiſsione. Itaq; delectatus hominis prono ad diſcendũ deſiderio præceptor, incipit à primis elementis eum erudire, primũ docẽs quod eſt ſummè neceſſariũ: Sume mihi.] Breue verbum, ſed magna vis eius. non pauca enim indicat. Ante omnia, propriũ, inquit, nullũ habes bonum, ſed ſi quid habere putaris, aliunde habes: Vnde colligitur, quod accipimus à Deo quicquid habemus, nõ à poſt eũ nata creatura, quæ ipſa manus ad eum tẽdit vt accipiat. Secundò inquit, quicquid ſumis ſume non tibiipſi, ſed quaſi mutuũ aut depoſitum redde ei qui depoſuit, & quidẽ cum auctario, veterem gratiam noua penſans gratia, & decenter aliquid repẽdens bene merito. nam multi ſacris depoſitis malè vſi, præ auaritia nimia verterunt ea tanquam ſua in proprium cõmodum. tu verò vir bone da operam pro viribus, vt non ſolùm integra illæſáq; ſerues quæ accepiſti, ſed omni cura efficias, vt qui depoſuit non habeat quod queratur de tua cuſtodia. depoſuit autem hæc, animam, rationem, ſenſum, nimirum factor animaliũ: quæ depoſita figuratè iuuenca, aries, capra nominãtur in ſacris literis. hæc autem quidam ſui nimis amantes vſurparunt ſibi, alij repoſuerunt vt tempeſtiuè redderent: & fraudatores quidem ſunt innumeri, quis enim eſt noſtrum qui animam rationem cenſum in bonis ſuis non cenſeat, ſibi acceptum feres quod ſentit loquitur intelligit? eorum antem qui bona fide cuſtodiunt depoſitũ exiguus eſt numerus. hi tria iam dicta Deo dedicãt, rationem, ſenſum, animã. Sumpſerunt enim non ſibi, ſed illi hæc omnia: itaq; meritò fatentur ab eo venire vires horum ſingulis, menti cogitationes, rationi ſermones, imaginationes ſenſibus. cæterũ qui hæc aſcribunt ſibiipſis, meritò ſibi parant hasmiſerias: inſidioſam animam fermentatam brutis affectionibus, & vitiis plurimis obſitã, nunc gulæ atq; libidini tanquã in lupanari proſtitutam, nũc à plurimis iniquitatibus tanquã in carcere conſtrictã cum maleficis, non hominibus, ſed ſtudiis, quæ omnibus tribunalibus faceſſunt negotium, rationẽ verò inaniloquam, exacutam ad impugnationem veritatis, ſibi dedecus afferentẽ, damnum autẽ audiẽtibus. prętererea ſenſum inſatiabilẽ, ſemper ingurgitantẽ res ſenſibiles, ſed nunquã expleri valentẽ, contumacem aduerſus monitores, & conſpuentẽ quicquid ad emẽdationem audit vidétq;. Qui autẽ hæc ſumpſerunt non ſibi, ſed Deo, dedicarunt

dedicarunt ei singula, vt sacra seruantes suo domino: mentem quidem, ne quid aliud quàm de Deo virtutibúsq; cogitaret: rationē verò, vt ore frenato, laudibus hymnísq; veneraretur patrē tem rerum omnium, ostentās in hoc tantùm negotio suam eloquentiam: sensum autem, vt imaginando totum hunc mūdum sensibilem, cælum terrámq; & naturas quæ sunt in medio. animantes ac stirpes atq; vires harū & efficaciam, motúsq; alios & habitu, sedulo & sine fuco nuntiet animæ. menti enim Deus dedit, vt intelligibilem mundum per seipsam, visibilem autē per sensum cognosceret. Quòd si quis possit omnibus his partibus Deo magis quàm sibi quærere, per sensus introspiciendo sensibilia, inueniendæ veritatis studio, per animam autem in rebus intelligibilibus quę verè sunt philosophando, deniq; per vocis instrumentum laudando hunc mundū & eius opificē, viuet vitam beatissimā. Hæc puto significari per verbum illud, Sume mihi. Cærerùm quoniam misericordi Deo visum est suæ virtutis excellentiam cælitus in terram demittere, vt genus nostrū potioris sortis fieret particeps, figuratè tabernaculum cum suis sacris apparuit, sapiētiæ simulacrum & imaginem. nam in medio nostræ impuritatis collocatum tabernaculum ait scriptura vt esset quo purificaremur, elutis & absterſis sordibus ac maculis, quibus referta est hæc vita vestra misera. Videamus igitur quid præcipiatur de apparādo tabernaculo. Locutus est, inquit, dominus ad Mosen dicens: Dic filiis Israël, Sumite mihi primitias, à quocūq; vltro dante sumetis eas. Hic quoq; præcipitur vt nō sibi sed Deo sumāt. examinando dantis animū magis quàm donum, & conseruādo quæ dātur illæsa atq; integra. quod autē primitias postulat, id ad erudiendos nos pertinet. nam reuera corporum ac rerum primitiæ Deo debentur. id si scire vis, considera stirpes, animātes, artes, scientias. prima stirpium semina suntne agriculturæ an inuisibilis naturæ opera? quid hominum cæterorúmq; animalium generatio, nónne parentum operam habet accessoriam, suprema autem antiquissima verāque eius causa natura est? artiū antem scientiarúmq; nónne fons, radix, fundamētum, aut si quod aliud est nomē potioris principij, natura supponitur, cui contēplationes omnes superstruūtur? naturam verò si subtrahas, imperfecta erunt omnia. Et hoc est quod mihi quidā videt dixisse aptissimè: ἀρχὴ μέτρου ἥμισυ παντός.

Dimidium facti qui bene cœpit habet.

Meritò igitur in sacris eloquiis primitiæ dedicantur Deo rerū princ

principi. Aliubi quoq; sic legitur: Locutus est dominus ad Mosen dicens: Consecra mihi omnem primum fœtum primogeniti tum aperiētem vuluā in filiis Israël ab homine vsq; ad pecora. itaq; sic etiam cōfessùm fit, quòd quæ antiquiora sunt & præcipua Deo debentur, præsertim primogenita. quoniā enim omne genus est incorruptibile, incorruptibili Deo iustè attribuitur, & quicquid in vniuersum vuluā aperit, ab homine hoc est ratione vsq; ad pecora, id est sensus corporis. nam qui aperit vuluam singulorum, mentis ad percipienda intelligibilia, rationis ad exercendum sermonem, sensuum ad obiecta tractāda, corporis ad proprios eius motus atq; habitus: est ille Dei sermo inuisibilis fator & artifex, qui cōuenienter ad patrē refertur. atqui sicut principia Dei sunt, sic & fines: teste Mose, qui præcipit vt separetur finis, & dedicetur domino. attestantur & mundanæ res: quomodo? stirpis principium semen est, finis verò fructus: vtrunq; opus naturæ non agriculturæ. Rursum scientię principium natura est vt ostendimus, finis autem ne contingit quidem hominibus. nemo enim absolutus est in vlla scientia, sed reuera perfectiones & fastigia vnius solius sunt. itaq; nos versamur in spacio medio finē inter & principiū, discendo, docendo, agros colēdo, cætera opera tractando quasi agamus aliquid, vt & generatio videatur aliquid agere. Manifestius tamē principia finesq; Deo tribuuntur in mundi creatione, dicēte scriptura: In principio fecit: & rursum, Perfecit Deus cælum & terram. Nūc igitur ait: Sumite mihi: sibi debita vindicās, & præcipiens ne quæ dantur vitientur, sed ira vt oportet seruentur. Rursum aliubi qui re nulla indiget, & ideo nihil accipit, fatetur nihil accipere, vt pietatem accendat, & ad sanctitatem religionémq; prōptos faciat, quasi delectetur spontaneis obsequiis animę & cultu legitimo. Ecce, inquit, accepi Leuitas pro omni primogenito aperiente vuluā apud filios Israël, erūt eorū redēptio. Damus igitur & accipimus. sed accipim⁹ propriè, abusiue dare dicimur, ob causas quas diximus. aptè autem redēptionem Leuitas nominat. nihil enim æquè mentem ad libertatem erigit, ac cōfugere ad Deum suppliciter. id autem sacrata Leuitica tribus profitetur. Quādo igitur satis de his disseruim⁹, reuertamur ad textus reliqua. Sume mihi, inquit, iuuencā indomitā, illęsam, tenerā, iuuenē, lasciuā, sed rectoris patientem animā. sume mihi arietē, rationem maturā, paratā certamini, idoneā soluendis & dissecādis nodis sophistarum ex aduerso disputantiū, idoneā & ad tuendū ornan

dúmq;

dúmq; eum cui cõtigit.ſume mihi & ſenſum inducentẽ in hũc mundum ſenſibilem,capram,tria hæc omnia, iuxta numerum perfectum compoſita,principium,finem,mediũ habentia,præterea turturem & columbam;diuinam & humanã ſapientiam ambas quidem volucres & in altum tolli exercitatas, differentes tamẽ à ſe inuicẽ,quatenus differt genus à ſpecie, aut exemplar ab imagine.amat enim diuina ſapiẽtia ſolitudinem, propter ſolũ Deum cuius ipſa eſt poſſeſsio,& turtur figuratè vocatur.altera verò mãſueta:cicur,& gregatim volitãs ciuitates hominum libenter incolit,gaudens conſuetudine mortalium, & ideo repræſentata per columbæ ſimilitudinẽ.Has virtutes opinor Moſes ſubindicans,obſtetrices Hebræarum Sepphoram & Phuam nominat:quarũ altera auicula, altera rubor interpretatur.ſiquidẽ diuinæ ſcientiæ propriũ eſt ſublimia petere: humanæ verò,modeſtiam & pudorem indere,quem erubeſcentia maximè indicat.Et ſumpſit,inquit,ei hæc omnia.hæc laus eſt probi hominis,ſacrũ diſpoſitũ animæ,ſenſus,rationis,diuinæ ſapiẽtiæ,humanæ ſcientiæ,ſine dolo bona fide ſeruãtis, nõ ſibi ſed ei qui depoſuit. Deinde addit:& diuiſit ea per medium : nec dicit quis diuiſerit,cogitationi tuæ relinques intelligẽdum Deum, ſecantem corporum ac rerum cunctarũ cohærẽtes & vnitas vt videtur naturas,verbo ſuo nihil nõ ſecante,quod vt acutiſsimũ nõ deſinit diuidere omnia ſenſibilia,donec perueniat ad ea quę vocantur indiuidua.Idem verbũ inciſorium etiam rationi conſpicua in plurimas portiones incircumſcriptas diuidit, & bracteas auri ſecat in capillamẽta,vt Moſes ait,longitudinẽ ſine latitudine,incorporeis lineis ſimilẽ.Hæc igitur tria ſingula diuiſit per mediũ, animã in brutam partẽ & rationalẽ, orationem in verum & falſum,ſenſum in imaginationẽ certã & incertam: atq; ita dimidiata inter ſe oppoſuit,rationali brutũ, vero falſũ, certo incertũ,indiuiſa ſinens volucria. nã incorporeæ diuinæq; ſcientiæ in contrarietates pugnantes nõ poſſunt diuidi.Et quia dicendum eſt de diuiſione in æquales portiones & de oppoſitis, nec ſilẽtio rẽ præteruehemur,nec prolixius immorabimur,ſed quãto poterimus vtemur cõpendio, cõtenti huc propriè pertinentibus.nã ſicut animã noſtrã & mẽbra per mediũ diuiſit opifex,ſic & huius vniuerſitatis eſſentiã mox in mũdi huius initio. Primùm bifariã eam diuiſit,in graue & leue, quod craſſum eſt diſcernens à tenui.horũ vtrumq; denuò diuiſit,tenue in ignem & aërem,craſſum in aquã terrámq;,ſenſibilis mundi elementa

ſenſibilia

ſenſibilia pro fundamento ei futura. ac rurſus tũ graue tũ leue diuiſit in alias ſpecies,leue in frigidũ & calidũ, frigidũ appellans aërem,ignẽ verò quod eſt natura calidum ; item graue in humidum & aridum:humidum vocauit aquam,terrã aridum, hæc ſingula rurſum aliter ſecta ſunt.terra in continẽtes & inſulas:aqua in mare & fluuios,cæterósque latices potabiles. aër in æſtiuas brumalésq; mutationes. ignis in hũc quo vtimur quotidie,corruptiuũ & inſatiabilem, & in aliũ ſalutarẽ priori contrarium,ex quo cælũ conſectũ eſt.Ita ſecta ſunt vniuerſalia,nec minus particularia,nẽpe in animata & inanima.In inanimatis quædam ſemper manent eadẽ,quæ habitu continentur ceu vinculo:quædã mouentur,non migratione ſed incremento,quæ natura inenarrabili modo viuificat.ex his alia ſunt ſilueſtria,quæ immites fructus cibum ferunt beſtiis:alia frugifera,quæ ad curam agricolarũ pertinent.horum fructus proſunt homini, omnium animaliũ mitiſsimo. Nec hic cõſiſtit diuiſio animatorũ ab inanimis ,rurſum hæc ſingula ſubdiuidũtur. nã alterũ horũ diuiditur in brutorũ & rationaliũ ſpecies:quæ & ipſæ denuò diuidũtur:bruta in fera & mãſueta,rationalia in mortalia & immortalia.mortales itẽ ſecãtur bifariã,diſtincti virorũ & mulierum vocabulo. aliàs quoq; animal in marẽ ſecatur & fœminã. nec deſunt & aliæ ſectiones neceſſariæ,quibus ſeparantur volucres à terreſtribus,& ab vtriſq; aquatilia.Tam acutũ eſt verbũ illud res omnes diſſecãs,primũ forma qualitatéq; carẽtẽ eſſentiã,& ab hæc diſcreta mũdi elemẽta quatuor,mox plãtas & animãtes ex his cõpactas,Quoniam autẽ non tantũ air,diuiſit,ſed per mediũ diuiſit,neceſſum eſt vt pauca de portionibus dimidiatis addamus, ſic enim æquales partes indicantur. Mortalis quidẽ nemo poſſet quicquã in partes pares diuidere,ſed neceſſe eſt vt alterutra maior minórve ſit,ſaltẽ paulò quod ſenſum fugiat,ſolitum grandiora quæq; expẽdere,minutias verò non valentem percipere.inæqualitas autem æqualitatem excludit, id quod veris rationibus deprehenditur. probabile igitur eſt ſolũ Deũ exactè iuſtum eſſe,& ſolum poſſe per mediũ diuidere vel res vel corpora,vt alterutra portio ne mica quidem alteram ſuperet,ſed pares ſint per omnia,Hæc dicta ſufficerẽt, ſi vna eſſet æqualitatis ſpecies:cũ autẽ plures ſint,nõ grauabimur quæ res poſtulat adiungere.dicitur enim æqualitas vno modo in numeris,qua duo duobus,tria tribus æquiparantur, & cætera ſimiliter;altero modo in quãtitate,quæ ad longitudinis, latitudinis,

altitud

altitudinis,dimensiones pertinet.palmus enim palmo, cubitus cubito par est magnitudine. Sunt in quibus æstimatur valoris æqualitas,vt in mensuris ac ponderibus.est & ea species necessaria quam analogiam seu proportionem nominãt, iuxta quam pauca multis,parua magnis cẽsentur æqualia.cuius in ciuitatibus vsus est interdũ,quãdo ciues iubẽtur cõferre æqualiter,non numero,sed pro rata,vt est census eius temporis, quando centũ drachmas conferens,tantundem iudicatur contulisse quantum qui talentum repræsentauit. His præsuppositis vide quomodo qui per mediũ diuisit,æqualiter diuisit iuxta has omnes æqualitatis species,in ipsius mũdi opificio, pari numero grauia diuidens à leuibus,duo à duobus,terrã & aquã põdus habẽtia,à suapte natura leuib⁹ igne & aëre.eadẽ paritas est in singulis,aridissimo humidissimóq;.terra & aqua.eodẽ modo tenebris lux opponit,dies nocti,æstas hyemi,veri autũnus, & id genus alia. Item magnitudine pares sunt in cælo quidem æquidistãtes circuli,tam æquinoctiales vernus autumnalisq; quàm solstitiales æstiuus brumalisq;:in terra verò zonæ quas vocãt, duæ inter se æquales quæ circa polos sunt frigidæ, & ob hoc inhabitabiles: duæ item inter has & exustã mediã,quas propter tẽperiem aiũt habitabiles,alteram ad austrum vergentem, alterã ad septemtriones.Lõgitudine verò paria sunt temporum spacia,nox maxima diei maximæ,breuissima breuissimæ. mediæ media. de cætero dictũ æqualitates ac noctiũ deprehendũtur æquinoctiis, post vernum vsq; ad solstitiũ die crescente,nocte decrescẽte,donec dies lõgissima fiat,nox breuissima.post solstitium verò sol reuertens per eãdem viam,nec celerius,neq; tardius sed eodem modo per eadem spacia, pari ordine ad autũnale æquinoctium incedit.æquatáque nocte diei,noctem augere incipit,diem minuens ad brumam vsq;.tum verò nocte aucta in maximam lõgitudinem,die contracta maximè per eadẽ rursum spacia reflectens ad vernũ reddit æquinoctiũ.ita spacia temporum quãuis inæqualia videantur, parem habent longitudinem,non tamen iisdem anni horis.sed diuerso tempore.Idem cõsideratur & in membris animaliũ,præsertim hominũ.pes enim pedi, manus manui,& cætera fermè omnia dextra sinistris sunt paria. Iam quæ valore æquantur sunt plurima tam arida quàm liquida,de quibus põdere mensuráq; decernitur.analogia verò æquat omnia propemodum parua magnáq;,in toto mũdo quantus est.nã qui rerum naturam scrutantur diligẽtius, aiunt pro portione paria

paria esse elemẽta quatuor. qua analogia mundus temperatus æquante partes singulas comparantéq;,& factus est primùm,& durat in perpetuum.certè ista quatuor,aridum,humidũ, frigidum,calidum,contẽperata pro portione, cõstat nihil aliud esse quàm potentiarũ quatuor temperamẽtum quoddã congruum & analogicum. Quòd si libeat percurrere singula,in infinitum protenderetur oratio. Animalia minima maximis paria pro portione licet animaduertere,hirundinẽ aquilæ,mugilẽ ceto, formicã elephanto.nam corpus & anima,itẽ dolores voluptatésq; appetitus & fastidia.& quicquid est in natura animaliũ,omnia fermè sunt similia,æquãte analogię regula.& hoc est quod quidam ausi sunt vniuerso mundo æquare hominem animal minimum,cũ viderent vtrumq; constare ex corpore & rationali anima,vt permutatis nominibus, hominẽ quidem mundũ paruũ, mundum verò magnum hominem dicerent.quæ illi nõ temerè docent,sed quoniam ars Dei qua vniuersa cõdidit,nec intenditur nec remittitur,semper sui similis qnãtum ad excellentiã, opifice res singulas absoluẽte numeris omnib⁹,& nihil prætermittente quod meritò desideres. nã & parua & magna,vt dicit Moses,iudicauit,creans & formãs singula nec propter vilitatẽ materiæ de arte quicquã subtrahens,nec addẽs aliquid propter eius pretium. quoniã laudati artifices, siue pretiosas materias siue viles accipiant,ipsi nõ parcè insumunt operã. nec defuerũt qui affectatè ostentarunt artem in vilibus, cõtendentes cũ pretiosis operib⁹,arte supplẽtes quod materiæ deerat.Dei autẽ existimatione materia nulla pretiosa est, ideo cũctis ex æquo artẽ adhibuit:vnde in literis sacris legitur, Vidit Deus omnia quæcunq; fecerat,& ecce bona valde. quæ autem laudantur ab illo, honore æquãtur ipso iudice.Laudauit autẽ non materiã inanimam,redundãtem,dissolubilẽ suapte natura & corruptibilem, rudem inæqualémq;:sed artificiosa opera sua,prę se ferẽtia vnã eandémq; opificis facultatem ac scientiã æquabiliter elucẽtem per omnia.ideo seruata est vbiq; analogię regula,ratione artis ac sciẽtiæ.eius æqualitatis,si quis alius.Moses laudator fuit,primùm laudans vbiq; iustitiã cuius propriũ est æqualiter diuidere,vt Græcis ἀπὸ τοῦ ἴσα νέμειν dicta videri possit,diuidẽs & res & corpora.Deinde vituperãs iniustitiã,turpissimæ inæqualitatis opificem.hęc inęqualitas geminũ bellum peperit,externum & ciuile,sicut ediuersò pacem æqualitas.Sed nusquã apertius laudat iustitiam,damnat iniustitiam,quàm his verbis:Nõ

facietis iniustitiam in iudicio,in mensuris,in libra,in pondere. Libra iusta,pondera iusta,modius iustus erit vobis.& in Deuteronomio: Non erit in pera tua pondus iniquum, verum & iustum erit:non pondus magnum & paruum,vt sias longæuus super terram,quam dominus Deus dabit tibi in hæreditatē,quoniam abominatus est Deo quisquis facit iniustitiā. Ergo amator iustitiæ Deus odit iniustitiā & abominatur vt seditionis & malorum principium. Sed vbi æqualitatem laudat legislator nutricem iustitiæ? Mox in principio cæli conditi. Et diuisit,inquit, Deus lucem à tenebris, appellauitq; lucē diē, & tenebras noctem.diē enim & noctem, lucē & tenebras in rebus ordinauit æqualitas.Eadem diuisit & hominem in virum ac mulierē, duas portiones inæquales quidem robore,sed quod natura spectauit,bene cōparatas vt tertium quiddā gignerent sibi simile. Fecit,inquit,Deus hominē,ad imaginē Dei fecit eum, marem & fœminam fecit eos.iam nō Eum, sed Eos adiecit pluraliter, inferens in genus species,diuisas(vt dixi)æqualiter.Frigus quidem & æstum,æstatem & ver descripsit in horas annuas,diuisas eodem incisorio.cæterum illi tres dies qui solem præcesserūt, eundem secutis numero pares sunt,senario diuiso æqualiter,ad notas seculorum & temporis.æuo enim tres præcedentes dicauit.sequentes verò tempori, quod imago æternitatis est, Item duas eius Qui est potētias primarias,beneficam qua mundum cōdidit,iuxta quam appellatur dominus:& punitiuā qua rebus imperat,iuxta quā Deus agnominatur, ipse ait se mediū stantē dirimere.Loquar tibi,inquit,supra propitiatoriū inter duos Cherubim:vt ostenderet quod antiquissimæ eius Qui est potentiæ pares sint,benefica & vltrix.vtentes eodē incisorio,quid colūnæ decem legum generalium,quas nominat tabulas? duæ sunt numero pares animæ partibus. nā brutæ pariter ac rationali debetur eruditio castigatióq;.hæ rursum à legislatore diuidūtur. ipse quidem opus Dei fuerunt,exaratæ literis diuinitus insculptis in eas.Quin etiam legibus ipsis.quod proprie ius est,diuisis in pares quinarios,prior ius diuinum, posterior humanum continet. In diuino iure prima lex opponitur opinioni plures Deos credentium,docens nos mundum esse sub vnius imperio. secunda vetat ne quis sibi Deos alios faciat præter creatorem, deceptus pictorum fictorúmque insidiosis artibus, quas Moses eiecit e sua rep. dānatas exilio perpetuo vt solus vere Deus colatur. Tertia est de nomine domini, non eo quod creaturam

penetrat

penetrat(hoc enim est ineffabile) sed quod prædicatur de eius potētiis.prohibitū est enim id in vanū assumere. Quarta est de sempervirgine sine matre nata hebdomade:vt creatura assueta eius otio,reminiscatur eius qui omnia facit inuisibiliter.Quinta de honore habēdo parētibus.nā hæc quoq; sacrata est, quippe quæ refertur non ad homines, sed ad autorem genituræ rerum omnium,cum quo pater & mater collati non gignunt,sed instrumenta gignendi sunt, hoc præceptū situm est in confinio quinarij pertinentis ad pietatē, & alterius cohibentis iniurias mutuas ac maleficia: quandoquidē mortales parētes finis sunt immortaliū potentiarū, quæ naturales genitrices rerū omniū, permiserunt huic infimo generi mortali ad imitationē earum seminare atq; gignere. principiū enim generationis est Deus: finis verò hæc mortalis infima & vilissima species.alter autem quinarius vetat adulterium,homicidium,furtum,falsum testimonium,concupiscentiam.hæc sunt generales regulę peccatorum fermè omnium,ad quas referri possunt singulorū species. quotidiana quoq; sacrificia vides diuisa æqualiter,alterū sacerdotibus pro seipsis offerētibus è simila, alterū pro tota natione in quo agni duo ritè mactantur.horū quę dixi dimidium manè offerri lex iubet,reliquū vespere, vt etiā pro nocturnis beneficiis agātur Deo gratię.Vides & panes in sacra mēsa propositos, vt in senos distributi æqualiter,monumentū sint xij,tribuū,quarum dimidiū ad virtutē Liā pertinet matrē sex phylarcharum, alterum dimidiū Rachelis est & cæterarū.vides & in talari veste gemmas xij.pariter senas dextras ac sinistras,quibus insculpta fuerūt xij.patriarcharum nomina notata diuinis literis naturarum diuinarum monumēta.An-non & duos mōtes significātes duo genera,pro æqua portione discretos,alterum tribuit benedicentibus,alterū execrātibus, phylarchas vtrobiq; præficiēs?vt doceret eos quibus monitore opus est, benedictiones & maledictiones pares esse numero,atq;etiā honore propemodū, si dicere fas est.similiter enim laudes bonorū prosunt & malorum vituperia:quandoquidē rerum malarum fuga & bonarum optio similes iudicantur à prudētibus.Libet mirari etiā duorū hircorū qui pro peccatis offerūtur selectionē & distributionem incertę sorti cōmissam:cùm enim sermo sit duplex,alter q diuinas virtutes tractat,Deo consecrat:alter qui humanis inhæret miseriis,profugæ creaturæ dedicatur, quē oracula vocāt emissariū,quia procul à sapiētia repellitur.Cæterū quia sicut numi,

sic res veris falsisq; notãtur characterib⁹, nónne inuisibilis ille sector tibi videtur diuisisse has æqualiter, dũ notatas & probas eruditionis amatori assignat, notis verò & signis carẽtes ineru dito? Obtigerũt, inquit, nõ signata Labani, signata Iacobo. nã anima cerę (vt quidã priscus ait) more, si dura sit, formas respuit, nec sibi sinit imprimi, & rudis pmanet. sin autẽ sit obsequẽs aut saltẽ mediocriter facilis, profũde sigilla recipit, & amoto signaculo, fideliter seruat impressas species. Nec minus miranda est victimarũ sanguinis æqua distributio, quem summus pontifex Moses ex naturæ prescripto diuisit. Sumpto, inquit, dimidio sanguinis infudit eum in crateras: reliquum verò dimidium profudit apud altare: vt doceret esse duplex genus sacratæ Deo sapiẽtiæ, alterum diuinũ, alterum verò humanum. & diuinũ quidem esse sincerum nulla mixtura vitiatum, quã ob rem Deo sincero atq; impermixtę vnitati libatur, humanum verò mixtum temperatumq; profũdi & dispergi in nostrum genus mixtum, temperatum & cõpositum, quod inducit membrorum morũq; temperamenta & concordiã. Enimverò animæ pars sincera puráq; mens est vigens ac viuida, supernè inspirata cælitus: quæ si quãdo sana integráq; seruatur, æquum est & dignũ sacris ipsius studiis, vt reddatur Deo qui eã cõseruauit incolumẽ & illæsam à malis omnib⁹. altera verò mixta pars est tota sensuũ, cui suas crateras natura fabricauit: hæ craterę, visus quidem sunt oculi, aures verò auditus, itẽ nares odoratus, & sua cuiusq; receptacula, in has sanctum illud verbum infundit sanguinẽ, vt bruta nostri pars animetur, & rationalis fiat quodãmodo, parãdo admonitionibus, & puram se seruando ab illecebris sensuum. quid dicit drachmum sacratum, nónne ad eundẽ modũ intelligẽdum est? vt eius dimidium, scilicet drachmã seponamus in redẽptionẽ animæ, quam ille solus liber & liberator è crudeli molestáq; affectuum & iniquitatũ dominatione vel rogatus vel nõ rogatus potẽter asserit: reliquũ dimidiũ illiberali & seruili relinquam⁹ generi, ex quo fuit ille qui dicit: Sufficit mihi meus dominus, mens quæ in me principatũ habet: & vxor mea, charus ille sensus custos domesticorũ affectuum: & pueri mei, mala quę ex his nascuntur. Nolo abire liber, Necessum est eñ vt huic quoq; generi sors exsors & emissaria detur è didrachmo, oppositа drachmæ quæ vnitati sacrata fuit. Vnitas eñ nec additionẽ nec subtractionem potest recipere, imago Dei qui solus plenus est. Cętera suapte natura sunt inania, quibus si quid inest solidi, verbo diui

diuino astringitur. Hoc enim ceu vinculo & glutine solidatur omnis essentia. Ipsum verò cõnectens cõtexénsq; singula, sibiipsi complementũ est, nullo prorsus egens alio. Meritò igitur dicit Moses: Diues nõ apponet, pauper nõ detrahet de didrachmi dimidio, quod est (vt dixi) drachma & vnitas: cui omnis numerus dicere potest illud poëticũ: A te principium, tibi desino. Nam vel infinities infinitus numerus in vnitatem desinit, & facto ab hac initio crescit in innumerabilẽ multitudinẽ. ideo nõ numerũ, sed elementum & principiũ numeri hanc dixerũt, quibus curæ est cõsectari talia. Ad hæc cælestẽ illum cibum animę qui mãna vocatur, omnib⁹ petẽtibus Dei sermo ex æquo distribuit, æqualitatem haudquaquã negligens. Testis est Moses, dicens: Nec plus colligenti superfuit, nec minus colligẽti defuit: quãdo miranda optidáq; analogiæ mensura vsi sunt: ex qua dicerunt hunc cibũ nõ tam hominibus quàm rationibus & moribus colligi. quantũ enim cuiq; cõpetebat, tãtum sibi præparauit, vt nihil vel deesset vel supereesset. Similem analogicã æqualitatem licet inuenire in pascha, vt vocãt. est autẽ pascha, quando anima brutos affectus meditatur dediscere, & rationalẽ animi tranquillitatem vltro aduocat. Pręcipitur enim sic: Si pauci fuerint in domo, adeò vt nõ possint agnũ absumere, assumatur vicinus proximus pro animarũ numero, vt supputatione facta cedat cuiq; sua portio, qua & dignus est & indiget. Cũ autẽ agri nouellis colonis diuiduntur, maior portio pluribus, minor paucioribus attribuitur, quod iniquum videatur parua multis, magnaverò paucis tribui magnitudinis eius nõ capacibus. Aequalitatis autẽ quæ iuxta numerũ iudicatur exemplum euidẽtissimum est in vndecim principũ sacris oblationibus, & earum in sacerdotes distributione. Vnicuiq;, inquit, ex filiis Aaron erit æqua portio. Est & in cõpositione aromatũ ad suffitum pulcherrima æqualitas, præcipitur enim: Sume tibi odoramẽta, stactẽ, onycem, & galbanũ suaueolens, & thus perlucidũ, omnia lectissima & inter se paria: faciẽntq; ex eo suffitum, vnguẽtum opus vnguẽtarij, puræ cõpositionis, opus sacratum, singulas portiones ait pares oportere esse ad totius tẽperamentũ. opinor autẽ has quatuor species ex quibus suffitus cõponitur, figuram esse elemẽtorum ex quibus constat mundus hic vniuersus. nã per stacten aquã, per onycem terrã, per galbanũ aërẽ, per thus perlucidum ignẽ significat. siquidem stacte à stillando dicta, est liquida, onyx terrestris & aridus, galbanũ suaueolẽs cognomina

tur ad significandum aërẽ. odor enim locũ habet in aëre. thuri quoq; perlucidi cognomẽ additur, vt ignẽ subindicet: ideo grauia separauit à leuibus, altera per copulatiuam coniunctionem vniens, altera disiunctim proferẽs, dicẽdo, Sume tibi odoramẽta, stacten, onycẽ. hæc disiunctim significatiua grauiũ, aquæ terræq;. deinde incipiens denuò per copulã, & galbanũ suaueolens & thus perlucidũ, quæ iam leuẽ aërem & ignẽ significãt. Temperaturã autẽ ex his compositã antiquissimũ perfectissimũq; opus verè sanctũ dicimus hunc mundum, qui per figurã suffitus admonetur, vt agat suo creatori Deo gratias: vt verbo quidẽ vnguentaria cõpositio adoleatur: sed re vera totus mũdus per Dei sapientiã fabricatus manè ac vespere accẽsus exhalet vaporem suaueolentissimũ, hæc enim vita decet mundum: vt parenti suo factoriq; indesinẽter agat gratias, tantũ nõ euaporans & in elementa resoluens seipsum, vt declaret se nihil sibi recõdere, sed totũ seipsum offerre creatori ac dedicare. Illud quoq; mirari subit sacrũ verbũ, quod magna cõtentione ac celeritate intercurrit inter viuos & mortuos. Mox enim, inquit Moses, cessauit attritio: non cessatura profectò, nec releuatura ab afflictione confractionéq; nostrã animam, nisi amicus Dei diremisset sanctos, qui verè viuunt, à profanis, qui mortui sunt, si rem verè considerares. Sæpe enim etiam sani, propter viciniam ægrotorũ, contagione periclitati sunt. id periculum hinc sublatũ fuit interpositio medio termino validissimo, qui arceret à parte meliore deterioris impetum. Sed magis etiã miror dum è sacris eloquiis disco, quomodo nubes interiecit se mediam inter Aegyptiacas & Israëliticas copias. Nã hæc nubes ceu scuto protegens & conseruans Deo charũ populũ temperantiæ deditũ, nõ sinebat exagitari: arcendo impiam gentem seruientẽ affectibus. Mẽtibus enim virtute præditis paulatim irrorat sapientiã securã à malis omnibus: in duras autem ac bonarum artium steriles, more niuis densissimæ pœnas ingerit, intentãs eis inundationis perniciem miserabilem. cæterũ illi angelorũ principi sermoni antiquissimo hoc eximium donũ concessit pater omnipotens, vt in confinio stans, facturam à factore discerneret. idem supplex imortalem appellat pro mortalibus deprecans, & à summo rege legatione ad subditos fungitur. Quod donum tam libenter accipit, vt iactet etiam, dicens: Et ego steterã medius inter vos & dominũ. videlicet nec ingenitus vt Deus, nec genitus vt vos, sed inter extrema medius, apud vtrosque agens obũdem. apud

crea

creatorem, vt fides fiat nunquã eum deleturum aut desertum vniuersum genus reuolutũ in perturbationem ab ordine: apud creaturam verò, vt ea certam spem habeat. nunquã Deo propitio curam operis sui defore. nam ego denuntio creaturę pacem ab eo qui bella tollit Deo, pacis custode perpetuo. Postquã igitur de sectione in portiones æquas sacra scriptura nos docuit, ducit nos & ad oppositorum scientiam, dicens portiones eas oppositas inter se inuicem. nam reuera propemodum omnia quæ mundo continentur suapte natura sunt contraria. Incipiendo à primis, calidum contrariũ frigido, aridũ humido, leue graui, tenebræ lumini, nox diei. In cælo stellarũ fixarum orbis fertur in contrarium erraticarum orbibus: in aëre contraria sunt nubilum & serenitas, ventus & trãquillitas, æstas & hyems, ver & autumnus. Nam illud floret, hic marcescit, In terra dulces aquę amaris sunt contrariæ, fertiles agri sterilibus. Videmus etiã in aliis contrarietatem, vt sunt corporea incorporea, animata inanima, rationalia irrationalia, mortalia, immortalia, sensibilia intelligibilia, perceptibilia imperceptibilia, rudimenta absoluta, principium finis, generatio corruptio, vita mors, sanitas infirmitas, album nigrum, dextrum sinistrum, iustitia iniustitia, prudentia imprudentia, fortitudo timiditas, temperentia intemperantia, virtus vitium, & vtriusq; omnes species. item literatura literarum inscitia, musica amusia, eruditio ineruditio, solertia inertia: & quæ ad artes pertinent, elementa, muta & vocalia, acuti & graues soni, rectæ & circulares lineæ. In animalibus ac stirpibus, fœcunda sterilia, multipara paucipara, ouipara viuipara, mollia testacea, fera mansueta, solitaria gregaria. Item, paupertas diuitiæ, claritas obscuritas, nobilitas ignobilitas, copia inopia, bellum pax, ius iniuria, grauitas ignauia, otium negotium, iuuentus senectus, potentia impotentia, robur debilitas. & quorsum attinet percensere singula, quorum infinita multitudo est? Itaque rectè naturę interpres pigritiam & incuriam nostram miserans, vnumquenque manifestè monet nunc quoq; vt singula contra se inuicẽ ponamus non integra, sed dimidiata. vnum enim constat ex ambobus contrariis, quo secto noscuntur cõtraria. An nõ hoc est quod ferunt Græci suum illũ magnum & celebratũ Heraclitũ iactasse tãquam cõmentũ proprium, & in eo colloquasse caput totius philosophię? atqui vetus Mosis inuentũ est, in eodẽ cõtrarias portiones animaduertere, sicut nunc apparuit. hæc igitur & aliàs persequemur

mur diligentius. Nunc illud quoq; videtur non prætereundum silẽtio, quòd dimidiatæ partes trium animalium diuisorũ sex factæ sunt, vt septimus sit sermo ille incisor, dirimẽs ternionẽs & seipsum in medio statuens. Cui simile opinor, quod manifestè memoratur de sacro cãdelabro: sic enim fabricatũ est, vt sex cauliculos habeat, ternos vtrinq; ipsum existãs in medio, ternionẽs dispescit & dirimit. est enim tornatile opus diuinũ, insigni arte factum ex auro purissimo. Nam illud vnum solum sincerum Ens, hebdomadam sine matre ex seipso solo genuit, nulla prorsus adhibita materia. cæterũ inter laudes auri multas duæ referantur præcipuæ: vna quod non sentit rubiginis iniuriam, altera quòd in tenuissimas bracteas sine scissura diducitur. Merito igitur maiorẽ naturã significat, atq; diffusa & protensa vsquequaq;, tota per totũ plena est, aptissimè cõtexens cætera. De hoc cãdelabro ipse artifex disserẽs rursum dicit, quòd cauliculi vtrinq; terni procedebant pari proceritate, habẽtes in summo lucernas nucibus similes in floris speciem lucernã sustinentis, existante in summo candelabro flore septimo ex auro solido, & super impositis septem lucernis aureis: vt multis probabile fiat senionem in duobus terniones diuisum mediante sermone illo septimo. sicut & hodie. totum enim candelabrũ cum sex præcipuis sui partibus cõpactum est è septem cauliculis, septẽ floribus, lucernis totidẽ. diuiduntur autẽ sex lucernæ intercedẽte media septima, similiter & flores & cauliculi eminẽte septimo in medio. Cauliculi autem illi compares è medio septimo stipite proueniunt. Verùm de his quia multa dici possunt, differãtur in tẽpus aliud: vnum in præsenti dixisse sat erit, q̃ septẽ erraticorum siderum cursus simulacrum sit hoc sacrum candelabrum cum septẽ lucernis superpositis. Quomodo, rogabit aliquis. Respõdeo, quia sicut lucernæ. sic & planetarum quisq; prælucet. Cùm enim plus splẽdoris habeãt, lucidissimos ac terram vsq; mittũt radios, sed præcipuè sol eorum medius. mediũ autẽ voco, non solùm quia iuxta multorum opinionem in medio situs est: sed quia meritò vtrinq; stipatur tali satellitio pro dignitate sua & magnitudine atque vtilitate quam terrenis rebus omnibus exhibet. cæterùm homines qui nõ possunt insolidum percipere horum siderum ordinem (quid enim illi certò intelligunt in rebus cælestibus?) coniecturas suas sequũtur. nec male coniicere mihi videtur, qui soli medium locum tribuũt tres super eum, totidem infra locando, superiores Phænonta, Phaëthonta

thonta, Pyroenta, deinde Solem: post ipsum verò Stilbonta, Luciferum & Lunam vicinam aëri. itaque volens artifex imaginem cælestis sphæræ septilustris apud nos effingere, iussit pulcherrimũ hoc candelabrum affabrè fieri, idem quã cum anima similitudinem habeat iam antea dictum est. Anima tripartita est, singulæ partes eius (vt ostendimus) secantur bifariam. ita factis sex portionibus, septimus iure annumeratur ille incisor omnium sermo sacer & diuinus. nec illud silentio prætereundũ, quòd cùm tria sint in sacra supellectile, cãdelabrum, mẽsa, altare: hoc quidem ad eam quæ pro acceptis elementis fit, gratiarũ actionem refertur, vt antè demonstratum est: quando & ipsum portiones accipit ex his quatuor: terræ ligna, aquæ aromata q̃ liquefacta primò in humorẽ vertuntur, vaporẽ aëris, deniq; flãmam quæ ex igne accẽditur, quin & illa cõpositio thuris, galbani, onycis, stactes, elementa figurat. At mensa ad gratiarum actionẽ pro rebus mortalibus parata est. panes em̃ & libamina super eã ponuntur, quæ nutrimẽta necessitas humana postulat. Cæterũ cãdelabrum ad eam quæ fit pro cælestibus omnibus, ne qua mundi pars expers gratiarũ actionis videatur, sed omniũ partium gratitudo euidẽter appareat, elementorũ & eorũ quæ ex his cõfiunt, nec solũ terrestriũ, verùm etiã, cælestiũ. Hic considerandũ occurrit, cur mensę atq; altaris mensuris proditis, de cãdelabro nihil tale scribitur. an ob illam causam, q̃ elementa & quicquid mortale cõstat ex his, quarum rerum figuræ sunt mensa & altare, dimẽsa sunt cælo terminata. semper enim contentum à cõtinente metitur. Cælum autẽ cuius figura est cãdelabrũ, infinitã habet magnitudinem. cõtinetur enim, sed non à vacuo, sicut Moses docet. nec abvllo corpore vel pari magnitudine prędito, nec ab infinito, iuxta prodigiosas fabulas quas in mentione turris attigimus. Est autẽ eius terminus Deus, idem rector & gubernator, itaq; sicut Ens ipsum est incõprehensibile. sic quod ab eo terminatur, mẽsuris nobis ignotis circũscribitur. Et fortasse quia rotũdus est in orbis absoluti speciẽ. caret lõgitudine & latitudine. De his rebus ita vt decet locutus, addit: Aues autẽ nõ diuisit: aues vocãs volucres & natura sublimes sermones, alterũ archatypum nobis superiorẽ: alterũ eius imaginem, qui inter nos versatur. i. lũ Moses vocat imaginẽ Dei, hũc autẽ nostrũ, sigillũ expressum illa imagine ceu signaculo. Fecit inquit. Deus hominẽ, nõ imaginẽ, sed ad imaginẽ. ita vniuscuiusq; nostrũ mẽs, quæ propriè verèq; homo est, tertia creato-

ce v ris

ris est effigies, intercedente exẽplari huius, illius verò imaginẽ ipsa mens suapte natura est indiuisibilis. nã brutã animæ partem in sex alias portiones subdiuisit opifex, visum, gustum, auditum, odoratum, tactum & vocẽ pronũciatiuam, rationalẽ partem, quæ mens nominatur, indiuisam reliquit ad totius cæli similitudinẽ. nam & illic aiunt extremum orbẽ indiuisum manere: interiorẽ verò in sex diuisum, planetarũ (vt vocãr) septem circulos efficere. quod enim est in homine anima, hoc (vt opinor) cælum in mũdo. Ergo duę rationales & intelligibiles naturæ, altera in homine, altera in vniuerso, integræ manẽt & indiuisæ. ideo dicitur. Aues autẽ nõ diuisit, siquidẽ columbæ nostra mens, vt mansueto & nobiscũ degẽti animali, assimilat: huius autẽ exẽplari turtur. nã Dei sermo amat deserta solitarius, non miscens se turbis rerũ corruptibiliũ, assuetus petere sublimia, & vnius delectari cõsuetudine. Sunt igitur hæ duæ naturę indiuisibiles, & nobis insita ratio, & illa diuina altera: & cũ sint indiuisibiles, plurima secãr alia. nam & Dei verbum res naturæ diuisit omnes atq; distribuit: & nostra mens quicqd rerũ ac corporũ cõcepit intellectu, in infinities infinitas partes diuidendo finẽ nõ facit. id accidit propter eam quã cum vniuersorũ creatore patréq; habet similitudinẽ. nam cæleste numẽ purũ sincerum indiuisibile cùm sit ipsum, autor est omniũ mixturarum partitionum temperaturarũ quotquot in toto mũdo fiunt. ideo nõ debemus mirari, si eius similes mentes, nostra & illa nobis superior, cùm sint indiuisibiles & insecabiles, tamẽ diuidere & discernere valent singula. Postquã autem dixit de indissectis & indiuisis auibus, pergit narrare. Et descẽderũt aues in corpora diuisa bifariam.] vbi quãuis vtatur homonymia, tamẽ rerum diuersitatẽ manifestè aperit duntaxat lectori nõ indocili, præter naturã enim fit vt aues descendãt, quæ ad sublimẽ volatum pennas acceperunt. quẽadmodum enim terrestribus nullus locus magis quàm terra cõuenit, præsertim reptilibus, quæ ne super quidẽ reptant. sed fouearũ quærunt penetralia, fugiẽdo superna ob cognationẽ quã habẽt cũ inferis: eodẽ modo volucribus aër est propriũ habitaculũ. leuib⁹ propter pẽnas ipse quoq; natura leuis. cùm igitur aëriuaga relicto æthere suo descẽdũt ad terrã, non possunt iuxta naturã viuere. ediuersõ Moses quæcũq; reptilia possunt se saltu attollere, probat nõ mediocriter, quandoquidem sic præcipit. Quæcũq; de volucribus ambulant super quatuor pedes, & habent crura longiora, vt saliant super terram

terram, hæc comedetis. sunt autẽ hæ figuræ animarum, quæ reptilium more affixæ terreno corpori purificãtur vt mox se possint attollere, cælum terra permutantes, & corruptione immortalitatem. omniũ igitur miserrimæ iudicãdæ sunt illæ, quæ in aëre ætheréq; purissimo enutritæ, nõ possunt perferre saturitatẽ diuinprum bonorum, sed ad terrã mortalium malorum regionem demigrãt. incidunt enim cogitationes plurimæ de rebus plurimis, quædã vltro accersitæ, quædã obrepẽtes per ignorantiam, quæ nihil differunt ab istis volucribus descendẽtibus. cogitationes autem quæcunq; superna petunt, meliorẽ sortiuntur ordinem virtute comite indicante viam in cælum: quæ autem deorsum feruntur, deteriorem occupant, detractę & degrauatę vitiis. horum locorũ cõtrarietas nõnihil apparet in Græcis eorum nominibus virtus enim ἀρετὴ nõ solùm παρὰ τὴν αἵρεσιν ab electione nominatur, verũetiã παρὰ τὸ αἴρεσθαι. attollitur enim & in sublime fertur cęlestia semper appetens. vitium autem κακία ἀπὸ τοῦ κάτω κεχωρηκέναι, q̃ deorsum vergat & deditos sibi deprimat. nam cogitationes noxiæ descendentes in animam vel accitæ vel irrumpentes, tum ipsæ descendunt, tum mentem degrauant voluptãtem se turpiter cum corporibus, rebus sensibilibus imperfectis & partũ integris, nõ viuis sed mortuis non solùm enim corpora, verùm & dimidiatas eorũ portiones appetunt. quæ autem sic diuiduntur, coaptari & in vnum redire non possunt, dissectis spiritualibus neruis & natiuis nexibus. ex quo discimus sentẽtiam verissimam, quòd omnis virtus animas amat, omne autẽ vitiũ corpora: & quod quicquid alteri gratum, alteri exosum est, sicut nunc quoq;. nam animę bella nobis subindicans aues inducit cupientes corporibus insidere, & immersis rostris satiari carnibus: quarum incursus cohibere volens vir bonus assidere dicitur, quasi curator & præses. cùm enim & domi laboretur seditionibus, & foris inuadãt hostiles acies, intra se versat varia consilia, si quo modo suadendo queat efficere, vt externum bellum cesset vnà cum intestinis tumultibus. opus enim est & illam ceu nubem hostiliter infestantem repellere, & domesticorum pristinam redintegrare necessitudinem. Sũt enim pertinacissimi hostes animæ affectus stulti & intemperantes, iniusti & timidi, & id genus aliæ concupiscentiæ nimiæ nobis innasci solitæ, petulantes & ceruice iugum iactantes, & exorbitantes à recto itinere. socialium autem copiarum conflictiones tales sunt, quales lites sophistarum de con-

tent

tentiosis dogmatibus. si enim ad vnum finẽ tendunt, scilicet cõtemplationem rerum naturalium, haberi possunt pro sociis. sin autẽ in particularibus quæstionibus dissentiũt, ciuilem tumultum excitãt, sicut mundum factũ asserentibus malè cõuenit cũ id pernegãtibus. simile dissidiũ est dum alij dicunt eum interiturum, alij verò cõcedunt quidẽ esse natura corruptibilẽ, negãt tamẽ vnquã corrumpendum, eò quod valido nexu cõtineatur, nimirũ creatoris volũtate. sic qui nihil esse opinãtur, sed omnia fieri, dissentiunt ab id negãtibus. item qui aiunt omniũ rerum mensurã hominem, à damnantibus sensuũ atq; mẽtis iudicio. & in vniuersum qui dicunt cũcta incomprehẽsibilia, ab his qui aiunt percipi plurima. siquidẽ sol, luna, cælum, terra, aër, aqua, & quæ his cõtinentur omnia, scepticis negotiũ & contentionũ materiam exhibẽt, essentias, qualitates, mutationes, versiones, generationes, corruptionésq; eorũ in disquisitionẽ vocantibus. quin & de motu magnitudinéq; rerũ cælestium nõ obiter dissenerunt, variantes & discrepãtes opinionibus, donec aliquis obstetricandi & iudicandi scientia præditus vir in conseſſum eorum adhibitus singulorum partus animæ inspiciat, & alios vt ꝓbatos cõseruet habiturus curã eorum. Hæ autẽ philosophorum controuersiæ natæ sunt dum veritatẽ cõiecturis adsequi nequeũt, rei difficultate gignẽte disidia. Cúmq; sol occideret excessus irruit super Abrahã, & horror magnus ac tenebrosus inuasit eũ.] Excessus alius est insanus faciẽs delirũ, præsenio, bile atra, aut ob aliam causam similẽ. alius fit ob nec opinatũ pauorem magnũ ac repentinũ: alius in trãquillitate qũ mens otiatur. sed lõgè optimus quãdo illa furore diuino corripitur, qualis est prophetici generis. Primæ speciei mentio fit in maledictionibus scriptis in Deutero. Delirario, inquit, cæcitas, & excessus mentis corripiet impios, vt nihil differant à cæcis meridie palpantibus tanquã in densis tenebris. Alterius item non vno loco. Correptus, inquit, Isaac stupore magno dixit quis igitur venationẽ mihi obtulit & gustaui de omnibus, quæ oblata fuerũt priusquã venires, & benedixi eũ, eritq; benedictus. item de Iacob non credente nunciãti bus Iosephum viuere Aegypto vniuersæ præpositum. Excesit, inquit, mente. non credebat enim eis. & in Exodo, de concione: Mons, inquit, Sina fumabat totus, quia descenderat in eũ Deus in igne: & ascẽdebat fumus vt vapor fornacis, & obstupuit tot' populus vehementer. item in Leuitico de consecratione sacerdotum

dotum octauo die, quãdo descendit ignis de cælo & depastus est quę altari fuerãt imposita vnà cũ coronamentis totas victimas. nam hic quoq; scriptum est: Et vidit vniuersus populus & obstupuit cecidítq; pronus in faciem, nam talis excessus pauorẽ ac stuporem inducit. Sed non est mirum de Esau, quòd peritus venandi præda ipse fit & supplãtatur, quippe qui artem hãc in damnum suum, non ad vtilitatem accepit, nõ magna cura vsus in venando vt caperet aliquid: nec de Iacob, quòd captata præda potitur, ingenio magis adiutus quàm peritia, & eam, id est affectionem, offert examinatori, vt an proba sit iudicet: ideo de omnibus gustat. quicquid enim ad meditationem pertinet vescendum proponitur, inquisitio, disceptatio, auscultatio, lectio, precatio, continentia, indifferẽtiam rerum discretio. degustat autem omnia, nõ comedit. oportet enim & meditatori aliquid cibi relinqui operæ præmium. Priusquàm venires, aptè pro rei natura. Nam si affectus intrarit in animam, nõ fruemur temperantia: simúlq; arguitur malus vt cunctator & piger, tardus ad disciplinam, nõ ad intẽperantiam. At Moses longè aliter iubet absumi ꝓperè paschales epulas ad solẽnẽ migrationis memoriam. & Iudas inquit: Nisi procrastinassemus, iã reuersi descendissemus in Aegyptum, imò iam domũ rediuissemus iterũ. Et hoc est quod Iacob miratur, si mens adhuc in corpore cõstitutra viuit virtuti, & imperat corpori, nõ eius imperata facit. Possent & alia exempla proferri ad confirmãdam rei veritatem, sed nõ hoc nunc agitur. ideo redeundũ est à diuerticulo. Tertiam verbi huius significationẽ videre licet in creatione mulieris. Immisit Deus ecstasim in Adã & sopiuit eũ. vbi excessus pro quiete mentis ac tranquillitate accipitur. Somnus enim mentis est vigilia sensuum: nam & vigilia mẽtis est sensuũ otium. Quartę verò ecstasis exẽplũ est quod nunc versamus in manibus: Et cũ occidisset sol, ecstasis incubuit in abrahã correptũ numine affla túmq; diuino ſpiritu.] quibus verbis ostẽditur eum prophetã etiam fuisse, quòd aliubi diserte sacris literis exprimitur, cùm quidem naturalem virtutẽ Sarram sibi vsurparet, quasi nõ solius sapientis propriam, sed cuiusvis simulatoris prudẽtiæ. Redde, inquit, homini suam vxorẽ, quia propheta est. & orabit pro te vt viuus permaneas. Quin & omnib' probis viris sacra scriptura prophetiam tribuit. nã propheta nihil ex se proloquitur, sed omnia submonẽte alio. malum autem virũ non est fas esse interpretẽ numinis: ergo nemo malus propriè correptus furore

re diuino dicitur, sed in solũ sapientem hoc cõpetit:quãdoquidem is solus est instrumentũ Dei resonans,ab eo contactum & pulsatum inuisibiliter.proinde quotquot inter iustos cẽsentur, inducuntur prophetæ pleni cælesti numine. Noe iustus nónne prophetat etiã?alioquin quomodo poterãt benedictiones eius maledictionésq; vim suã obtinere apud posteros ? Quid Isaac? quid Iacob?& hos multis argumẽtis,præcipuè vaticiniis quę ce cinerũt de suis posteris,prophetas fuisse credimus.Nam illud, Congregamini vt annunciẽ vobis quę vẽtura sint vobis in diebus nouissimis:diuinãtis erat oraculũ:liquidẽ futurorũ cognitio nõ est hominis propria.Quid Moses,nónne vbiq; propheta celebratur?Scribitur em̃:Si fuerit vobis propheta domini, per visionẽ ei me manifestabo: Mosi autẽ ore ad os loquor palã nõ per ænigmata.& rursum:Nullus propheta qualis Moses exortus est,quẽ alloquutus est dominus facie ad faciẽ.& meritò,nẽpe afflatũ suo numine.quod enim in nobis est ratio,hoc in mũdo sol:quia lucent ambo, alter mundo præbens lucem sensibilem,altera nos illustrans radiis intelligibilibus liquidẽ donec mens nostra lucet velut meridianum splendorẽ diffundens per totam animam,intra nosipsos manemus.cæterum illa vergente ad occasum,meritò ecstasis & diuinus furor incidit. exoriẽte enim diuino lumine humanum occidit:ac rursum occidẽte illo hoc exoritur:id quod solet accidere prophetico generi. emigrat enim è nobis mens,immigrante diuino spiritu:quo recedente illa rursum reuertitur.non est enim fas vt mortalis cum immortali habitet.ideo rationis occasus & offusæ tenebræ excessum & diuinum furorem inducũt. Deinde pergit scriptura: Et dictum est ad Abrahã.Sic enim propheta etiã cùm loquitur, videtur reuera quiescere.Alius autẽ eius vocalibus instrumentis ore linguàq; vtitur ad indicanda quęcunq; vult:quæ pulsans arte musica inuisibiliter,sonoram concinnámq; symphoniam efficit.Audiamus igitur quid prænunciet oraculũ. Ante omnia quòd amatori virtutis non concedit Deus,vt tanquam in terra propria habitet in corpore,sed inquilinum agat in eo tãquam alienigena.Certò scias, inquit, quòd semen tuum inquilinum erit in terra aliena.] Omnis autẽ mali viri cognatus locus corpus est, in quo habitare mauult quàm inquilinum agere. hoc vnum documentum est.alterũ verò, quòd seruitutẽ & grauem afflictionem, atq; vt ipse vocat humiliationem inferãt animæ terrena ista habitacula.sunt enim externę & verè alienę à mẽte affectiones

affectiones corporis, è carne natæ in qua radicantur. fit autem quadringentorũ annorum seruitus iuxta quatuor affectionum potentias.nam incipiente voluptate fastus inflatur ac erigitur, elatus inani leuitate:sed crescente concupiscẽtia nascitur absentium rerum desiderium,pendentẽ ab incerta spe relinquẽs animam.Sitit enim semper,nec vnquam potest bibere,Tantalium luens supplicium.Quoties autem dolor prævalet, contrahit se anima more arborum marcescentium & frondes amittẽtium, decrescẽte vigore huius & pinguitudine. At pauore tyrannidẽ adepto,iam nemo audet manere,omnes de fuga cogitant,& in hac sola salutẽ collocant.Nã concupiscẽtia vim habẽs attractoriam,vel fugientẽ amatorẽ cogit,vt se sequatur. Contrà timor à se alienans repellit homines & lõgissimè remouet.Quorum affectuum dominatio grauem seruitutẽ affert subditis, donec Deus præses & iudex afflictũ ex affligentis potestate eripiat,restitutum libertati pristinæ,alteri verò mercedẽ peccati persoluat.sequitur enim: Gentem autem cui seruient ego iudicaturus sum:& post hæc egredientur cum magna substantia.] Necessum est enim vt mortalis homo prematur ab affectuum genere,& quicquid natũ est expectet mala fatalia,sed Dei volũtas cognatas nobis calamitates subleuat.Itaq; si nos mox à principio nostrũ fecerimus officiũ,& nobis ipsis seruiuerimus, Deus quoque nobis pro sua clementia non deerit, remissionem atq; libertatem animabus ad se suppliciter confugientibus pollicitus,non tantũ exitum è carcere custodiis septo & vinculorum solutionem offerens,sed & viaticum insuper, quæ vocatur substantia.Hoc quid sit dicam apertius.Quando intellectus è cælo delapsus illigatur corporis necessitatibus, vel absq; illecebris, vt androgynus & effœminatus propria mala cõplectitur,quòd si persistit in natura sua mascula paratus ad conflictationẽ, potest adscribi studiosis artium liberalium,& adeptus ex harum commercio temperantiã fortitudinémq; robustas virtutes, remigrare in patriam vnà cum suis sciẽtiis, quas scriptura vocat substantiam. Addit deinceps: Tu autem abibis ad patres tuos cum pace nutritus in senectute bona.] Ergo nos imperfecti & bellum & seruitutem sustinemus, ægrè inuenientes liberationem è periculis impendentibus. At illud perfectum genus perpetua libertate fruitur,in pace innutritum cõstantissima:inest autem dogma his verbis, bonum virum non mori: sed abire, vt ostendat inextinguibile & immortale genus perpurgatæ animæ,

animæ,quæ hinc in cælum proficiscatur,absque dissolutione ac corruptione.quã mors videtur inducere. Abibis,inquit,ad patres tuos.] Quósnam patres dicat cõsiderandum existimo.Nã de illis qui vixerũt in terra Chaldæorũ,in quorũ familia hæserat Abraham, intelligi non potest, quando oraculo iussus est à cognatis secedere.Dixerat enim dominus ad eũ:Exi è terra tua & è cognatione tua,& è domo patris tui,ad terram quam ostendã tibi,& faciã te in gentẽ magnã. hunc diuino monitu profectum peregrè,non est credibile reddi domesticis: quod ne fieri quidẽ poterat,vt futurus princeps noui generis contribueretur veteri.nequaquã enim ei Deus daturus erat nouã gentem & nouum genus,nisi prius in totũ separato à veteri. hic est enim verus princeps gẽtis & generis, ex quo ceu è radice pullulauit illa cõtemplatiua rerum naturæ planta nominata Israël.siquidẽ præceptum est,vt à facie nouorũ auferantur vetera.Quis enim est vsus antiquitatis & morũ obsoletorum,quando repentè nec opinantibus confertim noua bona imbris more impluunt. Patres igitur nõ illos relictos dicit,defossos in monumẽtis Chaldaicis,sed vt quidã aiunt,solem,lunã,stellásq; cæteras.nam hęc terrena cuncta ex illis gigni putãtur.Alij hoc dictũ interpretãtur de ideis archetypis intelligibilibus & inuisibilibus,ad quarum exemplar hæc sensibilia quæ videmus facta sũt : & harum sapienti destinari contuberniũ. Rursum alij suspicantur patres dictos illas principales potentias quatuor , ex quibus mundus constat terram,aquam,aërem,ignémq;.in hæc enim res singulas aiũt dissolui necessariò. sicut enim nomina,verba,& omnes orationis partes cõficiuntur ex elementis grammaticis,ac rursum dissoluuntur in eadem:sic vnusquisq; nostrum cõtemperatus ex his quatuor, & à singulis mutuatus quasdam portiunculas,ad certum tẽpus reddit debitũ,nimirũ aridas terræ , humidas aquæ,calidas igni , frigidas aëri. & hæc quidem corporea. Cæterùm intelligibile illud atq; cæleste genus animæ ad æthere purissimũ,tanquam ad patrem peruenit.sit enim hæc , vt prisci docẽt,quinta quædã essentia motu orbiculari prędita, cæteris quatuor melior,ex qua & cælũ & sidera facta fuisse videntur,& quantum colligere possumus,humana quoq; anima eius est particula.Illud porrò,in pace nutritus,non temere additur: sed quia maxima pars hominũ nutritur in bello & bellicis calamitatibus.est autem bellum alterum externum, quod infert obscuritas,ignobilitas,& quicquid est simile. alterũ ciuile,quo partim

partim corpus impetitur à morbis,læsionibus,mutilationibus aliisq; pestibus innumeris.partim anima oppugnatur ab affectibus,ægritudinibus,stultitia,iniustitia,similibúmq; tyrãnorũ insultibus grauissimis & inuictis viribus.itaq; in pace nutrit, cui serena tranquillaq; vita cõtigit,verè felix ac beata.at quãdo hæc cõtingit?qñ in rebus externis bene se habent facultates & existimatio,corpus robore ac prospera valetudine fruitur,anima verò virtutibus.opus est em̃ his singulis suo satellitio.corpori pro satellitibus sunt gloria,diuitiæ,potentia:animæ autẽ, sanitas atq; integritas corporis:at menti,cõtemplatuę scientię. Nam de ciuili pace hæc nõ intelligi,liquet è sacręscripturę lectione.Maxima em̃ grauiáq; bella & suscepit & debellauit Abrahã.Quin & derelicta patria,nec vlla certa sedes cõcessa,homini vltro citróq; vagãti per deserta & inuia,graue bellũ fuisset,ni sustentatus esset fide oraculi.Erat enim ei ferẽdæ calamitates nõ mediocres,fames exilium,& bellũ his molestius.Qualem igitur pacem habuit?Nã vt opinor,peregrinatio, sedes incertæ,cum potẽtibus regibus cõtentio,famis onus,nõ simplicẽ afferebãt belli speciem.Verùm si rem penitus introspicias,hęc ipsa sunt sinceræ pacis indicia.nam ex affectibus emigratio, & perturbationũ impia,& deletæ iniquitatũ infestæ copię,& à Chaldaicis opinionibus ad pias ac religiosas ttãlitus,hoc est à sensibilibus creaturis ad autorem earũ intelligibilem , trãquillam sit mámq; pacem cõciliant.In tali pace degenti bona senectus promittitur,nõ lõgæuitas,sed vita cũ prudentia.nã felices dies multis annis meliores sunt,sicut breuis lux melior q̃ æternę tenebræ.Salubriter enim dixit,vir propheta,malle se vnã diem cũ virtute viuere,quàm mille annos in vmbra mortis.per vmbram vitã malam subindicãs.idem nũc quoq; re magis quàm verbis Moses docet.nam hunc cui bonã senectutem pollicetur, breuioris æui facit q̃ vllũ ex eius maioribus. philosophicè nos erudiens,quænã sit verè bona senectus,ne hoc promissum intelligamus de senectute quæ apparet in corpore , plena probrosis fœditatibus:sed de prudẽtia cõstantiáq; animi dictũ accipiẽdo honestatẽ prædicemus de senectute,à qua seniores denominamus honoris gratia. Disce igit hoc dogma nostri legislatoris, soli,bono viro bonam senectutẽ & longæuitatẽ cõtingere. malum autẽ breuissimo tẽpore mortẽ meditari,vel potius virtuti iam esse mortuum..Sequuntur hæc verba:Quarta generatione reuertẽtur huc.]vt non solũ sciat tẽpus post quod posteri deducendi

cendi erãt in coloniã, verumetiã discat perfectã virtutis absolutionem. hæc autẽ quarta (vt ita loquar) generatione absoluitur. id quomodo fiat cõsideremus. Infans per septenniũ à natiuitate proximũ in ætate puerili puram naturã sortitur, leui tabulæ similem nullis bonis malisve signatæ formulis. quicquid enim imprimitur, propter molliciẽ deletur aut cõfunditur. Secunda ætas quę puerilẽ excipit, cum vitiis incipit habere cõmercium, quæ solet vel secũ adducere, vel aliunde libẽter accipere. cõplures enim habet magistros nequitiæ, nutrices, pedagogos, parẽtes, mores & leges receptas in singulis ciuitatibus, à quibus discunt mirari quæ ridere debuerãt, etiã absq; his sponte proclines ad crimina, adeo feraces vitiorũ vt his scateant. Prona est, inquit, mens hominis ad malitiã, iam inde ab ætate tenera. hęc est illa maledicta quæ figuratè generatio, propriè verò ætas dicitur, quo tẽpore tum corpus quod pro fundamẽto est, tum animus turgescit, accessus affectibus se proferẽtibus, segetes & cãpos & obuia cuncta exurẽtibus. Hanc morbidã seu generationem seu ætatẽ tertia sequitur, quæ philosophiã ei ceu medicinam adhibeat, curaturam morbos salubribus sermonibus, per quos exhauriatur vitiorũ nimietas, & suppleto quod ad virtutem deerat, voluptas ablegetur quàm longissimè. Post hanc cu rationem iam quarta generatione anima solidũ robur prudentiæ colligit, & constantiam in omnibus virtutibus. Et hoc est quod dicitur, Quarta generatione reuertẽtur huc. nã circa hũc quartũ numerum à peccatis auersus animus declaratur hæres sapiẽtiæ, primus numerus, nec bonorũ nec malorum capax, est nondũ formatæ animæ. in secũdo vbertim vitia proueniũt. tertiò sanitatẽ recipimus deferuẽtibus affectibus: quartò in ea cõfirmamur, & solidũ robur acquirim⁹, quãdo à malis auersi bona tractare aggredimur, quod antea nõ licuit. Quid autẽ remoretur ipse indicat dicens: Nondũ enim cõsummatę sunt iniquitates Amorrhæorũ.] Hinc quidã infirmiores occasionem arripiunt, vt suspicẽtur Mosen fatũ ac necessitatẽ causas rerũ inducere. Sciendũ est autẽ, consequentiã seriémq; causarum inter se implexarũ non ignotã fuisse homini philosopho diuinis assueto colloquiis, atramen euentus eum his nõ attribuere. Videbat enim aliquid antiquius quod hoc vniuerso vectetur tanquã auriga vel gubernator. hic enim cõmunis nauis, videlicet mũdi, clauo assidet, in qua omnes nauigãt, & volucrẽ cæli currũ agitat pro imperio: Quid igit̃ super his rebus dicendũ est? Amorrhæi

rhæi loquẽtes interpretantur. Maximũ autẽ bonũ homini à natura datum sermonẽ plurimi vitiauerũt acceptũ, ingratè perfidæq; hoc vsi contra largitricẽ. Hi sunt adulatores, præstigiatores, inuẽtores sophistmatũ persuasibiliũ, impostores fallaciarũ peritissimi, de mẽdacio vitãdo haud soliciti, & insuper affectatores obscuritatis. est autem obscuritas caligo profunda in sermone, res cõmodissima furibus. Quapropter Moses summum pontificẽ claritate ornat & veritate, volens perspicuam simul & veracem esse viri boni orationem. At vulgus hominum obscuram atq; mendacẽ mauult sectari, in quorũ grege censetur contemptissimus quisq;, vltro se decipiendũ offerens. Ergo donec consummentur Amorrhæorũ peccata, hoc est sermones sophistici, qui nõ facilè cõuincuntur, sed valẽt nos rationibus persuasibilibus ductare, nõ possumus eos auersari talibus inescati illecebris, & manere apud eos cogimur. Quòd si omnes mẽdaces persuasiones bona fide coarguãtur, & ad hostimentũ peccata cõpleantur, cõtinuato cursu fugiemus, & orã soluentes nauigabimus à regione mendaciorũ ac sophismatũ ad veritatis stationes portũsq; tutissimos. Atq; ita saris demonstratum puto, esse impossibile auersari, odisse, deserere mendacia probabilia rationibus verisimilibus, nisi detegatur ad plenũ eorũ iniquitas: quæ tum demũ apparebit, si diligẽter cum veritate conferatur. Sequitur deinceps: Post occasum autẽ solis emicuit flãma.] quibus verbis significatur, virtutẽ esse rem serotinã, atq; etiam vt quidã aiunt, sub vitæ finem cõstabiliri: hanc flãmæ dicit similẽ. nam sicut flãma vrit subiectã materiã, illustrans vicinũ aẽrem ad eundem modum virtus exurit vitia, totã mentem replens lumine. Sed donec sermones nõ examinati collatione & indiscreti valent persuasionibus, quos Amorrhæos vocant sacræ literæ, lucidissimum purissimúmq; splendorem videre nõ possumus: verùm more fornacis igne carẽtis, & vt ipse vates ait fumãtis, affecti sumus, sciẽtiæ scintillis vaporati, nõdum tamẽ idonei vt igne probemur cõfirmemúrq;. Gratias ingẽtes agamus ei qui tales nobis scintillas indidit, ne mens tanquã cadauer frigeat, sed tepida fomento virtutis caleat, donec in ignem sacrum mutemur sicut Nadab & Abiud. Fumus autem ante ignem exoritur, & appropinquãtibus ciet lachrymas. Vtiunq; nobis etiam solet accidere. ad virtutis nuntios accedẽdo perfectionem speramus, quæ ni cõtingat nõ temperamus à lachrymis. siquidem amator desiderio tabescens ad fores amorum suorũ properat,

mœstus donec eis potiatur. Confertur autē nunc cū fornace animā discendi cupidi & sperātis absolutā scientiam, quia in hoc vtroq; vase cibus coquitur, alter è frumento corruptibili, alter è virtutibus incorruptibilibus. Cæterū faces ardentes sunt Dei facem gerēris iudicia clara & splēdida, quę solent per medium dimidiatorū, cōtrarietatum inquā, ex quibus totus mundus cōstat, incedere. Legitur enim sic: Et faces ardentes trāseuntes inter dissecta animalia.] Vt scias q̄ diuinæ potentiæ transeuntes per mediū rerum & corporū, nihil tamen corrumpant, manent enim illæsæ partes dimidiæ, pulchrè autē per has potentias diuiduntur naturæ singulæ. Et harū rerū scientiæ quis iustior hęres declaratur, quàm vir sapiens? In illa die, inquit, pepigit dominus fœdus cū Abrahamo: dicēs. Semini tuo dabo terrā hanc. Quam terrā, nisi de qua supra dictū est, ad quā hæc referuntur, cuius fructus est certa firmáq; perceptio Dei sapientiæ: per quā sapientiam ille cuncta cōseruat, suis incisoriis bona à malis illæsa separās, vt genera incorrupta maneāt. post hæc addit: A flumine Aegypti ad magnū flumē Euphratem.] docens q̄ perfecti principia quidē habent à corpore & sensu & instrumentalibus partibus, sine quibus nō viuitur, vtilibus ad instituendam vitam quam in corpore degimus: desinunt autē in Dei sapientiam, magnum reuera fluuiū, gaudio lætitiaq; redundantē, & bonis cæteris, non est enim cur putes circunscribi hanc terram Euphrate flumine alteróq; illo Aegyptio. nūquā virtus ad corporeos affectus demittitur. magis conuenit dicere: ab Aegyptio flumine ad magnum illum Euphratem. nam à mortalibus transitus fiunt ad immortalia.

PHILONIS IVDAEI, Vita viri ciuilis, siue de Ioseph.

TRes sunt species per quas ad optimū finem tēdimus, eruditio, natura, meditatio: tres item sapientū antiquissimos à Mose accepimus abhis cognominatos, quorū vitas quoniā scripsi, tum eam quæ per doctrinā, tum eam quæ suapte natura cōtingit, eam etiam quę meditatione paratur: quartā deinceps scripturus sum ciuilē, à qua vnus è phylarch

phylarchis cōmendatur, qui à teneraætate in eā inciderat. Cœpit em in hoc genere versari annos natus circiter xvij. prefect⁹ curādis gregib⁹, quæ disciplina cum ciuili cōuenit. Et hoc est, opinor, cur poēte reges vocāt pastores populi. Nā qui summus est in arte pecuaria, facilè bonus rex euadet, pulcherrimo gregi hominū prepositus, approbata industria in minore negotio. Siquidē quemadmodū futuro imperatori necessaria sunt exercitia venatoria: sic admouendis ad curā reipublicæ, propriè pastoralis ars congruit, velut præludium quoddā magistratuum. Proinde cùm pater in eo generosum animū cōsideraret, & maiorem quàm pro priuata fortuna, mirabatur fouebátq;, diligēs eū præ cæteris filiis, eo magis quòd proles erat serotina, qui nō exiguus est ad beneuolentiā stimulus: & quia delectabatur honestate pueri, accendebat eius ingenium accuratiore tractatione, ne premeretur diutius. sed quàprimùm eluceſceret. Sed inuidia magnarum felicitatū aduersaria perpetua, tūc quoq; domū fortunatā aggressa perturbauit, cōcitatis cōtra vnum pluribus fratribus, qui tanto odio eū prosequebātur, quanta pater beneuolentia, tegentes tamen id & dispensantes in tēpus aliud, vnde magis augebatur in dies. nā affectus qui premuntur ne per verba exspirent, grauiores redduntur. At ille innocēter simplex nō intelligens domesticas fratrū inimicitias, viso somnio nō irrito, vt amicis id aperuit. Vidi, inquit, messi me præpositum, & omnes nō in cāpo ad colligendas fruges præsto fuisse cū falcib⁹. ibi repentè meū manipulū erectum cōstitisse, vestros verò tanquā ex cōposito accurrisse ad eum venerabundos, & reuerenter adorasse. Tum illi prudētia pollentes: & significatū per cōiecturas verisimiles vestigare idonei: Putásne, inquiunt, regē te fore nostrū & dominum? id em ementita visione subindicas. atq; ita odium magis ac magis accēdebatur, auctū quotidianis occasionibus. ille tamen nihil suspicās: cū post paucos dies vidisset alterū magis stupēdum somniū: & hoc narrauit fratrib⁹. Visus erat videre ad se venientē solem & lunā & stellas vndecim: quòd pater miratus in mēte recōdidit de euentu præsagij solicitus. Graiter autē obiurgabat filiū, timēs ne quid ille peccaret. Potéstne, inquit, fieri vt ego matérq; & fratres adoremus te? nā per solem patrē, per lunā matrem, per vndecim stellas fratres significare videris, quod caue ne vnquā in mentē tibi, mi puer, veniat. trade potius obliuioni visiones istas nefarias. Nā sperare & expectare principatū inter domesticos, res abominānda est, me iu-

dice:nec aliter iudicare puto cæteros, quibus æqualitatis & cognationis iura nota sunt. Veritus autē ne fortè p̄sentibus omnibus aliquid seditionis inter fratres oriretur ex ingrata somniorū memoria, illos ablegat ad pascua, hūc domi seruat ad tēpus, gnarus q̄ affectuū animæ ac morborū tempus dicatur medicus, & luctui tollendo, & furori sedādo, & timori percurando efficax. cuncta em̄ reddit leuiora, etiā quæ non facilè sanantur. Vbi verò cogitauit iā euanuisse simultates domesticas, misit filiū, tum vt fratres salutaret, tū vt renuntiaret satin salui sint vel ipsi vel eorū pecora. Hoc iter initiū fuit magnorū & bonorū & malorū, vtrorūq; præter expectationē. ꝓfectus est ille ad visendos fratres, ita vt pater iusserat. Qui procul cōspicati venientē, mutuò se appellabāt verbis nihil sanum ominātibus, quādo ne nominare quidē eum dignabātur, sed somniatorē appellabant attonitum visionū prodigiis. Tantū autē irarum cōceperant, vt in cædem eius si nō omnes certè plures cōspirauerint, volentes eum in baratrū aliquod proiicere, ne deprehenderetur facinus. Sunt autē in iis locis multæ cisternæ profundæ admodū, itaque minimū absuerunt à fratricidio, quod solus fratrū maximus ægrè dissuasit, iubens abstinerent ab inexpiabili scelere, tantū in vnam quampiā cisternam eum proiicerēt. de salute adolescentis cogitās, vt post aliorum discessum ipse patri restitueret incolumem. Quo imperrato venientem cōplexus est, cæteri hosti liter comprehensum spoliant, spoliatum demittūt per funem in profundam foueā: vestē eius cruentam hœdi sanguine transmittunt ad patrē, cum prętextu quasi absumptus esset à bestiis. eadem die negotiatores quidā iter faciebāt ex Arabia in Aegyptum cum sarcinis: his fratrē extractum vēdunt, autore fratre quarto à primogenito. Hic enim (vt opinor) metuēs, ne ab iratis frater per dolū interimeretur. eum vēdi quàm mori maluit. leuius malū seruitutem existimās. At natu maximus qui absuerat interim, postquā introspexit cisternā, nec vidit quem paulò antè ibi reliquerat, vociferabat & furibūdus discursabat scissis præ dolore vestibus, capillos sibi vellēs, & quid accidisset rogitans. Viuit ne puer an extinctus est? Si nō supereſt, saltē cadauer ostēdite, vt deplorādo calamitatem leuiorē faciā. Solatiū erit videre vel mortuū. Cur mortuū quoq; odio prosequimur? certè sublatis nemo inuider. Quodsi viuit, quò abiit? apud quos seruatur? nam me suspectū nō opinor, vt etiā de mea fide dubitari debeat, illis verò fassis venditum, & pretiū proferētibus: Bella, inquit,

inquit, negotiatio. partiamur lucrum, & prædonū quos malitia vincimus, referamus præmium. Egregia verò crudelitatis palma, quæ nobis meritò placeat. Illi in alienos conspirāt, nos in domesticos & charissimos. Admissum est probrū maximū, insigne dedecus. Maiorū nostrorū ꝓbitatis monumēta nusquā terrarum non extāt, relinquamus & nos inhumanitatis perfidiæq; maculas ineluibiles apud posteros. Volat enim vbiq; fama nuntia magnorū facinorum, nō sine admiratione laudabilium, & noxiorū vituperio. Quomodo cōmunis pater hunc casum accipiet, cui cætera beato felicissimóque vitæ affertis tædium. illius ne miseri seruitutē, an nostrā deflebit seuitiā? nostram vicē magis dolebit sat scio: qñ leuius malum est pati, q̄ inferre iniuriam. Nā alterum subleuatur duobus magnis remediis, spe atq; miseratione. Alteri autē obnoxius, dānatur publico mortalium indicio. Sed quid ego hæc clamito? præstat silere, ne mihi quoq; aliquid obueniat, quod non libet dicere. Exasperati em̄ estis implacabiliter, & palā spiratis iracundiā. Cæterùm vbi ad patrem perlatū est, non quod verū erat, vēditum esse filium, sed cōmētum illud de absumpto à bestiis, ict⁹ aures nuntio, simúlq; oculos spectaculo (allata enim fuerat tunica lacera cruentáq; fœdum in modū) dolore turbtus, obmutuit per longū temporis spatiū, ne caput quidem valens attollere oppressum tāta calamitate. Tandem repentè effusus in lachrymas, velut è fonte prorūpentes, plangebat pectus & faciē, scissis vestibus lamētāns: Nō tam mortē tuam, fili mi, doleo, q̄ sepulchri iacturā. Nam si tibi sepulchrum contigisset in terra ꝓpria, nec mihi deesset solatiū. Officioſe assedissem ęgrotanti ante mortē, impēdissem morienti extrema oscula, clausissem oculos, mortuum perfudissem lachrymis, extulissem magnificè, nihil omisissem è iustis funebrib⁹. Atq; etiā si peregrè defunctus esses, dixissem ad meipsum, persolutū est naturæ debitum, noli tristari. Viui habēt suas patrias, mortuorū omnis terra sepulchrū est, breuis ævi sunt omnes homines. Nā qui maximè lōgæuus fuit, quātillum tēporis vixit si ad æternitatē id cōferas? vel si omnino moriturus eras p vim & insidias, leuius fuisset extīgui manib⁹ hominū, qui mortuū saltē miserati obruissent terra, & cadauer tumulassent. aut, vt crudelissimi fuerint, quid amplius potuissent q̄ insepultū ꝓiicere? quā moxvia tor aliqs prætereuns, memor naturæ cōis, humasset tactus misericordia. Nūc vt ferī, immites & carniuorā bestias pauisti &

 satur

saturasti meis visceribus. Hactenus multos labores inopinatos exãtlaui, in his miseriis abũdè sum exercitus. errãdo peregrinando, mercede seruiendo, dura ferẽdo imperia, vsq; ad vitę periculũ exagitatus à quibus minimè oportuit. multa vidi, multa audiui, multa passus grauia, quibus ad patientiã eruditus perduraui. Sed nihil præsenti casu intolerabilius, qui totũ animi mei robur subuertit atq; deiecit. Quis enim luct⁹ potest esse maior aut miserabilior? vestis pueri ad patrẽ perlata est: ex ipso nõ mẽbrum, nõ frustum, nõ vel minimæ reliquiæ: totũ deuorarũt bestiæ, nihil supereſt quod sepulchro inferatur, ac ne vestẽ quidẽ recepi, nisi vt ad eius aspectũ recrudescat doloris memoria, ne vnquam tãtæ calamitatis obliuio possit obrepere. Sic ille fortẽ suã deplorabat. Negotiatores autẽ vendunt puerũ in Aegypto eunucho cuidã regio qui culinæ præerat. Cæterũ post denarratam historiã videndũ quid sub eius cortice lateat. Nam plerq; & propemodũ omnes in lege scriptæ suã habent allegoriã. Hic vitæ modus de quo agitur, apud Hebræos Ioseph vocatur, apud Græcos Domini appositio, aptissimo nomine ac rei præsenti cõuenientissimo. est enim rerum naturæ auctariũ ciuilis administratio qua vtuntur populi. Nã mundus hic est magna ciuitas, vnam reipublicæ formã, & vnum ius habens. Cõtinentur autẽ edicto naturæ iussa de agẽdis, & vetita de nõ agendis. Ad id ius alij alias leges, ac institutiones adiiciunt. in causa est separatio, nõ solùm Græcorũ à barbaris, sed & barbarorũ à se inuicem, & Græcorũ à suę nationis hominib⁹. Nec sunt audiẽdi qui temerè culpã referendo in difficultates rẽporum, infelicem prouẽtum fructuũ, agrorum sterilitatẽ, loci situm in maritimis aut mediterraneis, in cõtinente aut insulis, & id genus alia, veritatẽ dissimulant. Est autẽ vera causa anaritia & mutua perfidia, dum nõ cõtenti iure naturali, quę in cõmune conducere videntur cõsentientibus cœtibus, ea leges nominãt. itaq; meritò additamenta naturalis iuris cẽsentur instituta particularium ciuitatum. Nã leges oppidatim receptæ, sunt appẽdices rationis rectæ à natura nobis insitæ, sicut & ciuilis vir auctariũ est iuxta naturã viuẽtium. Nec alienũ est à proposito, quòd tunica varia vestitus dicitur. Nã rerum ciuiliũ administratio res est multimoda & varia, multas mutationes recipiens, personarum, rerum, causarũ, sequestrorũ proprietates, locorũ item diuersitates & rẽporum. Sicut gubernator pro ratione vẽtorũ mutat nauigationis subsidia, non vno modo nauẽ dirigens: & medicus nõ vno ad omnes morb

morbos vtitur remedio, ac ne in vno quidẽ morbo siis variet, sed obseruãs intẽtiones, remissiones, repletiones, vacuationes, causarũ mutationes, multa ad salutẽ variat, nũc hoc, nunc illud experiens: sic opinor & reipublicæ moderator debet esse multiformis & multiplex, alius in pace, alius in bello. aliter se paucis aliter multis opponẽs aduersariis, cõtra paucos cõstanter agẽs, multos verò flectẽs persuasionibus. idẽ vbi periculũ publicum postulat ipse rẽ ager: ministeria verò quæ labore tantũ indigẽt cedet aliis. Rectè autẽ dicitur, vẽdi hunc hominẽ. Nam qui aurã populi captans cõcionaturus locum superiorẽ ascendit, sicut venalicij, seruus fit ex ingenuo, propter honores quos videtur accipere, addicens se innumeris dñis. Idem à feris circumuentus inducitur, quòd huic insidietur immanis bestia vana gloria, corripere ac deuorare tales solita. at emptores eũ reuendũt: quoniã nõ vnus est dominus tractantium rempub. sed vulgus, aliis post alios dñis succedentibus. Qui autẽ tertiò venduntur, nequã mancipiorum more mutãt dominos, nõ ferendo priores propter fastidium vt rerũ nostrarum cupidi. De his hactenus. Cæterùm adolescens in Aegyptũ abductus, & eunucho vt diximus in seruitutẽ traditus, cùm intra paucos dies generositatis & honestatis dedisset specimen, cõseruis est præpositus curator totius familiæ. iã enim herus multis argumẽtis collegerat, eũ nõ sine diuina prouidẽtia singula tum dicere tũ facere. Ergo in speciẽ ab emptore suo domui præfectus est: re vera autẽ à natura cõciliante illi magnæ gentis ac regionis principatũ. oportebat eñ futurũ administratorem reipub. præexerceri in rebus œconomicis. nã & domus est quędã parua ciuitas, & œconomia cõpendiaria respub. sicut etiã ciuitas magna domus est, & politia cõmunis quędã œconomia. Vnde facilè discimus eundẽ esse aptum & dispensationi domesticæ & administrationi publicæ, quãuis hæc multitudine magnitudinéq; differãt, sicut in pictura quoq; ac fictura vsu venit. nã bonus statuarius aut pictor, siue colosseas magnitudines faciat, siue pauca paruáq; opera, eandẽ artẽ ostentabit. Cæterùm postquã egregiam laudẽ in dispensatione cõsecutus est, insidias herilis vxoris pertulit insano amore correptę. Capta eñ adolescẽtis pulchritudine, & affectu indomito rabida, de stupro eũ tẽrauit repugnantẽ validè, ac ne audire quidẽ tale quicquã sustinẽrem propter innatã sibi & cõtinua meditatione cõfirmatã honestatẽ atq; temperantiã. Sed vbi crescente in dies flãma cupidinis atq; incesta cõcupiscẽtia cõtinuè

te,tãdo ſemper repulſam paſſa eſt mulier. tandẽ libidinis impatiẽs & ad vim verſa in adoleſcẽtis palliũ manus iniecit, magna cõtentione trahẽdo illũ in thalamũ,robur addẽte affectione,quæ ſolet cõfirmare vel debiles. At ille præſentẽ importunitatẽ fortiter ſubmouẽs,in has liberas & ſuo genere dignas voces erupit.quid moleſta es? Bonis moribus & legib⁹ vtimurnos Hebræorũ poſteri. Aliæ gẽtes puberibus quatuordecimũ annũ ætatis egreſsis permittũt vſum ſcortorũ & fœminarũ corpore quæſtum facientiũ: apud noſtrates nulla eſt meretrix, capitali ſupplicio propoſito talẽ quæſtũ exercentibus. Ante legitimam copulam alios cõgreſſus cum muliere neſcimus. caſti caſtis virginibus coniungimur,nõ voluptatis,ſed liberorũ quærendorũ gratia. Qui ad hanc diẽ purus mãſi, nõ incipiam ab adulterio leges cõtemnere flagitio peſsimo,qui etiãſi aliãs perperã educatus eſſem, & obſecutus ætatis affectibus, aut veſtrã mutatus laſciuiẽdi licentiã, tamen nõ deberẽ alieno inſidiari matrimonio,quod crimẽ cui mortaliũ nõ cæde vindicandũ videtur? nam de cæteris diſſentire ſoliti, in hãc ſolã conſpirant ſententiã,ita vt omnes vbiq; rem capitalẽ pronunciẽt, & deprehẽſos iniudicatos læſo dedant necãdos. tu verò quaſi res per ſe parũ damnata ſit eam tertio ſcelere cumulas,cogẽs me nõ tantũ ad adulterium,ſed & ad thori herilis iniuriam. niſi fortè ideo in veſtras ædes veni, vt relictis ſeruilibus miniſteriis inebrier & debaccher in ſpes domini,coniugiũ,familiã,cognationẽ eius adulterans. atqui nõ ſolũ officium ei vt hero,ſed & honorẽ vt benefactori debeo. omnia ſua cõmiſit meæ fidei nihil excipiẽs, niſi te vxorẽ ſuã. hanccine gratiã vt ei referã autor es? Bonã ſcilicet gratiã dignámq; illius meritis. herus me ex captiuo & extero ſua benignitate libertũ& ciuẽ reddidit tractatũ liberaliter: ego verò ſeruus domino iniuriã,ne captiuo quidẽ & extero tolerabilem,inferã? & qua fronte potero poſt admiſſum tantũ ſcelus illũ aſpicere? cõſcientia carnifex inteſtina non ſinet me oculos in eum erigere,vt nemo prodat alius: ſed non deerunt qui prodant. præſto ſunt latẽtes exploratores plurimi, quibus ſilere nõ licet: taceo q⁹ etiãſi nemo factũ vel ſentiat vel euũtiet,ipſe meus ero proditor,colore,aſpectu,voce, vt modo dixi detegens conſcientiã. fac nullũ delatorẽ fore, aſsidentẽ Deo iuſtitiã res cunctas inſpicientẽ nec timebimus nec reuerebimur? Huiuſmodi multa ille canebat ſurdis auribus,obtundẽte omnes ſenſus improba concupiſcẽtia. id vt animaduertit puer aufugit, relicto in

in heræ manibus pallio quod apprehẽderat. hinc illa occaſionẽ comminiſcẽdæ calumniæ rapuit,de vindicta cogitans. reuerſo enim è foro marito honeſtatẽ & pudicitiã inceſta ſimulans,indignabunda dixit: Adduxiſti in noſtras ædes iſtũ ſeruũ Hebrẽũ puerum,adeò corruptũ iam tua indulgẽtia,qui pudenda facilitate inexplorato cõmiſiſti totã familiã, vt adulta audacia ne à me quidem iniuriã abſtineat. nam cõſeruæ nõ ſatis ſunt libidini eius nunquã explebili. Nunc me matronã tentare haud veritus,vim adiecit cõtumeliæ. En tibi manifeſtũ inſani conatus indicium. nam cùm exclamaſſem præ indignatione opẽ domeſticorum inuocãs,territus hãc veſtem reliquit fugiens ne comprehẽderetur. Ea veſtis prolata fidem adſtruxit muliebri calũniæ. herus verũ crimen ratus trudit hominẽ in carcerẽ,ipſe peccans nõ ſimpliciter: primò quia nõ facta defendendi ſe poteſtate dãnauit inſontem tanquã obnoxium ſceleri grauiſsimo: deinde quia nõ animaduertit veſtem quã ab adoleſcente relictã mulier proferebat,eſſe indiciũ violentiæ,ſed muliebris, ipſius verò adoleſcẽtis patientiæ. nã ſi vim tentaſſet inferre dominæ, retinuiſſet eius amiculũ: nunc reluctãs ſuo pallio ſpoliatus eſt. verũ huius inſcitiæ venia fortaſſe dãda eſt ei qui degẽs in culina inter lanienas & fumos ac cineres, nõ poterat vacare cauſæ cognoſcendæ ita vt poſtulabat ratio, immerſus rebus corporis. Iam tres notas viri ciuilis expreſsi,paſtoralẽ artem œconomicámq; & tolerãdi ſcientiã,de quibus dictũ eſt,ſed tẽperantia nõ minus cõfert ad tractandã Remp. hæc enim cũ in omni vita ſalutaris eſt,tum maximè in negotiis publicis,vt abũdè liquet rẽ cõſiderare volẽtibus. quis enim ignorat,gẽtibus,regionib⁹, magiſterrarũ tractibus terra mariq; calamitates inflictas ab incontinentia? quandoquidẽ plurima & maxima bella ob amores,adulteria,muliebreſq; illecebras conflata ſunt,quæ potiorẽ Græci barbariciq; generis partẽ abſumpſerunt, & iuuentutem exhauſerunt è tot ciuitatibus. Quòd ſi ex intemperãtia tum ſeditiones ciuiũ,tum bella & calamitates cumulatè proueniunt, ſatis apparet è ſobrietate tranquillitatẽ pacémq; naſci, & poſſeſsionem felicitatis integram. Nunc indicandum quid ſub his figuris tegatur. Qui hũc de quo diſſerimus emit,eunuchus meritò dicitur. Nam emptor hominis ciuilis vulgus re vera eunuchus eſt, & videtur quidẽ habere genitalia, ſed vi geniriua deſtituitur: quemadmodum qui ſuffuſos habẽt oculos,orbati ſunt eorum efficacia, non valentes cernere. Quænam igitur ſimili-

tudo

tudo intercedit inter vulgum & eunuchos? q̃ vtriq; ſteriles ſapientiæ: virtutẽ tamen approbãt. Cùm enim cõfluit promiſcua multitudo hominũ, loquuntur vt oportet, ſed ſapiũt contrariũ, poſthabẽdo intinceris legitima, quia ſtudẽt exiſtimationi tuẽdæ, verã honeſtatem negligũt. Hinc quod mireris ſequitur, vt eunuchus vxorem habeat. Nam vulgus deditus cõcupiſcentiæ, ſicut vir mulieri, in cuius gratiam dicit facítq; omnia, in cõſilium clam & propalã hanc a lhibẽs in rebus minimis æquè ac maximis, rationi verò nuſquã obtẽperans. Rectè ſanè prẽfectus etiã coquorũ vocatur. Nam ſicut coquus nihil aliud curat, quã inutiles ac ſuperuacaneas ventris voluptates: eodẽ modo populus dedit ſe totum oblectamentis auriũ, per quæ mẽtis intẽtio relaxatur, & neſcio quo pacto eneruatur anima. Quid autẽ inter medicos & coquos interſit, quis nõ videt? illi quicquid ad ſanitatem cõducit, etiamſi ægroto ingratũ videatur, ſolũ magno apparent ſtudio. Hi cõtrà, ſuauia curant, vtilia negligunt. Ergo medicis ſimiles ſunt in ciuitate leges & magiſtratus legitimi, ſenatores iudicéſq;, prouidentes communi ſaluti ac ſecuritati, quibus adulator nõ facilè palpatur: cupedinariis autẽ iuniorũ turba eſt ſimilis. Nam ſecuri de cõmodis, præſentem tantũ voluptatẽ venãtur. Et ſicut impudica mulier, ſi cõcupiſcentia virũ ciuilem adamat, ſic alloquens: Heus tu, prodi ad vulgum cum quo habitas, obliuiſcere morũ tuorum, ſtudiorũ, dictorum, factorũ, in quibus educatus es: mihi obſequere, me cole, age quic quid mihi placet. Nam tetricũ, pertinacem, veritatis amicum, rigidum, perpetuò grauem, nunquã flexibilem, ſolum cõmodum ſpectantem, ſecurum quid auditoribus placeat, nõ fero: ſicut nec quorundã calumnias, quæ multæ deferũtur ad vulgum meum maritũ, tuum dominũ. Hactenus enim abuſus libertate videris, immemor te ſeruire tyrannico domino. Quòd ſi ſcires liberos ſuum negotium, ſeruos alienũ agere, iam doctus eſſes omiſſa tua peruicacia me cõcupiſcentiã vxorẽ illius reſpicere, & omnia meo arbitratu facere, vt & illi charus ſis. Atverè ciuilis vir nõ ignorat quidẽ penes populũ eſſe poteſtatẽ tanquã dominum, ſe tamen nõ ſeruũ profitetur, ſed liberũ, & qui ſuo morem gerat animo. reclamabit igitur: populi fauorẽ captare, nec didici, nec vnquã volui, ſed magiſtratum mihi cõmiſſum bona fide gerere, vt bonũ ꝓcuratorẽ decet aut patrẽ beneuolũ, abſq; dolo & mihi ſemper inuiſa ſimulatione. hãc meã voluntatem approbabo, nihil ſubtrahens aut cælans furis in morẽ, ſed conſcient

ſcientiam tanquã in ſole ac luce aperiens. nã lux eſt veritas. nec me terrebit vllũ intentatũ periculũ, ne mors quidẽ. mori malo quàm ſimulare. cur enim ſimulẽ? Si populus eſt dominus, ego certè ſum ingenuus, patricius, qui cum primis in ciuitatẽ optimam maximã, hunc inquã mundũ adſcribi cupio. Cùm enim nec muneribus, nec precibus, nec ambitioni, nec arrogãtiæ, nec ſimulationi, nec luxui, nec timiditati, nec iniuſtitiæ, nec vlli affectui vitióve ſeruiã, cuius præterea timerẽ dominiũ? an fortaſſe hominum? at hi poteſtatẽ in corpus meum, nõ in me habent. equidẽ me à potiore mei parte cenſeo, iuxta quã decreui viuere, parum ſolicitus de mortali corpore: quod in cõchę morem adhærens mihi, etiãſi cõteratur à quopiã, nõ ægrè ferã me moleſtis affectibus eximi, & effugere neceſsitatẽ grauiſsimã. Itaq; ſi iudicandũ erit, iudicabo, nec diuiti propter opes gratificans, nec pauperi propter miſericordiam: ſed omiſſo reſpectu perſonarũ incorruptè pronũciabo, quod iuſtũ apparebit. In ſenatu etiã autor ero ſententiarũ reipublicæ conducibiliũ, vel ſi parũ iucundæ auditu fuerint. pro cõcione quoq; ſi dicendũ erit, adulationes relinquã aliis, cõtentus verbis vtilibus, increpans. admonens, caſtigans, nõ arrogantẽ inſanámq;, ſed ſobriã libertatẽ proferẽs. Quòd ſi quis tales caſtigationes nõ amat, reprehendat parẽtes, tutores, præceptores, & omnes curatores, quia ſuos liberos, pupillos, diſcipulos obiurgare nõ deſinũt, interdũ etiã verberãt, nec tamẽ ſæuire, ſed amãter caſtigare dicuntur. Indignũ enim eſſet, ſi cùm meæ fidei cõmiſſa ſit adminiſtratio reipublicæ, in præuidẽdis cõmoditatibus cederẽ cuivis medicinæ profeſſori. Nã illæ in ægroto nullã ſplẽdoris fortunæ rationẽ habens, nec quod claro genere natus, aut opulẽtus, deniq; rex aut tyrãnus ſit, vnũ hoc ſpectat, quomodo ſeruare queat hominẽ: & ſi fortè ſectione vſtioneve opus videt, ſecat vrítq; principem ſuũ ac dominũ ſeruus ipſe atq; ſubditus: ego qui nõ vnũ virum curandũ ſuſcepi ſed integram ciuitatẽ laborantẽ morbis grauioribus, cõtractis ex innatis cõcupiſcentiis, quid agere debeo? nũ prodita vtilitate publica, illius aut illius aures mulcere adulatione illiberali, & ne ſeruo quidẽ decora? Emori prẽſtat, quàm loqui ad gratiã, diſſimulata veritate, & vtilitate neglecta. Vſurpandum eſt hic illud dictum poëtæ tragici:

Accedat ignis, accedat & gladius.
Combure carnem hanc, concrema, repleto te
Meo cruore: nam priùs vel fidera

Terram

Terram ſubibunt,terra vel ſcandet polum,
Quàm mollis à me extorqueatur vox tibi.

Hãc tam maſculã mentẽ alienã ab omnibus affectibus voluptate,timore,dolore,cõcupiſcentia,nõ fert in viro ciuili dominus populus,ſed hominẽ amicũ atq; benevolũ pro inimico arripit,nec tam illũ,quã ſeipſum afficit pœna grauiſsima,videlicẽt inſcitia,quippe qui non didicit id quod in omni vita vtiliſsimũ eſt,imperata facere,vnde imperãdi quoq; ſciẽtia diſcitur: videamus ſequẽtia,quãdo de præſenti loco ſatis diximus. Adoleſcẽs ab amatrice apud herũ inſimulatus criminis quod in ipſam cõpetebat,inauditus in carcerẽ ducitur: vbi tanta virtutis edidit ſpecimina,vt etiã facinoroſis illis eſſet miraculo ad ſuæ calamitatis ſolatiũ credentibus ſibi cõtigiſſe hũc hominẽ.nota eſt autẽ cuſtodũ crudelitas, q ingenio feroces magis efferantur aſſuetudine,indies creſcẽte ſęuitia,dum nihil boni vidẽt nec dicunt aut faciũt,ſed ſæua violẽtáq; omnia.nã ſicut bene cõpacta corpora exercitatione cõfirmantur & acquirũt robuſtam inuictámq; habitudinẽ: ſic ferox & immittis natura ocupata ſui ſimilib⁹ ſtudiis duplo fit durior,inacceſſa miſericordię,qui vnus affectus bonus ac human⁹ eſt.& quemadmodũ qui cũ bonis viris habẽt familiaritatẽ,ex iucũdiſsimo eorũ cõuictu in melius proficiũt moribus:ſic etiã qui cum malis verſantur,affricãt ſibi eorũ vitia. facilè enim cõſuetudo abit in naturæ ſimilitudinẽ. degunt autẽ carcerũ cuſtodes inter plagiarios, fures,parietum perfoſſores,facinoroſos,violẽtos,ſtupratores,homicidas, adulteros,ſacrilegos,à quorũ ſingulis nõnihil nequitiæ cõtrahunt, vt ex huiuſmodi collatione miſcellaneáq; tẽperatura conficiatur vna ſceleſta malorũ colluuies.attamẽ talis homo honeſtate adoleſcẽtis mitigatus,nõ ſolũ ſecuritatẽ & otiũ ei præſtitit, ſed etiã vinctis omnibus eũ præſecit,ita vt penes ipſum ſpecies nominéq; cuſtodis eſſet,rem autẽ & officium adoleſcenti cederet, quod nõ parũ carcere incluſis proderat. iámq; locus nõ tã erat carcer,quã diſciplinę meditatorium.Omiſsis enim tormentis, quibus antea noctu atq; interdiu cruciari ſolebãt variis malis obruti,admonebãtur ſermonibus & præceptis philoſophicis, ſed maximè ipſius doctoris exẽplis vtiliſsimis. Poſtquã enim ſuã vitã cõtinentia,cæteriſq; virtutibus plenã, velut tabulã bene pictã in medio propoſuit,cõuertit etiã eos qui videbãtur inſanabiles,affectos inueteratis morbis animi, ita vt iam dãnarent vitã præteritã,exprimẽtc has voces reſipiſcentia:Vbi tantum

tum bonũ tandiu latuit,à quo pridẽ aberrauimus.Ecce iam affulgente hoc,tanquã in ſpeculo noſtra dedecora vidẽtes,erubeſcimus.In hoc rerũ ſtatu duo eunuchi regis introducti ſunt,alter pincernis præfectus,alter piſtoribus, accuſati damnatíq;,q nõ rectè fungerentur ſuis miniſteriis.Hos quoq; ille in ſuã curam accepit,orãs Deũ vt ſibi daret facultatẽ corrigendi cõmiſſos ſuæ fidei.Aliquãto poſt,cũ obiret vinctos, animaduertit hos duos eunuchos cogitabũdos mœſtiores ſolito,vnde coniectans eis accidiſſe aliquid,mœroris cauſam ſcitabatur.Quibus reſ õdentibus ortã ex ſomniis anxietatẽ,q nõ adeſſet interpres:Bono animo eſte,inquit,& narrate.intelligentur Deo volẽte. Vult autẽ ille vt res obſcuræ aperiãtur veritatẽ deſiderãtibus. Tum prior pincerna.Viſus ſum,inquit,videre magnã vitẽ, habẽtem tres palmites onuſtos maturis vuis,quaſi autũni tẽpore.deinde inuitante harũ pulchritudine,videbar decerpere,& exprimere in regium poculum,móxq; regi offerre muſtum meracum.Ioſeph poſt modicum ſilentiũ.Felicitatem, inquit, hæc viſio tibi nuntiat,& reſtitutionem in priſtinum officium.Nam tres palmites tres dies ſignificant,quibus elapſis reminiſcetur tui rex, accitóq; hinc,dabit veniam:& vt in dignitate confirmeris,offeres domino poculum.Sic illi lætũ fuit ſuum ſomnium. tum piſtorum præpoſitus interpretationem miratus,quaſi & ipſe fauſtum vidiſſet ſomniũ,quod valde ominoſum erat, deceptus bona ſpe alterius, narrare incipit. Ego quoque ſomniaui me tria caniſtra baiulare in capite plena operibus piſtoriis:ex his ſummum continebat ea, quibus rex delectatur vt delicatioribus & elaboratis curioſius:ea videbãtur aues in meũ caput deuolãtes diripere,& deuorare auidè,donec in totũ abſũpta ſunt. Ad hæc iuuenis.Vtinam tale ſomnium non vidiſſes, aut non enuntiaſſes:aut ſi narrandum erat,ſaltem id feciſſes procul à meis auribus ne exaudirem quod non libet.piget enim me eſſe infelicitatis nuntium,quia cõpatior miſeri,memor cõmunis ſortis hominum. Sed quoniã ſomniorũ coniectoribus veritas eſt neceſſaria,tanquam vatibus & oraculorum interpretibus, nihil celabo,quandoquidẽ mendaciũ vbiq; fugiendum, in ſacris cõſultationibus etiã religio vetat admittere. Tria caniſtra dies tres ſignificant,quibus elapſis rex in crucẽ te tolli iubebit,truncatũ prius capite:atq; ita volucres paſcentur tuis carnibus, donec totum abſumant.Sic piſtor receſsit territus, tempus præfinitum expectans, & futura mala iam tum cogitatione præcipiens.

Poſt

Post triduum natalis regis illuxit, festiuitatē publicā afferens, præsertim aulicis. cúmq; epulū præberetur optimatibus, vt fieri solet in hilaritate domestica, rex eunuchos requirens iussit produci è carcere: móxq; cōfirmauit euētu somniorū pręsagiū, iubens alterū in cruce suspēdi absciso capite, alterū in pristinā dignitatē restitui. At pincernarū princeps oblitus est eius qui futura prædicēdo præsentē eius calamitatē subleuarat, vel quia nemo ingratus beneficiorū meminit, vel quia Deo visum est, iuuenem nō humana, sed diuina ope ad felicitatē prouehi. Nam post bienniū regi futurus eius regionis status, bonus malúsque præmōstratus est diuinitus duobus somniis, quo certior res fieret. Vidit enim septē vaccas emergere in ripam è flumine, pingues valde obesásq;, visu pulchertimas, & pasci secundū fluuiū. Post eas totidē macilētas, & vix ossibus hærentes, visu turpissimas ascendere, pascíq; cū prioribus. Dein repentè meliores deuorati à deterioribus, manēte in saturitatis eadem macie, imò aucta etiā. Tum experrectus, ac mox in somnū relapsus alia visione terretur: qua visus est videre septē spicas triticeas ex vno culmo enatas pari magnitudine, plenas & proceritate pulcherrima. Deinde septē alias exiles ac lāguidas enatas in proximo, quæ mox impetu facto absumpserunt culmū illū cū suis spicis nitidissimis. Post hanc secundā visionē noctis reliquū insomnis exegit, curis stimulantibus, & animū solicitū sauciantibus: sub aurorā sophistis accitis, denarrat obuersatas sibi dormiēti species. Cúmq; nemo posset verū earū significatū coniecturis assequi, accedens eum pincernarū princeps, inquit, Here, spero me inuenturum qualē cupis hominem. Misisti dudū ob quasdā noxas me & pistorib⁹ præfectū in carcerē, in quo erat seruus principis coquorū. Hebræus genere, ei narrauim⁹ ambo, quæ videramus somnia. Ille rem cōiecturis certissimis attigit, adeò vt euentus in vtroq; nostrū eius interpretationi respōderit: alter dedit supplicium, mihi tu propitius donasti veniā. Rex his auditis iubet properè acciri iuuenē: ministri attonsum post longā carceris illuuiē, & detractis sordidis pannis elegāter vestitum, cæterisq; nitoribus expolitū, ad regem introducunt: qui primo aspectu iudicans hominē ingenuū & bene natū (elucent enim in ipsa facie notæ, non omnibus tamen conspicuæ, sed solis perspicaces mentis oculos habentibus) Præsagit, inquit, mihi animus, nō semper in obscuro fore quod tegitur somniorū ambagibus, præ se fert enim hic iuuenis sapientiam: qui veritatem,

tanquam

tanquā lumen tenebris inferens, aperiet, & sua sciētia nostratiū sophistarum inscitiam abiget. His dictis ordine denarrauit vtrūq; somniū. Tum Ioseph maiestate loquētis nihil territus, tanquā rex subditū, non subditus regē, liberè sed reuerēter allocutus est, dicens: Quæ facturus est Deus in hac regione ostēdit tibi. Duæ visiones (crede mihi) vnū somnium sunt, geminatum nō temerè, sed vt res fiat credibilior: nā & septē vaccæ pingues & septem spicæ plenæ, septē vbertatis annos significāt: sicut totidem famis annos illæ septē macilentæ vaccæ turpissimę, & septem spicæ cassæ ac marcidæ. Veniet igitur prius septennium fertilissimū, tota regione quotānis bene rigata stagnante per arua flumine, & cāpis solito maiores prouētus afferentibus. sequetur deinde longè diuersum septēnium, grauē inopiam allaturum & rerū victui necessariū penuriā, nec flumine sed diffundente, nec terra limo eius pinguescēte, vt accolæ obliti superioris vbertatis nihil ex eius prouētu reliquum faciant. Hæc sunt quæ somnia præmonēt: sed mihi numē quiddā suggerit, quod in tantis malis salutē afferre queat, Vrbium regionūq; granissimus morbus fames est, cuius vires oportet frangere, ne nimiū auctus incolas deleat. at quomodo succurrendū est huic periculo? è septem annorū fertilitate quod supererit satietati hominū hoc est quinta pars, reponatur oppidatim vicatímq;, non transportando fruges aliò lōgius sed vbi demetuntur asseruando in vsum eius loci hominū. eas fruges censeo cū suis manipulis cōdendas, nec trituratas, nec purgatas, quatuor de causis. quarum vna est, ne citius vitiētur nudatæ suo tegmine. altera vt per singulos annos renouetur pristinæ copiæ memoria, rusticis triturantibus & fruges euētilantibus. tertia ne iniri possit frumēti numerus dum incertū est quantū spicæ manipuliq; cōtineant, ne animus colonos deficiat reputātes quatū absumptū sit, sed securitate nō minus q̄ cibo se sustineāt. spes enim alit cū primis, graue penuriæ malū subleuās. quarta causa est, vt & iumentis condatur pabulū, quibus aristæ paleæq; purgamēta frugū proderunt. ea cura cōmittenda est viro prudēti, cordato, probatóq; qui possit sine inuidia reprehēsionéq; hoc cōsilium exequi tāta dexteritate, vt nihil populo de fame futura suboleat. durum est enim iā ante ægris animis spē in futurū adimere. quòd si quis causam scitabitur, respondendū est, oportere sicut in pace parātur quæ belli tēpore futura sunt vsui, sic in copia prospicere inopiæ. incertū autē esse quādo bellum vel fames immineat, quíd-

ve futurũ tempus ferat: parandũ igitur maturè subsidiũ, ne desit cùm tẽpus postulauerit. Rex audita somniorũ interpretatione aptissima, veritati cõgrua, simúlq; cõsilio, vt apparebat in futurum vtilissimo, familiaribus propriis accitis submissa voce dixit: Num inueniemus talem hominẽ afflatũ diuinitus? Cúmq; videret eis probari hanc sententiã, versus ad iuuenẽ stantẽ ait: Propè est quem quæri iubes, nõ longe quærẽdus est homo cordatus ac prudens qui exequatur tua monita: tu is es. nec enim sine numine hæc locutus videris. I præfecturã mei palatij susci pe, simúlq; totius Aegypti procurationẽ. nec est cur quisquam meam facilitatẽ accuset, se dignioré iudicans. nã excellẽtes naturæ non habẽt opus ad experimentũ longo tẽpore, sed incunctanter se rebus ingerũt: & præsens status moras nõ patitur, imminẽte necessitate cui prospiciendũ est. His dictis eum protegem instituit, vel regẽ potius, relicto sibi solo imperij nomine, potestatẽ illi cedens & agens quicquid pertinebat ad honorẽ iuuenis. dat ei regiũ anulũ signatoriũ, vestẽ augustã, torquẽ aureã, currum secundũ à regio, atq; ita iubet per vrbẽ circũuehi, præcedente præcone & indicãte noui magistratus electionẽ, nomẽ quoq; nouũ indit ei, quod interpretẽ significat lingua vernacula: & nuptum dat filiã clarissimi apud Aegyptios viri, qui solis habebat sacerdotiũ. id actũ est circiter annũ eius trigesimum. hi sunt euentus piorum. nam etiamsũ proclinantur, tamen non corruunt, sed erecti stant firmiter, ne supplantari queant. Quis enim expectasset intra vnã diem è seruo dominũ, è vincto præstantissimum omnium, è carcerarij vicario protegẽ fieri, & regiam inhabitare pro carcere, extrema ignominia versa in honorem maximũ, facta sunt tamen hæc, & fient sæpius, quando Deo placuerit: modò subsidat aliqua probitatis scintilla in animo, quam necesse est per occasionem excãdescere. Quoniã autem propositum est post rei narrationẽ figuram etiam explicare, dicemus & de hac quantũ opus est, quamuis fortasse ridebit hoc aliquis temerarius. Ego tamen non dissimulanter dico, ciuilem virum vtiq; somniorum esse interpretem, nõ quales isti nugatores garruli mercenariiq; sophistæ quæstum faciẽtes ex nocturnis somniorum ludibriis: sed qui magnum illud somnium commune publicúmq; vigilantium non dormientium exactè intelligat. id somniũ ne quid mentiar, est vita hominũ, nam sicut in somniorũ visionibus videntes nõ videmus, audientes non audimus, gustãtes aut tangentes nec gustamus nec tangimus,

gimus, loquentes non loquimur, deambulãtes non deambulamus, sed cùm videamur vti motibus & habitibus nullo prorsus vtimur, mente inaniter sine vllis veris obiectis pingente sibi simulacra rerum non existentium tanquã existentium: eodem modo etiã vigilantiũ imaginationes somniis sunt simillimæ. veniunt, abeũt, occurrũt, refugiunt, prius quàm cõprehendantur, auolant. Disquirat quisq; apud se, & domi testimoniũ inueniet vt ipse taceam, præsertim si quis est ætate prouectior, is fuit aliquãdo infans, mox puer, deinde pubens, dein adolescẽs, postea iuuenis, postea vir, postremo senex, sed non simul omnia. nónne infans puero cedit, puer pubenti, pubens adolescenti, adolescens iuueni, iuuenis viro, vir seni, senectus morti? & fortasse singulæ ætates decedendo præmoriuntur, natura nos paulatim docente nõ timere mortẽ extremã omnium, quando priores facilè tulimus, infantiæ, pueritiæ, pubertatis, adolescentiæ, iuuentutis, virilitatis, quæ omnes ætates ante senectutẽ euanuerunt. Quid aliæ res corporis nónne somnia sunt? nónne pulchritudo momentanea penè prius marcescit quã floreat? sanitas incerta infirmitatibus obnoxia? robur morbis expugnabile per occasiones plurimas? sensuũ integritas humoribus vitiosis facilè corrũpitur? Iam quanta sit in rebus externis obscuritas quis nescit? ingẽtes opes sæpe vna dies abstulit. multi honoratissimi antea, versis rerũ vicibus in contẽptum venerũt cũ ignominia. imperia regũ maxima breui tẽporis momẽto subuersa sunt. fidẽ meis verbis astruit Dionysius in Corintho, quondã tyrannus Sicilię, mox pulsus & Corinthum profugus, literator factus, è tanto principe. attestatur & Crœsus rex Lydiæ, ditissimus regum qui sperãs se deleturũ Persarum potentiam, non modò proprium regnũ amisit, sed & ipse viuus in potestatẽ hostium redactus. minimũ abfuit quin exureretur. Testant de huiusmodi somniis nõ singuli tantũ, sed ciuitates, gentes, regiones, Græcia, Barbaria, insularũ continẽtisq; incolæ, Europa, Asia, oriẽs, occidẽs. nihil enim vsquã permanet sui simile. Aegyptus quondam in multas gẽtes habuit imperiũ, nunc ipsa seruit. Macedones aliquãdiu tam potẽtes fuerunt, vt iura toto orbi redderent: nunc imperatas à dominis pecunias tributi nomine quotannis quæstoribus numerãt. Vbi est illa Ptolemæorum familia, cuius splendor per singulos successores ad extremos terræ marisque terminos emicuit? vbi sunt gẽtes ciuitatesq; sui iuris & liberæ? rursum vbi subditorũ seruitutes? nónne Persæ Parthis imperauerunt?

uerunt?nunc ſubduntur eis verſa rerũ humanarũ alea.Quidam fingunt ſibi prolixas felicitates,at hæ ſunt magnorũ malorum initia.itaq; dũ ad magnorũ cõmodorum poſſeſsionẽ properãt, graues miſerias inueniunt:& ediuerſo malũ expectãdo, in bona fortuita incurrũt.athletæ robore freti ac bona corporis habitudine,dum certã ſibi pollicẽtur victoriam, vel excluſi ſunt e certamine,vel victi ab aduerſariis.alij ne ſecũdã quidem palmam ſperãtes,primam coronã reportauerũt præmiũ. quidam æſtate ſoluentes tẽpore opportuniſsimo,fecerunt naufragium. alij hibernis tẽpeſtatibus penè obruti,portũ attigernut incolumes.Quidam negotiatores certa lucra ſibi proponũt,ſecuri de periculis:alij de damno ſoliciti,magnũ fecerũt operę pretium, tam anceps eſt fortuna,rebus humanis tanquã in ſtatera pẽdentibus,& inæquali põdere nunc huc nunc illuc vergẽtibus:tanta offendũtur caligine.Proinde tanquã altũ dormientes erram⁹, nõ valentes quicquã ratiocinatione vel penetrare vel certo cõprehẽdere,quãdo cuncta vmbri ſpectriſq; ſunt ſimilia, & ſicut cùm põpæ traducũtur prima quæq; conſpectũ prętereunt,item in torrẽtibus fallente viſum celeritate vndæ præterfluunt; ſic vitæ negota currentia præterlabentiáque videtur manere.cùm ne momentũ quidem maneant,nũquam nõ ſubterfluentia. Interea qui vigilant,quantũ ad incertã perceptionẽ attinet, nihil à dormiẽtibus differũt ſeipſos fallendo,dum ſe putãt rerum naturas certo perſpicere,quãuis interturbãtibus ſcientiam ſenſibus per ſpectaculorũ,ſaporũ vaporũmq; illecebras,quibus inęcatus animus nõ ſinitur rectè inoffenſęq; per viam publicam progredi,itaq; cõfuſis celſis cũ humilibus,magnis cum paruis exoritur inæqualitas inducens caliginẽ atq; vertiginem. Cùm igitur tãta perturbatione obſcuritatéq; vita referta ſit, oportet interuenire virũ ciuilem,& tãquã doctum ſomniorũ interpretem,diurna ſomnia viſionęsq; hominũ qui vigilare ſibi videntur,diiudicare cõiecturis veriſimilibus, perſuaſionib⁹ rationi cõſentaneis perſuadentẽ ſingula; hoc honeſtũ, illud turpe;hoc bonũ,malum illud;hoc iuſtũ,iniuſtũ illud, & cætera ſimiliter; hoc prudẽter factũ,illud fortiter;hoc piè, hoc ſanctè, hoc vtiliter;& ediuerſo hoc factũ inutiliter,hoc imprudẽter, hoc timidè,hoc impiè,hoc profanè,hoc noxiè,hoc ambitioſè.Item,hoc alienum eſt,ne cõcupiſcas,hoc tuũ,vtere non abutere, Affluunt opes?impartire.nam diuitiarũ pulchritudo eſt nõ in crumenis ſed in egenorũ auxilio.Pauca poſsides?cauę inuideas diuitib⁹,

Pauper

Pauperem inuidũ nemo miſerabitur.Honoratus es?cauę inſolentiam.Humilis cõditionis es?noli deſpõdere animũ. Succedunt tibi omnia ex ſententia?mutationẽ time. Offendis ſæpius? bene ſperato.nam res humanę mutãtur in cõtrarium.quandoquidem ſol,luna.cælum vniuerſum,manifeſtè apertéq; noſcit, quæ perpetuò manẽt eadem,veris definita regulis,ordinatis,aptis,optimè cõgruentibus.At res terrenę rotæ pertutbatę ſunt incongruæ.incompoſitæq;,vt propriè dicere liceat, has merſas profundis tenebris illas ſimiles lumini fulgentiſsimo, vel potius lumen ipſum ſinceriſsimũ atq; puriſsimum.Si quis igitur velit res introſpicere, inueniet cælũ eſſe diem ſempiternã vmbrę ac noctis expertẽ,quippe illuſtratã inextinguibilibus puriſſimisq; ſplẽdoribus.Et quãtò apud nos ſunt potiores vigilantes dormientibus,tãto in mundi vniuerſitate cęleſtia terreſtribus, vt quæ inſopita vigilãt,propter certas irrequietásq; vires, nunquã fruſtratas ſuis effectibus.At terreſtria etiãſi pauliſper excitentur,rurſum degrauata in ſomnum recidunt,deficiẽte viſu animæ:vt errare neceſſe ſit atq; offenſare. nã his rebus falſæ opiniones caliginẽ inferunt,vt vitari nõ poſsint ſomnia inania.nec quicquã firmiter prehendere liceat. Figuratũ eſt & quod in ſecundũ à regio currũ aſcendere dicitur,ob cauſam hãc.qui rempubl. tractat,ſecundus à rege habetur, cùm nec priuatus ſit nec rex,ſitus in amborũ cõfinio,priuato ciue potior,regia poteſtate inferior,ſubiectus tanquã regi populo.cui per omnia vult gratificari bona fide ac ſedulo. Fertur autem ſublimis ceu ſella curuli,tum à negotiis tum à multitudine in altum elatus,præſertim cùm parua magnáq; ſuccedũt ex ſententia,nemine reflante aut opponẽte ſe,ſed vt in nauigatione proſpera Deo gubernante omnia ſalutariter. Anulus à rege datus inſigne eſt fidei magiſtrãtum inter & populum regem intercedẽtis.Cæterùm torques aurea,non ad gloriã ſolum, ſed & ad pœnam pertinere videtur.quamdiu enim res ciuiles ei bene procedũt,placet ſibi honoratus à ciuibus. cùm autem aduerſitas accidit, non volenti, quod damnandũ eſſet,ſed fortuitò,quòd meretur veniã,nihilominus iniecta in torquem manu trahitur, tantũ nou increpãte ſuo domino! Hanc torquem donaui tibi,ornamentũ in proſperitate,vinculum in aduerſitate.Audiui tamen & aliã huius loci expoſitionẽ figuratã talẽ. Regẽ Aegypti eſſe noſtrũ intellectũ, principẽ regionum corporearũ particulariũ,qui tanquã rex poteſtate vtatur in adamato corpore.tribus enim potiſsimũ occu-

patur negotiis,circa cibos,potus,cupedias:ideo tres habet procuratores,pistorũ,pincernarum,coquorúmq; principes: quorũ alius cibos,alius potus,alius cõdimenta præparat,omnes autẽ eunuchi sunt,quia voluptatis amator sterilis est rerũ valde necessariarum,sobrietatis,pudoris,cõtinentiæ,iustitiæ,virtutum omnium.Nullæ enim res adeò pugnãt inter se,vt virtus & voluptas,propter quã multi negligũt quæ sola curãda erant,dantes se cõcupiscentiis, & sequentes quacunq; illæ inuitant.Princeps coquorũ nec in carcerem ducitur,nec mulctatur,quia condimẽta non sunt admodũ necessaria,nõ tam deliciæ,quàm voluptatis irritamenta leuia.Reliqui duo misero ventri apparatus faciunt,pistorũ pincernarúmq; præfecturã gerẽtes, quãdoquidem hæc duo maximè cibus potúsq; vitã fulciunt:quæ vbicunq; sunt in pretio,laudãtur eorum procuratores, & si quãdo cessant in officio,pœnã indignationémq; incurrunt.Puniuntur autem nõ eodem modo,quãdoquidem etiam in harũ rerũ vsu est differẽtia:cibus necessariò sumitur,vinũ minus vtile censetur.nam sine mero viuunt homines cõtenti fontanis laticibus sitim restinguere.Quãobrem princeps pincernarum recipitur in gratiam pristinam, quippe qui peccauit in minoris momẽti negotio: cocorũ verò princeps non impetrat veniam, vsq; ad vltimũ supplicium procedente ira,haud secus ac in culpa grauissima.nam ciborũ defectũ mors sequitur. Quapropter qui hac in re peccauit,lege talionis suspensus necatur,& quod aliis intulit,ipse patitur: quippe qui esurientes & ab ipso pẽdentes diu turna fame cruciauit.De his quoq; hactenus. At regius vicarius assumpta Aegypti procuratione obibat eius regionis præfecturas & oppida,omnibus nouum magistratũ officiosè ac hilariter excipiẽtibus,quos tum beneficiis,tum comitatè sibi deuinciebat,elucente in ipso vultu hominis eximia quadam gratia. Postquã autẽ euentu somniis respõdente aduenit illud prius septennium fertilissimũ,quintam partẽ frugum quotãnis exigẽs per subpræfectos & ministros publicos,tãtùm cõportauit manipulorum numerũ,quantum nemo antea collectum meminerat.Nec enim iniri potuit eorum numerus,quãuis plurimi occupati essent in eo negotio,quibus mos est curiosè dinumerare talia.Elapso autẽ vbertatis septennio fames incepit,quæ vsque crescẽs & procedens non cõtinuit se Aegypti terminis, sed diffusa per omnes deinceps ciuitates regionésq; quàm longè latéq; patet orbis habitabilis,peruenit ad extremos orientis occident

cidentísq; populos,fertur nunquã autè sic laboratũ malo communi vniuersis gentibus,quale medicorũ filij serpiginẽ nominant:quod omnes partes corporis inuadens ignis more depascitur.quamobrem quæq; gens per honoratissimos legatos frumentum in Aegyptũ petebat.iam enim fama prouidẽtiam iuuenis præfecti vbiq; vulgauerat,qui cõmeatus copiosos seruasset ad futurã penuriam.ille primùm aperiri iubet omnia horrea,vt aspectu ipso & spe recrearet animos priusquã succurreretur corporis necessitatibus.deinde institutis annonæ curatoribus vendebat frumẽtum semper in futurũ prospiciens: cuius tẽporis maiorem quàm præsentis rationẽ habebãt. Interea pater etiã illius,deficiẽtibus paulatim rebus ad victũ necessariis, ignorans felicitatem iuuenis,mittit frumentatũ decem filios, retento domi natu minimo,qui proregis vterinus frater erat. Illi in Aegyptũ profecti fratrẽ tanquã alienũ adeunt, & maiestate stupefacti adorant prisco more hominẽ,confirmantes euẽtu somnia,qui vẽditores suos cõspicatus mox omnes agnouit, ipse agnitus à nemine,Deo nõdum volente veritatẽ aperire ob causas quasdam necessarias,quas tum dissimulari fuit satius: is enim aut vultum eius mutauit in augustiorẽ speciem magistratu summo dignã,aut mẽtes obtuentium hebetauit quò minus cernerent.Ille nõ vt iuuenis ad tãtum principatũ euectus, & regi longè potẽtissimo dignitate proximus, elatus ætate ac potestate de vindictæ occasione cogitauit, sed imperauit suis affectibus præmens atq; recõdens eos in animo,magno cõsilio personam infensi assumens,toruo aspectu vocéq; obiurgatoria miseros territãs: Heus vos,inquit,nihil pacatũ habetis in animo,ali quis ex regis hostibus exploratores vos submisit,cui sceleratã operã polliciti,putastis vos posse fallere:sed nõ latẽt me insidiæ vestræ quãtumvis eas tegere conamini. fratres crimen intentatũ à se depulsuri,negãt se huic culpæ affines,qui nec ab hostib⁹ veniant, nec ipsi affecti sint hostiliter,nec induci queãt ad tale ministeriũ.esse enim se natura pacis cupidos, & à tenera ætate legibus parere didicisse sub patre viro sancto religioso;qui xij.genuerit filios:ex quib⁹ vnũ domi mãsisse propter ætatẽ nõdum peregrinationi maturã,decẽ coram adstare,reliquum sublatũ è medio.Hæc de seipso loquẽtes audiẽs tãquam de mortuo,quid animi habere potuit? Quãuis enim ne nunc quidem affectũ suum protulit,tamẽ intus vrebatur in pectore. nihilomin⁹ pari oris grauitate:Si,inquit,vetũ dicitis vos explo

ratores nõ esse,vt certior fiã manete hic paulisper, & fratrẽ minimum vocate per literas.q; si patris necessitas vos manere nõ sinit,ne grauiter ferat diuturnã vestrã absentiam, abite omnes obside hic relicto vno,donec reuertamini cũ natu minimo.si secus feceritis,capitale fuerit.Hæc truculẽtè,vt videbatur,interminatus destitit.illi mœsti dãnabant suã in fratrẽ sæuitiam dicentes:Nunc veterẽ iniuriã præsenti calamitate luimus,pœnas à nobis exigente iustitia rerũ humanarũ prsidæ,quæ scelus ad tempus dissimulatũ inclemẽter arguit,vt dignũ est. quis enim pœna dignos neget? qui fratris innocentis preces immaniter contempsimus,quem miserari debuissemus,nocturnas visiones narrãtem quasi familiaribus.at nos efferati & crudelissimi nefariũ(quod negari nõ potest) scelus perpetrauimus:propter qd & hæc patimur,& tristiora expectamus:qui cũ simus penè omnium hominũ nobilissimi paternis,auitis, cæterorúmq; maiorum virtutibus,cognationem dehonestauimus admisso probro maximo.Tum grandior natu, qui iam inde à principio cõspirationi sese opposuerat:Actorũ,inquit,inutilis est pœnitẽtia rogabã,supplicabã,ostendẽs quã impius esset conatus vester, dehortans ne iræ indulgeretis,cũ mihi assentiri debuisseris, maluistis sequi vestrũ insanũ consiliũ. ergo fructũ dignũ peruicacia tam impia carpimus,& mercedẽ accipimus debitã.Inquisitio fit in paratas insidias iuueni, nec homo inquirit, sed Deus, aut diuinũ ius aut prouidẽtia.Hęc submissẽ colloquẽtes fratres audiebat ille vẽditus, qui per interpretẽ cum eis egerat:iámq; impar affectui prorũpentibus lachrymis, ne deprehẽderetur auersus est:& postquã delachrymauit,dolore paulũ leuato abstersáq; facie reuersus ad eos iubet vinciri fratrẽ à grãdissimo proximũ, idq; inspectãtibus cæteris omibus, quasi sibi ex aduerso oppositũ.nã inter cõplures secũdo penultimus opponitur, sicut primꝰ vltimo.Et fortasse maxima pars culpę in eo fuerat,quasi autore cõspirationis nefariæ,qui cohortẽ fratrũ animauerit,& ad odiũ incitauerit.nã si fratri bene clemẽtérq; consulenti, quo vno minor,cæteris erat grãdior,suũ adiunxisset suffragium,vix admissum fuisset facinus,prævalẽte per cõsensum honore ætatis & ordine,præsertim in tanti momẽti negotio. nunc maluit à meliore parte ad deteriorem deficere,& in immitẽ durámq; sententiam discedere,tanta cõtentione,vt eius ductu hortatúq; sine mora perpetratũ sit impiũ facinus.hoc est, cur soli ex omnibus iniecta puto vincula,cæteri iam parabãt se ad reditũ:pro regis

regis iussu impletis per frumẽtarios omnibus saccis fratrũ tãquam hospitũ,& repositio pretio in eorũ orificiis, nemini tamẽ super hac re præmonito, insuper auctarij vice additũ est quantum redeuntibus in itinere posset sufficere, vt quod coëmerant deportarent integrũ absq; vllo detrimẽto & dispẽdio. Ingressi verò iter cum iusto vincti fratris desiderio,nec minus de patre soliciti,ægrè laturo numerosam prolẽ decrescere singulis profectionibus,ac ne credituro quidẽ de vinculis, sed prætexi morti hoc cõmentum suspicaturo,vt solẽt de cætero suspicaces esse qui semel impegerunt,sub vesperã deponũt iumẽtorum sarcinas,ipsi curas adeò non deponũt vt præmãtur grauius. sic enim vsu venit,vt interquiescẽte corpore mens improuisos casus perotiũ pensitans angatur magnis molestiis.tũ aperto vno quopiã sacco reperta est in eius ore crumena plena pecuniis:quibus numeratis inuentũ est solidũ frumẽti pretiũ,duntaxat quantũ saccus capiebat.qui inuenerat,rẽ fratribus indicat,stupẽs miraculo.hi nõ gratiã,sed insidias rati & animo destituebãtur & cõsilio:cúmq; vellẽt omnes saccos excutere:metu persecutionis inde profecti,penè cõtinuato cursu aliquot dierũ iter absoluerũt magno cõpendio.Tum verò alius post aliũ ruẽtes in patris cõplexus,deosculabãtur senem præbentẽ se,quãuis iam prę sagiẽtem inexpectatũ nescio quid.sensit enim deesse vnũ salutatorẽ, cuius mox tarditatẽ accusauit, subinde prospectãs in viã,& requirens integrũ filiorũ numerum. sed cùm nemo superueniret amplius, videntes eum metu solicitũ sic alloquũtur: In casibus inopinatis, mi pater, leuior est cognitio quã dubitatio.nam re cognita potest inueniri ad salutẽ aditus,hęsitatio nihil expedit. audi nunc valde molestũ nuntium,sed auditu necessarium.Frater quem nobiscum misisti ad frumẽtum emendum, non reuersus viuit tamen: bene habet quòd salus eius in tuto est.detinetur autẽ in Aegypto viuens apud præsidem:qui siue aliorum calumniis,siue suspitioni suæ credulus,pro exploratoribus nos habuit.cúmq; in defensionem nostrã afferemus quod in mentem veniebat ex tempore,narrantes de te reliquisq; fratribus, vno defuncto, altero apud te manente, quẽ dicebamus propter ætatem teneriorẽ domi substitisse:atq; ita omnia de tota cognatione nostra proderemus nil dissimulando quo magis suspitio eximeretur homini,nihil profecimus, illo negãte se crediturũ nobis,nisi viso fratre nostro natu minimo. eam ob causam secundo genitus retentus est pro obsĩde,dimittẽdus quàm primũ

alter exhibitus fuerit.id imperatū fuit longè moleſtiſsimum. ſed durior etiā eſt neceſsitas præſentis tēporis,cui parere oportet propter victualia,quæ nūc fame preſsi ſola Aegyptus ſuppeditat.Tum ſenex gemitū ducēs ex imo pectore: Quē ergo primum,inquit,deplorabo?penultimúmne,non extremū ſed primum in calamitatum ordine? an ſecūdo genitum,qui miſeria primo proximus nō prius mortem ſenſit quàm vincula? an natu minimum,cui abominānda profectio ſuſcipiēda eſt ſi modò proficiſcetur,fratrum infortunio factus nihilo cautior.interim ipſe mēbratim pereo.nam parentū partes ſunt liberi.modò nūmeroſa felicéq; prole ſtipatus ad orbitatē recido.tum maximo natu,En tibi pro vno filio duos obſides,quos ſolos genui:in hos vt libet ſæuito,ni fratrē meæ fidei cōmittendum incolumem reſtituo,cuius in Aegyptum profectio duo maxima nobis afferet cōmoda,vnum quòd credetur nec hoſtes nec exploratores nos eſſe: alterum q̄ recipiemus fratrem è vinculis. Mœſtus pater hærebat,è duobus eadē matre genitis orbatus altero,de alteri⁹ profectione ſolicitus,metuens ne impar anxietati ante reditū eius moreretur,memor præteritorū caſuū tum adhibitus eſt q̄ inter fratres excellebat animo.autoritate,tacūdia,quartus ætatis ordine.is cōmunem ſententiā parēti aperuit.ea fuit, quādoquidē deficiebāt neceſſaria,abſumptis quę priore frumētatione parauerāt,vnà omnes proficiſci , non ſine fratre natu minimo, nā præfectus regionis diſertè interdixerat eis reditu , ni & illū adducerent.id vir ſapiēs reputās,tolerabilius eſſe vnius incertū periculum quàm certā tot fratrū perniciē , quæ propter domū fame preſſam vitari nō poterat,reſpōdit:Cedendū eſt neceſsitati vt video. Fortaſſe natura viā munit ad melius aliquid,quod nōdum præuidere mēte ſumus idonei.Ire,& minimum quoq; quādo ita videtur aſſumite. Verū aliter eundū eſt quàm antea. tunc pecunia tantū opus erat ignotis ad emendū frumentū eūtibus,& nullā paſsis iniuriā.nunc adiungēda ſunt munera tribus de cauſis,ad parendā præfecti annonæ gratiā,cui vos innotuiſſe dicitis:ad fratrē citius redimēdū è vinculis: ad tollēdam quātū fieri poteſt explorationis ſuſpicionē.proinde ex omnib⁹ quæ noſtra regio fert ceu primitias ferte homini,& duplex pretiū,annumerato quod retuliſtis proximè.fortaſsisenim per alicuius ignorantiā id accidit.ego fauſtis precationib⁹ abeūtes ꝓſequar cōmendās ſalutē veſtrā ſeruatori Deo, vt & apud illi⁹ regionis īdigenas hoſpitib⁹ cōciliet gratiā,& vos reſtituat incolumes

columes in patriā,vnà cum fideicōmiſſo quod parenti debetis, tum alterū priorem relictū in vinculis,tum huncce quem nunc abducitis adoleſcētulū per ætatē imperitū rerū omniū. Ita cuncti cōtenderunt in Aegyptū:Poſt aliquot dies præfectus regionis cū reuerſos vidiſſet gauiſus eſt ſupra modū:móxq; iubet diſpenſatorē ſuū parare opiparū epulū, & viros ad ſalis menſæq; communionē adducere. Introducti adhuc cauſæ ignari timebant,ſuſpicādo furti calumniā ob nō reditū frumenti pretium, quod in ſaccis inuenerāt,& apud diſpenſatorē excuſabāt factū quod nemo accuſabat,vt cōſcientiæ ſatisfacerēt , ſimúlq; profe rebant pecuniā parati reddere.ille comiter hortabatur , eſſent bono animo ſi quid inueniſſent Deo propitio, id eis fraudi non fore.neminē eis inuidere dona Dei.nā hūc impluiſſe in ſaccos pecuniā,prouidentem non ſolū fami, ſed & inopiæ.Sic cōſolati prompſerūt allata munera,quæ mox domino ſuperueniēti obtulerūt,percōtanti deinde,ſatin ſaluæ,& an pater ſuperſit.reſpōdēt de ſe nihil,ſed patrē viuere valeréq;.cui bene precat⁹,& mactū Dei fauore pronūcians,circūſpexit requirēs fratrē vterinū: quo viſo iam nō valens affectū reprimere, prius quā eum proderet auerſus,ceceſsit quaſi ad aliud negotiū(nondū enim erāt aperiēda veritas)& in quodā angulo effudit ſe in lachrymas. tū ablutus & dolorē rationi ſubiiciēs,ad hoſpites epulo excipiendos reuertitur , reddito quē retinuerat obſide. adfuerunt & alij cōuiuæ, optimates Aegyptiorū. Tractatio fuit iuxta morē cuiuſq; patriæ , ꝓ durū videretur diſcedere à conſuetis moribus, præſertim in cōuiuio,vbi maximè hilaritati proſpicitur. Iuſsi deinde ſedere iuxta ætatis ordinē(nondum enim diſcumbendi mos receptus erat)mirabātur quòd Aegyptij non aliter quàm Hebræi rationē ætatis haberēt in honorādis hominibus, ſic cogitantes:fortaſſe hic magiſtratus pro ſua prudentia non ſolùm ſeriis & magnis rebus ad pacis bellique recta munia ſpectantibus induxit decorum ordinē, verùm etiam honeſtatē in iſtis leuioribus & penè ludicris,quam Aegyptij hactenus rudiores neſciuerant. nam in conuiuio ſemota grauitate lætitia quæritur.Interim cibi non valde lauti apponuntur, quòd conuiuatori non liberet vti deliciis in publica penuria : & hoc ipſum homines prudentes in laudē vertebant , vitari luxum intempeſtiuum & inuidioſum:probantes conſiliū memoris quid vel præſentem lætitiā,vel publicum ſtatum deceat, & vtriq; ſe accommodantis tempori, atq; ita opportunus & minimè inuidioſus

appar

apparatus fuit quod deerat supplebatur hospitali comitatè, pinationibus, faustis ominationibus, ad hilaritatē hortationibus, & id genus iucūdis alloquiis, quæ ingenuis ac liberaliter educatis gratiora sunt quàm cibi potúsve lauticiæ, nō magnificiēdæ nisi apud istos epulones luxus ostētatores. Postera die sub lucem accitū dispensatorem domesticū iubet saccos quotquot allati fuerāt frumento replere, ac rursum in cuiusq; ore pretiū cùm crumena reponere: in minimi autem saccū indere argenteum poculū omnium pulcherrimū, ex quo ipse solebat bibere. Hæc iussa ille diligenter exsecutus est, semotis omnib⁹ arbitris & testibus. Discedūt hospites ignari doli, atq; etiā læti insperatis successibus. expectauerant em̄ subituros se interceptæ furto pecuniæ calūniam, nec recepturos fratrē obsidem, fortasse ne minimū quidem fratrū, vi detentū ab eo qui tā accuratè illum adduci iusserat. at illis omnia supra votū euenerant, nō solùm nullā pasis calumniam, verū etiam ad salē mēsāmq;, quod prēcipuū habetur pignus amicitiæ, adhibitis: receptus est & frater illæsus, idq; absq; vllo deprecatore: alter natu minimus reducebatur ad parentē incolumis: suspicionē explorationis euaserant, reuertebātur onusti cōmeatibus, bonā spē & in futurū cōceperāt, etiāsi sæpius reditura esset penuria, pollicentes sibi securū iter, nō trepidū vt antè, sed lætum, vt ad familiarē & hospitem regionis eius summū magistratū. Sic affectis & sic cogitātibus repētinus inexpectatúsq; pauor ingruit. Missus dispensator cum cohorte domestica, vt maneāt manu significat, ipse cursum accelerat. mox anhelus: Cōfirmastis, inquit, & priora crimina, pro gratia referēdo bene meritis iniuriā, reuersū ad pristina maleficia, recepto per furtum frumenti pretio maius addidistis facinus, impunitate augēte, vt fit, malitiā, poculum herile pulcherrimū precioſisimūq;, ex quo vobis præbibit, surripuistis homines grati pacatiq;, qui ne nomē quidem nostis exploratorū, qui duplicatū attulistis frumenti preciū, nimirum vt tali esca obiecta ex insidiis, maiorem prædam auferretis. sed nō semper felix est malitia, interdum cùm maximè se cælat deprehēditur. Ad hæc cū illi præstupore ne mutirent quidē, repētè oppressi dolore metúq; duobus malis grauissimis, hærebāt verba in faucibus, vt solent inopinati casus vocē adimere. Tandem ne viderētur silentio fateri cōscientiam. Quomodo, inquiūt, causam dicemus, aut apud quē? nam tu cōtra nos exstitisti & iudex & accusator, qui etiam ab aliis accusar

accusatis nobis patrocinari debueras, quales simus expertus. Certè pecuniā prius in saccis inuentā, nemine arguente vt rederemus, retulimus. num sic mutati sumus, vt hospiti per furtū damnū daremus pro gratia? nec factū est hoc, & absit vt vnquā vlli nostrū in mentē veniat. Quòd si apud aliquē è fratribus poculū deprehēsum fuerit, is luat capite. si verè admissum est facinus, ipsi capitale iudicamus ob causam nō simplicē, primùm, quia cōcupiscere aliena est iniquissimū, tum quia nèfariū ducimus velle nocere bene meritis. tertiò, quia genus deductū ab illustribus maioribus ignominiosis factis dehonestare probrum est turpissimū. quibus criminibus si quis nostrū est obnoxius, pereat dignus nō vno supplicio. & cū dicto iumēta sarcinis exonerāt, vltro ad scrutandū inuitādo. Dispēsator nō ignarus latere id in sacco natu minimi, quò ipse clam abdiderat, tamē arte rē tegebat, initiū à maximo natu faciēs, & inquisitionē secundū ætatēs persequēs, nemine tergiuersante, singulis iuuātibus, donec ventū est ad minimū, apud quem repertū est quod quærebatur, magno fratrū gemitu: qui scissis vestibus præmaturo luctu cōplorabant frarrē viuentē etiā tunc, nec minus suā vicē & parētis miseri, præsagiorsi eius memores, propter quæ fratrē cunctanter & inuitus cōmiserat itineri comitē. mœsti deinde turbatiq; retro in vrbē redeūt eo casu attoniti. nō tam fratris cupiditatē suspectā habētes, quā externas insidias. Tum ad regionis præfectū adducti, verè fraternā pietatem proferūt. accidentes enim vniuersi ad illius genua, quasi omnes furti cōuicti, miserabile dictu diffluebāt lachrymis, supplicabāt, seipsos offerebant, pollicētes seruitutem voluntariā, illum herum appellando se externa mācipia, empta pretio, à nullis abstinendo seruilibus nominibus qui magis etiā eos tentando, seuerè admodū respondit: Absit vt ob vnius culpā in tam multos sæuiā, aut durius aliquid statuā. Quid opus est pœnas ab insontibus exigere? qui solus peccauit, solus puniatur, Audio iam antè à vobis prædamnatū quicunq; deprehensus fuerit. ego tamē æquitatis respectu mitigabo pœnam remisso supplicio in seruitutē eum vindicans. Hac comminatione perculsis cæteris, & exanimatis calumnia, quartus ætatis ordine, vir audax, & saluo pudore facū dus liberè: Precor, inquit, here, ne iræ indulgeas, néve fretus potestate regiæ proxima, cōtra inauditos indefensosq; feras sententiam. Cùm primū huc venimus, percōtanti tibi de patre fratréq;, respondimus patrē consenuisse nō tam ætate grauatum quàm

quàm multis infortuniis,quibus more athletarũ exercitatum, vitã exegisse in perpetuis miseriis atq; laboribus.fratrẽ adhuc puerum,patri valde charũ esse,prolẽ serotinã, & e duobus eadẽ matre prognatis superstitẽ.eum domi relictũ solum,maiorem eius germanũ violẽta morte sublatũ.cúmq; iussisses eũ huc adduci,malum minatus ni faceremus, ac ne reditum quidẽ ad te permittens,mœsti discessimus:& reuersi domũ rem totã patri narrauimus.Ille diu reluctatus, ꝙ vehemẽter puero metueret, tandẽ cogente penuria nobis redire ad frumentationẽ sine minimo fratre propter tuas minas nõ audentibus,ægre persuasus hunc vnà misit valde incusans ꝙ indicassemus nos habere fratrem alium.& sortẽ suam miserãs ꝙ distungeretur à puero charissimo.est enim pro ætate imperitus rerũ omnium , nõ externarum tantũ, sed & domesticarũ patriarumq;.ad sic affectũ parentẽ quomodo reuertemur?hoc non reducto quibus eũ intuebimur oculis?misera morte morietur,vel hoc solo audito quòd puer nõ reuertitur.nos homicidæ patricidæq; audiemus ab inimicis infortunio nostro insultãtib⁹.maxima criminis pars ei⁹ in me recidet.multa enim patri sum pollicitus vt pateret abire puerũ,vltro pignus offerẽdo,quod suo iure quãdocunq; libuerit,posset à me repetere.quod ni tu propiti⁹ fias,reddere qui potero?Miserere senis obsecro,reputãs quã impotenter hãc calamitatem laturus sit,nõ recepto quẽ nobis incõsulte cõmisit filio.tu tamẽ pro iniuria quã videris accepisse, pœnas sumito.en me vicariũ.ex hac die seruorũ tuorũ numero adscribito.libẽter cẽsebor inter tuos nouitios,modò puerũ digneris dimittere.id non tam puero dabitur,si cõdonabitur, quã seni absenti , subleuãdo tot anxietatibus,atq; adeò ipsi parẽti omniũ. ad tuã enim dexterã ceu ad aram,vtinã nõ frustra,cõfugimus. Miserere senis per totam ætatẽ exerciti honestis laboribus : qui totius Syriæ ciuitates in veneratione sui cõuertit , quamuis alio ritu viuens & aliis legibus,lõgè diuersis ab indigenarũ moribus. Sed vicit vitæ honestas,& perpetuus dictorũ factorúmq; consensus, vt etiam à suis institutis alienos ad beneuolentiã flexerit.ei sic gratificaberis,vt nihil possit cõtingere gratius. quid enim potest esse gratius,quã deploratũ recipere? Verùm hæc omnia tamẽta erant,quemadmodũ & priora,regionis præfecto,explorante horum erga fratrẽ suum vterinũ beneuolentiã. Verebatur enim ne quod odium inter eos intercederet nouercale:vt solet in familiis prognatis è matribus diuersis,honore inter se paribus

ribus. ideo tanquam exploratores inculabat , scisciṭando quo nati essent genere,vt per eam occasionem de germano cognosceret , num supereslet , an periisset insidiis . Nec dimisit nisi obside retento,donec adduceretur quem desiderabat maximè, vt liberaretur à molesta solicitudine.quo in conspectum adducto,nonnihil cura leuatus,omnes ad hospitalem mensam adhibuit.germanum honorans potioribus partibus, interim obseruans vultus singulorum , ex his iudicaturus num qua subesset inuidia.cúmq; vidisset omnes gaudere & fauere honori pueri, non contentus duobus argumentis fraternæ erga illum beneuolentiæ,tertium experimentum commentus est, intẽtato furti crimine.nam inde certissimè cõcere poterat de cuiusq; animo erga fratrẽ petitum calumnia.atq; ita certo persuasus maternam familiã non impugnari seditione domestica, probabiliter de suo casu ratiocinatus est,id accidisse nõ tam fratrũ perfidia,quàm prouidentia Dei prospicientis in futurũ,& imminentia nõ minus cernẽtis quàm præsentia. tum ad reconciliationẽ versus ac fœdera , succumbens charitati domesticæ,ne fratribus propter veterem iniuriam obueniret aliquod dedecus, noluit agnitioni primæ interesse quenquã Aegyptium:sed semoto vniuerso famulitio,repẽte profusis tanquam è fonte lachrymis,dextra vt propius accederent innuit, ne vel fortuito verba eius exaudire posset quisquã alius.tũ sic eos allocutus est:Rem longo tempore tectã & obliuioni mandatã vt putatis,nũc reuelaturus,solus solos appello. Fratrẽ quem in Aegyptum vẽdidistis,meipsum præsentem nunc cernitis.Ego sum.Hac insperata voce perculsis perterritisq;,& tanquã pregraui onere vultus ad terrã demittẽtibus,ac sine voce stupentibus:Nolite tristari,inquit,obliuionẽ omnium in patratorũ polliceor:nullo vobis deprecatore opus est:meã sponte in gratiã vos recipio, duabus de causis,propter pietatẽ erga patrẽ cui plurimũ debeo,& propter innatã humanitatẽ , qua omnes præsertim sanguine cõiunctos cõplector.cæterum hunc casum non vobis imputo sed Deo,qui me suorum beneficiorũ difficilimis tẽporibus humano generi exhibendorum ministrũ executorémq; esse voluit:id verũ esse his quę videtis credite.Totius Aegypti procuratio mihi cõmissa est:rex honorẽ mihi habet eximiũ,& vt parentem veneratur quamuis ætate senior.color obseruórq; nõ tantũ ab indigenis, verũ etiã à plurimis gẽtibus vel prouincialibus vel liberis. nã omnes opus habent meo subsidio propter inopiã.argẽtum aurúmque

rúmq;,& quod his maius est,cõmeatus apud me solũ reponun tur,distribuendi in singulos quantũ cuiq; ad necessariũ vsum satis est,vt nec ad delicias superẽt quicquã,nec desit ad satietatem.Quod nõ iactãter dico,sed vt intelligatis neminem mortalem potuisse seruo tantã cõferre felicitatẽ,& quidem detruso in carcerẽ.nam & vinctus fui quondam passus calumniã. Deus extremã calamitatẽ miseriámq; in summã felicitatẽ vertit, q̃ solus est omnipotẽs.id cũ mihi sit persuasissimum nõ est cur timeatis,deponite omnẽ solicitudinẽ,lętitiã recipite:nũc properandum est vobis ad patrẽ,vt à vobis potius q̃ à fama accipiat lætum de me inuento nuntiũ:solet enim illa præcurrere. Tum fratres certatim collaudabãt hominẽ,alio aliam virtutẽ deprę dicante,clementiã,charitatẽ,prudentiã,pietatem verò omnes vno ore laudabãt,felicem euentũ ad Deum autorẽ referẽtis. & pristinos casus ferentis æquo animo:nec minus mirabãtur insignem eius modestiã ac patientiã,qui neq; seruiẽs malè locutus est de fratribus vt perfidis vẽditoribus, neq; in carcerẽ trusus præ dolore vllũ secretũ effutiit,neq; tam lõgo tẽpore inter vinctos degẽs,vt miseri solent,suũ detexit infortuniũ,tanquã ignarus omniũ suorũ casuum:ac ne tum quidẽ cum vel eunuchis vel regi interpretaretur somnia,occasionem arripiẽs suã ingenuitatem aperuit,imò nec cũ vicariã regis potestatẽ accepit Aegypto vniuersæ præfectus,vt saltẽ obscuritatis opinionẽ aboleret, docens se natũ honesto genere,nõ vernã,sed insidiis quorũ minimẽ oportuit deuolutũ in graues erumnas ac miserias.ad has laudes accedebat etiã æquitatis eius mentio, dexteritatisq; in obeũdis muniis publicis.cõferentes enim eum cũ vulgata magistratuum aliorũ tam arrogãtia q̃ imperitia,mirabantur ostẽtationis põparúmq; contẽptum in viro tam egregio:& q̃ alienus ab omni maleficio tragico,quãuis potuerit mox in prima profectione agnitos opprimere,aut certè fame pereũtibus frumẽtum nõ prębere,adeò pœnã ab eis abstinuit,vt tanquã bene meritis daret munera,redito pretio.In tantũ enim perfidia paratúmq; scelus latuit,vt optimates Aegypti præfecto gratularentur fratrũ præsentiam,quasi tum primùm venissent.quibus hospitaliter exceptis,rem indicarũt suo regi properè, ita vt omnia plena essent gratulationibus & lætitia publica, nõ aliter quàm si felici prouentu frugũ fames mutata esset in abundantiam:Rex cognito patrẽ eius adhuc esse superstitẽ, & numerosam familiam,hortatus est vt vniuersi cõmigrarẽt,vberimam

Aegyp

Aegypti partẽ eis se donaturũ pollicitus. móxq; multa carpẽta & plaustra cũ iumẽtis ad subuectionẽ donat fratribus. & honestum famulicũ,vt patrẽ securè deducerẽt.illi verò ad eũ reuersi,& narrantes incredibilẽ insperatámq; felicitatẽ, nõ valde senem mouebãt,nõ q̃ dubitaret de fide testiũ,sed propter rei magnitudinẽ assensum suspẽdebat.tandẽ cõspecto apparatu copioso,nõ discrepãte ab his quæ nuntiabãtur, cõfirmatus laudabat Deũ,qui suppleuisset quod in familia desideratũ fuerat.sed hoc gaudiũ metu solicitabatur,ne delererentur mores patrij.norat enim iuuẽtutis lubricũ,& apud exteros, peccãdi licentiã, præsertim Aegytiis circa verũ Deum cæcutiẽtibus,& cæcas creaturas cõsecrantibus atq; colentibus. sciebat etiam honores diuitiásq; insidiari parũ cautis mentibus,ideo metuebat filio,quòd solus semotus à paterna familia videbatur egere castigatore, qui ad virtutẽ reuocãs non sineret eum corrũpi tot prosperitatibus.Hæc cogitantẽ videns qui solus inuisibilem animam introspicit,miseratus dormienti in somnis apparuit.Ne dubites, inquit,in Aegyptũ proficisci:ipse itineris dux ero,secura tutãq; facturus omnia.restituã tibi & desideratissimũ filium, qui iam aliquot annis deploratus pro mortuo,non solũ viuit,sed & maximæ regioni præfectus est.sic senex bona spe plenus, mane lætus se dedit in viam.Hoc audito filius (nam speculatores nuntiósq; in itinere disposuerat) propinquãti circa regni fines occurrit obuiam.cúmq; cõuenissent circa Heroopolim vt vocant, effuderũt se in cõplexus mutuos,vbertim vestes rigãdo lachrymis,atq; ita hærentes aliquãtisper explebãt diutinũ desideriũ, & tandem vnà contenderunt ad regiam.Ibi rex conspicatus venerandam senis faciem,non vt præfecti,sed vt suũ patrem excepit honorificè:dein post solennia humanitatis officia, donauit ei agrũ vbertatis præcipuæ:& quia huius filios audierat esse pecuarios,facultatésq; illorũ cõstare pecoribus,cõmisit eorũ curę proprios greges cuiũ caprarúmq; cum armẽtis regiis.Iuuenis autem tanta fide vsus in administrandis negotiis publicis, vt cùm ratio temporũ plurimas occasiones ei præbuisset ad congerendam pecuniã,potuisletq; facilè ditissimus sui seculi euadere,adulterinis diuitiis veras prætulerit.& cæcis perspicaces, totum argentũ auriũq; è frumẽti pretio collectum referens in thesauros regios,ne drachma quidẽ subtracta, cõtentus donis quibus rex eum remunerabatur. nec aliter quàm Aegytũ cæteráſq; regni eius prouincias,externas quoq; gentes fame pressas

hic vir nunquam satis laudatus curauit, paterna prouidētia distribuens alimenta futuris etiā necessitatibus prospiciens, nō solum præsentibus. nam ineūte anno ætatis septimo, accitis agricolis (iam enim vbertatis spes affulgebat) dedit hordeū & triticū ad sementē, diligenter cauens ne quis hæc in aliū vsum verteret, appositis custodiis ex optimatib⁹, qui fationē obseruarent. Post aliquot autē annos à finita fame defuncto patre, fratres nondū à suspicione in totū liberi, veriti ne ille vlciscereturiniuriam veterē, denuo cū vxoribus ac liberis simplices petierunt veniā. Qui lachrymās respōdit: Iam tēpus ipsum hāc solicitudinē exemisse vobis debuera, nisi molesta esset cōscientia. Obitus cōmunis patris renouat vobis metū veterē, quasi ad tēpus data venia, ne quid ille contristaretur, Verū ego non mutor tempore, nec vnquā violabo patē semel redditā fratribus. non distuli vindictā in tempus opportunius, sed cōdonaui pœnam in solidum, partim in honorē patris, ne quid mentiar, partim propter fraternā necessitudinem, quāuis etiamsi patris solius respectus apud me valuisset in hoc humanitatis officio, par est vt teriā illo defuncto valeat. nam mea sentētia nemo bonus moritur, sed viuet in sempiternū expers senij, propter immortalē naturam animæ solutæ corporis necessitatibus. Cur autē geniti patris tantū meministis? habemus aliū ingenitū, immortalē, æternum, inspectorē auditorémq; omniū etiam quæ fiunt per silentium, intrespicientē intimos secessus animi. eum ego testē inuoco meæ conscientiæ, q⁹ bona fide vobiscū in gratiā rediui. nam ego (absit dicto inuidia) Dei sum, qui in vestrū bonū vertit mala consilia. Deponite metū, posthac meliore cōditione apud me futuri quàm ante parētis obitum. ita cōfirmatis fratribus, facta cōuenientia dictis addit, nihil omittens quod pertineret ad eorū commoda. Insequutis autem felicioribus tēporibus, & regione restituex in abundantiam pristinā cum magna incolarum lætitia, honorabatur ab omnibus, gratiā referentibus pro acceptis beneficiis in difficultate superiorum temporum. fama quoque apud exteras ciuitates celebrat hominis virtutes inclytas. Vixit annos decē supra centū in senectute defunctus prospera, formēsus admodum & prudens facundúsq;. testatur de eius corporis pulchritudine amor qui mulierē adegit ad insaniam: de prudentia verò æquanimitas perpetua in tantis circa fortunam eius mutationibus, illo casus omnes bene vertente, & coaptante quæ vix coaptari posse videbantur, quantū autem ratione

ne orationéq; polleret declarauit & somniorum interpretatio, & in fortuna varia semper sui similis constánsq; facundia, ad persuadendū efficacissima, vt omnes volentes libentésq; nō coacti iussa facerent. Ex hac ætate decem & septem annos vsq; ad exitum adolescentiæ vixit in paternis ædibus: tredecim sequentibus improuisos casus pertulit, insidiis petitus, venditus seruiēs, calumnias ferens & vincula: reliquos octuaginta exegit in principatu summáq; prosperitate, famis vbertatisq; præses ac dispensator optimus, egregiè prospiciens vtriq; tēpori.

PHILONIS IVDAEI, Quòd à Deo mittātur somnia.

SVPERIORE tractatu diximus de priore somniorum diuinitus missorū specie, quādo cęleste numē vltro per somnium visiones immittit. in hoc, quantū poterimus, dicem⁹ de posteriore, quādo nostra mens vnà cum vniuersali mota, videtur per seipsam diuinare, præsagiréq; quid ferāt futura tēpora. Huius generis primū somnium occurrit in sacris voluminib⁹ de illa cælesti scala, quod sic describitur. Viditq; somniū Iacob, & ecce scala stans super terrā, cuius caput pertingebat ad cælū: & angeli Dei ascendebāt descēdebāt q; per eū. & ecce scala stās super terrā, & dominus innixus ei, & dixit: Ego sū Deus Abrahā, patris tui, & Deus Isaac, noli timere. Terrā in qua dormis tibi dabo & semini tuo, eritq; semē tuū quasi puluis terræ. & multiplicabitur ad mare, ad austrum, ad septentriones, ad orientē, & benedicētur in te tuóq; semine cunctæ tribus terręEt ecce ego ero custos tuus quocūque perrexeris, & reducam te in terram hanc: quia non deserā te, donec fecero omnia quæ dixi tibi.] Verū hæc visio postulat vt repetamus rē altius, quo facto fortasse facilius quid significet, intelligere poterimus. Quæ sunt igitur quæ præcedūt? Digressus, inquit, Iacob à puteo iuramēti, profect⁹ est in Charras. cúmq; venisset ad quendā locum, volebat ibi requiescere, quia sol occiderat. & sumpsit de lapidib⁹ ibi iacentibus quos supponeret capiti, dormiuitq; in illo loco. Deinde subiūgitur statim hoc somniū. Occurrūt igitur nox in principio tres quęstiones:

prima,quis sit ille iuramenti puteus,cúrve sic nominatus:secunda,quæ ciuitas sit Charra, & cur ad eam ventũ sit mox post discessum à prædicto puteo:tertia,quisnã sit locus ille, & cur postquàm eum Iacob attigit,occidére sole decumbit.Cõsideremus primã.Mihi videtur hic puteus significare scientiã, quæ suapte natura in profundo sita est nõ in superficie:nec in propatulo solet esse,sed in abdito:nec facilè,sed vix multo labore inuenitur: id quod videmus non solũ in magnas obscuráq; cõtemplationes habentibus,verũ etiam in vilissimis. Elige quancũq; libet artem,non eximiã,inquam,sed omniũ obscurissimã,quam nemo liber in vrbe educatus sponte exerceret, ruri verò vix seruus coactus à duro morosoq; domino multa facere præter sententiam.Inuenies hanc quoq; multiplicẽ,variam,querulã, difficilem,aduersam pigritiæ,secordiæ,negligẽtię,plenam studio curáq;,& laboribus ac sudoribus. Quin & aquam in hoc puteo fossores inuentam negant:quoniã fines scientiarum non solùm difficiles inuentu sunt,verũ etiam nunquã inueniuntur.Verùm ideo alius alio doctior est in grãmatica geometriáve,quia profectus & incremẽta nõ possunt circũscribi certis terminis.Semper enim plura quàm discũtur,supersunt:vt etiã is qui se putat attigisse finem scientiæ,semiperfectus habeatur sub alio iudice. quod si subeundum sit ipsius veritatis iudiciũ,adhuc circa principia hærere videbitur.Breuis enim vita, vt quidam inquit,ars longa:cuius amplitudinẽ is optimè cognoscit,qui in eã descendit profundius tanquã puteum fodiẽs:qualis quidã iam canus, decrepitus,capulatis senex illachrymasse fertur,nõ ob ignauiã metúmve mortis,sed scientiæ desiderio, quasi tum primũ eam adiret,quando relinquenda erat.Viget enim semper ad sciẽrias anima,cùm vires corporis longa ætate marcescãt & langueãt. ergo priùs quàm ad quandã ceu puberratem exquisitioris doctrinæ perueniatur,periculosus lapsus est.est autem id cõmune omnium studiosorum,quibus aliæ post alias contemplationes suboriuntur,multas ex se pariente anima, modo nõ sit sterilis, multas natura vltro ingerẽte non obtusis mentibus.hic est igitur ille scientiæ puteus fundo fineq; carens sicut ostendimus cur autẽ iuramenti nominetur,iam dicemus.adhibitio iureiurando quod ambiguum erat decernitur,quod incertum confirmatur,quod fidẽ nõ inueniebat,creditur.vnde illud colligitur-nihil certius affirmari,quàm sapientiã carere fine ac termino, itaq; vel sniurato id credere debemus:quòd si quis est parũ credulus-

dulus,saltẽ iurato assentietur.nec est cur quis detrectet iusiurandum huiusmodi,cùm sciat & qui rectè iurat inscribitur in tabulas.De his hactenus. proximũ fuerit cõsiderare, cur quatuor effossis puteis per Abrahami & Isaaci domesticos, quarto eidẽq; vltimo iuramẽti nomen est inditũ.An illud forte subindicare vult,& cũ omnino quatuor elemẽta sint ex quibus constat hic mundus,& in nobis ipsis totidem,ex quibus formati sumus in humanam speciem:tria possunt intellectu percipi, quartum verò est incomprehensibile omniũ iudicio.quãdoquidẽ in mundo insunt hæc quatuor,terra, aqua,aër, cælũ:ex quibus cætera, tametsi difficilè,sunt tamen scrutabilia.nam de terra, esse hanc corpus graue,cõpactum,solidũ in montana campestriáq; diuersum,diremptũ mari ac fluminibus,partim cõtinenti attributũ, partim insulis:item alibi esse tenuẽ,alibi profundos sulcos admittere:alibi asperam,saxosam, sterilẽ,alibi planam, mollem, fertilissimã: & alia præterea plurima nouimus. itidẽ de aqua, habere hãc quædã ex his quæ diximus,cũ terra cõmunia, quædã proptia,est enim partim dulcis,partim salsa,partim fontana in varias discreta proprietates,alia potabilis,alia nõ,alia potabilis sed nõ omnibus,his noxia non illis,& ediuersò. item alia frigida naturaliter,alia calida. sunt enim multi passim fontes manãtes aquis feruidis,non solùm in terra,sed & in mari.certè deprehenduntur tales venæ scatentes in mari medio, quas per tot secula fluctus inundãtes non potuerunt extinguere,imò neque diluere.De aëre quoq;,habere hunc naturã tractilẽ, facilè cedentem corporibus quibus circũfunditur, instrumentũ vitæ, respirationis,visus,auditus,cæterorũ sensuum: capacem densitatis raritatisq;,tum quietis & motũ,variabilẽ ac mutabilem, autorem æstiuorum,hyemaliũ,autumnaliũ, veruorúmq; temporum,quæ anni absoluunt circulũ.hæc certè sentimus omnia. Cælum verò naturã habet incõprehensibilem,nec vlla eius notitia certa demanat ad nos.Quid enim possumus de hoc pronũtiare?esse concretam glaciem,vt quibusdam placuit, an ignem purissimũ,an quintũ quoddam corpus in orbem mobile, nulli affine ex elementis quatuor? Quid illa extrema sphæra fixorũ siderum,habétne soliditatem, an superficiem tantũ sine altitudine.figuris in plano pictis similis?Quid stellę ipsæ,suntne terreæ mores ignitę?nam quidam aiũt eas colles saltúsq; ignitos, ipsi digni pistrino & carcere.vbi hæc instrumẽta sunt torquendis impiis istorum similibus an fortè sunt densi quidã ætheris

glomi nõ diſsimiles? ſed animati ne ac rationales, an ratione ſimul carentes & anima? voluntariósne an neceſsitate coactos mot⁹ habẽt? Quid luna? natiuóne an mutuatitio lucet lumine? ſuis radiis micans, an illuſtrata ſolaribus? an horũ neutrũ eſt, ſed quiddam mixtum ex vtroq; igne tum alieno tum proprio? nam hęc & huiuſmodi omnia in præcipuo mũdi corpore quarto, id eſt cælo, incerta incomprehẽſibiliáq; cõiecturis veriſimilibus magis quã certis verisq; rationibus nitũtur, vt iurare fas ſit, neminem mortalẽ poſſe vnquam quicquã horum certò percipere. Hæc eſt cauſa cur puteus quartus aridus Iuramentũ nominatur, q⁹ quarti huius mundi elemẽti, cæli videlicet, inquiſitio infinita eſt & inperſpicua. Videamus amplius quomodo & in nobis illud quartũ præ cæteris eſt incõprehenſibile. quatuor ſunt in nobis præcipua, corpus, ſenſus, mens & ratio. horũ tria nõ ſunt in totũ obſcura, ſed habent quædã indicia in ſeipſis per quæ cõprehendantur. Dicã apertius. Corpus tres dimenſiones, ſex motus, habere ſcimus: dimẽſiones in longitudinẽ, altitudinem, latitudinẽ: motus verò duplos ſex, ſurſum deorſum, dextrorſum ſiniſtrorſum, ante retróq;. idẽ animæ conceptaculũ eſſe nõ ignoramus, atq; etiam floreſcere, defloreſcere, ſeneſcere, interire, diſſoluíq; in ſuas origines, ne ſenſuũ quidem obſcurã habemus notitiã, poſſumus dicere quinquefariã eos diuidi, habere ſua quemq; inſtrumẽta naturæ opificio, viſum oculos, auditum aures, nares odoratũ, & cæteros pariter: hos menti nuntiare de colorũ, figurarum, vocum, vaporũ ſaporúmq; proprietatibus, & in vniuerſum de corporibus eorúmq; qualitatibus. eoſdem eſſe animæ apparitores, ad quã quicquid videt audiúntve, deferunt: & ſi quid extrinſecus immineat noxium, præuident præcauéntq;, ne quod improuiſum & immedicabile malum dominæ obrepat, ſimiliter de voce noſtrũ eſt iudicium, aliam eſſe acutam, grauem aliam, & quantum à concinna inconcinna diſcrepet, ab exiliore grandior, déq; aliis plurimis diſcriminibus generum, colorum, diſtantiarum, coniunctorum diſiunctorúmque, de diateſſaron diapentè diapaſon ſymphoniis. atque etiam de articulata voce, quam ſolus homo ſortitus eſt, quædam nouimus: à mente hanc proficiſci, in ore articulari, linguæ plectro abſolui, arq; ita expreſſam ſermonem iam non nudam vocem informémq; fieri, eum mẽtis eſſe interpretem. At quartum illud principatum obtinens num eſt cõprehenſibile? Minimè gentium. Quid enim putamus eius eſſentiam, ſpiritum

an corp

an corpus, an ſanguinem? Corpus dici nõ debet, cùm ſit incorporeum. Quid igitur dicemus, terminũ an ſpeciẽ, an numerũ, an andelechiam, an harmoniã, an quid aliud? innaſcitúrne an infunditur, an à circũfuſo aëre ipſa ſuapte natura calida, táquã ferrum in officina ignitũ, & in frigidam merſum, tẽperatur ſolidatúrq;: vnde Græcũ nomen ψυχὴ παρὰ τὴν ψύξιν. Quid in morte, extinguitúrne cũ corporibus & interit, an aliquãdiu ſupereſt, an immortalitate fruitur? mens verò vbi habet conceptaculũ? habétne aliquod domiciliũ? nam quidã caput ceu arcẽ noſtri corporis dedicãt, in quo ſenſus excubant, æquũ cenſentes circa magnũ regẽ ſtationẽ habere ſatelliriũ, qui verò circa cor delubrũ eſt tribuũt, ne ipſi quidẽ inter ſe cõſentiũt. En quartum incomprehẽſibile, cælũ in mũdo ſolũ ex elemẽtis reliquis: mentem in homine cùm cætera intelligãtur in eo, corpus, ſenſus, & oratio. Quid ſi & quartus annus ſanctus laudabilisq; ob ealdẽ cauſas in ſacris literis dicitur? nã in rebus creatis cælũ in mundo ſanctũ eſt, in quo immortales ſempiternæq;, naturæ obambulãt: in homine mens numinis particula, ſicut Moſi credimus dicenti: Inſpirauit in faciẽ eius ſpiritũ vitæ, & factus eſt homo in viuentem animã. Vtrunq; eriã laudabile nõ temere dictũ mihi videtur. nam quæ laudare hymnisq; celebrare ſuũ patrem poſſunt, ſunt hæc duo, cælum & mens. nam homo hunc præcipuum honorẽ ſortitus eſt præter animalia cætera, quòd Deum colit: cælum perpetuo concentu ſuorum motuũ reddit harmoniam ſuauiſsimam: quæ ſi poſſet ad noſtras aures peruenire, in nobis excitaret impotentes amores & inſanũ deſiderium, quo ſtimulati rerum ad victũ neceſſariarũ obliuiſceremur, non paſti cibo potúq; per fauces demiſſo, ſed quemadmodum immortalitatis candidati, conſummatæ muſicæ diuinis cantibus: quales cũ Moſes extra corpus raptus audiuiſſet, fertur per quadraginta dies totidémq; noctes nec panẽ nec aquam guſtaſſe. itaq; cælum inſtrumentum muſicæ archetypum videtur mihi non propter alia ſic elaboratum, quàm vt rerum patris hymni ſcitè decantentur & muſicè. Quin & virtutẽ Liam audimus poſt editum quartum filium deſiſſe parere, nõ effœtam, ſed ceſſantem, vel potius retentã aliquãdiu. Senſit enim opinor vim gignẽdi elanguiſſe in ſe, quando Iudam, hoc eſt confeſsionẽ, perfectum factum protulit. Eſt autẽ idẽ ſignificatum in Lia poſt quartam prolẽ interquieſcẽte à pariẽdo, & in quarto puteo in quo Iſaac ſerui nullam aquam inuenerunt: quoniam apparet ex vtraq; fi-

gura ab omnibus sitiri Deũ,qui & genituras & alimẽta in enatorum vsum irrigat.non deerunt tamen fortasse quidam pusillanimi,qui hæc de puteorum effossione à legislatore dici suspicabuntur verbosius.sed quotquot habent ius magnæ huius ciuitatis mundanæ,sapientiores cæteris,manifestè intelligẽt, perspicaces & discendi cupidos non quærere de quatuor puteis,sed de quatuor vniuersis partibus,terra,aqua,aëre,cælo:quæ singula persequendo cogitationibus acuratissimis, in tribus inuenerunt quædam comprehensibilia,quibus & nomina indiderunt, iniquitatem,litem,amplitudinem:quarto autem nullum, cælo videlicet,sicut paulò antè docuimus. nam quartus puteus sine aqua siccus inuenitur,& Iuramẽtum ob prædictam causam nominatur.Secunda quæstio de Charra quærit, quænã sit ciuitas, & cur ad eam veniatur à puteo. Est igitur quantum equidẽ video,Charra metropolis quædam sensuum. interpretatur enim nunc fossa nunc specus,vnã rem signãtibus duobus nominibus. nam corpora nostra ad sensuum instrumẽta quodãmodo perfossa sunt,& vnusquisq; sensus pro instrumento habet suam foueam.ergo quàm primũ aliquis à iuramẽti puteo velut à portu soluit,necessario ad Charran peruenit.nam qui peregrè proficiscitur ab amplissima optimáq; regione scientię,necesse est vt ad sensus absq; ductore veniat.anima enim sæpe à seipsa mouetur,emergens è tota molle corporis,& è turba sensuum profugiens,nonnunquam etiam vestita sensibus.Sed nudo motu tantum intelligibilia comprehendit,amicta verò sensibilia.si quis igitur non potest omnia sola mente persequi, ad sensus secundum refugium inuenit:& quisquis fallitur circa intelligibilia, prolabitur ad sensibilia.ad sensum enim est secũda nauigatio, quando prima ferens ad intellectum non succedit. bonum autem fuerit in hac non consenescere, sed tanquam in aliena regione pro inquilinis se gerere,semper quærẽdo migrationem & reditum in patriam.Laban enim non speciẽ,non genus, non ideam,non aliud quicquã sciens ex his quæ solo intellectu comprehenduntur,sed à rebus manifestis tantũ pendens quæ in cõspectum auditúmq; & similes potentias veniũt, ciuitatis ius in Charris habet,vbi amator virtutis Iacob vt peregrinus nõ diu habitat,semper de reditu cogitãs.eum Rebeca mater, id est patientia sic alloquitur:Surge.fuge ad Labanẽ fratrem meum in Charras,& habita cũ eo ad dies aliquot. Intelligisne quòd non sustinet noster mediator in regione sensuum perpetuò viuere,

sed

sed dies aliquot & ad breue tẽporis spatiũ propter necessitates compositi corporis?longa autẽ vita ac ætas ei seruatur in ciuitate illa intelligibili.quãobrem(opinor)& auus eius à scientia denominatus Abrahã nõ diu in Charris durare potuit.Legitur enim eum natũ annos lxxv.quando hanc ciuitatẽ reliquit:quãuis pater Tharra, qui interpretatur odoris speculatio, vsq; ad obitũ ibi vixerat. diserte enim in sacris literis dicitur Tharrã in Charris mortuũ liquidẽ speculator virtutis, nõ ciuis,odoribus nõ alimẽtis fruebatur,nondũ idoneus vt saturaretur prudẽtia,imòvel degustaret,sed tantũ olfaceret.Quemadmodũ enim canes venaticos aiunt è longinquo ad feras peruenire odorẽ secutos cuius eximio sensu à natura sunt prædíti.eodẽ modo à iustitia cæterisq; virtutibus exhalãtes suaues auras amator scientiæ vestigat,cupiens originẽ tantæ voluptatis assequi, huc illuc cursitans, & vel ipso honestatis odore tanquam sacro nidore se recreans.non negat enim se liguritorẽ scientiæ prudẽtiæq;.masti ergo quibus datum est bibere de amatorio sapiẽtiæ poculo, fruiq; cõemplationũ eius & placitorũ epulis, exhilaratis etiã sitire denuo propter inexplebile scientię desideriũ.his proximi censendi sunt qui tametsi ad sacrã mensam nõ accedunt,nidore tamen pascunt suas animas.nam hi aura virtutis refouebũtur, sicut ægrotis deficiẽtibus propter inediã & fastidiũ odores admouendo medicorũ filij remẽdiũ salutare procurãt vt vires recipiant.Attamen Chaldæa relicta Charras migrasse Tharra dicitur, ducens secũ & filiũ Abrahamũ & cæteros consentientes domesticos:non vt tanquã ex historiarum scriptore cognoscamus eos peregrinos fuisse desertores patriæ,cui sedes externas prætulerint,sed vt re penitus intellecta discamus quiddã vitæ vtilissimũ,non negligendũ hominibus,hoc autẽ quid est?Chaldæi vocant obseruandis siderũ curtibus, Carrenses circa sensus occupantur.cæterùm sacra eloquia lic scrutatorẽ naturæ interpellant:Quid de sole quæris sit ne pedali latitudine,an tota terra maior,an aliquotuplo amplior? quid de lunæ lumine, propriúmne an mutuatũ præferat? quid de reliquorũ siderũ natura, cursu respectu inter se mutuo,vel etiã ad terrestria?cur in terra incedẽs super nubes exilis?cur ætthereas res ais te posse attingere cũ terræ affixus hæreas?cur audes coniectare de rebus omni coniectura superioribus? cur es curiosus in rebus sublimibus nihil ad te attinẽtibus?cur disciplinarũ cõmentationes vsq; ad cęlũ extẽdis?cur subtiliter nugaris de sideribus?nõ ea quę ocea-

no submota sunt,ô bone,sed propinqua considera.imò teipsum absq; adulatiõe scrutare,at quomodo id fiet? I mẽte charras ĩ ciuitatẽ cauernosam,pfossam specubus corporis,cõsidera oculos, aures,nares,cætera instrumẽta sensuũ,& disce summã philosophiam,vel potius summè necessariã decentissimámq;,veritatẽ quærendo,quid visus,quid auditus,quid gustus,quid odoratus, quid tactus & sensus in vniuersum.deinde qd sit videre,& quomodo videas.quid audire,& quomodo audias,quid odorari,qd gustare,quid tangere,& quomodo fiant hæc singula,prius autẽ quàm propriã domum bene cõsideres,vniuersalem examinare an non extrema est insania?nec dum tibi maiora præcipio, vt tuam animã mentẽmq; videas,quæ tibi placẽt tantopere. hæc ipsa nunquã cõprehendere poteris.ascende nũc cælum, & arrogãter de illis rebus disserę,cùm nõdum scias vulgatũ versum:

Aedibus in nostris quæ praua aut recta gerantur.

Desine speculari cælestia:diuulsus ab illa scrutatione,nosce teipsum,& vt hoc possis da operã,vtq; curis humanis vaces. huiusmodi hominẽ Tharrã Hebræi,Socratẽ Græci nominãt.nam & illum ferũt vsq; ad senectutem in hoc præceptum. Nosce teipsum.incubisse,omissa reliqua philosophia. verùm hic homo erat.Tharra autẽ ipsa ratio,noscendi seipsum,proposita ceu arbor virẽtissima.vnde studiosi facilè morũ fructus carpendo satiarentur cibo salubri ac iucundissimo.tales sunt apud nos prudentiæ speculatores:athletarum autem & certãtium natura est perfectior.nam hi postquã perdidicerunt omnẽ rationẽ sensuũ dignos se iudicãt maioribus contẽplationibus,relinquẽdo sensus quasi cauernas,qui Charræ nominabantur. ex hoc numero est ille per multiplices profectus ad summã sciẽtiã progressus Abraham.cũ enim se maximè cognouit,tũc agnouit minimè, vt eũ Qui verè est.bene cognosceret.Sic enim solet euenire.qui enim seipsum valde cognoscit,valde contemnit,reputãs quàm nihili sit quicquid creatũ est.qui autẽ seipsum spernit,eum Qui est cognoscit.Hactenus quę sit Charra,& cur post relictũ Iuramenti puteũ ad eam perueniatur.Supereſt tertia quæstio,Quis locus ille ad quem occurrit.Dicitur enim: Cúmque occurrisset ad locũ.] Tripliciter locus intelligitur: primo modo spatium quod impletur corpore:secũdo,sermo ille Dei quẽ Deus ipse totum expleuit incorporeis porẽtis. Vidi,inquit,locũ in quo stetit Deus Israël,in quo solo permisit sacra facere, alibi vetuit. Præceptũ enim est ascẽdere in locũ quẽcunq; elegerit dñs Deꝰ,

& ibi

& ibi sacrificare holocautomata & pro salute, cæteráq; integras victimas adducere:tertio significato ipse deus vocat locus eo qꝺ omnia cõtineat,à nullo prorsus cõtineatur,& omnibꝰ ad eũ refugiũ pateat:& qa solus sui capax est,seipsum explens atq; cõtinens.ego nõ sum locus,sed in loco & vnaquæq; creatura similiter.nã contẽtum differt à cõtinente.at numen à nullo contentum sibiipsum locus est necessarius, sicut scriptura testatur de Abramo loquẽs:Venit in locũ quẽ ei Deus prædixerat: attolléns q; oculos,à longe locũ eum prospexit.Quid ais?qui in locũ venerat,eũ è longinquo prospexit:sed fortasse vocabulũ vnum duas res significat.& dei sermonẽ,& ipsum deũ.ille verò qui sapiẽtia duce iter faciebat per inhospita,peruenit ad locũ priorẽ doctus propitiationis caput & summã esse dei sermonẽ:vbi cõstitutus nõdum ad eum Qui est deum penetrat:procul eũ aspiciens:imò ne hoc quidem assecutus,tãtùm videt eũ lõgè abesse ab omni creatura,quò nullius humanæ mẽtis conceptus possit accedere.Fieri tamẽ potest vt hæc allegoria per locũ non illum rerũ autorem significet:sed intelligenda sit hoc modo.Venit in locũ,& attollẽs oculos vidit ipsum locũ in quẽ venit,lõgè dissitũ ab illo innominabili & ineffabili Deo modis cũbus incõprehensibili.His ita præfinitis,qũ Charras,id est in sensu peruenit Meditator, nõ occurrit in locũ implendũ mortali corpore: hic enim cõmunis est omnibus terrigenis necessitate locũ aliquẽ occupãtibus:nec in illũ tertium optimum,de quo vix cogitare poterat accola putei denominati à iuramẽto.vbi à seipso doctũ genus Isaac habitat,nunquã à dei fide discedens:sed in mediatorem sermonẽ diuinum suggerentẽ præcepta optima & cuiq; opportuna tẽpori.Deus enim nõ dedignatus sensui se ingerere, suũ verbum auxiliare mittit virtutem amantibus. id medetur morbis animę,sacra præcepta ceu leges nunquã antiquãdas statuens,& ad hæc exequenda inuitans,atq; etiã more pædotribarum robur ad inuictã habitudinem promouens.Meritò igitur qui ad sensum peruenit,nõ Deo,sed verbo eius occurrit,sicut auus in cuius sapientiã succesſerat.Legimus eñ:Discesſit dominus postquã desiit loqui Abrahamo,& Abraham reuersus est in locũ suum. Vnde colligitur,ea verba obuenire sacerdotibus,à quibus verbis Deus discesſit, nõ per seipsũ imaginationes porrigens,sed per suas potẽtias. Illud autem egregiè dictũ est,non venisse in locũ,sed occurrisse.Venimus enim spõte,occurrimus sæpe inuitati, quando repentè Dei sermo allucens inexpectatũ

gaudiũ

gaudium spe maius animę desolatę comes futurus porrigit,nã & Moses vt occurrat Deo ducit populum,gnarus venturum ex improuiso & inuisibiliter ad desiderãtes animas, & cupientes occurrere,a diungitur autem causa propter quã Iacob occurrit eò. Occiderat enim,inquit sol,] non hic omnibus conspicuus, sed lucidissimum lumẽ inuisibilis Dei maximi. Hoc quoties mentẽ illustrat,secun larij spendores verborũ occidunt, loci verò sensibiles multò magis obscurãtur:quo decedente, illi mox existunt & exoriuntur.Nec mirũ solem iuxta regulas allegoricas adsimilari patri principiq; rerũ omnium: quandoquidẽ re vera nihil dici potest Deo simile,opinione autem hominũ duo tãtùm,alterum inuisibile,alterũ visibile,anima inuisibilis, sol visibilis.Animæ similitudo indicatur aliu'bi,scriptura dicente: Fecit Deus hominem,secũdum imaginẽ Dei fecit eũ, Et iterũ in lege aduersus homicidas lata:Qui effundit sanguinẽ hominis,talione sanguis eius effundetur: qm̃ ad imagiem Dei feci hominem.Solem aũt hic figuratẽ intelligẽdum aliunde quoq; facilè potest colligi: quoniam Deus est lux primaria.Dns lux mea & seruator meus in hymnis canitur,nec tãtùm lux, sed omnis aliæ lucis archetypum,imò plus quàm archetypũ si repetãtur antiquissimæ origines,sui sermonis exẽplar. nam effigies illius verbũ est & lumen integerrimũ,ipse verò nulli creaturæ similis.præterea sicut sol diem noctémq; discriminat, ita Deum Moses dicit discreuisse lucẽ à tenebris. Diuisit eñ Deus lucem à tenebris.Alioquin etiam sicut sol occulta corpora detegit,sic Deus omnia creans,non solùm in lucem produxit,sed & quæ prius nõ fuerant,condidit,creator magis quàm opifex. Cæterùm sol multa in scripturis sacris subindicat: vno modo mentẽ homini,quam ædificant sicut ciuitatem & muniunt,qui creaturã creatori præferunt:in quos dictum illud competit,q̃ ædificauerunt ciuitates munitas Pharaoni,Pitho sermonẽ persuasibilem,& Ramesem sensum more tineæ rosurũ animam, sic enim hoc nomen interpretatur,quassatio tineæ.vel efferens mentem,quod post in Heliupolim versum est.nam mens sicut sol in vniuerso,in nobis principatũ gerit,extendens vbiq; suos radios.Sacerdotẽ autem & cultorẽ mentis socerũ sibi adsciscit quisquis in ius corporeæ ciuitatis adscribitur, quibus Iosephi nomen cõuenit.Dedit,inquit,ei cõiugem filiã Pacephræ sacerdotis Heliupoleos.altero modo sol sensum figuratè significat: quia sensus mẽti indicat omnia sensibilia,in quo significato dicuntur

cuntur hæc:Exortus est ei sol quãdo præteriit Dei visio.Ita est profectò cũ à sacratissimis ideis & tanquã imaginib⁹ incorporeis,nõ valẽtes earum cõtemplationẽ diutius ferre,auertimur, alio lumine sensibili vtendũ est,quod cum illo collatũ nihil differt à tenebris:quod exortũ,exirat quidem visum, auditũ, gustum,tactũ,odoratúmq;:sed prudẽtiam,iustitiam, scientiam,sapiẽtiam,vigilãtes mentes,in somnũ vertit. quamobrẽ ante vesperam neminẽ purum eloquia sacra pronũtiant, turbantibus mentem incõpositis sensuum motibus.Ibidem & sacerdotibus lex sancitur,interdicens sic:Nõ edet de sacris,nisi abluto aquis corpore,purificatus post solis occubitũ.docemur enim apertè his verbis,neminẽ satis sanctũ esse ad obeunda sacra mysteria, qui mortalis vitæ claret honoribus:sed si quis horũ contẽptor vt par est illustratur à prudẽtia,vt sic possit eluere vanæ gloriæ maculas.Nónne vides solem ipsum aliud orientem aliud occidentem efficere?post exortũ eius illustrãtur in terris omnia,in cælo verò cælantur. ediuersò post eius occasum sidera quidem promicãt,terrestria verò cuncta obtegũtur vmbris superuenientibus.ad eũdem modũ res nostræ se habẽt:quoties sensuũ splendor tanquã sol oritur,tunc scientiæ re vera cælestes occultãtur: quoties autẽ ad occasum accedit, tunc fulgẽtissimę virtutum stellæ se proferũt,quando etiam mens ipsa re nulla velante,fit sensibilis.In tertio significato sol vocatur Dei sermo,imago cęlestis numinis,vt antè diximus,de quo dicitur: Sol exortus est super trrã,& Lot intrauit in Segor,& dominus pluit super Sodomam ac Gomorrã sulphur & ignẽ. Cùm enim Dei verbum in terrenã istã nostrã compagem peruenit,virtutis cognatis sectatoribusq; auxiliatur,salutare præbens refugiũ: aduersariis verò immittit pernicię ineuitabilẽ.In quarta porrò significatione sol dicitur ipse Deus omnipotẽs,vt iam dixi, qui peccata insanabilia,quãuis latere videãtur,reuelat.nam Deus & potest & nouit omnia.Quapropter eos qui diuertunt à rebus animæ, & lasciuè cõuersantur cũ mentis filiabus,id est sensibus,tanquã cum meretricibus,cõtra solem tolli iubet. scriptũ est enim, Et diuertit populus in Setin. quæ vox sentes interpretatur, nimirũ quòd pungãt animã. Et profanatus est,inquit,Icortãdo cũ filiabus Moab.sensus autẽ nunc vocãtur filiæ.nã Moab ex patre interpretatur.móxq; subiungit:Sume omnes qui populo fuerunt autores huius flagitij,& tolle hos cõtra solem domino,& auertetur ira domini ab Israël.nam nõ hoc tantũ hic agitur, vt occulta

culta scelera in solē proferātur, verùm etiā vt figuratè sol vocet pater ille omnipotēs, cui sunt omnia cōspicua, etiā quæ in mentis intimis versantur cogitationib⁹. post sublatos autē scelestos pollicetur Deum fore propitiū, cuius vnius fauore opus habet populus. Qua mobrē? Quia si mēs rata posse malefacta sua latere Deū, quasi nō cernentē omnia, clā peccat: deinde vel ipsa resipiscēs, vel ab alio monita cogitat impossibile esse vt Deū fallat aliquid: excutiēsq; omnia sua facta tāquam in solē profert spectanda inspectari omniū, fatēdo se pœnitere prioris opinionis impiæ (nihil em̄ ignotū Deo, noscēti nō solùm præterita, sed & futura pro immēsa sua potētia) purgata & percurata est, placato auctore pœnæ qui iā instabat iratus non immeritò, sed fratris pœnitentiā libēs volēnsq; vt innocentiā accipit. Idē significatū solis & alibi reperitur, sicut in lege scripta de datis creditori pignoribus. Si pignus acceperis vestē à proximo, ante occasum solis reddes eā: est em̄ eius amict⁹, quo solo tegit suā turpitudinē, in quo cubat etiā. si cōtra te clamauerit ad me, exaudiā eū. sum enim misericors. Qui vidēt legislatorē tā diligēter de amictu præcipere, possent si nō obiicere, certè taciti cogitare. Quid dicitis ô boni? Omnipotens rerū cōditor misericordē se vocat ob tantillum negotiū, ob vestē debitori à creditore nō redditā? Istę opiniones sunt ignorāriū Dei magnitudinē, quā æstimātes è pusillanimitate hominū, beatæ illi naturæ ingenitæ immortaliq; tales affectus præter ius ac fas tribuūt. Quid em̄ absurdi faciūt creditores si pignora detinēt tātisper dū res suas recipiāt? Dicet aliquis creditores pauperes & dignos miseratione: nónne igit fuit satius legē scribere de collationibus faciēdis in subsidiū taliū prius quàm petant mutuū; aut vetare pignus à debitore accipere? cæterū qui iā id permilit, nō æquū facit dū ante tēpus non reddētibus indignatur tanquā impiis, & homo ad extremā redactus paupertē, amictus pannis detritis ac vilibus, onerabit se nouis debitis, obuiorū miserationem negligens, quæ miseris & egenis ostiatim paret pro tēplis, in foris, & passim aliubi? at iste mauult vnicum pudoris tegmentum, quo verenda velabat, creditori suo porrigere. cuius rei pignus dic obsecro nū vestis melioris? nam alimenta necessaria desunt nemini, quamdiu fluuij manant è fontibus, torrentes inundant imbribus, terra fructus reddit annuos. Potēstne inueniri tam auarus, aut crudelis, aut importun⁹ fœnerator, vt quatuor pauciores ve drachmas fœnerari malit quàm donare? & vnicum illud vestimentum non verebitur

rebitur accipere pignori? id verò spoliatoris magis quàm fœneratoris fuerit. nam prædones solent detractis vestibus nudos dimittere. Quid porrò sibi vult, quod solicitus de illo ne nectu detectus cubet, diurnæ vigilātis nuditati pudoríque non æquè prospicit? nectu certe omnia tegunt tenebriæ, vt aut minus aut nihil pudeat: dies lucem infert, & pudorem magis incutit. Cur autem non dare vestem iubet, sed reddere? quæ redduntur, aliena sunt: pignus creditoris magis quàm debitoris censetur. Sed non animaduertis, quòd debitor accipiens vestem in vsum strangulæ, non iubetur redeunte luce fœneratori eam restituere? Alioqui si proprietas locationis consideretur, vel tardiori liquet aliud in his verbis intelligi. pronunciant enim magis quàm præcipiunt. nam si præciperet diceret: vestem oppignoratam, si creditor aliam non habuerit, reddito ante vesperam, vt ea se possit nectu obuoluere: pronuntians autem ita vt contextus habet, loquitur. id enim solùm ei restat amiculum, operimentum turpitudinis, in quo cubabit. Hoc cauillatoribus & criticis responsum sit. nos secundum allegoriæ leges rem explicabimus. Dicimus igitur per vestem figuratè sermonem intelligi. nam frigoris ac æstus iniurias vestis depellit à corpore, velat quę natura velari vult, & pro ornamento est quadrans corpori. similiter etiam sermo à Deo datus est homini munus pulcherrimū. primùm pro telo esse potest aduersus insidiatores: nam sicut cęteræ animantes suas quæque vires habent à natura datas ad arcendos impetus lædere volentium: sic eadem natura homini dedit maximū propugnaculum & arcem munitissimā sermonem, quo tanquam armatura tegatur vndiq;, domestico aptissimóq; protectus satellite, & hostem infestantem lacessentémq; ipse illæsus submoueat. secundus eius vsus est necessarius, quod probra operit & dedecora. efficax enim est sermo ad prætexēda peccata hominū: tertius, quod totā vitā ornat. quid enim aliud vniuersa & singula in melius promouet? non desunt tamen pestilentes homines, qui sermonem quoq; pro pignore capiunt, & habentibus adimūt, & quem augere debuerant succidūt: quemadmodū hostes faciunt dū agros vastant, fruges cæterósq; fructus depopulando, qui seruati potuissent esse vsui. quoniā sunt quidā hostes perpetui rationalis naturæ, qui ante tēpus detondent eius segetes, & prima germina deterunt, vt ei sterilitatem inducant bonorū operū. cùm enim illa eruditionis sacræ desiderio rapitur, veræ philosophiæ cupida, præ inuidia timētes ne si

res

res ei succedat ex sententia, obscœnitates eorũ ac fucata cõmẽ-
ta more torrẽtis subruat, impetũ eius vertũt aliò malis artibus
deriuãdo in artes illiberales & vulgares ac sordidas. interdum
etiam præclaris ingeniis sepes obdunt, vt occulta maneant tã-
quam perfidi tutores qui pupillorũ fertiles agros vepretis sinũt
obsolescere. nec pudet immitissimos omniũ, sermonẽ vnicam
hominis vestẽ diripere. Est enim, inquit, hoc vnicũ eius amicu-
lum? Quid nisi sermo? nã sicut equi hinnitus est proprius, latra
tus canis, bouis mugitus, rugitus leonis, sic sermo hominis. hic
est enim propriè munimentũ, indumentũ, armatura & arx ho-
minis, animalis Deo charissimi. ideo subiũgit, hoc solũ est teg-
mentum eius turpitudinis. quis enim æquè ac seruo tegit vitæ
probra & dedecora? nã inscitia est brutæ naturæ cognatũ dede-
cus, eruditio rationis germanũ ornamentũ & domesticũ. Ergo
vbi cubabit, hoc est, requiesceret homo, nisi in sermone? sermo e-
nim erumnosissimũ genus nostrũ subleuat. Et quẽadmodũ do-
loribus, timoribus, aliisq; malis pressos fauor, sedulitas dexteri
tásq; amicorũ sæpe refouet: sic nõ sæpe, sed semper grauissima
onera, quæ nobis imponit vel corporis cõiuncti necessitas, vel
externus casus aliquis ex improuiso irruẽs, dimouet præsentis-
simum sermonis rationisve remediũ: qui socius & amicus fami
liarissimus à natura nobis est nõ tam additus q̃ adglutinat⁹ vt
inuisibiliter, sic insolubiliter. ideo præmonet quid cõferat, & si
quid secus accidit q̃ volumus, nõ vocatus succurrit, præstãs non
alterũ tantũ officiũ. vt adiuuet sine cõsilio, vel cõsulat sine auxi
lio, sed vtrũq; pariter. nec enim vires habet semiperfectas, sed
omnibus partibus integras. qui etiã si quando frustretur consi-
lio, aut erratũ opera corrigit, aut quod tertiũ supereſt auxiliũ,
ad cõsolationẽ se vertit. nã affectib⁹ ceu animæ vulneribus ora
tio remediũ est saluberrimũ, quod legislator ante solis occasũ
admoueri vult: hoc est, priusquàm illustrissimi maximáq; Dei
splendor occidat, quẽ misertus nostri menti humanæ inserit.
Nam quãdiu in anima lucet lumen illud diuinissimũ, reddere
debemus sermonem oppignoratũ ceu vestem, vt homo recepta
possessione propria, turpitudiuẽ vitæ obtegat, & fruatur diui-
no munere, quiescátq; securus præsentia talis adiutoris & cõsili
arij, qunquã deserturi suũ ordinẽ. proinde splendẽte tibi adhuc
diuino lumine sacratissimo, cura vt interdiu pignus restituas
suo domino. nã post occasum, sicut tota Aegyptus, palpabiles ha
bebis huiusseculi tenebras: percussúsq; cæcitate atq; ignorãtia,

omnibus

omnibus quæ in tua potestate fuerant spoliaberis ab Israële
perspicace, cuius tenebas pignora, ingenuũ in seruitutẽ vindi-
cans. Hæc prolixius paulò disseruimus, nõ ob aliã causam nisi
vt doceremus, q̃ meditatoria mens mota inæqualiter nunc ad
vbertatẽ, nunc ad sterilitatẽ, & quodãmodo semper iter faciẽs,
quãdo sublimis fœcundatur, ab archetypis incorporeisq; illu-
stratur radiis fontis rationalis, id est Dei perficientis omnia:
rursum quãdo descẽdens sterilescit, incidit in motas ab eis im-
mortales intelligẽtias, quæ vocãtur angeli. Ideo nunc quoq; di
citur: Occurrit in locũ: occiderat enim sol. nam quando anima
luce Dei destituitur, inducẽte in rerũ cognitionẽ, exoritur secũ
darium & debilius lumen verborũ iam nõ rerũ, sicut & in hoc
mundo inferiore. Luna enim secũdum luminare à sole, post il-
lius occasum lumẽ in terram mittit debilius. Quin & illud oc
currere in locũ aut sermonem, pro magno beneficio cõceditur
his qui nõ possunt Deum loco sermoneq; superiorẽ cernere, vt
qui nõ in totũ caligãtem habeãt animam: sed quia purissimus
ille splendor eis nõ apparet, vel tẽperato fruantur. Nam filiis
Israël lumen erat quocũq; venirẽt, vt narratur in Exodo, nocte
ac tenebris semper fugiẽtibus, in quibus viuunt homines orba
ti mẽtis oculis, nõ videntes virtutis radios. Alij, qui solem acci
piunt pro sensu mentéq;, in quibus iudicãdi vim collocãt, locũ
verò pro Dei sermone, sic allegoriã intelligũt: occurrisse medi-
tatorẽ sermoni Dei, post occasum mortalis humaniq; luminis.
nam quãdiu sensus aut mens existimat se intelligibilia tenere
firmiter, & versari se in sublimibus, longè abest sermo diuinus.
quãdo verò vtrũq; suam debilitatẽ fatetur, & abdens se quodã-
modo occidit, mox prõptè occurrit rectus ille sermo gratula-
bundus desperãti de suis viribus, & præstolanti opẽ aduenientis
inuisibiliter. Legimus deinceps q̃ sumptis lapidibus eius loci
supposuit eos capiti, & dormiuit in loco illo.] Miranda sunt
hęc nõ solùm propter allegoriã & physiologiã, sed etiã propter
simplicẽ narrationẽ pertinẽt ad exemplũ laboris ac patientiæ.
nõ decet enim virtutis sectatorẽ vita delicata, nec imitatio bea
torum istorũ vt vocantur, re vera miserorũ quantũlibet sint in
honore ac pretio: quorũ tota vita somnus est & somniũ, si sacra
rum latori credimus. Hi postquã per totũ diẽ in tribunalib⁹, in
curiis, in theatris, & vbiq;, molesti fuerũt aliis, reuersi suam do
mum destruũt infelices: nõ loquor de ædificiis, sed de animę co
gnata domo hoc est corpore, quod immodicis deliciis aliis su-

per alias ingestis obruunt,& mero multo rigant, donec ratio mersa pereat,& affectus qui sub ventre nascuntur ex saturitate, in effrenē rabiem cōciti,quicquid obuiam fit,corripiant ad sedādos libidinis furētis stimulos.noctu verò dormituri in auratas spondas& pictos tapetas decūbunt molliter more mulierū, quib⁹ natura victū delicatū permittit, & ideo corpus etiā carū mollius fecit opifex. Talis nemo sacro verbo familiaris est,sed veri viri,sobrietatis honestatis,pudoris amatores,qui ad continentiam,frugalitatem,patientiam,ceu ad crepidines quasdam iactati vitæ procellis animā tantùm nō mergentibus in stationem tutissimā se recipiunt,contemptores pecuniæ,voluptatis, gloriæ,atq; etiam cibi potúsq;,nisi quantū ad arcendam famē sufficit,parati propter virtutem perferre sitim,æstus,frigora,& difficultates cæteras,quos ne vestitus quidem pudet simplicissimi,imò luxū vestium vt ignominiosum fugitā::his pro cubili pretioso est solum herbidum,pro stragulis cōgestæ frondes & folia,pro puluino saxū aliquod aut tumulus paulò accliuior: quorum victū delicati durum vocāt,honestatis autē sectatores existimant iucūdissimum.conuenit enim viris qui re vera viri sunt. Vides vt nūc quoq; innutritus regiis facultatibus athleta virtutis inducitur humi cubare saxo pro puluino supposito capiti:& paulò pōst dum precatur, panem ac vestē petit naturæ diuitias,quippe cui luxus ostentatióq; nunquā placuit, nec admiratores rerū talium.hic est verum exemplar exercitatæ animæ,infensus effœminatis omnibus. Hactenus de laude virtutum sectatoris hominis industrij.nunc quærēdum quid hæc figura significet.Sciendum autē q⁹ Dei locus & sacrata regio plena est rebus incorporeis.eæ sunt immortales animæ siue intelligentiæ.ex his vnam selectā hic noster,tanquā caput cōiuncti corporis,ad mentē suam propè admouet.mēs enim quodāmodo est caput animæ.id verò facit quasi dormiturus, sed re vera quieturus in verbo Dei.& totius vitæ suæ onus posthac iam leuius depositurus in eo.ab hoc autē verbo libēter athleta noster excipitur,futurus nouus discipulus:qui mox approbata naturę dexteritate velut à pædotriba instituitur,& inuitatur ad exercitia,assuescitq; colluctari,donec inuictū robur acquirat,auribus in diuinis contēplationibus vtēdo vice oculorū,adscitúsq; in nomen ac gentē Israeliticā,hoc est videntiū.tūc etiā insigne victoriæ laureū à verbo accipit.id genus coronæ nomen habet mirū & absurdū,quod ominosum fortè videri possit,nā Torpor vocatur

tur à præside certaminis.Scriptū est enim q⁹ obturpuerit latitudo præmiorū præconiorūq; & honoratissimarū virtutū cōm. nam anima fortita vires inuincibiles,& absoluta in virtutū exercitiis,assecutáq; metā honestatis vltimā,nō solet se iactanter extollere,& summis (vt vulgus loquitur)digitis incedere,q⁹ppe quę potest integris pedibus ingētes passus facere.torpescit aūt & cōtrahet amplitudinē opinione dilatatā antea.deinde vltro succūbens claudicabit,vt incorporeis naturis inferior, atq; ita dū vinci videtur victrix euadet.debem⁹ enim cedere præstātioribus,& honoris eorū rationē habere.Nā secūda palma in hoc certamine maiorē dignitatē affert q̄ prima in reliquis.Hæc vice præfationis in somniū diuinitus missum dicta sint.iā tēpus est vt ipsum tractem⁹ excutiēdo diligēter partes eius singulas. Et vidit in somnis, inqt, & ecce scala stans in terra,cuius caput attingebat cælū,& angeli Dei ascēdebāt,descēdebántq; per eā] Scala in hoc vniuerso,quod mūdus,cēr figuratè intelligitur,cuius basis terra,caput cælū est.nā à lunari orbe,qui extremus est circulorū cælestiū,primus autē versus nos.vt describūt cōtemplatores rerū sublimiū, vsq; ad superficiē terræ per totū id interstitiū aēr extēditur.hoc est animatū corpore caretiū domicilū qa opifici mūdi omnes eius partes animalib⁹ implere placuit.ideo terrestria terris attribuit,mari fluuiisq; indidit aquatilia,cælo verò sidera.nā hæc singula nō solū animalia dicūtur, sed & mētes purissimæ.itaq; & in reliqua parte huius vniuersi, videlicet aēre,animalia creata sunt.q⁹ti nō patēt sensibus.quid tū postea?nā & anima est inuisibilis,& verisimile est aērē pos⁹ q̄ aquā alere animalia.quam obrē?ga aquatilia quoq; animant aērē.fecit enim cōditor vt sit immobilibus corporib⁹ habitus. mobilibus verò natura inuisibilis, impetu autem imaginationéq; vtēribus.vt sit anima.an'nō igitur absurdū videtur elementū quo animātur omnia, animabus carere? ideo nemo optimā naturā animaliū optimo in terris aēri adimat. adeò enim non est desertus solus ex reliquis partibus,vt instar populosæ ciuitatis ciues incorruptibiles immortalésq; habeat animas stellis pares numero.harū aliæ descendūt illigādę corporib⁹ mortalibus quotquot vicinieres sunt terræ amantiorésq; corporū.aliæ sursū redeūt separatæ denuo post præfinitos à natura terminos. & ex his aliæ tactę vitæ desiderio rursum ad eā recurrūt. aliæ pertesæ huius vanitatē corpus ceu sepulchrū aut carcerē fugiūt, & sublimē ætherem petēces pennis leuibus totū æuū ibi exigunt.

Sunt

Sunt item quædã purissimæ optimæq; omniũ, quæ altius diuiniúsq; sapiũt, aspernatæ ista terrestria & humilia, ministrę omnipotẽtis, tanquã magni regis aures & oculi, videntes audientésq; omnia. has genios philosophi, angelos vocant sacræ literæ nomine aptissimo. sunt enim internũtiæ, patris mãdata perferentes ad filios, & ad illũ vicissim preces filiorũ. ideo inducũtur ascendere & descẽdere: non q̃ indicibus opus habeat Deus qui iã antè scit omnia: sed quoniã id cõducit nobis mortalibus habere mediatores illos & arbitros, quo magis reuereamur rerũ omnium præsidẽ, & eius maximã potentiã: quã reputantes olim rogauimus quendã mediatorẽ: Loquere nobis tu: Deus non loquatur ad nos, ne moriamur. adeò enim nõ possumus ferre illũ castigantẽ, vt ne mera quidẽ eius beneficia queamus capere, si ea per seipsum sine aliis ministris porrigat. Pulchrè autẽ scala terræ infima sui parte hærẽs figurat aerẽ. exhalationes enim è terra expirãtes tenuãtur in aerẽ, vt terra quasi radix, cælũ verò quasi caput sit aëris. Sũt certè qui dicãt, lunã nõ esse globũ puri ætheris, vt cætera sidera, sed mixtũ ex æthere aëréq;: & apparentem in ea maculã, quã nõnulli vocãt faciẽ, nihil aliud esse quã admixtũ aerẽ, qui suapte natura niger vsq; ad cęlũ tẽdit. hęc est igitur illa mundi scala, quã in præsenti figura intelligimus. q̃ si eam quęramus in hominibus, inueniemus animã, cuius basis est penè corporea, & tanquã terrea, scilicet sensus: caput verò tãquam cælestę mens illa purissima. per eã sursum deorsúmq; feruntur indesinẽter diuinæ intelligẽtiæ: quoties ascẽdunt trahẽtes eam secum diuellẽtésq; à rebus mortalibus, & pro dignitate tantùm ostendentes ei spectacula: sed non detrahentes secum, quando descendunt. nam nec Deus, nec Dei nuntius, detrimenti causa est: sed condescendunt propter charitatẽ, vt succurrãt misero nostro generi, & animam quasi à flumine rapiã fauore suo seruent incolumẽ. purgatissimas quidẽ mentes solus Deus omnipotens insensibiliter inuisibilitérque dignatur inuisere. Sic enim legimus in quodã oraculo viro sapiẽti reddito: Inambulabo in vobis, & ero Deus vester. eas verò quæ adhuc lauantur, nondũ abstersis omnibus sordibus cõtractis ex copore, interuisunt angeli & exhilarãt aspectu honestissimo, quib' immigrãtibus quantũ malorũ pellatur, quantúmq; bonorũ substituatur, manifestũ est. Da igitur operam ô anima, vt fias Dei domus sacrosancta, robusta reddita è debilissima, potẽs ex impotente, ex imprudente intelligens, è delira sapientissima. Quid si autem

suam

suam metipsius vitã meditator in somnis videt scalæ similem? est enim naturaliter inæqualis res meditatio, nunc proficiẽs in altitudinẽ, nunc deficiẽs in contrariũ, & tanquã nauis nunc secundis nunc aduersis ventis nauigans. alternis enim diebus, vt quidam ait, mutatur vita exercentiũ se in virtutis stadio, modò viuens ac vigilãs, modò mortua dormiẽnsq;. nec absurdè dictũ id videtur. sapiẽtes enim olympiam cælestémq; regionẽ habitandam sortiti sunt, docti semper altiora petere: mali verò inferorum specus intimos, qui ab initio finem vsq; mori didicerũt, assueuerúntq; vsq; ad senectutem ab incunabulis. at meditatores, inter extremos medij, sũsq; déq; per scalã ferũtur, aut meliore fato subducti, aut reiecti cõtrario, donec huius cõtentionis digladiationísq; præses Deus parti potiori addicat præmiũ, in totum profligata deteriore. Est & alterius cuiusdã rei similitudo hoc somniũ, non prætereũdæ silentio. Res humanæ habẽt naturalẽ quodãmodo scalæ imaginẽ, propter cursum inæqualem, inconstantémq;. vna enim (vt ille ait) dies aliunde fastigio detrahit, alium tollit in altũ, cùm nihil in eodẽ statu apud nos perpetuò maneat, sed cuncta variis omnifariísq; mutentur vicissitudinibus. An' nõ ex plebeiis principes, plebeij fiũt ex principibus: pauperes è diuitibus, è pauperibus locupletissimi, honorati è contẽptis, ex obscuris clarissimi, mutatione pulcherrima? nã fieri potest vt is cui totus mundus est domiciliũ, apud te quoque habitans curam gerat suarũ ædium, eásq; sartas tectas semper tueatur. hæc est via rerum humanarum accliuis decliuisque, incertis obnoxia casibus, quorũ inæquabilitatem ipsum tempus veritatis amicissimũ non obscuris argumẽtis indicat. Somnium autem ostendit innixũ summæ scalæ principem angelorũ dominũ. Credendũ est enim sicut in curru aurigã aut in naui gubernatorẽ, ita rebus omnibus superstare eum Qui est, corporibus, animabus, animantibus, mentibus, angelis, cunctis quæ terra vel aëre vel cælo cõtinentur naturis tum visibilibus tum inuisibilibus. totum enim ille mundum ex se pendentem regit. Cùm autem dicitur innixus scalę, nemo intelligat Deum laborare vt eam molẽ stabiliat: illud potius cogitet his verbis significari, Deum esse robur firmitatémq; rerum, quibuscunq; vult assignare stabilitatem perpetuam. tantisper enim dum ab illo sustentantur, inconcussæ manent atque integræ. illæ igitur cęlesti scalæ innixus sic dormientem in somnis alloquitur. Ego sum dominus Deus Abrahami patris tui, & Deus Isaaci, no-

li timere.] Hoc oraculũ & visio fuit & cõfirmatio mediatricis animæ q̃ eam docebat,omniũ rerum dominũ Deúmq; vtrunq; esse hum no generi,cuius patres auósq; adoptat, eorũ dominũ deúm); se prosẽ lo, vt eadẽ sit viri boni quæ mũdi totius sors & cõditio: quia scriptũ legimus,Dominus ipse sors eius est.Caue aũt putes temerè dici hic Abrahami dominũ deúmq;,Isaaci verò Deũ tantũm) lo.Nam hic figura est suopte ingenio partæ absq; præceptoris opera scientiæ:Abrahã autẽ ex præceptoribus cognitæ:& hic indigena fuit,ille peregrinus & aduena,ille eũ omissa externa barbará); lingua Chaldæorũ de siderali scientia subtiliter differentiũ,vertit se ad rationali animali cõuenientẽ cultũ creatoris rerũ omniũ:cuiusmodi homini duarũ potentiarum opus est auxilio, principalis & beneficæ:vt & imperio legibúsq; domini sit obediens,& valde a diuuetur eius beneficentia.alter verò sola indiget gratia.nec eũ castigatione profecit in melius,innatã virtutẽ habens,sed iam inde ab initio propter accepta diuinitus dona perfectè bonus euaserat. cæterũ beneficæ potentiæ Deus nomẽ est,regiæ verò dominus,vtrũ igitur dicendum est antiquius?an dignũ haberi pura putáq; beneficentia?vtrum aũt posterius? nõne quod ex dominio temperatur & ex gratia?quod intelligens mediator vt mihi videtur,precatur rem mirificam, vt ei dominus fiat in Deum. volebat enim non amplius timere vt principẽ,sed amanter honorare vt bene meritum. His atque huiusmodi cæteris sacræ scripturæ locis nónne decebat homines, qui modo integros habeant mentis oculos,illustratos perspicere quis sensus interius lateat,scrutarí; naturæ secretà potius quã in apertis dictis consistere?attamen etiamũ non cõuenientibus,animæ oculis aut non curauerimus aut nõ potuerimus cernere, ipse sacrorum antistes submonet, addens animũ ne desperemus donec nos introducat in penetralia,illató ; lumine ostẽ dat mysteria pulcherrima nunquã visa profanis hominibus. ita profectò decet facere. At vos animæ quotquot diuinũ amorẽ gustatis,tanquã ex alto somno excitatæ,discussa caligine properate ad mirificũ spectaculum; & tardam cunctationẽ deponite,vt consideretis quã multa spectatu auditúq; dignissima noster agonothera ad vestram vtilitatẽ præparauerit:quandoquidẽ plurima ostẽ di possunt memorabilia. & in his vnũ illud quod paulò antè diximus. nã auum meditatoris,patrẽ vocat oraculũ: vero autẽ eius patri nõ addit hanc appellationem.ait enim:Ego sum dominus Deus Abrahã patris

patris tui.atqui auus hic fuit.& rursum,Deº Isaac,nec addit patris.hæc nónne digna quæstione sunt?maximè.inspiciamus igitur nõ negligẽter quid sibi velint. aiũt virtutẽ parari vel natura,vel meditatione,vel doctrina. ideo tres nostri generis autores sapientes ciues describuntur.non eodẽ modo ad eundẽ finem contẽdisse.nam horũ antiquissimus Abrahã doctrina duce viæ ad virtutem feretis vsus est,sicut alibi quoq; quoad fieri potuit ostendimus:medius verò Isaac natura,eadẽ magistra atq; discipula:tertius autẽ Iacob,meditatoriis exercitiis, quæ versantur in certaminũ laboribus,cùm igitur tribus modis acquiratur sapientia, extremi vniuntur maximè. nã doctrinæ progenies est meditatio.cæterũ natura cognata quidẽ vt radix omnium, sine certamine tamen sortita est præmium. Itaq; meritò Abraham qui per doctrinam profecit, pater Iacobi dicitur meditatione prouecti,vt nõ tam homo cum homine cõferatur, quàm vis audiendi ad discendũ paratissima,cùm vi meditãdi ad sentiendũ idonea.Attamen si hic meditator bene ad finẽ decurrat,& clarè cernat quæ prius per somniũ viderat , in meliorẽ notam transformatus,& appellatus Israel,id est , Deũ vidẽs prò Iacob supplantatore, nõ amplius ex patre Abraham docto cẽsebitur,sed ex bono Isaac naturali parẽte suo. hæc non mea cõmenta sunt, sed oracula inscripta sacris tabulis. Sublatis,inquit, Israel omnibus rebus suis venit ad Iuramenti puteũ, & immolauit victimam Deo sui patris Isaac.Intelligis iam nõ de mortalibus hominibus,sed de naturæ negotiis præsentẽ sermonẽ accipi? ecce enim idem modo Iacob ex patre Abrahã natus,modo Israël ex patre Isaac vocatur ob causam iam redditã.Ergo postquã dixit: Ego sum dominus Deus Abrahã patris tui , & Deus Isaac, subiungit,Noli timere: meritò. Quomodo enim posthac timere possumus cùm habeamus te pro clipeo depellente omnes metus & affectus alios,quẽ etiã exẽplares institutionis nostræ formas proposuisti in propatulo bene doctũ Abraham & bene natum Isaac:alterius enim magister, alterius pater nominari sustinuisti,illum in familiariũ,hunc in filiorũ,recipiẽs ordinem. Quaptopter etiam terram,virtutem inquam fertilissimam, in qua dormit meditator quiescens,eo quod sensibus dormiat,anima verò vigilet,daturũ ei se pollicetur,pacata ipsius quiete delectatus,ad quã non sine bello bellicisq; laboribus peruenerat, non armatus aut homines interimẽs(absit)sed aduersarios virtutis affectus debellãs & prosternens phalanges vitiorum,pro-

genies autem sapiẽtiæ cum arena confertur, tum propter multitudinẽ incomprehensibilẽ,tum quia marinas vndas litoralis arena obiecta repercutit, sicut peccatorũ fluctus recta per verbum diuinũ institutio.nã hoc iuxta dei promissum propagatur vsq; orbis terminos,& eos qui recipiũt illud facit totius mũdi hæredes,omniúmq; huius partiũ versus orientẽ, occidentẽ, septentriones,meridiẽ. Scriptũ est enim Dilatabitur ad mare,austrum,septentrionẽ,orientémq;.] est autẽ vir probus nõ suũ tantùm,verũ etiã publicũ bonũ omniũ, promptè suã opem offerẽs. Sicut enim sol omnibus lucet habentibus oculos,sic sapiẽs omnibus quotquot sunt ratione prædíti.In te,inquit, omnes tribus benedicẽtur.] Hoc oraculũ vel singulis cõuenit, vel cõplurib⁹. nã siue mea mens virtute perfectè purgata fuerit,etiã meæ terrenę trib⁹ simul purificãtur,videlicet sensus & corp⁹ eorũ cõceptaculum.siue quis in domo aut ciuitate aut regione aut gente prudẽtiæ amator exoriatur, necesse est domũ illã ciuitatémve gentémve mores ac vitã corrigere,sicut enim odoramenta replent suaueolẽtia proximos:eodẽ modo vicini sapiẽtis & contermini ex afflatu eius latissimè se diffundẽte meliores euadũt. cæterũ maximũ beneficiũ animæ certanti laborãtiq; contingit comes Deus omnipotẽs. Ecce,inquit,ego sum tecũ.] Quid igitur nobis deest amplius,cùm te possideamus veras diuitias,seruantem in via ducente ad virtutẽ per omnes eius species? non est enim simplex rationalis via tendẽs ad iustitiã & virtutes cęteras,sed sunt plurimæ,per quas cõmodè peruenitur ad sapientiam.valde pulchrè autẽ dicitur & illud, Reducãte in terram hanc.Bonum enim fuisset rationem apud seipsam manere,nec ad sensus proficisci:secundaria verò nauigatio est reuerti ad seipsam.Et fortasse de immortalitate animæ dogma hic subindicatur. relicto enim cælesti loco, vt paulò antè dixi, in corpus quasi peregrè profecta est.ei pater pollicetur.nõ semper se passurum illã teneri carcere,sed misericorditer soluturũ eius vincula,liberatámq; tutò deducturũ in vererẽ patriã,nec prius desiturum opitulari,quã effectus fidẽ promissionis approbaucrit, Deo enim propriè conuenit,id quod omnino futurum est,prædicere.imò quod plus est,ab operibus sermones eius non differunt.Excitata igitur experrectáq; ad eũ Qui est quærendũ animа meditatoria,primùm suspicatur eum adesse inibi. suspenso deinde aliquantisper assensu, ob hæsitationẽ eius cogitationis in metũ incidit iam pœnitens. Experrectus,inquit, Iacob dixit:

Domin

Dominus est in loco hoc ego autẽ nescibã.]Cui libenter dicerem:& præstat ignorare,quàm in loco Deũ esse credere,qui circumquaq; cõplectitur omnia, meritò igitur timuit, & stupens dixit,Quã terribilis locus iste.]Verè enim in physiologia difficilis est de loco tractatio,in qua quæritur vbi,& in vniuersum an alicubi sit Ens:aliis dicentibus quicquid est occupare locum aliquem,& aliis aliũ ei tribuentibus,vel intra mundũ, vel quẽdam vltra mundanũ.rursum aliis cõtendentibus, nulli creaturæ illum increatũ similẽ, sed in tantum excellere, vt mentem quoq; omniũ velocissimã, ipsius confessione post se relinquat interuallo longissimo.quamobrem exclamat cõfestim, nõ est quod putabam,non est in loco dominus. cõtinet enim non continetur,vt docet veritas.mũdus iste quẽ videmus sensibilis, nihil aliud quã domus est Dei,vnius ex Entis veri Dei potentiis, qua bonus est.Mundũ nempe domum & veri cæli portam nominat.hoc quid sit dicam.Mundũ intelligibilem illum qui decreto Dei cõstat ex ideis,nõ licet nobis aliter percipere quã ex collatione ad hunc nostrũ visibilẽ ac sensibilem:quia nec aliam vllã rem incorporeã cogitare possumus,nisi occasione sumpta à corporibus.quiescentiũ enim locus intelligitur,tẽpus verò mobiliũ.puncta autẽ lineæ superficiésq;, & in vniuersum fines,velut circũdati amictus extimi.eadẽ ratione cũ intelligibilis mũdi notitia cõtingat nobis per sensibilẽ, hic illius porta dicitur. nã sicut ciuitatẽ visuri per portã intrãt:sic qui mundũ illũ inuisibilẽ volunt cognoscere, tanquã peregrini sequũtur imaginationẽ huius visibilis.At ille mũdus essentiæ tantũ intelligibilis absq; cõspectu cuiuscũq; figuræ,solã ideã referens exẽplaris ad quod effictus est.ad clarissimã illã speciẽ vmbra carentẽ reuocabitur,subblatis & mœnib⁹ & portis omnibus,vt nõ per aliud spectetur sed per seipsum,ineffabili spectaculo exerẽs pulchritudinẽ nũquã mutabilẽ.De his quoq; satis. Huiusmodi somniũ est & illud alterũ de grege vario,qd⁹ ipse qui vidit,experrectus narrat dicens:Angelus domini per visionẽ inclamauit me: Iacobe,respõdi,qd est?& ait: Leua oculos,& vide hircos arietésq; saliẽtes super oues &capras,albos,varios,interspersos cinericij coloris maculis.Vidi enim quæ facit Labã. Ego sum ille Deus qui apparui tibi in loco Dei,vbi vnxisti mihi lapidẽ,&votũ vouisti:nũc ergo surge,& egredere de terra hac, & proficiscere in terrã natalẽ,& ero tecũ.]Vides in sacris literis diuinitus mitti somnia,nõ solũ per causam rerũ antiquissimã, sed & per mini-

ſtros eius apparitorésq; angelos, qui diuinam felicémq; ſortẽ à ſummo parente acceperunt? cõſidera tamen & quod ſequitur. Sacer ſermo aliis vt rex facienda imperat, alios vt præceptor familiares diſcipulos vtiliter inſtituit: alios item tanquã cõſiliarius ſentẽtiis optimis inſtruit, nõ valẽtes ipſos ſibi cõſulere. rurſum cum aliis tanquã cum amicis fidenter amãtérq; ſecreta cõmunicat, quæ profanos audire nefas eſt. interdũ ſcitatur ex quibuſdã, ſicut ex Adamo illud, Vbi es? ad quod ꝓpriè reſpõderi poterat, Nuſquam: eò quòd humanæ res omnes nunquã in eodẽ ſtatu maneãt, ſubinde mutãte ſe tum anima, tũ corpore, ac rebus extraneis. inſtabiles em̃ ſunt cogitationes, cùm earũdem rerũ imaginationes nõ ſemper eaſdẽ, ſed interdũ contrarias cõcipiant. corpus quoq; pariter inſtabile, vt indicant mutationes ætatũ cõtinuæ ab infantia vſq; ſenectutẽ vltimã. nihilo ſtabiliores etiã res extraneæ, pendentes à fluctuãtis fortunæ arbitrio. Cæterum quãdo ſermo ille venit in amicorum cõſiſtorium, nõ prius incipit dicere quàm vnumquẽq; nominatim appellet, vt arrectis auribus attenti quieti q; audiãt oracula ad perpetuam memoriã: quoniam & aliubi dicitur, Sile & audi. ad hunc modũ è rubo Moſes vocatur. Vt vidit, inquit, eum accedere ad rẽ viſendam propius, vocauit eũ è rubo Deus, dicens: Moſes Moſes. qui reſpõdit, Quid eſt? Sic & Abrahã, quando Deo tentante pietatẽ eius, parans immolare dilectũ filium vnigenitũ, vetitus eſt genus illud per ſe doctũ, cognominatũ Iſaac, extinguere. ſic enim incipit narratio: ꝙ deus tẽtans eum dixit, Abrahã Abrahã, qui reſpondit, Ecce ego. tũ ille: Sume filium tuum vnigenitũ quem diligis Iſaac, & offer eum mihi in holocautoma. Iúmq; victima erat altari impoſita, cùm reuocauit eũ angelus domini è cælo dicẽs: Abraham Abrahã. qui reſpõdit, Adſum. dixitq; ei, Ne extendas manum tuã ſuper puerũ. neq; facias illi quicquã. Ex hoc diuino ſodalitio vnus hic meditator, meritò & ipſe vt non poſtremus nominatim vocatur. Dixit, inquit, angelus ad me, Iacobe. Cui reſpõdi, quid eſt? Vocatus attẽdit diligẽter, vt viſa bene percipiat, ea ſunt orationũ, ceu pecorũ coitus & generatio. Leuatis, inquit, oculis vidi hircos arietésq; ſaliẽtes ſuper oues & capras.]Hircus caprarũ gregis dux eſt, aries autẽ ouium. Hæc animalia duos ſermones perfectos ſignificant, quorũ alter puri ficat animam, & facit peccatis vacuã: alter eam nutrit, & replet bonis operibus. Tales ſunt in nobis duces gregum ſermones, greges autem vt oues capræq; quarum gerunt nomina, currentes

tes properantésq; ad iuſtitiam. Tunc igitur leuatis mentis oculis, quos prius clauſerat, vidit ſimiles hircis arietibúsq; perfectos ſermones, paratos ad minuẽdas iniquitates & augẽda officia. at quomodo? Dũ ſuper oues caprásq;, videlicet iuuenes adhuc teneráſq; animas, pubẽtes, & vigẽtes ætate ſaliunt, nõ propter brutã voluptatẽ, ſed propter inuiſibilẽ genituã ſapientiũ dogmatum. fœcundũ enim eſt hoc connubiũ, nõ amplexus conciliãs corporũ. ſed bene natas animas iungens perfectis virtutibus. Salite igitur omnes recti ſermones, cõite, ſeminate, & quancunq; animã videritis fœcundam fertilémq; virginem, ne ſinatis præteritã. iuuitatã autem ad complexus initiate, reddité q; grauidam. elegantẽ enim prolem pariet, maſculã, albã, variam, interſparſam cinericiis maculis. hæc verba quid ſignificent quærendũ eſt. Λευκὰ γάρ albi ſunt clariſsimi & manifeſtiſsimi, quòd Λευκὰ ſæpe in cõpoſitione verborũ augeat rẽ, vt Λευκόλογον & Λευκάσημον, quę voces aliquid perſpicuũ inſigné q; ſignificant. proinde requiritur vt animæ ſacra genitura grauidæ primogeniti fœtus albi ſint, ſimiles non ſubluſtri colori, ſed ſplendidò, quales per meridianam ſerenitatem fulgẽt ſolares radij. requiritur etiam varietas, non illa in lepræ impuræ morẽ multiformis ac multiplex, quæ propter ſententiæ inconſtantiã aſſimilatur vitæ huc illuc rapratæ incertis caſibus: ſed literis picturata ſigillisq; variis. effictis probè omnibus quorũ proprietates inter ſe tẽperatæ mixtæq; muſicã ſymphoniam cõficiant. quidam enim picturãdi artẽ adeò neglectã vilémq; exiſtimãt, vt eam ad textores relegẽt. ego verò etiã nomen eius admiror, præſertim quãdo terræ ſegmẽta, cæleſtes circulos, animalium ſtirpiúmq; differentias, & hunc mũdi multiformem cõtextum aſpicio. quæ admiratio cogit me credere, huius opificẽ inueniſſe artem variegãditatq; ita & inuentorẽ veneror, & inuentum eius honoro: operis verò ipſius ſpectaculo ſtupeo (quãnis quotam eius portionem vidi?) ex eo quod apparet, ſi tamen ſatis apparet, diligentem coniecturã ſperans me poſſe facere de cæteris. Quin & amatorẽ ſapiẽtiæ miror ob eiuſdem artis ſtudium qui multa variáq; hinc inde collecta ſcit cõtexere. Sumẽs enim à puerili grãmatica hæc duo prima, ſcribẽdi legẽdiq; facultatem, à perfectiore poẽmarum notitiam & antiquitatũ memoriam, ab arithmetica geometriáq; certitudinẽ in iudicio proportionũ ratiocinationúmq;, à muſica rithmos, metra cõcinna, colores, tonos, melos coniunctũ diſiunctũq;, à rhetorica inuentionem

tionem,elocutionẽ,ordinẽ,dispositionẽ,memoriam,pronuntiationem,à philosophia quicquid in his est prætermissum,& reliqua ex quibus cõstat vita hominũ,vnum opus floridissimũ cõficit eruditionẽ variam,admiscens ei opificẽ quoq; huius negotij,quẽ sacra scriptura vocat Beseleel, & interpretatꝰ In vmbra dei.hic enim rerũ simulacra fabricat,exemplaria verò architectus.Moses nomine,ideo ille tanquã vmbras delineat:hic verò nõ vmbras facit, sed naturas archetypas speciésq; & picturis ornat sacraria.ille autẽ doctus ornator pictórq; loci sapientiæ, monumẽtis sacrarũ literarum inscribitur.Hoc ipsum quoq; pulchrum opus Dei,variúmq;,mũdus videlicet,eadẽ arte sapiẽter absolutũ est.Et nõ mirabimur picturã vt magnã scientiã, cuiꝰ sacratũ opus extat factũ ratione sapientissima,terra cælóq; tot simulacra continẽs, vnde meditatori variarum cogitationum materia.post albos eñ mox vidit varios,eruditionis notis insignitos.tertij sunt aspersi cinericij.hos tamen quis sanus nõ diceret varios?verùm hic nõ tam de differentiis pecorũ agitur,q̃ de via ducente ad virtutẽ.vult enim propheta in hac incedentẽ aspergi aqua & cinere:quia terrã aqua maceratã proditum est formatã esse nõ hominis fictore in corpus hoc nostrum,nõ manu factum opus,sed naturale.est ergo principiũ inuisibilis sapientiæ,nõ obliuiscì suiipsius,& habere semper præ oculis suas origines.Sic eñ superbia,vitiũ cũ primis exosum Deo, potest elui.Quis enim cogitãs se aquam & cinerẽ iam indè à creationis suæ primordiis,inflabitur:& cristas tollet pet arrogãtiam? ideo sacrificaturos etiã ad hunc modũ aspergi legislator iubet neminem censens dignũ his muniis qui sibi nõ sit natus anteà, & ignoret vilitatem hominis,quam ex elementis è quibus cõstat,coniectando intellexisse debuerat.Hæc insignia.album,varium,sparsum cinericium,quantum ad Meditatorem attinet, qui nõdum perfectus ea vidit,imperfecta sunt:quãtum autem ad virũ perfectum,& ipsa perfecta videntur:Cõsideremus quomodo.Principem sacerdotũ,quoties ritè immolaturus præsecri pras victimas accedit ad altare,ante omia cinere & aqua lustrari sacra lex iubet,vt in sui memoriã redeat:nam & ille sapiens Abrahã supplicaturus terrã se ait esse ac cinerẽ: deinde talarẽ stolam indui,& ornatũ pectoralem variũ.cælestium siderũ quãdam imaginẽ.Duo enim Dei tẽpla.esse videtur alterũ hic mundus,cuius sacerdotiũ est penes Dei sermonẽ primogenitũ:alterum anima rationalis,cuius sacerdos est ille verus homo: cuiꝰ

homin

hominis imago sensibilis est põtifiex,qui patrio ritu vota & sacra facit.huic præceptũ est vt iam dictã stolã induat referẽtem cæli similitudinẽ:vt & mundus vnà cum sacerdote operetur, & homo cum hac vniuersitate.atq; ita duarũ specierũ typi declarantur,sparsæ & variæ:iam tertiã perfectissimàmq;, quæ alba nominatur,explanabimus.quando hic ipse põtifex intrat intima sacraria,variam illam vestem exuit,sumens aliã lineam,factam è byssо purissima.hæc significat firmitatẽ splendidissimi luminis.nã hoc telæ genus difficile rumpitur, nec fit ex vlla re mortali,& cũ bene purgatur candorẽ habet eximiũ.per quæ illud subindicatur,qꝺ ex his qui sedulò puréq; colunt illud Ens nemo est qui non primũ firmavtatur sentẽtia,cõtemptis humanis negotiis,quæ illectos lædunt & reddũt infirmiores: deinde immortalitatẽ cupiat, irritis figmẽtis cæcorũ hominũ postremò illustretur veritatis splendore purissimo nullã posthac admissurus falsam opinionẽ pertinentẽ ad tenebras.Hactenus de magno põtifice insignito tribus dictis signaculis, albo, vario, sparso cinericio.at ille rerũ humanarũ administrationis cupidus,nomine Ioseph,extremas notas,vt apparet,nõ affectat, sed solam mediam variã.narratur enim habuisse tunicã variã, nec aspersus sacris lustralibus,vnde agnoscere poterat se lutũ factũ ex aqua & cinere,nec virtutis vestem adeptus candidissimam: amictus tantũ textura ciuiliũ rerum varia, cui minimũ quiddam de veritate inspergitur,maxima verò ex parte cõstat è mẽdaciis ratione fucatis,persuasibilibus. & præferẽtibus quãdam veritatis speciẽ:vnde origo sophistarũ Aegyptiorum omnium, vt sunt augures,ventriloqui,prodigiorũ procuratores,aduersarij graues & præstigiatores maximi,quorũ insidiosas artes difficilè habetur euadere.ideo tunicã hãc Moses inducit naturaliter infectã sanguine:quoniã tota vita remp. administrãtis cõminatur, dum bellũ aut infertur propulsatur,infestãtibus subinde aliis atq; aliis improuisis casibus.scrutare quẽlibet gratiosum apud populũ,cui bene succedũt negotia.caue te miratores eius decipiãt,iuuenes multos morbos,multas pestes in eo latere,huc illuc obto collo trahentes eius animam inuisibiliter licet reluctantem ne opprimatur,vel offensa tandẽ plebeia multitudine,vel alicuiꝰ potẽtioris insidiis.huc accedit inuidia grauis inimica & vix superabilis omnes quæ vocantur felicitates impetere solita,quã euitare nõ est facile, quid est ergo cur nobis placeamus administratione reipu.tanquã veste versicolori,

decepti

decepti eius externa specie.nec animaduertẽtes latentẽ in insidiis periculosam turpitudinẽ?quin potius exuta ista tunica florida sacrã illã vestẽ induimus intertextam variis virtutibus?sic enim insidias euademus,quas nobis struit inertia,insciti a, ineruditio,Labanis sodalitiũ.postquã enim nos purificatos lustrationibus sanctitatẽ inducentibus sacer ille sermo veris ornauit philosophiæ rationibus:adiũctósq; probatis insignes ac illustres reddidit,incusamur à malicios is morib⁹ modo dicta bona infestantibus.ait enim:Vidi quæ tibi Labã facit?nimirum cõtraria meis muneribꝰ,petẽs te impuris,improbatis,clãclurariisq; artibus.sed nõ est timẽdũ freto diuina ope,quapropter dicit,Ego sum ille Deus quẽ in loco Dei vidisti.]Egregia laus animæ,dignã habitã esse quæ Deũ videat & audiat. Hic locus nõ est curs im prætereũdus.sed diligẽter examinãdus, an duo dij sint.Legit enim.Ego sum illeDeus q tibi apparui,nõ in loco meo,sed in loco Dei,quasi alterius.quid igit dicendũ?Re vera Deus vnꝰ est. abusiuè autẽ plures:ideo sacra scriptura nunc illũ verũ per articulũ indicat,dicẽs:Ego sum ille Deus.cæterũ abusiuè dictũ sine articulo enuntiat,qui apparui tibi in loco Dei, nihil adiũgens ad Dei vocabulũ.vocat autẽ Deũ nunc antiquissimũ sermonem suũ,nõ superstitiosè de nominibus solicitus,sed vnũ spectãs finẽ propositũ.nam & alibi cõsiderans an sit aliquod Entis nomẽ,satis didici nullũ esse proprium:& quodcũq; dicatur dici abusiuè.nõ potest enim dici aliud quã solũ Ens,attestatur mihi oraculũ illud percõtanti de nomine reddirũ,Ego sum ille Ens: vt cũ homo nõ possit cogitare nisi quæ nõ adsunt Deo, saltẽ eũ esse credat.hunc cum animabus corpore carẽtibus dicatis ipsius ministerio tanquam amicũ colloqui videtur probabile: cæterũ cùm degentibus in corpore,per speciem angelorũ, natura nihil mutata interim,quãdoquidẽ est immutabilis:animabus tantũ per visionẽ,cõcipientibus formã imaginariã,& verã speciẽ se videre putãtibus.est enim decantatũ priscorũ fabulis, numẽ humana specie ciuitates obire, obseruãdo quid in eis cõtra ius & fas fiat,id vt verũ nõ sit,tamen fortasse vulgatũ fuit vtiliter.at scriptura,semper sanctè reuerẽtérq; de Ente loqui solita, nihilominus stultorũ hominũ vitã erudire cupiens, homini quidẽ eũ assimilat.sed nõ personis particularibus.ideo manus pedes,os, vocẽ,irã furoremq;,& vindictã etiã, introitus exitúsq;, sursum deorsum & quaqua versum motus ei tribuit hac parte nõ verborum veritatẽ respiciens, sed vtilitatẽ discẽtium:nimirũ quia

nota

nota est quorundã naturæ obtusitas,vt omnino nõ possint Deũ cogitare sine corpore,quos non est possibile ad officiũ reuocari modo alio,nisi audiãt Deum more humano ire atq; redire, descendere ascẽderéq;,vociferari& indignari propter peccata hominum,interdũ etiã inclementer irasci & implacabiliter. imò etiã tela gladiósq; &instrumẽta vltionis alia cõtra sceleratos ei parara esse.Bonũ certè fuerit,si vel talibus minis intẽratis ad sanam mentem redeant.vix enim aliã viã præter has duas vllus legislator ingreditur:quarũ vna vergẽs ad veritatem docet,non esse Deũ sicut hominẽ:altera tardioribus se accõmodans ait:Castigabit te dominus Deus sicut homo castigat suum filiũ. quid igitur mirũ est eum adsimilari angelis,quãdo propter egentiũ vtilitatem non refugit similitudinem hominum, sicut quando dicit, Ego sum ille Deus qui apparui tibi in loco Dei. quod sic intelligendũ est,eũ tenuisse locũ angeli vt tunc videbatur salua sua natura, vt prodesset nondum valẽti verum Deum cernere. nam quemadmodum radios solis repercussos vident etiam qui non possunt ipsum obtueri, & in lunaribus radiis, sicut in ipsa conspicitur mutatio: sic imago Dei sermo ipsius nuntius, tanquã ipse intelligitur.Viden' Agar, hoc est liberalẽ eruditionẽ angelo dicentẽ,Tu es ille Deus qui respexit me?non erat enim idonea videre illũ antiquissimũ rerũ autorẽ, mulier Aegyptij generis.at nũc mens incipiẽs proficere,omniũ potentiarũ regẽ imaginatur.ideo dicit ipse:Ego sum dominus Deus, cuius imaginem tanquã me prius vidisti, & lapidẽ mihi inscriptũ dedicasti. quæ inscriptio docet quòd solus ego sto, & omniũ rerum naturã statuo,perturbatione cõfusionéq; in ordinẽ ornatúmq; reducta, suffultis rebus omnibus,vt firmo nitantur fundamẽto & solido,potenti meo sermone videlicet,qui mihi est vicarius. nam lapidea columna tria significat, statũ, dedicationẽ, inscriptionẽ:de statu inscriptionéq; diximus, supereſt vt explicemus dedicationẽ.nã cælũ & mundus dedicantur suo creatori:& animæ quotquot ciues mundi charæ Deo sunt, seipsas consecrant, nullo distractæ mortaliũ rerum desiderio.cõsecratæ autem per totam vitam indefessæ vacãt bonis operibus. Stultè porrò facit qui non seipsum sed aram Deo dicat,putãs esse in rebus creatis quicquã stabile,aut dignũ titulo, vel tale vt nõ etiã inscriptum mox aboleri debeat,vituperabile magis quàm laudabile. ideo clarè in sacris literis præcipitur,Non statues tibiipsi statuã.nihil enim humanum verè stat,etiamsi crepuerint qui reclamãt

ment

mentientes,putát em̃ se nõ tantũ stare firmiter,verũ etiam esse dignos honoribus ac titulis,obliti eius qui solus verè stat & solus honorari debet.deflectẽtes em̃ eos & auersos à via virtutis magis etiã in errorẽ sensus inducit,ceu cognata vxor eorũ,& cogit in sirtes & breuia:vt anima tanquã nauis defixa hæreat more statuæ.Nam & Loti vxorẽ postquã respexit,scriptura narrat versam in salis statuã:& meritò.Quia si quis in anteriora visu auditúq; digna nõ prospicit, hoc est in virtutes & earũ opera, malens à tergo relicta respicere,vanã gloriam,cæcas diuitias, insensatã corpulẽtiam,demẽtem formositatẽ, & id genus alia cõsectando,stabit inanima statua tabescétq; paulatim.Sal enim est res parum solida.Rectissimè igitur meditator exercitatione cõtinua doctus,creaturã suapte natura esse mobilẽ,creatorẽ immobilẽ,ponit deo columnã lapideã,& inungit. Dicitur em̃: Vnxisti mihi colonã lapideam.Caue autem putes vnctum oleo lapidem,sed intelligetotũ de Deo stante in anima, id quod incredibiliter eam vngit,cõfirmátq;,addendo mẽti robur insuperabile.est enim certaminũ exercitiorúmq; cupidus quisquis se honestis studiis dedidit.itaq; meritò q̃ germanã medicinę artẽ alipticen excoluit,omnes ad virtutẽ pietatémq; pertinẽtes sermones inungẽs cõponénsq;,arã deo dicauit pulcherrimã & firmissimã.ideo post dedicatã columnã lapideã ait se votũ vouere.Votũ autẽ intelligitur propriè deuotio,q̃n quis nõ sua tantũ, sed etiã seipsum eorũ dñm,Deo donũ dedicat.Sãctus est,inquit qui alit comã capitis.qui votũ fecit.Quòd si sanctus,vtiq; dedicatus,nihil profanũ posthac attrectaturus. Adstipulatur mihi Anna prophetissa & prophetæ genitrix,cuius nomẽ interpretatur gratia.Ait enim se dedicare sacris Samuelẽ,non tam hominem,q̃ vitæ genus afflatũ diuinitus,& extra se ratũ numine.Samuel aũt intepretatur ordinatus Deo. Ergo qd insanis anima & in vanũ laboras,quin ad Meditatorẽ accedis,sumptis armis quib⁹ affectus arceas & luctãdo superes? Sic enim breui disces præesse gregibus,non ignobilis bruti maléq; pasti pecoris,sed probati rationalis & pulcherrimi:quorũ magistra si fueris,mi serũ hominũ genus miseraberis.indefinẽter ad diuinũ cultum hortãdo,Deũ quoq; incessanter laudabis,sacros hymnos inscribẽs tabulis,vt nõ solũ expeditis verbis sed & carminib⁹ musicis virtutes eius celebres.sic em̃ poteris & in paternã domũ restitui postliminio,finitis lõgis durisq; pegrinationis laboribus.

Finis prioris Tomi.

IN PHILONIS IVD. OPERA, RERVM ATQVE *Verborum Index copiosissimus.*

Aaron 346.358.
Aaron Mosi frater 347
Aaron frater Mosis, id est, eloquentia philosophiæ, vel sermo mentis 143.157
Aaron Mosi manus imponit, eúmque ad pugnam aptum reddit. 143
Aaronis cum Magis cõtentio. 347
Abel pastor pecorum 116
Abel cur pastor fuisse dicatur 121
Abel adipes cur vnà cum primitiis offerat 136
Abel contemplationi, non etiã eloquẽtiæ deditus, à Caimo sophista trucidatur 142
Abel interemptus viuit 145
Abelis natiuitas 117
Abelis & Caimi fratrũ diuersa studia ibid.
Abelis & Caimi sacrificia 115
Abelis sacrificiũ cur Deo gratum 121
Abelis sacrificiũ cur Deo gratissimum 142
Abelis vita felicissima 145
Abelis clamor ad Deum ibid.
Abelis typus 345
Abiud 358
Abimelecchi typus 209
Abraham 313
Abrahã verus Dei amicus 246
Abrahã in pace nutritus 449
Abrahã pietatis atq; pacis cultor sanctissimus 329
Abraham fuit nõ minimus ex prophetis 445
Abraham plantat agrum ad puteum & nomen domini inuocat 197
Abrahã à Deo benedicitur 343
Abraham in patriam reuocatur 339
Abraham fœderatos profligat 282
Abrahã forti animo atq; indubitata spe contra rationem Deo credidit 334
Abraham largissimè à Deo benedictus 86
Abraham ab angelis admonitus periculum effugit 317
Abraham,filium Isaac Deo cur & quomodo obtulerit 256
Abraham quã ob causam filiũ mactare statuerit 325.326
Abraham cur procul à patria à Deo migrare iussus 67
Abraham ad quos patres ire à domino iussus 447.448

Abraham è Chaldæorũ terra demigrans habitauit Charran 359
Abrahã cur Abrã vocatus 225
Abraham quandiu in Chaldæorum terra hæsit, cœlestis fuit homo ibid.
Abraham in Charris cur diu habitare nequiuerit ibid.
Abrahã cur redire dicatur à cõcisione Chologomodor & regũ cum eo fœderatorũ 213
Abraham suos relinquẽs quid significet 162
Abrahã cur brevioris ævi quã vllus maiorum suorum 241
Abrahami genus 247
Abrahami nomen vnde sumptum 255
Abrahami educatio 503
Abrahami virtutes & felicitas 246
Abrahami in Deum peculiaris pietas 324.325.326.327
Abrahami fides 91.425
Abrahami diuitiæ 328.333
Abrahami manſuetudo 328
Abrah. in bello res gestæ 443
Abrahami & Sarræ sanctiſsimum coniugium 315
Abrahami de hostibus suis victoria & gratiarum actio ad Deum 223
Abrahami semen inquilinum in aliena terra 448
Abrahami semen cur à Deo benedictum 241
Abrahami de cognatione in terram alienam migratio 336.448
Abrahami in Charrenſem regionem ex Chaldæa profectio 312.313
Abrahami pro Sodomitis precationes 380
Abrahami progenies à Deo benedicta 425
Abrahami typus 95.310
Abrahamo cur Deus non fuerit conſpicuus cùm in Chaldæa verſaretur 313
Abrah. veteres promiſsiones à Deo sæpius cõfirmatæ 426
Abram 313
Abram Deo filium offert sacrificio 324
Abram cur Abraham appellatus 313
Abyſſum quid 6
Adamus primus homo cur ex terræ limo à Deo formatus 27
Adamus primus homo fuit omnium formoſiſsimus 28
Adamus ex puriſsima & peculiari induſtria à Deo præparata terra formatus ibid.
Adamus ſanctitate pietatéque poſthabita ad calliditatem vergẽs ex paradiſo eiicit 31
Adamus qua ratione in paradiſum à Deo collocatus 50
Adamus cùm omnibus rebus nomina impoſuerit, ſibi cur impoſuerit nullum 50
Adamus cur trãſgreſsionis culpam in Euam reiiciat 62
Adamus cur poſt lapſum nudus fuiſſe ſcribatur ibid.
Adamus fugiens Dei conſpectum, quò ſe fugerit 62
Adamus à Dei conſpectu ſe fugiens, ad ſeipſum fugit 58
Adamus poſt lapſum fugiens, cur ſolus à Deo vocatus 61
Adami etymologia 50
Adami cæleſtis & terrena imago ibidem
Adami ante lapſum conditio 40
Adami excellentia atq; poteſtas ante lapſum 29
Adami lapſus ibidem
Adami lapſus quàm grauiter à Deo punitus 51
Adami filiorum diſperſio 374
Adamo qualis anima à Deo primum inſpirata 27
Adeps, renes & fibra iecoris Deo ſacrificia accepta 136
Admonitionibus diuinis obſtrepentes, gladio vltionis peribunt 277
Adoleſcentia 22
Adulationis deteſtatio 350
Adulatoris deſcriptio 201
Adulatorum impoſturæ 451
Adulterij pœna 458.459
Aegyptus corporis noſtri ſignum 143
Aegypti fertilitas 315.411
Aegypti imperium ampliſsimum 468
Aegypti perampla magnificáque potentia 276
Aegypti præfecturæ 363
Aegypti typus 288
Aegypti rex ob libidinem graviter à deo punitus 315
ex Aegypto cur popul⁹ in Chanæam ductus 377
Aegyptij natura iactabundi & ſuperbi 173
Aegyptij dum per medias marinas vndas fugerunt, cur excuſsi dicantur 187
Aegyptiorum idolatria 482
Aegyptiorum gens amantiſsima corporis ſub aquam fugere cur introducatur 287
Aegyptiorum ſophiſtæ vnde orti 511
Aegyptiorum in honorandis hoſpitibus mos 476
Aelim 412
Aequalitas mater iuſtitiæ 203
Aequalitas iuſtitiæ mater & nutrix 203
Aequalitas in omnibus ſeruanda 171.172
Aequinoctia 24
Aequinoctia cur fiant menſe ſeptimo 24
Aër omnibus terreſtribus & aquatilibus animalibus cauſa vitæ 249
Aëris natura 496
Aëris in mundi creatione locus 6
Aetates hominis iuxta Hippocratem & Solonem ſeptem 22
Aetatum omnium ratio pulchro carmine à Solone deſcripta 21
Aethiopia 46
Affectio fœmineus animæ fœtus 131
Afflictionis vtilitas 388.389
Affectiones ad virtutem tendentib

dentibus relinquendæ 142
Affectiones naturaliter fœminæ ibid.
Affectus in homine spinis similes 94
Affectus quatuor molestissimi, timor, dolor, tremor & gemitus 156
Affectus quibus artibus vincendi 179
Affectuum irritamenta 76
Affectuum in homine dominationes potentissimæ 447
Affectuũ frenandorũ ratio 121
Agar 369
Agar à Sarra affligitur 389
Agar encyclopediæ comparatur 370
Agar disciplinæ indifferentis typus 96
Agar tres ob causas ab heræ facie aufugit 389
Agar fugiens Sarram venit ad fontem Sur ibid.
Agar à Sarra Abrahamo conceditur 367
Agar à Sarra Abrahamo in terra Chanaam copulatur 375
Agar apud fontem inuẽta cur aquam non hauserit 414
Agens vicissim patitur 145
Agricola artifex est 155
Agricola spiritualis bonus & malus ibid.
Agricola non nisi peritus 166
Agricola scrobem parãs plantæ in thesaurum incidit 267
Agricolæ boni officium 154. 166
Agricolæ & operarij terræ differentia 154
Agricultura ars ibid.
Agricultura & facultas operaria differunt 166
Agricultura anima spiritualis 167
Agriculturæ studium à Deo hominibus commendatum 199.200
Alexandri magni dictum 105
Alexandrinis adulationis vitium innatum 488
Altaris typus 272
Amalech 373
Amalechi typus 84
Amaritudinis locus 387
Amator sui Caim Abelem, id est opinionem piam interficit 150
Amatoris proprietates 236
Ambitionis detestatio 457
Amicitia fucata 201
Amicitiæ symbolum 476
Amicus non temerè ostendendus 259
Amonitarum typus 66
Amorrhæi 451
Amorrhæi populi 91
Amorrhæorum peccata 451
Amram accipit vxorem de filiabus Leui 383
Angeli quid 116
Angeli boni ac mali 249. 250
Angeli propter diuinum ministeriũ sancti appellãdi ibi.
Angelorum felicitas 251
Angelorum ministeria 290
Angelorum officia 250

Angelorum bonorum habitationes 300
Angelorum malorum munus atque officium 250
Angelorum in diuersa corpora emigrationes ibid.
Anima hominis tripartita 281
Anima pura Dei domus sacrosancta 501
Anima rationalis Dei templũ 510
Anima tabernaculum dicitur, in qua Sarra, id est, virtus habitat 146
Anima cohabitans cum prudentia diuinis alimentis nutritur 77
Anima quomodo assuefacienda ne malis imaginationibus decipiatur 128
Anima masculo prægnans, id est, iusto proposito, lætissima redditur 156
Anima quibus rebus illustretur 256
Anima suam ipsius migrationem ignorat 116
Anima vidua, & adultera 161
Anima irrationalis in septem partes diuiditur 164
Anima mali & boni circa quæ occupentur 168
Anima repurgata à vitiis Dei domus est 247
Anima sapiẽtis cælũ habet patriam, in terra peregrinatur. 173
Anima equo, equiti & insessori similis est ibidem
Anima à Deo pasta, eóq; contenta, nullius præterea indiget 172
Anima tanquam nauis ab affectibus in profundum Aegypti, id est, corporis mergitur 176
Anima victrix hymnum canit Deo 175
Anima verus virtutũ omnium paradisus 193
Anima honestè versata sapientiam quidem, sed non illius autorem cognoscit 142
Anima quæ virtutis amicum dogma tollit, virtuti est mortua 145
Anima athletæ à philosophi anima quantum differat 64
Anima ex coniunctis rebus agendo patitur 145
in Anima omnes rerũ formæ continentur potentia 52
Animæ essentia 150
Animæ species duæ 286
Animæ partes atque potentiæ 72
Animæ basis 501
Animæ officium 237
Animæ festa 386
Animæ motus 489
Animæ alimentum 51.81.155. 406
Animæ potentiæ 123.125
Animæ vires ibidem
Animæ oculi 384
Animæ deliciæ 193
Animæ equitatus 176
Animæ satellites 281
Animæ luxurientis familiares 236

Animæ instrumenta familiaritatem cum virtute & deo ferre non possunt 119
Animæ bonæ ac malæ 249
Animæ partes brutæ pecoribus assimilantur 168
Animæ lac sunt Musices rudimenta: cibus solidior, virtutes 166
Animæ partus & locus pariendi 131
Animæ motus diuersi in diuersis corporibus 233
Animæ respub. quomodo optimè regatur & contrà 171
Animæ maximum bonũ de potentia dei non dubitare 199
Animæ rationalis cum irrationali pugna 137
Animæ ps muta & vocalis 152
Animæ agricultura quid profitetur 166
Animæ bonæ modi 177
Animæ potentiæ extinguuntur destitutæ oportunitatibus 244
Animæ morbi pernicioſissimi 276
Animæ mors 52.403
Animæ mors, à virtute excludi 149
Animæ immortalitas 506
Animarum differentiæ 64
Animarum incorporearum in aëre sacer chorus 300
Animarum figuræ cur visu nõ æquantur 249
Animarum corpore carẽtium domicilium 500.501
Animal nostrum cur & quomodo rationis excutiat frenos 169
Anos 169
Animalia irrationabilia 110
Animalia nobis à natura data 169
Animalia pura & impura 183
Animalia reptilia quatenus à deo ad esum interdicta 344
Animalia ruminantia cur lege prohibita 183
Animalia omnia hominẽ tanquam serui dominũ reuerẽtur & imperata faciunt 17
Animalia munda de quovis genere septena cur in arcã ducantur 164
Animalium omnium conceptio & generatio 13
Animaliũ diuersorũ creatio 12
Animalium diuisio 300
Animaliũ diuersæ species 431
Animalium diuersorum proprietates 497
Animalium differentiæ 189. 190.501
Animalium diuersa nutrimenta 501
Animaliũ omniũ eadẽ vox 29
Animalium capita cur Deus à terra paululum retraxerit 190.191
Animalium brutorum duplex genus 120
Animalium diuisa vngula in scripturis quid designet 182
Animalium loca naturalia viuendi 161
Animalium omnium species cur in arcam Noë introductæ

ctę, in paradisum autem nequaquam 193
Ãimi dolores grauissimi 447
Anna prophetissa 514
Annæ sterilitatis causæ & rationes 257
Annæ sanctissimæ fœminę typus 256
Anni secundum Mosis doctrinam initium 434
Annulorum mysterium 470
Aqua quale elementum 26
Aquæ incorporea in prima creatione essentia 5
Aquæ lustralis in sacrificiis vsus 510
Aser 348
Asinus laborem significat 132
Astrologia 312
Astrologię initia & vsus 19.11
Astronomia omnium scientiarum regina 373
Astronomia à Chaldæis inuenta 359
Asylorum instituto 400
Arbor scientiæ boni ac mali num fuerit in paradiso 51
Arbor vitæ quid 31.44
Arbor vitæ in medio paradisi cur locata 44
Arbores steriles & excindẽdæ, cui similes 166
Arborum prima creatio 44
Arborũ purgandarũ ratio 202
Aromatum cõpositiones 438
Aaron Mosem osculatur 420
Aaronis etymon 227
Aaroni atq; filiis cur vini vsus prohibitus ibid.
Arrogantiæ detestatio 122
Arrogantiæ remedia 509.510
Artis & scientiæ differẽtia 384
Artes contemplatiuæ & actiuæ 44
Artes suapte natura in profundo positæ 435
Artes non multa Minerua tractandæ & discendæ 140
Artes liberales viâ ad virtutis arcem solæ demõstrant 360
Artium inuentiones 509
Artium diuisiones 182
Artium delitiæ 376
Artium omnium fœtus 384
Artium liberaliũ studia quàm necessaria 216
Artium fines dissimiles 221
Artiũ fines inuestigabiles 198
Artium idæ nõ pereunt, quãuis individuorum artes intereant 149
Athletarum cibus proprius 51
Auaritiæ pestis 457
Auditus officium 380.416
Audita pro testimonio non dicenda 295
Aues ad hominis victum quæ prohibitæ 443
Auium prima creatio 13
Auium differentiæ 442
Aunan 357
Azimi subcineritij 123
Azymorum festum cur cum amaris lactucis agrestibus celebrandum 386
Babyloniæ regnũ à Nebro de administratum 255
Babylonicæ turris ædificatio 289.290.291.292
Babylonica turris interpreta-

tio mystica 292.293
Bæthuel 395
Bæthuel Rebeccæ pater ibid
Balaam 100.298
Balaam sophista, vulgi inconstantis typus 148
Balaam terræ progenies 377
Balaam cur resistẽtem sibi angelum non viderit. ibid.
Balaam licet egregios hymnos fecerit, execratus tamẽ à scriptura dicitur 350
Balam Rachelis ancillam cur ante heram suam parere Deus voluerit 77
Bala 370
Balæ filij 270
Barad 415
Beneficentiæ diuinæ leges & limites 4
Beneficia in alium collata, autori maximè prosunt 145
Beneficium ab iniusto non accipiendum 158
Benignitas res est contemptibilis 171
Beseleel 509
Beseleel cur sursum à Deo vocatus 191
Beseel architectus eorum omnium quæ erant in taberna culo 68
à Beseleele cur tabernaculi vasa post Mosem sint delineata 60
Bibendi certamina 208
Binarij numeri vsus 266
Bitumen in Babylonicæ turris ædificatione quomodo in lutum mutatum 291
Bitumen ad Babyl. turris ædificationem, cur sumptũ 291
Blasphemiæ pœnæ 399
Bona vera & perfecta 138
Bona voluptariorum 162
Bonum quid reuerà appellandum 245
Bonus vir impudica & turpia non profert 158
Boni viri omnia possidẽt 197
Bonorum felicitas 144
Bonorum omnium tria tantũ genera 246
bonorũ omnium possessio solo labore comparatur 119
Brutorum genus duplex 120
Bysi prouentus 381.511
C Addes 413.415
Caddes puteus ibidem
Caim, possessio significat 142
Caim terræ operarius 168
Caim sterilem teram colit, timidus & morens 156
Caim terram operabitur, non erit agricola 154
Caim Deũ quasi nõ omnia cognoscẽtẽ fallere studet 147
Caim & Abelis pugna in quibus consistat 148
Caim Abelis nõ est custos 142
Caim sophismatib⁹ Abelẽ fratrem expugnare conatur 337
Caim cur de fructibus & non de primitiis Deo obtulerit sacrificium. 125
Caim coram Deo se abscondere conatur 163
Caim maledicitur 152.153
Caim quomodo posit⁹ in signũ ne à quoyis interficeret 165

Caim post natum sibi filium ciuitatem condit 293
Caim idololatriæ speculũ 125
Caim à seipso occisus 144
Caim superstes animæ morte interiit 148
Caimi natiuitas 157
Caimi etymon 115
Caimi crimina 128
Caimi & Abelis sacrificia 115
Caimi sacrificiũ non ritè oblatum 181
Caimi sacrificium cur deo displicuerit 121
Caimi fratricidę mors nusquã in lege inuenitur 396.397
Caimi occisor, septẽ mulctas, quomodo luat 164
Caimi typus 105
Caimum nõ quivis interficiet, sed sol⁹ virtutis amicus 164
Caij inexplebilis auaritia 239
Caij insana væcordia ibid
Calliditas voluntarius animæ morbus 121
Camelum cur scriptura inter animalia enumeret impura 181
Campus certaminis signũ 137
Candelabri sacri fabricatio 440
Canicies in sacris quid significet 127
Caprarũ in sacrificiis vsus 701
Caprorum in sacris vsus 707
Castrati cur à rebus diuinis separati 345
Castrorum militarium mysticus intellectus 222.223
Carbunculi descriptio 49
Carbunculi significatio 48
Carbunculorum copia 45
Carcerum custodes homines crudelissimi 463
Carnis vocabulũ quàm latè in scriptura accipiatur 251
Carrensis ager 312
Cerebrum & cor quare deus sibi offerri noluerit 136
Ceremoniis non nimium inhærendum 140
Certamina sacra 179
Certatores eximij & absque æmulis 141.142
Cessare à serra qd significet 156
Chaldęa regio fortunatissima 312
Chaldæi astrologiæ peritissimi 312.490
Chaldim 426
Cham idem quod color 244
Cham quiescentis initij habet nomen ibidem
Cham motus ad peccatum, sit Chanaan ibidem
Cham cur fratrũ suorum seruus factus 244.245
in Cham Noë filium cur alieni peccati culpa transferatur 245
Chamos 91
Chanaan idem quod commotio 244
Charra ciuitas 489.490
Charran 261
Charran plena pecudibus 364
Chebron vallis, corpus nostrũ significat 139
Cherubim 401.402
Cherubim duo 434

per Cherubim & versatilẽ gladiũ quid subindicet 98.99
Christus prorex & pastor dominici gregis 172
Cibus immoderatè sumptus multorũ morborũ causa 32
Cinerum in sacrificij vsus 510
Cisternæ 264
Ciuilis vitæ ãstitutio 460.461
Ciuilis hominis officia 453
Ciuitas Dei sancta 292
Ciuitates refugij 399.401
Ciuitatum condendarum ratio 3
Clamor in castris pugnãtium cuius rei typus 222.223
Coci & medici differentia 406 461
Cælum vnde dictum 188
Cælum cur quarto die à Deo creatum 8.9
Cælum ex qua materia à deo creatum 5
Cælum totum volucre 467
Cæli forma 6
Cæli motus 248.290,291
Cæli motus contrarius 98
Cæli natura incomprehensibilis 486
Cæli homines 254.255
Cælestium orbium motus 98
Cogitationes mẽtis partus 157
Cognitio sui verum sapientiæ fundamentum. 509
Columbæ sacrificium 430
Columnæ lapideæ vnctio 513
Columnæ lapideæ significatio ibidem
Concupiscentia omnium affectionum molestissima 211
Concupiscentia cum tigride comparatur 46
Concupiscentia ex voluptatis amore qua ratione nascatur ibidem.
Concupiscentiæ vis 447
Concupiscentiæ pestis 223.281
Concupiscentiæ hostis temperantia 46
Confessio 48
Confessorij viri descriptio 49
Confusio linguarum quomodo facta 301
Confusio à separatione quid differat 302
Cõfusionis vocabulum in scripturis quàm latè accipiatur 302.303
Conscientiæ malæ stimulus 293
Consuetudo altera natura 463
Cõsuetudines mulieribus magis quã viris curæ sunt 217
Contemplatio virtutis semita 142
Contẽplatio sine actione scientibus est inutilis 372
Continentia lasciuiæ tormentum grauissimum 316
Contumaciæ pestis 212
Cõuersatio malorum strenuè fugienda 390.191
Conuictus malorum nihil boni parit 463
Conuiuij sobrij descriptio 393
Coquorum princeps apud regem Aegypti veniam cur non meruerit 461
Cor & cerebrum nusquam in sacrificiis deo offerũtur 136

Corp

Corpus nostrum valli accomparatur 139
Corporis definitio 384
Corporis actiui dimensiones 20
Corporis incommoda à terrestribus causis prouenientia 153
Correptionis diuinæ vtilitas 388
Creaturæ principium dei bonitas 66
Creaturarum à rebus diuinis separatio 408
Crœsi Lydorum regis aduersa fortuna 468
Cupediariorum artes 238
Dynomyæ animalis descriptio 430

DAmascus 421
Dan, interpretatur iudicium: & vim animæ singula iudicantẽ significat 177
Danis serpẽs equini nõ humani cur admorsor calcanei 178
Danis serpẽs fortitudinis imago ibidem
Decimarum institutio 378
Decem præceptorum dei breuis explicatio 434.435
Delectationis & tristitiæ idem subiectum 86
Denarius numerus deo fami, liarissimus. 378
Denarius numerus totius sapientiæ compages 381
Denarij numeri apud Mosen dignitas 378
Denarij numeri perfectio 383
Desperatio rationis expertiũ est 159
qui Desperat, non est homo ib.
Deus quid 296
Deus cùm nomen non habeat, cur humano generi suum nomen sit largitus 310
Deus beneficæ potentiæ nomẽ 502
Deus bonitatis nomen 65
Deus ob immensum diuinitatis atq; maiestatis splendorem, oculis humanis cerni non potest 565
Deus solus ens incomprehensibile 441
Deus vniuersitatis anima 50
Deus archetypus rationalis naturæ 150
Deus est, qui est, quia solus stat in essentia 162
Deus vir & pater vniuersorum 160.161
Deus pastor 161
Deus immutabilis 256.257
Deus omnis qualitatis expers. 41
Deus ingenitus, non opus habet creaturarum accidentitibus, quibus tamen interdũ ob hominum stupiditatem describitur 263
Deus p̃ cuiusq; portione moderatur suam gratiam 4
Deus satis à nemine colitur 54
Deus omnia continens in nullo omnino cõtinet loco 61
Deus omnium creaturarum figulus omnia nouit 68
Deus naturas bonas nulla certa de causa extollit 65

Deus sol

Deus ſolus idoneus eſt qui primum de ſeipſo certo pronũtiet 87
Deus quibuſnam gaudeat ſacris 140
Deus vnus, ſempiternus atque omnipotens 35
Deus cur hominum more irasci & caſtigare ſuos filios dicatur 162
Deus benignus cũ ſit, etiã imperfectis ſua dona largit 40
Deus quomodo omniũ rerum autor dicatur 181
Deus ſuo nos exẽplo ad virtutis emulationẽ prouocat 40
Deus puriſsimas tantũ mentes inſenſibiliter viſitat 502
Deus cur ſe dicat Abr. dominũ eſſe, Iſaaci verò Deum 503
Deus quibus oculis deſuper omnia videat 295
Deus riſus & boni gaudij autor 157
Deus in omnib⁹ operibus ſemper ſui ſimilis 199
Deus pura mente in primis colendus 494
Deus omnia videns non poteſt falli 495
Deus vnus tantùm, abuſiuè autem dij plures 511
Deus bonorum tantummodo cauſa eſt, mali non 301
Deus qua ratione rerũ omniũ autor à Moſe dicatur 266
Deus verbo qua ratione omnia condiderit 124
Deus vnicus eſt rex, dux & princeps à quo ſolo fas eſt adminiſtrari & diſpenſari vniuerſa 300
Deus nequaquam iniuſtus 399
Deus non eſt cauſa peccati ibi.
Deus non iuſſu tantùm ſed nutu etiam operatur 2
Deus quibus rebus verè colendus 254
Deus creator mundi, pater, ſapientia, per quam vniuerſa condita, mater 146
Deus omnia cognoſcens cur aliquando interroget 146
Deus ſibiipſe locus, & ipſe ſeipſo plenus, ſibiq; ſufficiens eſt 42
Deus rebus mortalibus libero homini apparet 162
Deus verus actiuus eſt, alij paſſiui 163
Deus non venditor ſed donator rerum ſuarum 113
Deus ſolus vbique & nuſquam eſt 295
Deus otioſus à gentilibus quibuſdam fingitur 1.2
Deus miſericordiam ſuam indignis etiam interdum largitur 265
Deus qua ratione iracũdus interdum dicatur 264
Deus omnibus potentiis excelſior 295
Deus quomodo ea quæ creauit viderit, bonâque cuncta iucauerit 340
Deus eſt vbiq; & omnia in ồmnibus 54
Deus omnia videt 146.147
Deus laudauit à ſe creata, cùm vidiſſet

vidiſſet omnia bona eſſe 433
Deus quatenus imperat tum bene tum malè facere poteſt, quatenus autem beneficus alterum ſolùm 199
Dei ſpiritus quid 250
Dei varia nomina 42.418
Dei nomen æternum 309
Dei imago quid 5
Dei epitheta 388
Dei eſſentia 263
Dei veſtitus 402
Dei domus 337
Dei opera quàm perfecta 189
Dei bonitas bonorũ omnium menſura 123
Dei bona ſemper ſunt abſolutiſsima ibidem
Dei prouidentia rectorem animæ præficit 170.171
Dei verbo mundus quomodo creatus 4
Dei exercitus virtutes 175
Dei potentia in rebus ceratis potiſsimum metienda 1.2
Dei miſericordiæ teſtimonia 265
Deus nullo nunquam affectu corrumpetur 262
Dei potentia & bonitas 99
Dei faciem nemo effugere poteſt 16
Dei ſermones ab operibus nõ differunt 506
Dei opera ſunt inſcrutabilia 28
Dei opera adeò ſunt perfecta, vt eorum fines ſemper ſint aliorum principia 30
Dei dona quibus hominem ornat quã innumerabilia 225
Dei cognitio nihil non illuſtrat 216
Dei proprium officiũ eſt operari 36
Dei ſola prouidentia mundus gubernatur 35
Dei cultor libertate ſempiterna fruitur 134
Dei potentia ad legumlationem ſpectãs duplex eſt 134
Dei cognitio, felicitatis finis 151
Dei bonitas creaturæ omnis fui principium 66
Dei eſſentia pulcherrimè à Philolao expreſſa 20
Dei domus anima ab omnib⁹ vitiis purgata 247
Dei cognitio eſt finis & meta huius vitæ 272
Dei vox mera vnitas 266
Dei cultus cum pertinaci labore coniunctus 120
Dei erga humanum genus liberalitas 40.66.257.419
Dei cultorem quid deceat 117
Deum hymnis laudare debemus, inſtrumentis quoq; ſenſus & intellectus 175
Deum quomodo pœnituerit, quòd hominem feciſſet 258
Deum colentes ſibiipſis proſunt maximè 146
Dei filij qui reuerà dicant 269
de dei potentia non dubitare maximum eſt animæ bonũ 199
Dei miſericordiæ argumenta 495

Dei verbum vim habet iusiurandi 335
De hæreticis in scripturis quid 195.196
Deo nihil magis propriũ quã bene facere 204
Deo cur Moses pedes, manus, introit⁹ & exitus fingat 263
Dei migratorij mot⁹ nomina reuerà nõ conueniunt 295
Deo cur scriptura diuersos asse ctus ascribat cùm sit extra oẽs affect⁹ immutabilis 512
Deo humana non propriè attribuuntur, sed per abusum nominum 130
Deo inuisibili atque immutabili, cur scriptura interdum affectus tribuat 129
Deo seruire gloriosum omni tempore 111
à Deo castigari potius quàm deseri, oprare debemus 160
à Deo deseri malorũ omnium horribilissimum ibid.
Dialectica soli cõtemplationi & ingenio acuẽdo dedita 167
Dialectices commoda ibid.
Dierum separatio quanta industria in creatione omniũ rerum à Deo obseruata 6.7
Dij fusiles à Mose iterdicti 57
Diluuium. 413
Dina 366
Dionysij Corinth. tyranni infelicitas 468
Discendi amor in vera curiositate consistit 365
Discentium virtutes & vitia 375.366
ad Disciplinam veram aditus 138.139
Discipulorum officia 374 375. 416
Discipulorum virtutes 124
Diuinæ beneficentiæ leges & limites 4
Diuinarum admonitionũ contemptores gladio furoris dei puniuntur 277
Domus lepra infecta quomodo purganda 272
Domus cauitates luridæ vel rufæ, cur tollendæ 139
Dothaim 404
Dothaim quid 141
Draconis natura 177
Duodenari numeri perfectio 412

EBrietas num cadat in sapientem 205
Ebrietas sobriorum 229
Ebrietas insaturabilis 238
Ebrietatis nomẽ q̃ latè in scriptura sacra accipiatur 236
Ebrietatis vitium à bono viro fugiendum 208.209
Ebrietatis pœnæ grauissimæ 213.239
Ebrietatis detestatio 206.227
Edem 97
Edem paradisi locus 42
Edem 355
Edom terrenus 273.276
Educatio libera ꝑ ingeniorũ diuersitate moderanda 517
Educationis malæ detestatio 212
Elementa quatuor 486
Elementorum creatio 431

Eliezer 422
Eliphas 373
Eloquentia quàm sit necessaria philosophiæ 143
Emor 366
Enoch 294.395
Enoch cur deo tantopere placuerit 305
Enos. 304
Enos filius Seth, interpretatur spes 159
Enos homo cur à Chaldæis dictus 304
Ephraim 242.363
Ephraim bonæ memoriæ atq; reminiscentiæ symbolum 242.371
Ephraim mysticè quid significet 69
Eques quid ab insessore differat 173
Equitatus animæ qualis 176
Equorum vtilitas ibid.
Equorũ studiosus, viam Aegypti cur ingredi debeat ibid.
Equorum altor in principem ne eligatur iubet lex 175
Eruditio mater virtutis 214
Eruditio rationis germanum & domesticum ornamentum 497
Erudirionis proprietas 228
Esau 374
Esau ab imprudentia nomen habet 117
Esau venator 445
Esau venator fortissimus cur hirsutus fuisse dicatur 53
Esau cur fratri cesserit iure primogenitorum. 242
Esau malitiæ sodalis 144
Esau cõtumax atq; insclus 394
Esau Iacob fratri minat 144
Esau fratrem insectatur 392
Esau cur quercũ significet 374
Eschol 357
Esse & haberi differũt 162.163
Ethica 221
Ethicæ species ibid.
Eua 421
Eua ex Adamo à Deo cur formata 445
Eua qua ratione Adamo in paradiso copulata 31
Eua cur transgressionis culpam in serpentem reiecerit 63
Eua post lapsum dominum fugiens, cur non vnà cum Adamo à Deo vocata 61
Eua quomodo & quibus argumentis à serpẽte seducta dicatur 31.32
Euæ voluptas grauiter à Deo punita 34
Euæ conceptio 103
Euilat 47
Eunuchis interdictum ne ecclesiam ingrediantur 237
Euphrates fl. 45.49.452
Execrationis via ac ratio 71
Exercitatio medium est, non perfectio 147
Exilij pœna grauissima 311
Exodum cur Moses librum secundum inscripserit 237
Extendere manum quid 60

FAbula de vna eadémque omnium animaliam voce 279

Fama bona in omni vita vtilissima 347
Fames dira 155.471.315
Fames morborum omnium grauissimus 466
Febricitantes caloribꝰ cur diuexentur 244
Felicitas in cõgerie bonorum consistit 138
Felicitas, id est virtutis perfectę in vita perfecta vsus 147
Felicitas est id, quod ex virtute percipimus ibidem
Felicitatis causa, animæ partium mutua cõciliatio 154
Felicitatis finis est iuxta naturam viuere 187.194
Felicitatis finis, creatoris cognitio 151
Felicitatem inuida sequitur 453
Fermentum domino offerendum quid significet 131
Fides solam certum atque firmum bonum 335
Fidei virtus & efficacja ibid.
cum Filio cõtumace quomodo secundum legem proceden dum 212
Filij dei qui propriè dicantur
Filij exosi in scriptura qui dicantur 118
Filij hominũ in scripturis qui dicantur 296
Filij Israël ibidem
Filij terræ 195
Filiorum libera educatio 212
Filiorum erga parentes honor in quibus potissimum consistat 51.52
Filios suos qui immolandos tradiderint 325
Filiis illegitimè natis cur sacra interdicta 296
Finis optimi tres species 453
Firmamenti creatio 6
Flatus & spiritus quomodo differant 40
Flumina sunt mammæ matris terræ, ad rerum cõseruationem datæ 27
Fluuiorum terram omnem irrigantium necessitas 7
Fœneratores in dei populo nõ sunt ferendi 496
Fons iudicij 413
Fons sanctus ibidem
Fons vitæ ibidem
Fontium prima creatio 411
Fortitudo quid 46
Fortitudo est murus ac vallũ contra alia vitia 49
Fortitudo immortalitatẽ confert 178
Fortitudinis perpetuus cum voluptate conflictus 179
Fortitudinis veræ descriptio 499
Fortitudinis officium 45.46
Fortunæ in rebus humanis inconstantia 226.227.468
Frugalitas insatiabilis cupiditatis tormentum grauissimum 316
Frugalitas virtutis amica 252
Frugalitas omnibus hominibus quatenus à deo præcepta 51
Frugum inopia pœna est peccati 16

Furor

Furor masculo similis 174
Furti pœna grauissima 478

GAudium, præsentis boni vsus 357
Gaudium perfectum expers morborum 132
Gaudium internum & verum quibúsve de rebus 159
Gaudium verum, sapientiæ proles 157
Galaad 372
Galaad mons 55
Gedeon 294
Gedeon Phanuelius iurat contra turrim ædificatam ibid.
Gemitus quid 88
Gemitus duplex ibidem
Generationis atque corruptionis necessitas 2
Geneſis cur primus Mosis liber intituletur 304.305
Genethliaca à Chaldæis inuenta 359
Genij 248.501
Genij boni ac mali 248
Geometria 111.167
Geon fl. 45.46
Gigantum fabula 254.278
Gladius vibratilis 96.98
Gladius versatilis cur igneꝰ 99
Gloriæ vanitas 395
Gloriæ vanæ detestatio 457
Gomor mensura 379
Græcorum potentia à Macedonibus diminuta 276
Gratiæ deæ 340
Gratiæ diuinę non sunt omnes homines participes 343
Gratitudinis cõmendatio 122
Gymnosophistarum ritus & mores 325

HAereditas dei quid 195
Hæreditatis mons ibid.
Hebræorum in honorandis hospitib, mos 476
Heracliti de morte sentẽtia 53
Herbæ significatiuæ 94
Heroopolis 482
Hippocr. de ætatibus hominis sententia 22
Hircorum in sacris significatio 508
Holocaustom. mysterium 146
Homeri locus explicatus de gigantibus 278.279
Homo nomen excellentię 305
Homo cur definiatur animal rationale 159
Homo animal terrenũ est 161
Homo cælestis planta in terris 151
Homo nobilis. animal 488
Homo animal est reuerà aquaticum, aëriũ & cæleste animal 30
Homo cur à Deo potissimùm formatus 257
Homo minor mundus 191
Homo cur ex terra à Deo formatus 27
Homo imago Dei seu effigies 150
Homo ad Dei similitudinem quomodo creatus 13.397
Homo ad Dei imaginem qua ratione factus 441
Homo quibus mediis ad Dei imaginem factus 190.191
Homo quo artificio à Deo factus, quibúsque ornamẽtis

 dona

donatus 192
Homo in quem vsum à Deo factus ibid.
Homo non ad creaturæ alicuius,sed ad Dei tantùm imaginem quare factus 190
Homo qui fictus est differt ab eo quem fecit Deus 49
Homo cur postremo loco creatus 13.15.17
Homo princeps omnium 166
Homo omnium rerum in hoc mũdo rex à Deo ordinat' 17
Homo cur rebus omnibus in hac vita prepositus 15.17
Homo liberam facultatem & sui iuris sententiam à Deo sortitus est 161
Homo ad rerum diuinarum contemplationem potissimùm à Deo formatus 15
Homo non minus quàm serpens in suis dentibus venenum circumfert 32
Homo solus inter cætera animalia peccati sponte admissis reus est 300
Homo bene sperans solus est homo 159
Homo intellectus est 166
Homo cũ area confertur 131
Homo iuxta mentẽ Dei verbo cognatus est diuinitatisque dam particula 29
Homo errantibus viam monstrãs,qs & cui cõueniat 140
Homo,hominis anima 150
Homo nil aliud quàm terra & cinis. 510
Hominis partus 37
Hominis fabrica cõstat ex numero septenario 24
Hominis compositio ex spiritu & sanguine 150
Hominis constitutio & compositio. 150.151
Hominis constitutio fermento similis 131
Hominis imago duplex 27
Hominis vera structura 251
Hominis terreni natura & ingenium 40
Hominis proprium quid 159
Hominis educatio atq; institutio 448
Hominis nobilitas 190.261
Hominis perfectio 50.307
Hominis radices in cælo 150
Hominis primi excellẽtia atq; potestas 30
Hominis ante lapsum Adæ cõditio 40
Hominis pars fœminina & masculina quæ 141.145
Hominis pars masculà & fœminina, Moses & Maria, Deo hymnum canunt 175
Hominis vera laus 229
Hominis ciuilis officia 453
Hominis ætates 449
Hominis fragilitas 510
Hominis vita plena cruciatibus 511
Homini soli caput cur deus ad cælum erexerit 151.190
Homines qui reuerà nominãdi 307
Homines cæli 254.255
Homines terreni ibidem
Hominum duplex genus 40

Homi

Hominum in voluptatem inquisitione diligentia 168
Hominũ genus cur post Noë filios adeò multiplicatũ 248
Hominibus boni ac mali scientia à Deo insita 262
Honor parentibus exhibitus liberis potissimùm prodest 145.146
Honor filiorum erga parentes in quibus potissimùm consistat 51.52
Honorare parentes quomodo debeamus 145
Homicidij pœna 396
Homicidæ non voluntarij ad solas ædituorum ciuitates cur confugerint 398
Homicidam voluntarium cur lex non mori modò pronuntiet,sed morte mori 396
Hospitalitatis cõmedatio 317
Humida essentia terræ omnia parentis pars potissima 26
Humilitas affectata 355
Hyacinthus 381
IAcob discẽtis & profitientis nomen 220
Iacob 362
Iacob virtutis meditator 116
Iacob cur minor natu quàm Esau dicatur 242
Iacob à fratre Esau graviter insectatur 392
Iacob hæres primogenituræ Esau quomodo dicatur 133
Iacob in sua precatione, nõ herilem à Deo potestatem petiit,sed paternam 395
Iacob à parẽtib' ablegatur 395
Iacob laborem & profectum significans,pater est Ruben, id est,bonæ indolis 133
Iacob cur inquilinũ se in corpore esse conqueratur 288
Iacob cur minori filio dextrã, sinistram verò maiori filio imposuerit 68
Iacob cur Labanis pecora pascat 170
Iacobi sanctitas 53
Iacobi simplicitas 374
Iacobi cum angelo colloquiũ 426
Iacobi obedientia erga parentes 220
Iacobi egressus 211
Iacobi in Charras,pfectio 485
Iocobi in Mesopotamiam profectio 375
Iacobi de hircis arietibúsque somnium 484.507
Iacobi patriarchę opes & prosperitas 139
Iacobi cum Esau fratre de primogenitura cõtentio 84.85
Iacobi scala 500.501
Iacobo Israëlis nomen cur inditum 220
Iacobo innumerabiles à Deo factę promissiones 504.505
Iaphet benedicitur 246
Iaphet cur in domibus Sem habitare dicatur 246.247
Ideæ artium manẽt,sempérq; manebunt 149
Idololatriæ abominatio 345
Idololatriæ pœna 59
Ignorantia cæca stuporis iudiatrix 211

Ignorantia cunctos corporis morbos superat 230
Ignorantiæ remedia 120
Illegitimè natis cur Dei interdicta ecclesia 296
Imago Dei quæ 150
ad Imaginem Dei creatũ esse, quid 5
Imago 261
Imperatorum officia 225
Imperiorum mutationes 468
Impietas infinitũ malum 396
Impietatis assertorum pœnæ 298
Impij vel inuiti cogunt intelligere diuinã in rerũ administratione potestatem 293
Imprudentiæ vis 47
Incantatores cum Aarone miraculis contendunt 347
Indigentia imbecilitatem adducit 135
Infantes recenter nati cur ploratum emittant 33
Infantum ætates septem 21.22
Infelicis vita,& affectus molesti 156
Infelicitatis causa partium animæ dissolutio 154
Infernus quid 374
Ingratitudinis detestatio 121 122
Iniustitiæ damnatio 433
Iniustorum diuersa multitudo 248
Inopia pœna peccati 16
Insessor ab equite differt 173
Insipiẽtia immortale malum 165
Insipientiæ natura 288
Inspirationis nomine quid intelligendum 41
Intellectus terræ fons 39
Intellectus agricola est 166
Intellectus, patris similis in homine 145
Intellectus ferox,tyrãno similis 171
Intellectus noster pastor esse debet ibid
Intellectus vniuersalis & particularis 58
Intellectus corporeæ regionis rex 172
Intellectus imperium 90
Intellectus in ipsa ratione sedem habet 336
Intellectũ quomodo pascat & regat inferiorẽ animã 173
Intellectus auriga & incessor furoris & cõcupiscentię 173 174
Intellectꝰ virtutis osor,amãsq; affectuũ incẽsor dicitur 174
Intellectꝰ perfectus deo hymnum canit cum Mose 175
Intellectu dissoluto, etiam inferior anima perit 164
Intellectui tota anima vitæ cõiunx & socia 374
Interdictum à præcepto & mãdato quomodo differat 50
Inuidia felicitatis comes 453
Inuidia sibiipsi non aliis parit interitum 297
Ioseph 456
Ioseph gregis pastor 270
Ioseph vestibus versicoloribus ornatus à patre 456
Ioseph à propriis fratribꝰ crudeliter insectatur 454
Ioseph cur mittatur ad fratres suos in Sichem 137, cur solus 138
Ioseph in via errat 141
Ioseph à fratribus in puteum proiicitur 455.diuẽdit ibi.
Ioseph à Pharaonis eunucho coemptus 236.456.460
Ioseph diuenditus à patre deploratur 456
Ioseph in Aegypto honoribus magnis euehitur 458
Ioseph reip.administrator 357
Ioseph in ꝓregẽ eligitur 467
Ioseph doctissimus somniorũ interpres 464
Ioseph regi somnium interpretatur 466
Ioseph tẽperantiæ & castitatis memorabile exemplum 62
Ioseph falsò accusatus incarceratur 462
Ioseph trigesimo ætatis anno matrimonio copulatur 467
Ioseph Aegypti prorex à fratribus agnoscitur 480
Ioseph varias fortunæ suæ vicissitudines fratribus enarrat ibidem
Ioseph imperiti & iuuenis prĩcipis typum gerit 172
Ioseph libera educatio 453
Ioseph tunica variegata quid significet 138
Ioseph fratres pastores, nõ pecuarij 163
Ioseph somnium 453.454
Ioseph virtutes 483
Ioseph ad fratres suos frumẽta petentes oratio 472
Ioseph in parentem & fratres pietas 476.477
Ioseph castitas & in herũ suũ pietas 458
Iothor tumiditatis effigies 215
Iothor, superfluus interpretatur,socer Mosis, quidque significet 170
Ir absque manifesta causa cur interfectus 65
Ira passio hoĩs est ꝓpria 265
Ira fons peccati ibidem
Iracundiæ mala 281
Isaac nomen Chaldaicum 327
Isaac,risus interpretatur 157
Isaac antequam nasceretur, à Deo cur laudatus 68.69
Isaac à patre immolatur 408
Isaac quomodo à patre Abraham Deo oblatus. 256
Isaac sapientiæ typus 141.142
Isaac veri holocaustomatis typus 132
Isaac virtutis meditator in Aegyp.non descendit, id est,in irrationalem affectum non incidit 144
Isaac cur nõ plures vxores, sed vnicam,eámq;virginem duxerit 371
Isaac nullũ in pugnando æmulum habet 141
Isaaci natiuitas 342
Isaaci risus 48
Isaaci &Ismaëlis collatio 240
Isaaci cum Deo colloquiũ 60
Ismaël 414
Ismaëlis conceptio 289
Ismaëlis natiuitas 414

Ismaëlis circumcisio 240
Ismaëlis mors 415
Israël 373.424
Israëlis etymon 220
Israëlis primogenita quando sanctificata 133
Israël cõtẽplationem denotat, cuius filius Leui, id est, cultꝰ verus & syncerus Dei ibid.
Israëlem mortalis alloqui nõ potest 142
Israëlitæ inquilini in Aegypto nõ habitatores perpetui 173
Israëlitæ grauitate operũ cur ingemuerint 290
Israëlitæ mortuo rege Aegypti lætantur 152
Issachar 48.205
Iudas confessionis figura 48
Iudas hœdũ per pastorẽ suum Odolamitam mittit 407
Iudæ natura & ingenium 48
Iudæ typus 204.205
Iuramenti sancti formula 87
Iuramenti puteus 197. 198. 484.485
Iureiurando cur Deus suas interdũ promissiones firmauerit 87
Iusiurandum num Deo conueniat ibidem
Iusiurandum à bono viro non est detrectandum 486
Iusiurandi verus & legitimus vsus quis 486
Iustitiæ laus 47.306.433
Iustiriæ officium 49.156.244
Iustitiæ diuinæ cõmẽdatio 41
Iustitiæ leges à Deo hominibus traditæ 29
Iuuentum studia 167

LAban 394.395
Laban qualitatis nomen 339
Laban Syrus 390
Laban quid significet 137.170
Laban Rebeccæ frater 294
Laban virtutis osor. 410
Laban veras naturæ leges contemnens, legibus se humanis subscribit 216
Labor diuinitus à Deo hominibus cur impositus 119
Labor arti coniunctus bonus est 140
Labor inter præcipua bona numerandus 119
Laboris perpeuum cum voluptate bellum 119.120
à Labore pendet quicquid in rebus bonum est. 119
Labore solo bonorũ omnium possessiones cõparãtur ibi.
Lamech Caimi filius 145
Latereres Babylonicæ turris 290
Lectionis repetitio quàm necessaria 182
Lepra duplex duobus coloribus variata 271
Lepræ morbi natura ibid.
Lepræ morbus quomodo inuestigandus 201
Leprosi lege Dei ab hominũ multitudine separati 271
Leui Israëlis filius 133
Leui primatum ætatis Ruben aufert ibidem
Leui filij ex mãdato dei fratr. & vicinos interfecerunt 218

Leuita

Leuita cultũ Dei significat 133
Leuitæ quare dño sancti ibid.
Leuitæ sanctorum custodes cõstituti 147
Leuitæ officium 133.134
Leuitæ & cædis inuiti perpetratores vnà cohabitare cur iubeantur 135
Leuitæ profugiunt & cædem perpetrant rerum optimarum amore 135
Leuitarum 147
Leuitarũ ciuitates quare profugis patebant 135
Leuitarũ ciuitates immunes semper erunt 135
Lex diuina quid 353
Lex tributum domini ibid.
Lex diuina à Mose qua ratione descripta 1.2
Lex cur in amaritudinis loco data 387
Lex iniustis est posita 401
Legis proprietas 228
Legis diuinæ diuisio 434
Legis diuinæ summa 262
Legis diuinæ præcepta à natura non discrepant 304
Leges iustitiæ à deo hominibus traditæ 29
Legis diuinæ tabulæ digito dei conscriptæ 434
Leges figuræ intelligibilium 348
Leges omnes referuntur aut ad dilectionem, aut timorem 264
Leges scriptæ nil aliud quàm vitarum patrum commentarij 304
Leges in ciuitate medicis similes 461
Leges cur meritò venerabiles 304
Legum diuinarum explicatio 434.435
Legum diuinarum in mundo consensus 1
Legum verus vsus 51
Legum commendatio atq; necessitas 457
Legislatoris præcepta 244
Legislatorum diuersorũ in legibus tradendis studium 1
Lia 355.370.421
Lia à deo filio donata 83
Lia ex re nomen habet 370
Liam, id est motum pacatissimum Iacob experit ibid.
quòd Lia fastiditur, eius vuluã aperuit dominus 421
Lia post editum quartũ filium cur parere desierit 488
Lia rationalis animæ symbolum 370
Liæ virtutes 348
Labanis pecorũ allegoria 120
Liberalitatis species 392
Liberum arbitrium homini à deo concessum 262
Libido crapulã sequi solet 170
Libidinis pœna 315
Linea quid 385
Lingua quomodo coercẽda 121
Linguæ communicatio quid prosit & obsit 279
Linguæ libertas nimia in sacris prohibita 416
Linguarum diuersarũ cognitio quàm necessaria homini

 bus

bus 270.280
ob Linguarũ imperitiã multi ab insidiatoribus occisi 280
Linguarum confusio 278
Linguarũ cõfusio in peccatorũ remedium à Deo facta 280
Locus tripliciter consideratur 492
de Loco in physiologia difficilis tractatio 506
Locustarum miraculum 428
Logoiatria 240
Loquaces auersamur 158
Loquaces non eloquentes, sed impotẽtes iudicandi 153.154
Lot 337.355
Lot à filiabus inebriatur 231
Loti vxor in statuã versa 404
Loti vxor cur in lapidem versa 87
Loti filiarum typus 231
Luna quid 500
Luna regina noctis 10
Lunæ materia atq; forma 501
Lunæ cursus 500
Lunæ officium 498
Lux in creatione rerum qua ratione à tenebris separata à Deo 5
Macedonũ imperij incremẽta & detrimẽta 276
Macedonum amplissimũ imperium 468
Macedonum in Græcia res gestæ 276
Macheis reminiscentiæ filius 372
Madiam, id est indicium naturæ operum 55
Magi Pharaonis, sophistæ 143
Magistratus à virtutis amatoribus non quæri 142
Magistratus boni officia 433
Magistratus ex senioribus cõstitui solent 172
Mala quæ inuitis accidunt dimidio leuiora sunt, cùm nõ grauantur à cõscientia 226
Malè agens seipsum mulctat 145
Malum quid reuera appellandum 245
Mali homĩs vita mors est 145
Mali natura longe à diuino choro exulat 398
Malorum causa non Deus, sed nostræ manus 157
Malorũ vita infelicissima 156
Malorum mors lugenda 135
Malitia fœmineus animæ fœtus 131
Mambre 357
Manasses obliuionis typus 69. 242
Manasses reminiscẽtię ex obliuione comparatur 351
Manasse filij ex Syra concubina 172
Mandatũ à præcepto & interdicto quomodo differant 51
Manna 388.437
Manna pro petra sapientiæ diuinæ, ex quo duæ conficiuntur placentæ 156
Manũ extendere in sacris quid significet 60
Manuum impositio 242
Maris à terra separatio 7
Maris descriptio 26
Maris inundationes 23

Masec

Masec 420.421
Masculæ rationis officia 217
Matris turpitudinẽ detegere cur lege diuina prohibitum
Medicina theorica 167
Medici & coci differentia 460
Meditatio naturaliter res inæqualis 502
Melchisedec sacerdos 379
Melcha 372
Melcha Nachoris vxor ibid.
Melchisedec cur à Deo sacerdos constitutus 66
Melchisedec cur pro aqua vinum obtulerit ibidem
Memoria quæ optima 181
Memoria & reminiscentia cohærẽt & separatur facilè 68
Memorię dona amplissima 68
Memorię tenacis commendatio 181
Mendacij detestatio 451.464
Mẽdacij honesti excusatio 97
Mens lumen hominis 494
Mens animæ caput 499
Mẽs animæ pars prĩcipalis 41
Mens synceriſsima atq; purissima animæ pars 436
Mens animæ anima 12
Mẽs in homine imago dei 150
Mens, vocalis animæ pars, seu fons sermonum 152
Mens à terrestribus causis vitiatur 153
Mens viro assimulatur 36
Mens sola in homine immortalis 261
Mens fons sermonum, & interpres consiliorum, vates & diuinator 143
Mens seipsam non potest comprehendere 50
Mens sola doctrinam admittit, cum nullus sensus sit docilis 61
Mens duplex 84
Mentis humanæ nobilitas & officia 152
Mentis officia 114
Mentis morbi 281
Mentis & sensus cognatio 63
Mentis in homine imperium quàm latum 261
Mentis in rebus cognoscendis vsus 10
Mentis nomine cælum significari 53
Mentem Deus in virtute collocauit 40
Mẽstruosarum mulierum lex 412
Mensurarum certa ratio 434
Meretricum artes 201
Meretricũ filij in Dei ecclesiã non intromittendi 396
Meri vocabulum à Mose variè vsurpatum 210.211
Mesopotamia 395
Meteorologia 221
Militum in bello delectus 183
Ministeriũ Deo & hominibus exhibitum differunt 146
Misericordia apud Deum antiquior quàm iustitia 265
Misericordiæ diuinę argumẽta atq; testimonia 265.495
Moab ciuitas 91
Moab filiarũ scortationes 495
Moabitarum typus 66
Mons hæreditatis 94

Morbi animę & corporis vnde nascantur 281
Morbi quatenus mediis naturalibus sanentur 82
Mors quid 263
Mors terrena atq; æterna 396
Mors animæ & corporis 52.53
Mors naturalis & pœnalis ib.
Mors omnium calamitatum finis 311
Mors quibus rationis non timenda hominibus 468
Moses nomina rebus conuenientissima attribuit 165
Moses Iothoris gregibus cur præfuisse scribatur 131
Moses quomodo & quam ob rationem à deo sursum vocatus 191
Moses sapiens sed non eloquens 143
Moses pastor pecorum Iothoris soceri 170
Moses in Aegyptum eloquentia adepta profectus, cum sophistis congreditur 143
Moses summus philosophus 2
Moses optimus animarũ medicus 264
Moses sumus dei amicus 418
Moses fuit dei phropheta 446
Moses à Pharaonis conspectu cur discesserit 55
Moses de linguæ tarditate apud dominũ cõqueritur 416
Moies cur se verbis pollere negauit 107
Moses cur dei posteriora, faciẽ autem non viderit 409
Mosesstãs in loco sancto audit deum secũ loquentem 409
Moses videt rubũ ardentẽ ibi.
Moses in suis lucubrationibus non verisimilia aut credibilia, sed meram veritatem secutus est 117
Moses in holocaustis cur ventrem dempserit 344
Moses cur primum tabernaculi vasa deliniauerit, deinde verò Beseleel 70
Moses Aegypti abominationes quomodo deo sacrificio obtulerit 121
Moses quomodo aduena in regione externa fuerit 288
Moses cur cum Aegyptiis magis certare recuset 143
Moses orat pro populo 417
Moses quomodo in deum datus Pharaoni 163
Moses aquæ amaritudinem in dulcedinem vertit 387
Moses & Maria quomodo deo hymnum canant 175
Mosis natiuitas 383
Mosis spiritus 250
Mosis ieiunium 76
Mosis votum 194
Mosis cũ deo familiaritas 196
Mosis ad dñm clamores 417
Mosis in loquẽdo libertas ibid
Mosis in tradendis legibus studium 2
Mosistabernaculũ quare extra castra positũ 162 humanæ virtutis figura 163
Mosis sepulchrum 116
Motus septem 24.37
Motus atque status differentia 143.144
Mulieris vocabulo sensus in scriptura multoties significatur 101
Mulieres ignem in Moab accendunt 347
Mulieres plerũq; vulgares sequuntur consuetudines 217
Mundus quid 4.35
Mundus non primus deus, sed primi tantũ dei opus 313
Mundus figuræ laterculi assimilatur 290
Mundus veri cæli porta 506
Mundus gregi similis est 172
Mũdus reuerà dei domus 506
Mundus instructissima dei domus 194
Mundus non suo & libero motu mouetur 290
Mundus sensibilis 3
Mundus vnus ab vno eius opifice creatus 35
Mũdus quomodo à principio creatus à deo dicatur 45
Mundus ad dei imaginẽ creatus 4
Mundus quomodo Dei verbo creatus ibid.
Mundus qua ratione & quo ordine à deo formatus 3
Mundus quãobrẽ sex dierũ spatio à Mose creatus dicatur 2
Mundus cur à deo creatus 269
Mundus magnæ ciuitati comparatur 456
Mundus num æternus à Philosophis disputatur 2
Mundi creationis causa 4
Mũdi creatio quàm graphicè à Mose descripta 1
Mundi dies natalitius 18
Mundi forma atq; fabrica 506
Mundi motus omnium velocissimus 290
Mũdi in nouẽ ptes diuisio 379
Mundũ purare sex diebus conditum esse, rusticanæ est simplicitatis 56
Mundum tanquam remp. sine magistratu inducere absurdissimum 2
Mundum creatum esse contra manifestam veritatem negant philosophi ibid.
Munificentriæ species 392
Musica 376
Musicæ artis vetustas & primordia 204
Musices rudimenta lac animæ 166

NAdab 358
Nachor 372
Nachor frater Abraham duas habet mulieres, vxorem & pellicem ibid.
Nadab 396
Naid 97
Natura scietiæ principiũ 429
Natura rerum omnium conseruatrix 428
Natura nulla arte indiget 416
Natura à vilissimis incipiens proprio ductu definit in præstantissima 13
Naturæ perpetuus ordo 311
Nebrod gigas 255
Nebrodis regnum ibid.
Noe 165
Noe etymologia 65

Noe primus in sacris literis iustus nominatus 378
Noe vir iustus & generatione sua perfectissimus 270
Noe iustus cur mares genuerit, non filias 248
Noe vir doctissimus & sagacissimus 269
Noe iustus, agricola 165
Noe plantatio qualis 188
Noe resipiscentia 239
Noe arca humani corporis effigies 193
Noe arca qua ratione bitumine peruncta 291
in Noe arcam cur omnes animantium species introductæ, in paradisum autem nequaquam 193
Noe generationes 307
Noe cur in tãta hominũ multitudine, solus gratiam apud deũ inuenerit 265.266.268
post Noe filios cur demum humanum genus multiplicatum 248
Noe à propriis filiis derisus 243
Noe nõ fuit minimus ex prophetis 446
Nominum impositio 103
Nominum impositio assignatur primo homini 30
Nominum imponendorum error vnde 165
Nothis cur Dei interdicta ecclesia 296
Nouenarius numerus mortalibus familiarissimus 378
Nubis prodigium 438
Numerus quaternarius multis priuilegiis à natura honoratus 9
Numerus quaternarius omnium perfectissimus 8.9
Numerus quinquagenarius libertatis symbolum 134
Numerus quinquagenarius remissionem, libertatẽ, & restitutionem significat 147
Numerus senarius perfectissimus 2
Numerus senarius generationi conuenientissimus 2
Numeri septenarij vsus latissimus 19
ex Numeris propriis omnia constant 36
OBliuio quid 261
Obliuio memoriæ morbus 371
Obliuio non est passio voluntaria 372
Obstetrices Hebræorum 410
Oceani descriptio 26
Oceani tempestates 308
Oculi cæteros sensus antecellunt 310.322 vide visum
Oeconomiæ præcepta 458
Olympiaca certamina 180
Olympus mons 279
Operari terram quid 121
Ophiomachus tẽperantię symbolum 33
Ophiomachi animalis descritio ibidem
Opinionum inter se contrarietas & pugnantia 115
Oratio animæ vulneribus à Deo datum remedium 497

Oratio piorum per nubes cæli ad dei faciem penetrat 88
Orationis partes 385
Orationis apta structura 127. 128
Orationis dispositio atq; apparatus 127
Orationis pię efficacia 351.352
Oratoris boni officium 462
Ordo quid 5
Ordo rerum à Deo conditarũ aptissimarum ibid.
Ordinis commendatio 127
Osculandi consuetudo 420
PAtientia 371
Pæonia remedia 125
Palma virtutis testimoniũ 412
Palma victoriæ symbolum 65
Pandora 27
Panis cælestis 405.406
Panes propositionis 412
Paradisus cur cõtra orientem à Deo collatus 193
Paradisus pro virtute figuratè dicitur 42
Paradisi locus 193.286
Paradisi descriptio 31
Paradisi fluuij 45
Paradisi nomine quid in sacris intelligendum 31
Parentes nostri quinam sint, mysticè 145
Parentum erga liberos officia 212.214
Parẽtum primorum erga deũ magna ingratitudo 34
Pascere quid 138.140
Pascha Iudæorũ 379.380
Pascha Iudæorum quibus ritibus ac ceremoniis celebrata 123
Paschatis festum 339
Pascha animæ 379
Pastor bonus, pecuarius malus 168.169
Pastoris dignitas & excellentia 170.171
Pastores spirituales 170
Pastores populorum reges, & sapientes ibidem
Pastoralis vitæ laus 453
Pastoralis vita à Mose illustrata 121
Patris turpitudinem detegere in lege cur prohibitum 413
Pauper quis 171
Paupertas pœna peccati 16
Peacatum voluntaris & consilij, id est cognationis & facti 153
peccati pœna 34.53.281.397
Peccati pœna etiã in filiis atq; nepotib⁹ manifestatur 245
Peccata voluntaria & non voluntaria diuersimodè à deo punita. 271
Peccatores, sacerdotes adeant, vt purificentur 135
Perfectio, non laborat, sed per exercitationem & laborem acquisita custodit 147
Pecora pascere quid denotet 138
Pectusculũ superpositionis 75
Pecuarij spiritales qui 170
Pecuarij & pastoris differentia 169
Pedes qui significent 151
Pedes hominis cur terram spectent ibidem

Perfidiæ pestis 456
Persarum imperium olim amplissimum 468
Persarum regni felicitas vna die extincta 276
Pestilentiæ morbus ex aëre vitiato 249
Petulãtia saturitatis ꝑples 170
Phanuel 294
Pharao, dissipator honestarũ opinionum 152
Pharao Mosen extinguere frustra conatus 407
Pharaonis dies natalis 236
Pharaonis mors lætitiam adfert Israëlitis 152
Phidiæ statuarij opera elaboratissima 221
Philolai de deo opinio 20
Philosophia quid 376
Philosophia mater artium 384
Philosophia eloquentiæ iungenda 143
Philosophiæ variæ species 221
Philosophiæ partes agro assimilantur 167
Philosophiæ initia & necessitas 10
Philosoph. vtilitas 15.376.385
Philosophiæ scopus 258
Philosophi officium 385
Philosophorum friuolæ disputationes 235
Philosophorum quorundã inanis verbositas 240
Philosophantibus veritas potius quàm rerumpub. instituta sequenda 138
Phinees sacerdos ex zelo dei peccatorem occidit 93
Phison fl. 46.47
Phua obstetrix 430
Phylarchæ 398
Physiologia 221
Pictura cur à Mosis repub. ejecta 254
Picturæ inuentio 509
Pietas quid sit, quidq; conferat mortalibus 146
Pietas verus dei cultus 120
Pietas est pertinaci labori semper coniuncta 119
Pietas nimiis ceremoniis adulteratur 141
Pietatis veræ fructus 353
Pietatis commendatio 324
Pincernarum princeps cur ab Aegypti rege in gratiam receptus 471
Piscium prima creatio 12
Pitho 495
Planetarum omnium cursus & operationes 440.441
Plantarum impuritas quomodo resecanda 201.202
Pleiades stellæ 24
Pluuia quid figuratè significet 39
Pœna insipiẽtibus prodest 170
Pœnæ malorum 397
Pœnarum exactor, dei minister 135.136
Pœnitentia sequitur mortem Pharaonis, id est, vitam malè actam 152
Pœnitentiæ gradus 306
Pœnitentiæ veræ præmia ibi.
Poëtica diuina 157
Ponderum ratio 434
Pontificis mitra 403

Pontif. summi virtutes 451
Põtificis mortẽ præscribi profugis exilij terminũ non est alienũ à iure naturali 402
Populi in sacris literis significatio 15.16
Præceptum, interdictum & mandatum quomodo inter se differant 50
Prædicamentorũ traditio 182
Præstigiatorũ impostura 451
Precatio quid 266
Precatio magna quid ibid.
Precationis piæ efficacia 352
Preces solent bona petere 177
Prasini lapidis descriptio 49
Prasini lapidis copia 45
Primitiæ quę deo offerẽdæ 125
Primitiæ deo consecrandę anima & corpus 131
Primitiæ in sacris eloquiis cur deo dedicatæ 428
de Primitiis sacrificia cur deo potissimùm offerenda 125
Primogenitum omne in Israël deo sacrum 133
Primogeniti Iacobi & Israëlis differunt ibidem
Primogenituræ prærogatiua 117
Primogenituræ ius 85
Principes ne eligatur equorũ altor 174
Principia materialia nemo effugere potest 161
Prophetæ veri officium 445 446
Prophetarum dignitas 254
Propiciatorium 401
Protei Aegyptij fabula 215
Prouidentia dei mundus gubernatur tantùm 35
Prudentia reuerà mentis visus 310
Prudentia mentis sanitas 228
Prudẽtia artium omnium gubernatrix 382
Prudẽtia est murus ac vallum contra alia vitia 49
Prudentiæ nomine quid intelligendum 47.48
Prudentiæ duo genera 48
Prudentiæ officium 45.244
Prudentiæ commendatio 200
Prudentiæ cogitationes firmissima propugnacula ciuitatis humanæ 134
Prudens & prudenter agens quomodo differat 48
Ptolemæi Philadelphi laus ibidem
Ptolemæorum familia amplissima 468
Pudẽda cur ventri natura subiecerit 170
Pueri nomẽ quàm latè in scriptura accipiatur 240.242
Pueritia 22
Puerorum studia 167
Pugna contra vitiosas affectiones quomodo instituenda 166
Puncti definitio 384.385
Pupilla oculi oculus 12
Pupilli diuino mandato nõ laedendi 388
Purificatio sacra 164
Puteus iuramenti 189.485
Puteorum in sacris significatio 414

Quercus procera in Sichē 366
Quaternarius numerus omnium perfectiſsimus 8.9
Quaternarius numerus totius cęli mundique generationi dedit initium 9
Quaternarius numerus in ſacris literis ſanctus & laudabilis habetur 305
Quaternarius numerus non tantùm apud philoſophos, ſed apud Moſen etiam maximè honoratur ibidem
Quaternarij numeri commendatio 202
Quieſcere quid 36
Quinarius numerus ſenſui prius 204
Rachel ſterilis 421
Rachel coti ſimilis 370
Rachel vulgarium cõſuetudinum amatrix 217
Rachel irrationalis animæ ſymbolum 370
Ranarum Pharaonis myſteria 124.125
Ratio omnium affectionum gubernatrix 73.78
Ratio recta perennis virtutũ fons 203
Ratio nobiliſsimum Dei domum 188
Ratio cupiditates ſibi ſubiicere ſemper conatur 138
Ratio recta legis vicem obtinet 228
Ratio voluptatũ illecebris in ſeruitutem agitur 34
Rationis in hoīe imperium 52
Rationis filiæ ſcientia atq; virtus 250
Rationis maſculæ officia 217
Rationales naturas rebus præficere Deus cur voluerit 193
Regale ſacerdotium 310
Rebecca 371
Rebecca patientiam ſignificat 142
Rebeccæ, id eſt patientiæ virtus in monendo Iacob 144
Rebeccæ tolerantia 115
Rebeccæ typus 209.364
Reipublicæ cuiuſdam in criminibus deferēdis laudata conſuetudo 158
Reipublicæ gubernandæ præcepta 457
Reminiſcentia 242.363.372
Reminiſcētiæ donum ampliſſimum 68.69
Reminiſcendi vis duplex 181. 182
Renes, adeps, & fibra iecoris Deo afferri iubemur 136
Regis & tyrānī differentia 66
Regesveri populi paſtores 453
Reges cur paſtores populorũ vocantur 170
Regum officia 225
Reges quid 141
Regnum Dei à Sem auſpicatum 247
Regnorum diuerſorum mutationes 276.277
Regnorum mutationes vnde naſcantur 468
Rethorica 111
Rethorica cauſidica ſeu mercenaria 167

Riſus

Riſus autor Deus 157
Rūben Iacobi filius 133
Rūben bonam indolem ſignificat, primogenitus Iacobi. id eſt laboris 133
Ruſticæ vitæ encomium 453
Ruma Nacoris pellex 372.373
Sabbatum cur quietis dies 307
Sabbati ſignificatio 348
Sabbati inſtitutio 18.38
Sacerdotis ſummi mitra 403
Sacerdotis ſummi veſtitus 349
Sacerdotum dignitas 255
Sacerdotum in veteri lege officia 510
Sacerdotium Dei à Sem auſpicatum 247
Sacerdotium regale 247
Sacrarum literatum commendatio 81.82
Sacrarum literarūvtilitas 507
Sacrificium verum & Deo placitum 140 item adulterinum ibid.
Sacrificia omnia ſobriè peragenda 227
Sacrificia Deo quæ gratiſsima 201
Sacrificia ex prędа, aut inhoneſtè partis rebus, Deo non oferenda 201
in Sacrificiorum ordinatione tria ſpectantur 136
Sacrificantibus vini vſus in lege interdictus 228
à Sacris fiebat in omnibus actionibus apud veteres initium 208
Salis natura 513
Salpaad quinque filiæ 363
Salſuginis vallis 282
Samuel 514
Samuelis nomen vnde ſumptũ 229.257
Samuelis regis à vino abſtinētia 228.229
Sanguis carnis anima 150
Sāguis pro eſsētia animæ 150
Sanitas nullum alium habet autorem & conſeruatorem niſi Deum 8
Sapientia quid 376
Sapientia nomen habet fœminium, naturam verò maſculinam 395
Sapientia peculiare donum cę litus hominibus demiſſum 407
Sapientia dei petra ſolida 156 variè fluit ibidem
Sapientia vera fallacis ſophiſtices hoſtis 143.144
Sapiētia à Sophiſtica quid differat 96
Sapientia ante ſecula à Deo creata 214
Sapientia ars artium variatur diuerſis materiis 221
Sapientia per quam mundus cõditus, mater eſt: ſicut deus creator pater 146
Sapientia vera nõ habet æmulum, ſicut nec Iſaac 142
Sapientia tribus potiſsimùm rebus acquiritur 504
Sapientiæ ſtudium quàm profundum 185
Sapientiæ diuinæ fontes 412
Sapientiæ officium. 52

Sapientiæ lumen ſolare ſimile 372
Sapientiæ præcepta diuinitus ſunt hominibus infuſa 127
Sapientiæ ſtudioſi quomodo ſuper vim terræ aſcēdāt 155
Sapientiæ ſufficit ea quæ poſt deū ſequunt cognoſcere 409
Sapientiæ initium non obliuiſci ſuiipſius 509
Sapientiæ veræ finis ſeipſum & omnem creaturam damnare ſtultitiæ 353
Sapientiæ veræ dona atq; præmia 350
Sapiens Deus inſipientis eſt,& homo Dei 163
Sapiens ſtulti eſt redemptio & merces 134
Sapientis vita immortalis 145
Sapientis viri hæreditas 451
Sapientē eodē quo mundū honore Deus dignatus eſt 116
Sapientes ſoli veri reges & paſtores populi 170
Sapor quatenus viſibilis 342
Sarra marito famulam copulat 333
Sarræ riſus 89.317
Sarræ ad maritum oratio 333
Sarræ mors 332.333
Sarra cur matrē nō habuiſſe dicatur cùm Iſaacū ederet 217
Sarra muliebria non amplius habens, virilis eſt rationis typus 217
Sarra virtutem denotat,ex qua Abraham Iſaac demiſſo cælitus ſemine procreat, felicitatis progeniem 147
Sarræ Abrahamo copulatæ allegoria 370
Satietas firmitatē procreat 155
Saturitas petulātiæ mater 170
Sciamachi 144
Scientia quid 383
Scientia filia rationis 382
Scientia animæ oculus 230
Sciētia obliuionē contēnit 148
Scientia ab arte quomodo differat 384
Scientia lumini ſolari ſimilis 372
Scientia ignorantię contraria: eorúmq; pugna hiſtoria Ioſephi clarè deſcribitur 137
Scientiarum fœtus 384
Scientiarum fines inueſtigare difficilimum 485.486
Scortationis pœna 495
Securitas amici 144
Sem vota facit Deo 246
Sem omnis virtutis atq; honeſtatis radix. 247
Semita quid 178
Senarius numerus generationi omnium aptiſsimus 2
Senectus bona bonæ tantū hominibus contingit 449
Senes reuerēter tractandi 126
Seniorum appellatio latè in ſcripturis vſurpatur 241
Sennaar 281
Senſus quid 267
Senſus maſculi & fœminæ 131
Senſus fœminæ aſsimilatur 33
Senſus nomine terram à Moſe ſignificari 35
Senſus in homine matri ſimilis 145

Senſus

Senſus quatenus viſibiles 342
Senſus obiecta infert intellectui 261
Senſus quinque animæ ſatellites 281
Senſus intellectui parētes,deo contumaces,nobiſipſis aſcribendi 131
Senſuum quinq; rationes 321
Senſuum petulantia 169
Senſuum organa vitiorum ianuæ 165
Senſibus inhærentes, eorū ſerui fiunt 172
Separatio à confuſione qui differat 302
Sepphora obſtetrix 430
Septenarius numerus omniū pacatiſsimus 307
Septenarius numerus nec gignit vllum numerum nec à quodam gignitur 37.38
Septenarij numeri in rebus cæleſtibus atq; terrenis preſentia 22.23.24.25
Septenario numero quæ diuinitus agūtur ſalutariter mouentur omnia 37
Septimus dies qua ratione à Deo ſanctificatus 38
Sermo oris & mentis 172
Sermo hominis donū ampliſsimum 451
Sermo mentis interpres 346
Sermo armatura & arx hominis 497
Sermo lætus, proprius & perſpicuus,ſi cogitationibus rectè & ordinatè cōſentiat 158
Sermo perfectus cogitationib. iungitur perfectiſsimis ibi.
Sermo mali hominis diuina nunquam poteſt interpretari ibidem
Sermo obſtetrix mentis, cogitationes parturientis ibid.
Sermo præſentiſsimum doloris remedium 496.497
Sermonis obſcuritas vnde naſcatur 451
Sermones cupiditatum ſtimuli tollendi 138
Serpens ſuapte natura animal eſt letiferum 65
Serpens cur ad Adamū vocem humanā edidiſſe dicatur 33
Serpens Euæ deceptor voluptas 177
Serpens primus, cur ſupra pectus & ventrem ambulare à Deo in maledictionem iuſſus 75
Serpens cur à Deo maledictus 63
Serpens cur abſq; defenſione à Deo execratus 64.
Serpens æreus in deſerto fortitudo 178
Serpens in via, quid ſignificet ibidem
Serpentis natura & proprietas 32.63
Serpentis primi dira execratio 71.344
Seruare in ſacra ſcriptura qd ſignificet 54
Serui boni deſcriptio 416
Seruos decet ſilentium 416
Setin 495
Sichem Emoris filius 366

Sidera non tantùm animalia dicuntur, sed mentes etiam purissimæ 500
Siderũ cursus atq; natura 490
Siderum influxus æternus 36
Silentij commẽdatio 286.416
Silere & loqui coniuncta sunt 153.154
Someonis typus 222
Sobrietatis præcepta 393
Sobrietatis commẽdatio 227
Sobriorum ebrietas 229
Societas maleficij causa nequa quam ineunda 213
Socratis philosophi dictũ 491
Sodomitarum iniquitates 282 319.320.406
Sodomitici agri fertilitas 330
Sol mũdi rex & gubernator 10
Solis cursus perpetuus 396
Solis in sacris literis variæ significationes 494
Solitariæ vitæ commendatio 314.430
Solonis de ætatũ omnium differentia carmen 21
Somnus quid 445
Somnia à Deo mittũtur hominibus 485. 06
Somniorũ interpretatio 465. 467
Sophistica veritatem expugnare conatur 137
Sophistæ Aegyptiorum 511
Sophistarum impostura 181
Sophistis eloquentia & sapientia resistendum 143
Spadonibus interdictum ne ingrediantur ecclesiam 237
Spectacula cur tãtopere amentur 169
Spes quid 305
Spes expectatio boni habendi 156. alimentum animarum virtutem amantium, & hostis pigritiæ ibidem
Spei autor ipsa natura 305
Spiritus imago Dei 150
Spiritus & flatus quomodo differant 41
Spiritus Dei quid 250
Spiritus Dei cur ab hominib⁹ interdum auferatur 251
Spiritus Dei varia nomina ib.
Spiritus pro aere 250
Spuriis ecclesia Dei interdicta 296
Stellæ in quem vsum à Deo cõditæ 10.11
Stellæ vnde reuerà splendorẽ suum accipiant 6
Stirpium natura diuersa 188
Stirpium species in animaliũ vsum à Deo productæ 190
Studium certum vnusquisque sequi debet 139
Stultitia semper moritur, & tamen nunquam moritur 165
Stuporis insidiatrix cæca ignorantia 211
Substantiæ diuisio 182
Sustitus sacrificiorum 438
Superbia spiritualis abominatur à domino 294
Superbiæ remedia 509.510
Sur fons 389
Sur munitio 414
Sur via ibidem
Sursum vocati in sacris qui dicantur 190.191

Sus

Sus cur inter animalia impura uɔnumeretur 183
Syria 372
Synonymia 207
Syriæ nomine quid in sacris intelligendum 56
Syriæ fames 315
Syrus 394
Tabernaculum Dei 381
Tabernaculum testimonij 60
Tabernaculum testimonij, extra castra 162. humanæ virtutis figura 163
Tabernaculi typus 227
Tabulæ legis duæ 434
Tantali supplicium 447
Temetum 207
Temperãtia vera & falsa 140
Temperantia omnibus hominibus à Deo præcepta 51
Temperantia via recta graditur 178
Temperãtiæ perpetuum cum voluptate bellum 33
Temperantiæ symbolum ibi.
Temperantiæ vocabulũ quàm latè accipiatur 301
Templa Dei 510
Temporis diuisio 11.12.120
Tempus quid 5
Temulentia bono viro fugienda 207.208
Temulentiæ nomine quid scriptura denotet 236
Tenebræ in creatione mundi qualenam fuerint 6
Terra fœcũdissima rerum omnium mater 27.260.261
Terra mundi centrum 279
Terra in creatione rerum cur prior germinarit, cælum autem posteà sit ornatum stellis 8
Terra aquis purgari quomodo dicatur 164.
Terra qũo aperiat os suum 153
Terræ operarius ab agricola differt 105.166
Terræ filij 195
Terram operari quid 121
In Terram cõfugere quid 163
Testimonium quomodo dicẽdum 295
Tetrapharmacum 301.302
Thamar vidua 272
Thamar Iudæ sponsa 65
Thamar idẽ quod palma 272
Thamna cõcubina Eliphę 373
Tharra Chaldæa relicta cur Charras migrasse 489
Tharra in Charris mortuus 490
Tigris fluuius 45
Tigris flu. cur contra Assyrios fluere à Mose dicatur 40
Timor quid 305
Timor futuri mali expectatio 156
Timor & spes res inter se infestissimæ. 305
Timiditati semper fortitudo aduersatur 49
Torques honoris glorię atque pœnę signum 470
Transitus festum 339
Tribus duodecim 412
Trist. præsentis mali vsus 157
Turturis sacrificium 430
Typhi cultus 222

Tyrannus 171
Tyrannus à rege in quibus differat 66
Tyranni veri descriptio 299
VAcuum nullum in rerũ natura 189
Vasa sacrificij 166
Venefici Dei verbo operę repugnant 347
Venter voluptatũ omnium receptaculum 76
Verbum inuisibile, quo cuncta creata sunt, fuit vera Dei imago 5
Verbum Dei rori simile 80
Verbo Dei creatus mundus 4
Verbi Dei officium & vtilitas 507
Verbi Dei dignitas & antiquitas 82
Verbi Dei fructus & efficacia 81
Veritas, sacrificium Deo placitum 140
Veritatem nudam Dei cultores sectantur, reiectis coniecturis ac fabulis 117
Vestis in sacris literis multa significat 496.497
Vestem scindere sacerdotibus prohibitum 403
Vicissitudo est rerum in mundo omnium 277.469
Victima vera in Isaaco cernitur 232
Victimarũ sanguinis distributio à Mose facta 436
Victoria ex Iouis capitenata 20
Victoria præstantissima quæ sit 175.179
Viuendi vocabulũ quomodo in scriptura accipiatur 342
Viduæ diuino mandato nequa quam lædendæ 388
Vinum immodicè sumptum veneno comparatur 213
Vinum malas interdum affectiones temperat 109
Vinum non in eodem nũc quo olim est vsu 208
Vini vocabulum variè à Mose vsurpatum 210
Vini verus atq; legitimus vsus 208
Vini immodicè sumpti pernities 206
Vini vsus sacrificantibus in lege quatenꝰ interdictus 228
Vini vsus quibꝰ à Mose interdictus 210
Vir probus eloquiorum & testamenti Dei custos est 148
Viri ciuilis officia 453
Virorum studia 167
Virilis ætas 22
Virtus quid 45
Virtus rationis filia 259
Virtus res serotina 451
Virtus masculus animæ fœtus 131
Virtus res mitis atq; benigna 375
Virtus propter seipsam est colenda 80
Virtus immortalis est 149
Virtus absq; diuino fauore nõ est idonea ad aliquem iuuãdum 147
Virtus quæuis pro dignitate tract
tractanda 140
Virtus nihil immansuetum admittit 193
Virtus immãsuetæ vxori comparatur 118
Virtutis præmia 368
Virtutis natura 316.317
Virtutis officium 244
Virtutis encomium 451
Virtutis sanctissima consilia 316
Virtutis cultores diuersi & quinam ex his cũ voluptariis cõtendere audeãt 143.144
Virtutis præcepta 392.393
Virtutis amicus cum Caimo bellum gerit 163
Virtutis sectatorem quid deceat 499
Virtutis omnis initia ab Edẽ sumuntur 45
Virtutis via ardua, sed dulcis fructus 229
Virtutis studiosus deliciis fruitur 156
Virtutis & voluptatis perpetua monomachia 470
Virtutis veri meditatores 141
Virtutis studium qua ratione amplectendum 187
Virtuti in omnibus actionibꝰ obtemperandum 96.212
Virtutem in confusanea vita inuenire possibile 408
Virtutem qui sequuntur, à corporeis ad sublimia se conferunt 141
Virtutes cibus animæ solidior 166
Virtutes studia progenerare solent 153
Virtutes Deo, vitia nobis attribuenda 130
Virtutes cardinales quatuor paradisi fluminibus comparantur 45
Virtutes quædam natura ita discretæ, vt communicari nequeant 130
Virtutes, exercitꝰ Dei sunt 175
Virtutes oẽs cur habeant appellationes fœmininas 395
Virtutum ordo 46.47
Virtutum omnium inter se cõcentus 221.303
Virtutum actiones 125
Virtutum immortalitas 310
Virtutum diuersarũ officia 45
Visus nihil absq; mente percipit 62
Visus ad veritatis confirmationem magis idoneus quàm auditus 296
ex Visu solo omnis philosophia & sapientia habet initium 323
Vita in Deo felicissima 145
Vita mali & sapientis quãtum differant ibidem
Vitæ ciuilis institutio 460
Vitæ tria genera 420
Vita hominis somnio similis 499
Vitæ honestæ præcepta 392
Vitę immortalis definitio 396
Vitiũ, pfecta est corruptio 164
Vitium nunc in motu, nunc in statu consideratur 245
Vitium animæ morbus pernitiosissimus 244

Vitia vt tollas, horum recepta cula sensus castiga, aut etiã tolle 165
Vitia virtutes imitantia 140
Vitiorum innumerabilis multitudo vnde nata 281
Vituli ex auro conflati adoratio & typus 226
Volatilium prima creatio 13
Voluptas mentẽ subiugat 34
Voluptas nimia mentem corrumpit 178
Voluptas serpens fuit Euæ deceptor ibidem
Voluptatis carnalis & scientiæ contrarietas 273
Voluptatis via ea est, quæ omnibus est communis 178
Voluptatis asseclarum in corpore defendendo argumenta 142
Voluptatis nũquam otiosæ natura 79
Voluptatis sedes & habitatio 72
Voluptatis proprium est decipere 63
Voluptas sensui inimica 85
Voluptatis detestatio 499
Voluptatum pœnæ 33.34
Votum quid 121.122
Vota per Sem facta 245
Vota absq; cunctatione domino reddenda 121
Vox quatenus visibilis 342
Vrbium condendarum ratio 2
Vrsa maior 23
Vrsa sidus cæleste ibidem
Vsura in populo Dei prohibita 495
Vulua quid significet mysticè 130.131
Z Elpha 370
Zelphæ filij 270
Zodiacus 412
Zonæ cælestes 432

FINIS.

LVGDVNI,
Excudebat Nicolaus Petronillus.
1561

PHILONIS
IVDAEI, SVMMI PHILOSOPHI, AC SCRIPTORIS eloquentissimi,

Operum, quotquot ad hunc diem haberi potuerunt,

TOMVS ALTER.

INTERPRETE,

Sigismundo Gelenio, Ioanne Christophorsono, & Ioanne Vœuræo.

Ad finem rerum & verborum Indice addito.



GDVNI, APVD HAERE
SEB. GRYPHII.
M D LXI.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CATALOGVS ET ORDO librorum in hocce Philonis Iudæi Tomo contentorum.

1 De vita Mosis liber primus pagina 3
2 De vita Mosis liber secundus 43
3 De vita Mosis liber tertius 51
4 De charitate 78
5 De iudice 95
6 De creatione principis 98
7 De fortitudine 108
8 De decalogo 115
9 De specialibus legibus 136
10 De circumcisione 168
11 De monarchia lib. I. 169
12 De monarchia lib. II. 17
13 De sacerdotum honoribus 184
14 De victimis 18
15 De victimas offerentibus 198
16 Mercedem meretricis nõ recipiendã 209
17 Quòd omnis probus liber 213
18 De vita contemplatiua 232
19 De nobilitate 244
20 De præmiis & pœnis 250
21 De execratione 261
22 Quòd mundus sit incorruptibilis 273
23 In Flaccum 295
24 De legatione ad Caiũ 316
25 Ioannis Christophorsoni versio 359.402. 430.445
26 Ioannis Vœuræi versio 501

PHILONIS IVDAEI DE VITA MOSIS, HOC EST, De Theologia & Prophetia.

Liber primus.

Sigismundo Gelio interprete.

MOSIS vt quidam censent legislatoris Iudæorũ, vt alij sacrarũ legum interpretis, vitã scribere est animus, viri nõ dis omnibus maximi absolutissimíq;, & eum lectoribus dignis notũ facere. nam inclita fama legum, quas reliquit posteris, totum orbẽ habitabilem peruagata, extremos ei⁹ terminos attigit. ipse verò quis fuerit, nõ multis satis notũ est: fortasse propter inuidiam, aut propter institutorũ eius ab aliis ciuitatibus in plerisq; discrepãtiam, scriptoribus Græcis non dignatis eum memoria: quorũ maior pars facultate scribẽdi abusi sunt tum in oratione soluta, tum in poëmatibus, versi ad comœdias & fabellas sybariticas notæ turpitudinis obscœnitatisq; cùm de buissent naturæ donis vti ad prodẽdas res gestas vitasq; bonorum virorũ: vt nec honesta exempla vetera nouáq; traderentur obliuioni ac silẽtio cùm prælucere possint posteris, nec omissis melioribus argumẽtis auditu indigna anteponerẽtur: prætexta probris honestatis specie. verùm ego istorum inuidiam prætereo, malens de hoc viro dicere quæ e sacris libris didici, quos reliquit mirãdum monumentum suæ sapientiæ. & à quibusdam nostræ gẽtis senioribus, qui veteri lectioni semper attexebãt aliquid: quò magis vita hominis est mihi cognita. faciam autẽ initium vnde necessum est incipere. MOSES genere fuit Hebræus, natus in Aegypto educatúsq; eo q⁹ maiores ipsius ob diuturnã famem quæ Babylonẽ ac propinquas regiones tum premebat, alimenta quærẽdo in Aegyptũ cum vniuersa familia migrauerãt, terram campestrem, fulsi profundi,

fertilémq; omnium quibus natura humana indiget, frumenti præcipue. nam huius fluuius æstate adulta, quãdo alios fertur decrescere, perennes æquè ac torrentes, crescens & diffusus arua inundat aquis stagnantibus. atq; ita nullo pluuiarũ desiderio, genus omne frugũ fructúmq; quotãnis copiosè prouenit, ni manifesta numinis ira incidat, propter nimiã impietatẽ inhabitãtium. Parentes habuit eius ætatis optimos quos nõ magis communis tribus quàm idem animus iunxerat, septima progenies hic est à primo, qui peregrinus ipse, princeps fuit vniuersi Iudæorũ generis. educatus est regio more, per occasionem hanc: Rex cùm animaduertisset hanc gentem in dies magis ac magis crescere, veritus ne inquilini superante numero cum indigenis de principatu contenderent, vires eorum nefariis artibus conatus est accidere: iussitq; vt ex recens editis alerentur fœminæ, propter sexum bello inutiles: mares tollerentur, ne oppidatim inualescerent. quandoquidem viris armisq; florentes copiæ sunt murus inexpugnabilis, eo tempore natus hic puer, visus est præ se ferre haud vulgarẽ indolem, adeò vt eius parentes edictum tyranni contẽnerent. fertur tribus mensibus domi lacte nutritũ nemine conscio. deinde cùm non deessent (vt fit sub regibus) qui scrutarentur etiã recondita captando gratiam nouis delationibus, timentes, ne dum vni consulunt, ipsi necis eius fierent accessio. deploratum puerum, exponunt in ripa fluminis: atq; ita gementes discedunt, miserantésq; tum suam necessitatẽ qua expressum sit infanticidium filij, tũ pueri necem iniquã & miserabilẽ: deinde seipsos incusabant, qui calamitatẽ auxissent. Debueramus recens natũ exponere, quãdo prius quàm nutricis intercedat officiũ, vulgus vix habet pro homine. nos nimia cura per tres integros menses aluimus, nobis maiorẽ tristitiam parãtes, maiorem cruciatum puero, vt voluptatũ dolorúmq; per ætatẽ capacior se perire sentiat. hæc illi de futuro incerti, præsenti tãtũ indulgẽtes luctui. interea puella soror infantis expositi, affectu mota domestico, paulũ digressa expectabat exitũ, nimirũ cũcta dispensante Dei prouidẽtia. Erat regi vnica dilecta filia, eã ferunt dudũ nuptã non potuisse matrẽ fieri, quãuis liberorũ cupidã præsertim sexus potioris, vt esset qui in fortunatã auiti regni sortẽ succederet, migraturi alioqui in familiã aliam nepotũ penuria. Qua cura pressam, & ea die maximè anxiã cũ hactenus solita esset domi se cõtinere, ac ne limen quidem trãscendere, proripuisse se cũ

se cũ puellis familiaribus ad fluuiũ, vbi puer fuerat expositus. deinde lauantẽ aspergentémq; se inter opaca condensáq; staguorum, conspicatã iussisse afferri puerũ: tum à capite ad calcem contemplatã, miratámq; formã & habitudinem, plorãti cõdoluisse, affectu iam ad maternam pietatem vergẽte, ac si ex ipsa infans fuisset progenitus. cúmq; didicisset eũ esse natũ ex Hebræis parẽtibus tũc edicto regis territis, consultasse de alẽdo puero. nec enim tutũ videbatur cõfestim eũ ferre in regiã. sic hesitãti sororẽ infantis superuenisse tanquã è specula, & cõiectantẽ de causa, rogasse num iuberet eum nutriri apud quãdam Hebræã mulierẽ nõ dudũ partu leuatã, annuẽte verò illa, infantẽ vt alienũ suæ matri cõmendasse: eámq; libẽter pollicitam suã operã in nutricãdo, tanquã mercedis gratia, Deo prouidente, vt prima educatio cõtingeret infanti domi apud hos ipsos ex quibus procreatus fuerat. post hæc nomẽ ei dat sumptum ex ipsa re, q⁹ esset ex aqua sublatus. Nam Aegyptiorum lingua Mos aqua dicitur. vbi verò maioribus quàm pro ætate incremẽtis auctus, matureq; ablactatus est, mater eadẽ & nutrix eum reddidit ei à qua acceperat, elegãti sanè præditũ indole. illa videns eũ supra ætatẽ proficere, ex aspectu renouata accensáq; beneuolentia, facit filiũ suppositũ, quæ iam antè muliebri arte finxerat se grauidã, vt natiuus putaretur nõ ascititius. Tam facilè succedit quicquid Deo placet quantũuis arduũ. Ita nactus educationẽ regiã, nequaquã infantiũ more delectabat assentationibus, iocis lusibúsq;, quãuis indulgẽter haberetur ab educatoribus: sed iam tũ modestiam grauitatemq; præferẽs malebat audire spectaréq; vtilia. cõfestim enim accesserunt aliũde præceptores, quidã vltrò venientes è præfecturis Aegypti proximis, alij magnis præmiis inuitati è Græcia: eos intra modicũ tẽpus ille superauit, natiua docilitate institutionẽ præcurrens, vt reminisci videret nõ discere, in rebus difficiliorib⁹ de suo cõminiscens aliquid: nã præclara ingenia multa nouãt circa scientias. Et quẽadmodũ bonæ habitudinis corpora mẽbris omnibus agilia securos pædotribas faciunt exhibẽdo illis vel nihil negotij vel minimũ, itidẽq; agricolis generosæ plãtę per se proficiẽtes in bonas arbores: sic anima bene nata præceptis obuiã se offerẽs, à seipsa magis q̃ à magistris adiuuatur: arreptisq; rudimẽtis cuiuscũq; sciẽtię, equus (iuxta prouerbiũ) fert in planitiem. Itaq; numeros & geometriã, vniuersámq; musicam, rhythmicã, harmonicã, metricã, siue contemplatiuã, siue

per instrumenta vocésq; promentē se modis variis, accepit ab Aegyptiis doctoribus: & insuper occultā philosophiā descriptam literis (vt vocāt) hieroglyphicis, hoc est notis animaliū, quæ ipsi venerātur etiā pro numinib⁹. reliquas liberales artes Græci docebant: ex propinquis autē regionib⁹ euocati Assyrij suas literas, Chaldæi sideralē scientiā, hāc & ab Aegyptiis didicit, mathematicæ cū primis deditis: obseruánsq; quid vtrisq; cōueniat, in quo discrepēt, intactus à cōtentionibus veritatem quærebat: quippe qui nihil præter eā admittebat, lōgè aliter q̄ isti qui accepta semel qualiacūq; dogmata obstinatè defendūt siue probata siue improba, more causidicorū mercenariorum, ius & æquū negligentiū. Egressus deinde pueritiā magis curā intēdit, nō vt quidā frena laxās concupiscētiis, quāuis nō deessent incitamēta plurima, quæ se vbertim offerūt in regū domibus: sed sobrietate atq; tēperantia tāquā habenis quibusdā eas cohibens, ne ferrētur impetu nimio. atq; ita singulos affectus suapte natura impotētes & indomitos cicurabat quantū poterat. Quòd si alicubi decessisset ab officio vel offendisset nōnihil, seuerè à seipso pœnas exigebat: & in vniuersum dabat operam vt ad primos impetus animi resisteret, quasi cōtumacem equū obseruans, nimirū ne inuito auriga ratione cursum plus satis accelerātes confunderent perturbarentq́; omnia. hæ sunt enim bonorū & malorū origines: bonorū, si ratio teneat imperium: cōtrariorū, si affectus dediscāt obedientiā. meritò igitur stupori erat omnib⁹ familiaribus tanquā nouum naturę miraculum, incertis qualis mens habitaret in eius corpore, humana an diuina an mixta ex vtroq;, cùm nihil vulgare haberet, augustiora cæteris omnia. Nā nec ventri quicquā dabat præter tributū naturæ necessarium, nec voluptatū sub ventre nascentium nisi liberorū causa meminerat: frugalitatē colebat vt nemo alius, in vniuersum abhorrens à deliciis. Animo enim viuere malebat quàm corpore. philosophiæ præcepta quotidie factis repræsentabat, mentē verbis exprimēs, facta dictis accommodans, vt cū sermone vita congrueret. In summa qualis erat vita, talis & oratio. cùm nihil discreparet haud aliter quàm in instrumēto musico. cæteri mortales si vel leuis aura felicitatis aspiret, inflantur & immanè spirāt, superbè illudentes obscurioribus appellando piaculares, conturbatores, onera terræ aliisq, verborū contumeliis, tanquā sua felicitate probè cōstabilita munitáq;, fortasse ne in crastinū quidem eodē statu māsuri. nih

ri. nihil enim fortuna mutabilius, sūsq; déq; versante rerū humanarū aleam, adeò vt vna sæpe dies alium affligat, extollat aliū. hæc illi cùm nunquā nō videāt ac intelligat, tamē amicos despiciūt, contēnunt leges sub quibus nati educatiq; sunt, mores patrios quantūvis probatos mutāt pro libito, & intēti præsentibus obliuiscūtur veterū. At hic euectus in summū rerū fastigiū, nepos tāti regis habitus, spe omniū destinatus successor auiti solij, nec aliud quàm rex iunior appellatus, secut⁹ est maiorū suorū instituta gētilia, adoptiuorū parentū bona & si splēdida, tamē adulterina iudicās: ediuersò naturaliū parentū & si ad tēpus viliora, vera tamē & propria. itaq; vtriusq; partis iudex incorruptissimus tū eius ex qua natus, tū eius in quā adoptatus fuerat, alteri beneuolēriā præstabat alteri gratitudinē: & retulisset abūdè gratiā, ni animaduertisset in ea terra impiā regis sæuitiā. nam externi generis (vt antè dixi) erāt Iudæi, quorum primi cōditores ob famē & inopiam à Babylonis prouinciis in Aegyptū migrauerant, & propemodum supplices tanq̄ ad asylum in regis fidē confugerant & indigenarū misericordiam. Hospitibus enim (quantū ego iudico) iura debētur eadē quæ supplicibus. erāt igitur supplices, inquilini, socij honore ciuibus iam proximis. vicini minimū differētes ab indigenis. Hos tales qui relictis pristinis sedibus in Aegyptū se cōtulerāt, vt eam securè incolerēt, tanquā alterā patriā, rex in seruitutem vindicabat, quasi belli iure captiuos, aut emptos de lapide, adigebátq; ad opera seruilia, homines nō solùm ingenuos, verū etiam hospites, supplices, inquilinos, nihil veritus numen cui exosæ sunt id genus iniuriæ. Ad hæc imperabat eis grauiora q̄ ferre possent, alios super alios labores cumulās. Si qs interim labori ob infirmitatē se subtraheret, capitalis noxa iudicabat. Operibus præerat immitissimus quisq; crudelissimúsq;, quos exactores operarū appellabāt ab hoc officio. Operabātur autē partim lutū formādo in lateres, partim cōportādo paleas. Nā paleis cohærent lateres. Alij iussi sunt publica & priuata ædificia struere, fossásq; fodere, dies noctésq; cōuehendo materiam sine successione, ne tātisper quidē permissi quiescere, dum somno se reficerēt, ipsi & opificum & ministrorū præstantes operas, vt breui primū animi mox & corpora deficerēt. Itaq; alij post alios emoriebantur pestilentia, quos insepultos proiiciebant extra terminos. nec puluerē sinentes corporibus iniicere, nec lachrymis cognatos aut amicos tā miserè mortuos prose-

qui:adeò etiã affectibus animi,quos penè ſolos natura fecit liberos,iugũ intentabant homines impij,premẽtes eos neceſsitate grauiſsima.Hæc ille cõtinuè ferebat indigniſsimè, cùm nec prohibere iniuriã poſſet,nec oppreſsis ſuccurrere: verbis tamen quantũ poterat,ſubleuabat:prẽfectos ſubinde admonẽs, vt moderẽtur laxarẽntq; nimiã in vrgẽdo duritiam:operarios verò,vt præſentẽ ſtatum ferrẽt fortiter,ſicut viros decet,nec animis deſicerent vnà cũ corporibus,vtq; ſperarent mutationẽ in melius.omnia enim mũdana verti in cõtrarium, nubila in ſerenitatẽ.procellas in quietũ aërem,tempeſtatẽ in tranquillitatem,res verò humanas eò magis quò inſtabiliores ſunt.talibus incãtationibus tanquã bonus medicus putabat ſe leuaturũ mala quãuis grauiſsima:quæ tamen ad tẽpus lenita mox exaſperabãtur denuò.& ex interuallo augebãtur nouis erumnarũ acceſsionib⁹.erãt enim inter præfectos quidam efferati rabie, nihil differentes à venenatis carniuorisque beſtiis, humana ſpecie beluæ,ſub qua mores ferinos celabãt, ferro adamãtéq; duriores.ex his vnum immaniſsimũ,quia nihil remittẽs exacerbabatur etiã precibus,niſi celeriter iuſſa fierent pulſans miſeros,verberãs,excrucians,interemit:fas eſſe ratus. & re vera fas erat eum occidere,qui viuebat in pernicie hominũ. hoc auditum rex ægretulit:vt indignũ facinus,nõ quòd aliquis occiſus eſſet,aut occidiſſet,ſiue iure ſiue iniuria:ſed q̃ nepos ab eo diſſentiret,nec eoſdem quos ipſe haberet pro ſociis & hoſtib⁹, amãs quos ille oderat,infenſus verò dilectis ab eo.& miſerans quos rex inclemeter exagitabat.hãc occaſionẽ nacti purpurati,& ſuſpectũ habẽtes iuuenem,quẽ norant aliquãdo exacturũ pœnas præſentis crudelitatis quamprimũ potuerit,patulas aui aures impleuerũt plurimis calumniis,hinc inde inſuſurrantes vt de amittendo principatu reddiderint ſolicitũ,dicebãt enim: Teipſum aggredietur,nihil mediocre ſapit, ſemper molitur aliquid,ante tẽpus ad regnũ aſpirat,aliis pollicetur, alios territat,indẽnatos interficit:quò quiſq; eſt tui amãtior, eò magis eũ perſequit,quid cũctaris?an vt quę conatur efficiat?proderit inſidiatori hæc dilatio.Moſes interea ſeceſsit in finitimã Arabiam,vbi tutius degere poterat,Deũ inuocans, vt alteros eripiat è grauiſsimis calamitatibus,alteros nihil nõ per vim agẽtes puniat,atq; ita ipſi duplex gaudiũ præbeat, nec fuere vota irrita,Deo probãte mentẽ hominis fauentẽ bonis, malis infenſam,vt paulò pòſt declaratũ eſt manifeſta eius ſentẽtia pœnáq;

genti

genti ſceleratę inflicta.ipſe interim exercebat ſe in virtutis ſtadio ſub ratione magiſtra,parans ſe ad optima vitæ genera, actiuum cõtemplatiuúmq;,ſimul euoluẽs philoſophiæ dogmata,atq; etiã expeditè diiudicãs,recõdénsq; in memoriã,vt poſt ea poſſet in ſuũ vſum depromere,verã laudem quærẽs nõ inanem opinionẽ hominũ,quippe qui nihil niſi rectã rationẽ ſpectabat,fontem originémq; virtutũ omnium.Alius certe à rege infeſto elapſus:& tum primũ ingreſſus regionẽ exterã,nõdum aſſuetus indigenarũ moribus,incertus quibus offendantur vel gaudeãt,conatus fuiſſet quietus latere:aut ſi maluiſſet verſari cũ aliis,vtiq; optimates ſibi cõciliaſſet in ſpem auxilij,ſi fortè ab aliquo ad deditionẽ depoſceretur.at hic diuerſam viam ingreſſus,ſequebatur ſanũ ſuum animũ,non ſinẽs ſe trãſuerſum abripi.& ideo nõnunquã audentior quàm pro viribus, fidebat iuſtitiæ,qua fretus vltrò ferebat opem infirmioribus.Dicã vnũ eius facinus quod in hoc tẽpus incidit, paruũ in ſpeciẽ, ſed indicium magni animi.Arabes exercẽt pecuariã paſcúntq; greges promiſcuè viri,mulieres,iuuenes virginésq;,nõ plebeios ſolùm,ſed & nobiles.Septem puellæ vnius ſacerdotis filiæ gregẽ ad quẽdam fontẽ adduxerãt,demiſsísq; per funẽ vrnis, per vices certatim hauriebat,fundebántq; aquã in proximos alueos donec implerẽtur.ſuperuenerũt alij paſtores,qui cõtẽptu debilitate virginũ conati ſunt eas ſubmouere vnà cũ ſuis gregib⁹, ad paratũ potũ agẽtes ſua pecora,fruituri alienis laborib⁹: id Moſes qui nõ longè aberat cõſpicatus cõfeſtim accurrit,clamitãs:Nõ deſiſtetis a⁹ iniuriis in ſolitudine, qua ad fraudẽ abuti mini?nõ pudet vos circũferre ignaua brachia inertésq; humeros,capillos,barbas,carnésq; viriles video,viros nõ video. puellæ iuueniliter tractãt quę tractãda ſunt,vos iuuenes eſtis puellis delicatiores,nõ abitis?nõ ceditis his quę priores venerũt, quæ ius aquæ habẽt hauſtæ ipſarũ opera, quo vberior eſſet copia:ita ne paratã auferetis?Nõ facietis per cæleſtem oculũ iuſtitiæ,qui videt quicqd fit etiã in locis deſertiſsimis,nõ aufertis impunè.is me præter opinionẽ miſit in auxiliũ, nec enim deero iniuriã patiẽtibus.fretus illa magna manu, quã vos exæcati cupiditate nõ cernitis.nec fas eſt vos cernerere,ſentientis tamẽ eã ex occulto ferientẽ,niſi reſipiſcitis.His verbis territi,quæ videbãtur hominis afflati diuino furore, veritiq; ne vera caneret, paruerũt,admiſsisq; virginũ gregib⁹ ad alueos, paſci ſunt earũ pecora prius bibere. Illæ domũ lætæ reuerſæ,

insperatũ casum patri denarrauerunt, ita vt caperetur magno desiderio videndi eius hospitis, obiurgabat igitur earũ ingratitudinem: Cur dimisistis hominẽ? quin adduxistis, & si forte recusabat exorastis etiã? estisne mihi alicuius inhumanitatis cõscię? aut nõ timetis ne iterũ incidatis in violentos & iniustos alios? necesse est vt auxilio destituamini tã obliuiosæ erga bene meritos. recurrite vnde venistis, donec erratũ potest corrigi. ite propere, vocate nõ tam ad hospitiũ, quàm ad recipiendã gratiam. Debetur enim. Reuersæ ad fontẽ, in propinquo eum inueniunt, & patris verbis persuasum, domũ deducũt. Qui primùm speciem, mox & mentẽ eius admiratus (nec enim opus habet felix ingenium lõga experientia) dat ei vxorẽ filiatũ formosissimã, hoc vno facto virtutẽ eius approbãs, per seipsam amabilem, vt externa cõmẽdatione nõ egeat, modò detur innotescere. Post eas nuptias præfuit gregibus, ad principatũ se præparãs. Nam pastoralis ars ad regnũ est præludium, hoc est ad regimẽ hominum gregis mãsuetissimi: quẽad modum bellicosa ingenia præexercẽt se in venationibus. in feris em̃ experiuntur futuri præfecti militiæ, brutis præbẽtibus materiam exercitij tã belli quàm pacis tẽpore. nam præfectura mãsueti pecoris habet quiddã simile cũ regno in subditos. ideo reges cognominãtur pastores populorũ, non cõtumeliæ, sed honoris gratia. Imò quantũ ego intelligo, nõ iuxta vulgarẽ opinionẽ, sed rei veritatẽ vestigis (rideat qui volet) solus potest esse rex vndequaq; perfectus, qui bene callet artẽ pastoritiã, & curãdo minora animalia didicit, quomodo debeat præesse præstãtiori bus. impossibile est enim vt magna prius quàm parua perficiantur. Factus igitur omniũ ætatis suæ pastorũ optimus, & vtilitatis pecorũ prouidẽtissimus, dum nullũ laborẽ fugitat, sed vltrò & iniussus alacriter eis prospicit, prõptè bonáq; fide auxit gregũ copiam, adeò vt iã inuidiosus esset apud pastores cæteros, nihil simile videtes in suis gregibus, qui præclarè secum agi putabãt si nihil detrimẽti acciperẽt, mirãtes illius numerũ indies crescere, nec tãtùm singulas oues pulchrè pinguescere, sed præter e gregi ĩ corporum habitudinẽ fœcũditate quoque laudari, & pascuis frui lõgè saluberrimis. Accidit quondam vt dũ sectatur loca herbida rigua lętáq; pascuis, in quodã nemore videret visionẽ horribilẽ: rubus erat, frutex spinosus & inualid⁹. is nemine ignẽ admouẽte subitò incẽsus est, correptúsq; tótus à radice vsq; cacumẽ flãma in morẽ fontis scatẽte, manebat integer & illęsus, quasi nõ esset incẽdij materia, sed ipse ab igne aleretur. è medio promicabat forma quædã pulcherrima nulli visibili similis. diuinũ simulacrũ, luce fulgẽs clarissima. vt suspicari posset Dei esse imaginẽ. Vocemus eã angelũ, quandoquidẽ futura prænũtiauit tãtò clarius, quãtò magnificẽtior erat visio. significabat enim ardẽs rubus oppressos iniuria, vrẽs verò ignis oppressores. Quòd autẽ nõ exurebat materia, portẽdebat nõ perituros qui affligebãtur inimicorũ violentia, sed conatũ eorũ fore irritũ, illos verò euasuros incolumes. Porrò nũtius diuinæ prouidẽtiæ faciebat spẽ tot horrẽdorum periculorum fore lætũ & facilem exitũ. ea cõiectura excutiatur diligẽtius. Rubus (vt dixi) frutex debilis est & senticosus, vt vel solo cõtactu vulneret. Nec absumit ignis voraci natura, imò cõseruatur etiã, qualis antea fuit permanẽs, adeò nihil amittẽs vt nitescere etiã. Hæc omnia designabãt exhortationẽ quãdam, tantũ non inclamantẽ pressis calamitate: Nolite succumbere. Hæc vestra infirmitas est potẽtia quæ pungetvulnerabitq; plurimos. Qui delere cupiunt vos inuiti seruabũt, tot mala illæsi euaderis, & cũ maximè vastari videbimini, tũc maximè enitebit vestra gloria. Vos quoq; crudeles & igni voraci similes ne nimium cõfidatis vestris viribus, cogitate inuictissimas opes aliquãdo deletas, & relipiscite. Ecce flamma suapte natura vrẽs vt lignum vritur: lignũ verò cremabile vrit euidẽter ignis in modum. Hoc ostẽto mirifico postquam Deus Mosen de rebus futuris manifestè prænouit, addit & oraculum, vt sine cũctatione ad curam suæ gentis reuertatur, pollicẽs se nõ solùm libertatis autorem, sed etiam ducem nouæ coloniæ paulò post deducendæ, & promptum fauorem offerens ad omnia. Iamdudum, inquit, me miseret oppressorum intolerandis iniuriis, quos nemo vel miseratur vel subleuat. & video tum singulos tum vniuersos vnanimiter supplices implorare speraréque meum auxilium. Sum autem exorabilis & propitius veniam petentibus ex animo. I regem accede nihil omnino solicitus. Qui tum regnabat cùm præmetu fugeres, defunctus est, in regnum successit alius, cui nulla tecum simultas intercedit, Eũ accedens vna cum tuæ gentis senioribus, dic oraculo meo iuberi vniuersam gentem, vt extra fines regni progressi trium dierum itinere, sacra patrio ritu mihi faciant. Ille non ignarus tribules suos cæterósque omnes haudquaquam his dictis credituros. Quid si, inquit, percõtabuntur, quod sit nomẽ eius qui

qui misit me,nec dicere potero,nónne impostor videbor? Cui Deus:Primùm dic eis,Ego sum qui sum:vt discãt differentiam inter ens & nõ ens,& nullũ nomen de me dici propriè, cui soli esse cõpetit. Quòd si vt sunt debiliores ingenio requirẽt appellationem,indica eis,non tantũ esse me Deum,sed etiam triũ virorum à virtute denominatorũ,Deum Abraham,& Deũ Isaac, & Deũ Iacob:quorũ alius doctrina, alius natura,alius meditatione quęsitæ virtutis est regula.Quòd si etiã tunc nolint credere,tribus prodigiis docti flectentur,quę antea nemo vnquã vel vidit vel audiuit.erant autẽ hæc:virgam quam habebat,in terram proiicere iussus est.ea mox animata reptabat,versa in draconem serpentum principẽ,ille territus monstro, præ timore fugam parans reuocatur,& à Deo cõfirmatus,iubetur caudam eius prehendere.quo facto draco adhuc repens ad tactũ constitit,extensusq, in longũ,mox denuò in baculũ versus est,miranteq; vtranq; mutationẽ homine.& vix discernente vtra esset horribilior,intantũ erat ambiguus animo. Sequutum est cõfestim aliud prodigiũ.Alteram manum iussus est in sinum mittere,& paulò pòst eximere.eo facto manus niue cãdidior repẽte apparuit,rursumq; cõdita in sinum ac prolata,pristinã speciem colorémq; natiuũ recepit.Hæc solus à solo discebat tanquã à magistro discipulus,habens secũ instrumẽta prodigiorum, manũ & baculum,quibus quasi viatico instructus est.tertium nec circumferre secũ nec prędiscere potuit,quod Aegypto seruabatur non minus horrendum stupendúmq;,id tale fuit.Sume,inquit, aquã fluminis & effunde in terrã, eritq; sanguis cruẽtissimus, cũ colore mutatis & cæteris viribus. visum est autẽ hoc quoq; credibile non solùm propter certã autoris fidem,verumetiam propter præterita manus virgæq; miracula. nihilominus deprecabatur hanc functionẽ, causatus exilitatẽ vocis & linguæ tarditatem,negánsq; sibi adesse facundiã,præsertim postquam Deum loquentẽ audierat,ratus enim mutam esse humanã eloquentiam cum veritate collatã,& verecũdo ingenio præditus, subtrahebat se grauiori quàm pro viribus,vt putabat,oneri:rogabátq; vt alius eligeretur ad exequenda mandata magis idoneus.Deus pudore delectatus respõdit,An nescis quis os homini dederit,& linguã indiderit,quis guttur cęteráq; vocis rationalis instrumẽta fecerit?ego sum:noli timere.meo nutu articulatè disseres omnia,facũdia mutata in melius,& vsq; proficiente,nec aliter absq; impedimẽto fluente & cogitationes promẽte,

te,quã fontes manãt lympidissimi.quòd si opꝰ fuerit interprete,fratrem habebis sermonis ministrũ ac vicarium.qui ad populum tua dicta perferat nuntius,tu verò illũ Dei mãdata docebis.His auditis,quia periculosum erat amplius cõtradicere, profectus vnà cũ vxore ac liberis iter faciebat in Aegyptũ: inuentóq; fratre qui venerat obuiã,adiunxit eum sibi comitẽ,cõmunicatis oraculis.Is iã antè habebat præparatã diuinitus animam ad obsequium,vt incunctãter assentiret sequeretúrq;.Sic ingressi Aegyptum vnanimiter, primũ senioribus gẽtis clam cõuocatis indicant oraculũ, Dei miseratione instare libertatẽ & migrationem ad sedes meliores:idq; ipsum Deum polliceri offerré.q; se ducẽ itineris.post hæc regẽ ipsum audẽt appellare, vt populũ extra fines regni emittat ad sacrificiũ.Aiebant enim solitudine opus esse ad peragendos ritus patrios, diuersos ab aliorũ ceremoniis,& ideo secessum requirẽtes, ne vel offendãt alios,vel profanãtur exterorum oculis parum fauentiũ spectaculo. At rex ab incunabulis inutritus maiorũ suorũ fastui,nec credens vllum Deũ præter ista visibilia, cõtumaciter respõdit: Quis est cui me obedire iubetis?non noui istũ quem prædicatis nouum dominũ.non dimitto gentẽ prætextu celebritatis sacrorúmq; cupientẽ iugum excutere. Deinde homo iracundus & inclemẽs ignominia notat præfectos operũ, qui sinerẽt otio lasciuire populũ,alioqui non desideraturum festa & sacrificia. Hæc enim non esse intentorũ operi necessario,sed suauiter delicatéq; viuentiũ.Ergo cùm populus grauiꝰ quàm antè premeretur,& Mosi sociis indignaretur vt impostoribus, eis clámq; palámq; impietatẽ obiiciens ac ementita oracula, tãdem propheta aggredit exerere miracula quæ didicerat,quo spectatoribus incredulitatẽ eximeret, interfuit & rex cũ cohorte purpuratorũ. Itaq; cõfluente ad regiam multitudine,frater Mosis baculum,elatũ prius vt esset omnibus cõspicuus,in terrã proiicit,qui mox in draconẽ mutatur.Tum circulus spectatorũ præmetu stuporéq; solutus diffugit.Sophistæ verò magique quotquot aderãt,quid vos terret,inquiunt.Nec nos sumus rudes talium artiũ.& nos talia patrare possumus. Deinde cũ quisq; suã virgam proiecisset,multi dracones circa primũ illum voluebãtur sinuosis orbibus. ille verò arrecta ceruice immani hiatu non aliter quàm obiectos pisces circũquaq; petitos absorbuit: atq; ita deglutitis in pristinã virgæ naturam rediit, id tam magnificum spectaculũ etiã iniquis animis omnẽ suspicionẽ exemit,

mit,ne putarent hæc agi humanis vaframẽtis aut artib⁹ excogitatis ad ludibriũ,sed diuina potẽtia,qua nihil nõ facilè perficitur.Attamẽ cũ ne tã manifesta quidẽ efficacia posset eis exprimi vt victos se faterẽtur,sed nihilominus pertinaci audacia resisterẽt,addicti obstinatè inhumanitati impietatiq; tanquã laudatis virtutibus,nec miserantes oppressos iniquo seruitio, nec diuina mãdata exequi inducẽtes in animũ.tũ manifestis oraculis declarata,tũ ostẽtis subsecutis atq; prodigiis:opus fuit grauiore cẽsura,vt afflictionibus agminatim ingruẽtibus castigarẽtur stolidi,qui dedignabantur erudiri bonis rationibus.Decẽ pœnæ regioni inflictæ sunt,vt qui in peccãdo nihil sibi reliquũ fecerãt ad summã malitiã,punirẽtur modis omnibus,ferirẽtúrq; perfecto pœnarũ numero.ne genera quidẽ pœnę fuerũt vulgaria.Nã elemẽta mũdi,terra,aqua,aër,ignis,cõspirarũt in impios Deo vindice ad declarandã eius potentiã, ea quibus ad creationẽ salutémq; rerum vsus est,vertẽtis quãdo libet in impiorũ perniciẽ.Hæ pœnæ trifariã dispributæ sunt:tres pertinẽtes ad crassiora elemẽta,terrã & aquã ex quibus cõstãt corpora cũ suis qualitatib⁹,fratri Mosis cõmissæ:totidẽ soli Mosi quas inflixit per ignẽ & aërem, vnde animarũ origo præcipua vna vtriq; cõmunis.ordine septima.tres reliquæ ac cõplendũ denarium Deo seruatæ sunt ab aqua fuit initiũ.hãc quoniã honorãt Aegyptij præ cæteris,tanquã rerũ omniũ primã adhibuit deus ad terrẽdos castigãdósq; noxios.Quid igitur mox accidit?Mosis fratre iussu dei percutiẽte virga fluuiũ,in sanguinẽ vertitur quã lõgus est ad mare vsq; abAthiopia idẽ in stagnis,fossis,puteis,fontib⁹,& omnibusAegypti aquis euenit,vt deficiẽte aqua potabili ripas nemo peteret,& nouas venas aperiẽtibus ꝓ limpido liquore sanguis emicaret tãquam e vulnere. piscíũ quoq; genera extincta sunt cũcta,vitali facultateversa in pestiferã,vt fœtore cõplerẽtur omnia.putrescẽtibus simul tot corporibus. hominũ quoq; siti enectorũ magnus numerus aceruatim iacebat in triuiis,nõ sufficiẽtibus domesticis ad sepulturæ officia. nã per septẽ dies hoc malũ durauit, donec Aegyptiis supplicíter Mosen inuocãtibus,& illo deprecãte.Deus misertus est pereuntiũ.is cùm sit exorabilis, mutauit sanguinẽ in aquã dulcẽ, redditis amnis fluẽtis salubrib.qualia prius fuerãt, sed nõ multo pòst remissã mulctã scelerati ad eandẽ crudelitatẽ redierũt, quasi omnino è terris migrasset iustitia,aut quasi elapsi ex vna pœna non possent aliã incurrere.itaq; more puerorũ per ætatẽ nond

ondum sapientium suo malo didicerunt non contẽnere. nam vindicta secuta euestigiò,vt illis cessantibus tardauerat, ita ad iniquitatẽ properãtes præuertit.rursus enim Mosis frater iussus ad fossas & stagna paludésq; virgã porrexit.vix manũ extẽderat,cum ranarũ tanta vis prorepsit, vt non tantũ fora cõplerẽt ac loca subdialia,verũetiam domos villásq;,& cuncta ædificia,tam sacra quàm profana,tã priuata quàm publica, haud secus ac si hoc genus aquatiliũ missum esset in diuersi elemẽti coloniam,natura mutante rerum vicissitudines.Nam terra est aquæ cõtraria, Itaq; cùm nec foras progredi possẽt homines viis oppletis,nec intus manere refertis etiã intimis penetralibus,& ad summas quoq; contignationes ranis obrepẽtibus,ad extremam desperationẽ redacti,rursum ad eosdẽ,vt antè cõfugiunt,rege pollicitante permissurũ se Hebræos abire impunè ac liberè.Sic exorato Deo populi sui precibus,ranę partim receperunt se in fluuiũ,partĩ mortuę cumulabãtur in triuiis,etiã è domibus eodẽ congestæ propter intolerabilẽ graueolentiam exhalantẽ è cadaueribus bestiolarũ, quæ viuæ quoq; molestæ sunt sensibus. Postquã autẽ ab hac pœna respirarũt modicùm, sicut athletæ collectis viribus,quo vehemẽtius vrgerent ad cõsuetam reuersi malitiã,obliti sunt eorum quæ pertulerant. At Deus aquis cessare iussis,terrestrem pœnã induxit eodem vsus castigatore:qui vbi terrã virga percussit,tot scnipes ex ea profusi sunt,vt velut extensa nubes totam obtineret Aegyptũ. id animal est molestissimum,quamuis minutum admodũ. Nam non solam superficiem cutis lædit pruritu noxio, verumetiam interiora per aures narésq; penetrat.inuolat & in oculos, nisi quis caueat.sed qui caueri poterant tot dira examina? Quæret fortassẽ aliquis,cur Deus tam vilibus animalibus ad vindictã vti maluerit,quàm vrsis,pardis,leonibus,cæterisq; feris carnuoris : aut si hæ non placebant, saltem familiaribus Aegypto aspidibus,quarum morsus sine mora enecat. Is si nescit,discat, Deum voluisse incolas castigare non tollere.Nã si eos omnino delere voluisset,non opus erat animalium opera,sed diuinitus immissa fame ac pestilẽtia.Præterea discat & illud in omni vita profuturum.Quid nam? Homines quando bella gerunt,auxilia sibi asciscere potentissima,quibus suam infirmitatẽ suppleant.Deum verò omnipotentem,& nullius egentem opera,si quando vult tanquam instrumentis quibusdam vti ad exigẽda supplicia,nõ valida eligere,quorum robur curat minimè, sed vilia

vilia paruáq; instruere inuictis virib', atq; ita noxios plectere, quod nũc quoq; accidit. Quid eñ cyniphe vilius? tamẽ tñ effecit, vt tota Aegyptus deficiẽs exclamare cogeretur, hũc esse Dei digitũ. manũ eñ ne à tota quidẽ terra quãta est sustineri posse, imò nec à mũdo vniuerso. Hęc sunt inflicta per fratris ministeriũ. Nũc videamus quas pœnas ipse Moses sũpserit. & ex quib' naturæ ptibus. Aër ac cælũ mũdi portiones purissimæ, aquis & terræ successerũt in Aegyptiorũ castigatione, cuius administrator Moses electus fuit. Aër prior turbari cœpit. Ná Aegyptus penè sola inter regiones in meridiano tractu sita, vnã ex quatuor anni tẽporibus ignorat hyemẽ: vel quia (vt fertur) nõ lõgè abest à zona torrida. cuius occulto afflatu calescũt finitima: vel quia circa ęstiuũ solstitiũ inũdãs fluuius nubes absumit. Incipit eñ crescere ęstatis initio, & sub eius finẽ desinit: quo tẽpore etesiæ quoq; impingunt ex aduerso in Nili hostia, impeditúrq; aquarũ exitus. mari tumescente per ventorũ violentiã, & fluctibus, quasi pro muro se opponẽtibus, ita vt amnis fluẽta retroagantur. Ita fit vt aquis sibi inuicẽ occurrentibus, tũ his quæ supernè à fonte descẽdunt, tũ his quæ repellũtur ab hostiis, & dilatari nequeũtibus propter ripas eminẽtiores exaggeratásq;, tãdem necessariò supereffundatur. Est & alia causa cur hyems Aegypto sit superuacanea. Ná quod imbres alibi, hic restagnationes fluminis efficiũt, arua fœcũdãtes ad prouẽtus frugũ annuos. Natura autẽ nõ solet ita in vanũ operari, vt pluuias terræ nõ indigẽti largiatur, simúlq; gaudet varietate sui artificij, concentũ è cõtrariis qualitatibus tẽperãs. & ideo aliis supernè è cęlo, aliis infernè è fontibus ac fluuiis præbet aquarũ cõmoda. In hoc statu regionis vernantis alienis mẽsibus, quæ circa brumã irroratur paruis rarisq; pluuiis dũtaxat in locis maritimis, supra Mẽphim autẽ regiã nullas omnino sentit, repẽte aërnouã sumpsit faciẽ, vt hybernis regionibus cõsuetæ tẽpestates simul ingruerẽt, imbres, grãdines, procellę atq; turbines, collisiones nubiũ, cõtinua fulgura & tonitrua prodigiosa specie. Grãdo eñ intermixta nec ipsa liquescebat, nec extinguebat fulmina, sed vtraq; vno eodémq; deferebãtur impetu. Nec solúm inclementia cæli cõtristabat incolas: verũetiã tei nouitas. Credebãt eñ, nec falsò, ab irato Deo mutari omnia, tẽpestatibus insolitis arbusta segetésq; vastantibus, pereuntibus simul non paucis animalibus, partim frigore absumptis, partim elisis grãdine ruente more lapidũ, nonnullis etiam ictis fulmine, ex quibus si quæ supere

supererant, ambusta circũferebant vulnera ad terrorem videntium. Post finem autem huius cladis rege cum suis reuerso ad contumaciam, Moses iubente Deo virgam extẽdit in aërem, Móxq; auster incubuit violentissimus, per totã diem noctẽq; inualescens, malum vel per se valde noxium. Est enim aridus inuehẽs dolorem capitis & grauedinẽ, languorisq; tediũ, præsertim in Aegypto regione ad austrũ opposita & expolita solibus, vt quãprimùm his vẽtus mouetur æstu exurat omnia. Tũc verò intulit etiã locustarũ agmina in stirpiũ pernicię, quæ indesinenter affluentes absumpserũt quicquid post tẽpestates superfuerat, vt in amplissima regione nihil relinqueretur viride. ad has extremas calamitates redacti vix resipuerũt regi occlamantes: Quousq; nõn permittis his viris exitũ? an nondum sentis Aegyptum perditã? ille, vt tum videbatur, assensit: relaxatáq; clade ad Mosis deprecationẽ ventus à mari exortus locustas dispulit. Verùm hoc quoq; malo defunctis, quia rex manebat vt ante difficilis, superuenit calamitas maior quàm vlla hactenus, Sereno enim die repẽtè offusæ sunt tenebræ, siue ob defectum solis maiorẽ solito, siue continuis densisq; nubibus cælum subtexẽtibus, & nimia constipatione intercluſis radiis, vt dies nihil differret à nocturna caligine: qua per triduũ continuata, videbatur vna perpetua nox longissima. tũc aiunt eos aut nõ ausos è cubili surgere: aut si necessitates naturales vrgerent, more cæcorum palpãdo parietes, & si quid erat præ manibus, ægrè potuisse progredi. Ná ignis quo vtimur quotidie, vel aëre turbato extinguebatur, vel vincebatur à crassissimis tenebris, ita vt saluis oculis summè necessarium videdi sensum ceu exoculati requirerẽt: quo adẽpto cæterorũ nullus vsus erat. Nam nec loqui, nec audire, nec cibis frui licebat, sed per silentium famæ cruciabãtur, nullivacãtes sensui, præsenti malo prægrauante, donec Moses miseratione motus Deũ exorauit. Tum demum successit lux tenebris, & nocti dies serenissima. His plagis percussos ferunt à Mose, mixta fulminibus grandine, & locustis, & tenebris lumen nullum admittentibus. Vnam de communi sententia fratres ambo inflixerunt in hunc modum. Deo iubente cinerem è fornace hauserũt manibus, quem solus Moses iactauit in aërem. Móxq; puluis excitatus, & longè latéq; dispersus, hominibus brutisq; dira per totã cutem inusit vlcera, carnibus simul intumescentibus & fœdis pustulis scatẽtibus, ac si succensæ clam efferuescerẽt. Quo cr-

ciatu,ſicut par erat in exulceratione ac inflammatione,oppreſſi,non minus animo laborabãt quàm corpore,miſerè vexati doloribus. Videbatur enim vnum vlcus à vertice vſque ad imos pedes,his quæ membratim ſparſa erant,continua ſerpigine in vnum coeuntibus:donec rurſum legiſlatore ſupplicante pro affectis morbus leuatus eſt.Cæterùm hæc caſtigatio cõmiſſa eſt ambobus:propter puluerem fratri, penes quem erat cura pœnarum è terra prouenientium, Moſi propter aërem mutatum ad affligendos incolas. nam hic erat miniſter calamitatum ex aëre caliq; naſcentium.Superſunt tria genera inflicta ab ipſo Deo,ſine vllo humano miniſterio,quæ ſingula indicabo quantum potero,primùm per animal omnium audaciſsimũ cynomyiam,cui veram appellationẽ impoſuerũt periti nominum, vt erant ſapientiſsimi,compoſitam è duobus impudentiſsimis animantibus, muſca & cane,altera vincẽte omnes volucres temeritate,altero omnes terreſtres quadrupedes.Accurrũt enim intrepidè,& ſi quis arceat,nõ cedunt peruicacia, donec ſatientur carnibus & ſanguine. At cynomyia particeps amborũ audaciæ,mordax & inſidioſum eſt animal. Nam è lõginquo cum ſtridore in teli morem magno impetu aduolat, infixáque cuti hæret pertinaciter.Tunc verò diris exagitatæ,multò moleſtiores erant:vltra natiuã ſitim ſanguinis armatæ ad vltionẽ diuinitus contra homines impios.Poſt hanc pœnam ſucceſsit alia, nemine tunc quoq; miniſtro irati numinis, videlicet interitus pecudum.nam armenta & greges ouiũ caprarúmq;, prætereà iumenta omnis generis, vna die tanquã ex cõpoſito gregatim moriebantur,portendentia,paulò poſt ſecutuã peſtẽ hominũ: quemadmodũ aiunt publicas peſtilẽtias ſolere primũ in bruta ſeuire animalia.Tandẽ acceſsit extrema pœna decima ſuperioribus omnibus atrocior, ipſis Aegyptiis morientibus, non tamen omnibus. nolebat enim Deus regionẽ deſertam reddere, quam caſtigatã tantũ voluit.itaq; parcens maximæ turbæ omnis ætatis virorũ atq; mulierũ,morti addixit ſolos primogenitos,exorſus à maximo natu regio filio, & in viliſsimæ ancillæ piſtrinariæ filiũ deſinẽs.Nam circiter noctẽ mediam quotquot primi patris matrísq; appellationem iucundiſsimã attulerunt parentibus, & viciſsim ab ipſis primi nominati ſunt filij, ſani valentéſq;,nullo præcedente morbo repentè interierũt ad vnũ, vt nulla familia ſine domeſtico luctu tunc inuenta ſit. Prima verò luce cùm quiſq; ſuos chariſsimos inopinata nece ſublatos videret,

videret,cũ quibus ſuperiore die ſuauiter vſq; veſperã conuixerat,vt in publico luctu grauiſsimo, cõploratione impleuerunt omnia.cùm enim nemo eſſet exſors eius calamitatis,vnus erat clamor omnium,vno luctu obtinẽte totam regionem quacunque patebat:qui tantiſper dum intra priuatos parietes ſe continebat,ſingulis aliena mala ignorãtibus, priuatus etiã tum videbatur.Vbi verò alij didicerũt ex aliis,geminabatur cõploratio,accedẽte grauãtéq; dolore publico, vt ne cõſolator quidem exiſteret.quis enim ſolaretur alterũ,ipſe cõſolatione indigens? cæterũ vt in tali caſu ſolet fieri,putãtes hęc eſſe maiorũ malorũ initia,& ſoliciti de interitu ſuperſtitũ,flentes cõuolabant in regiã,ſciſsisq; ſuis veſtibus regi cauſam calamitatis imputabãt, dicentes nihil mali ſe paſſuros fuiſſe,ſi Moſes impetraſſet quæ petierat.Nũc habere ſe obſtinatæ peruicaciæ cõtentionisq; intempeſtiuæ præmia. deinde proſe quiſq; certatim hortabatur populũ,vt properè tota regione decederẽt,vel vnã diẽ horámve differre longũ rati & periculoſum inſuper.ad hũc modũ expulſi protruũq;,memores ingenuitatis priſtinæ, auſi ſunt facinus quo iniurias acceptas rependerẽt.multũ enim prædæ nacti ſarcinas partim ſuis humeris,partim iumẽtis,impoſuerũt,nõ præauaritia(vt obtrectatores dicerẽt) aut alienarũ fortunarũ concupiſcẽtia(quæ eẽ eſſe poterat:) ſed primũ vt diuturni laboris neceſſariã mercedẽ reciperẽt: deinde vt pro acceptis tempore quo ſeruierãt iniuriis,ſi nõ pro merito,aliquid tamẽ damni reponerent. Nec enim eſt par iactura libertatis & pecuniæ, cùm nemo ſanus non malit vitæ quàm libertatis adire periculũ.Itaque vtrũq; factum iure tueri poſſunt,ſiue vt in pace mercedem receperunt,qua tam diu fraudati fuerant:ſiue vt bello victores victos bonis ſpoliauerunt.ab illis enim orta fuerat iniuria,qui hoſpites ſupplicésque ſuos(vt ante dixi)quaſi captiuos in ſeruitutem redegerant.Tandẽ vbi ſe obtulit occaſio meliorum temporum, populus inermis illatam ſibi vim vltus eſt, protegente ipſa iuſtitia.Tot plagis Aegyptus caſtigata eſt, quarum tamen nulla Hebræos attigit, quamuis cohabitantes in eiſdem oppidis, vicis,domibus, terra, aqua, aëre, igne, præcipuis naturæ partibus conſpirantibus,vt impoſsibile eſſet effugere. id quod maximè mirum fuit,ab eiſdẽ rebus vno eodémq; loco ac tempore,alios ſeruari,alios interimi.Fluuius verſus erat in ſanguinem,at non Hebræis: his enim haurientibus fiebat potabilis. Ranæ ex aquis in terram ſubrepentes fora, villas, domos im-

pleuerant,solos Hebræos deuitabant, ac si scirẽt discernere qui puniẽdi essent,qui nequaquã.Non scnipes,non cynomyiæ,non locustæ,quæ arboribus,satis,animalibus, hominibus vastitatẽ intulerant,ad hos aduolauerunt.non imbrium,grandinum,fulminum cõtinuata vis ad hos vsq; peruenit.exulcerationem molestissimam ne in somnis quidem senserũt.cùm densissimæ tenebræ offunderentur aliis,ipsi in diurna puráq; luce degebant, cùm interirent Aegyptiorũ primogeniti, nemo Hebræus periit:& meritò,quando ne pecudum quidẽ pestis ad horum greges vlla venerunt cõtagia.Nec aliud videri poterant illo tempore quàm spectatores calamitatũ alienarum, ex quibus vtilissimam doctrinam pietatis perciperent.nunquã enim tam manifestum bonorũ & malorũ iudicium extitit,alteris exitium alteris salutẽ afferens.Erant autem viri demigrãtes supra D C M. reliquæ turbæ senum,puerorũ,mulierum iniri non poterat numerus.huc accedebat seruitiorũ multitudo promiscua & quasi suppositicia.hos Hebræi susceperãt è fœminis Aegyptiis,cõtributos paterno generi,quidam etiam pietatis amore se adiunxerant, & erant qui tot continuis castigationibus profecerant in melius.Horum omnium princeps Moses electus est:quam potestatem accepit non vt alij fretus armis & machinis,aut equestribus,pedestribus naualibúsq; copiis:sed virtutis ergò honoratus & charitatis qua vniuersos prosequebatur indesinenter, Deo quoq; fauẽte honori viri optimi. Nam quia regnũ Aegypti dereliquerat cũ esset nepos regius,& offensus incolarum superbia violentiáq; adoptatores suos abdicauerat, simúlq; spes illas abiecerat præ generosa magnanimitate & amore iustitiæ, visum est omnipotẽti rerũ gubernatori, frequentioris meliorísq; gentis regnũ ei reponere,quæ vna omniũ erat functura sacerdotio,& vota factura pro vniuerso humano genere, quibus & mala auerterentur,& impetrarentur prospera.Assumpto autem principatu non hoc egit, sicut nonnulli solent, vt augeret suam familiã, & filios quos duos habebat extolleret, socios ac mox successores habiturus:sed vbiq; incorruptè se gerẽs in rebus minimis æquè ac maximis, superauit naturalẽ affectũ erga liberos,malens rationis obtẽperare iudicio.Vnicũ enim habebat propositũ necessariũ,iuuare subditos, & dictis factísque vtilitati eorum consulere, nullã occasionem prætermittẽdo in promouendis eorũ negotiis. Solus hic omniũ qui vnquã principatum gesserunt,non aurũ,non argentũ in thesauros cõdidit,

non

non tributa exigit,non palatia,non latifundia,non greges,non famulicia.non reditus.nõ alias opes sibi parauit, quamuis posset habere omniũ harũ rerũ copiam: sed existimãs animæ pauperis indiciũ esse mirari materiales diuitias,has quidem vt cæcas contempsit,illas verò naturales perspicacésq; honorauit & amauit si quis vnquã alius, in vestitu victúq; quotidiano nihil præ se ferens fastus tragici,sed simplicitatẽ frugalitatémq; exercens priuati hominis.Regem autem in his solis agebat quæ verè sunt regia:vt sunt cõtinentia,fortitudo,sobrietas,solertia, prudentia,scientia,industria,tolerantia,iustitia,voluptatis contemptus,ad virtutẽ exhortatio, obiurgationes castigationésq; peccantiũ legitimæ,& rectè facientiũ laudes atq; præmia.Itaq; quoniam auaritiæ renuntiauerat & diuitiis honoratis apud homines,perfectas maximásq; diuitias pro his ei Deus reddidit: hoc est,vt tantundẽ posset quantũ tetra & mare ac flumina elementáq; cætera,& quæ ex his sunt cõdita.fecit enim eũ suæ potentiæ participẽ,totũ mundũ ei subdens tanquã hæreditarium. quamobrẽ singula elemẽta obediebant vt domino, ad iussum eius suas vires mutantia,Nec mirũ, quandoquidem iuxta prouerbium,Amicorũ omnia sunt cõmunia.amicus autẽ Dei propheta dicitur:vnde consequitur vt diuinę possessionis vsum habeat.nam Deus nullius eget,cũ possideat omnia.Bonus autem vir nihil propriè possidet,nec seipsum quidẽ, verùm de thesauris Dei quantũ potest accipit:& meritò, cũ mundi ciuis sit:ideo nullam priuatim in orbe habet patriã: quippe qui hæreditatẽ habet non vnam quampiã regionem,sed mundum vniuersum. Quid quòd maiorem etiam cum omniporente rerũ patre cõditoréque societatem adeptus,cõmuni appellatione dignatus est? nominatur enim totius gentis Deus atq; rex, & caliginem vbi Deus erat intra se dicitur, hoc est in illã inuisibilẽ,incorporeã, specie formáq; carentẽ exemplarẽ essentiã, abstrusos à mortali natura contẽplationes considerans.Seipsum quoq; suámq; vitã, quasi tabulã elegantissimè pictam proposuit spectandã,diuinũ opus imitandũq; posteris.Felices q has figuras suis animis imprimunt,aut certè studeant exprimere. Optandum est enim vt mẽti cõtingat absoluta modis omnibus virtutis species:sin minus,saltẽ certũ acquirẽdæ huius desideriũ.Ne illud quidẽ ignotum est,qđ claros viros imitãtur obscuri & ignobiles,sua sponte sequẽdo quocũq; viderint illos cõtendere. Itaq; siquãdo princeps se totũ dans voluptatibus,primus ad vitam delicatam de-

flectit, vniuersa propemodum subditorum multitudo ad ventrem & ea quæ sub ventre sunt proclinat præter appetitum necessarium, nisi qui naturę benignitate animam sortiti sunt non insidiatricem sed propitiam. quòd si honestiorẽ se veriorémq; sectam ille prætulerit, intemperantes quoque mutantur ad continentiam, vel metu, vel reuerentia, vt habeantur æmulatores studiosum similium: nec enim sic insaniunt, vt se præstantioribus anteferant. Et fortasse quia legislator futurus erat, multò antè ipse lex animata rationalisq; factus est per Dei prouidentiam, quæ nescientem destinabat huic muneri. Ergo postquam de communi consensu accepit imperium non sine numine, decreuit coloniã in Phœnicẽ, Cœlesyriã Palæstinámq;, tũc cõmuni nomine Chananæam, deducere, cuius fines disterminabãtur ab Aegypto triũ dierũ itinere. duxit autem per viam minimè compendiariam: tum quia verebatur ne regionũ earum incolæ metu amittendarũ vnà cùm libertate sedium armati occurrerent, ipsi verò ab hostibus reiecti ad hostes reuerti cogerẽtur, à nouis ad veteres, præter ludibrũ passuri grauiora quàm anteà: tum quia volebat per vastas solitudines ducẽdo experiri horũ obedientiam, instructorum non amplis cõmeatibus, sed paulatim deficientibus. Quamobrẽ de recta via decedẽs inuenit obliquum tramitẽ: eum ingressus est, ratus ad rubrũ mare ducere. Fertur illo tempore accidisse ingens naturæ miraculum, quale nunquam auditum fuerat post hominum memoriam. præcedebat populum nubes in magnæ columnæ speciẽ, solari splendore lucens interdiu, noctu verò flammeo, vt eius ductu absq; periculo erroris incederent. Credi tamen potest aliquẽ è summi regis præfectis angelũ, nube inuolutum eos duxisse, quem nefas sit aspici mortalibus oculis. At rex Aegyptius postquã animaduertit hos ferri per deuia sicut putabat, ingressos desertũ à nullis tritũ viatoribus, gaudebat eos aberrasse à recto itinere, videlicet ratus non inuenturos exitum: iámq; missionis pœnitens, statuit eos persequi, aut metu retracturus in seruitutem, aut internecione deleturus gentem profugã. deinde assumpto omni equitatu iaculatoribus, funditoribus, sagittariis, velitibus, & vniuersis leuis armaturæ militibus, sexcentisq; falcatis curribus, præfectisq; huic expeditioni purpuratis quo alacrius sequerentur cæteri sine detrectatione militiæ, excurrit summa celeritate, properãs vt fugientes improuisos opprimeret. Solẽt enim insultus repẽtini terrere grauius, & securi facilius intercipiun-

cipiuntur quàm soliciti. id tunc quoq; sperans ille loquebatur, quasi ad primũ clamorẽ victor euasurus. Et iam populus in littore castra posuerat: quibus prandiũ parãtibus primũ exaudiebatur strepitus, vt propinquante tanta virorũ equorúmq; multitudine certatim properantiũ: mox progressi extra tabernacula circũspectabant arrectis auribus. paulò pòst cõspectus est in tumulis hostilis exercitus instructus ad prælium explicata acie. Hoc tam inexpectato casu perterriti, cũ nec arma illis ad defensionem suppeterent (non enim ad bellũ, sed ad quærendas sedes exiuerant) nec ipsi fugam expedirent, à tergo mari claudente, à fronte imminẽtibus hostibus, ab vtroq; latere obiacentibus vastis inuiisq; solitudinibus, trepidabãt desperantes, vt fit, in tantis calamitatibus, incusabántq; principẽ occlamãtes: Num deerãt sepulcreta in Aegypto, vt nos hic adductos necatósq; sepelires in solitudine? nónne quævis seruit⁹ est morte leuior? inescasti plebeculã spe libertatis, vt adiret vitæ periculũ. abusus es nostra simplicitate, quasi nescires Aegyptiorum maliciã & iracundiam. Non vides nullum patere nobis è tot malis instantibus effugiũ? Quid agimus? inermes armatis occurremus? at fugiemus. quomodo, cùm simus cincti ceu cassibus infestissimis hostibus, locis inuiis, & mari carente nauigiis? si tamen est nauigabile. His ille auditis ignoscebat, memor diuini oraculi: diuisisq; mentis & sermonis officiis, eodẽ tempore, altera deprecabatur Deũ tacitus vt eos è desperatis rebus eriperet: altero cõfirmabat solabatúrque tumultuãtes: Nolite animo concidere. aliud est humanum, aliud diuinum auxilium, cur tantũ credibilibus sermonibus fidem accõmodatis? noster adiutor nullis opus habet apparatibus. exitũ inuenire in rebus dubiis est Deo propriũ. solus ille plus quàm vniuersa creatura potest. His illos etiam tum sui compos hortabatur. paulò verò pòst iam afflatus familiari numine hęc cecinit: Exercitus iste instructissimus vt videtis armis virísq;, nõ terrebit vos posteà. internecione totus delebitur submergetúrq;, vt ne reliquiæ quidẽ eius in terra maneant, ídq; non post longum tempus, sed nocte proxima. Hoc ille tum responsum edidit: post solis autẽ occasum exortus est auster vehementissimus, qui mare tunc solitum cùm æstu decedere, protrusit etiam vlterius nudatis littoribus, sicut fit in torrentum eluuie. nox quoque densis nubibus obscura nullis illustrabatur sideribus, quo magis caligo persequutoribus esset formidabilis. Tũc Moses iussus virga mare percutit. quo facto

aquæ ſcindũtur,& altera pars in altũ tollitur ſtans more parietis ſolida,altera ceu freno impoſito vi,occulta retrahitur: media ſciſſura ſiccata patentẽ latámq; viã præbẽte ad populi trãſitum.Moſes gaudẽs cõſpecto hoc tam prodigioſo miraculo ſuis addebat animũ,iubebátq; caſtra mouere quã poſsẽt celerrimè. inter cunctandũ autẽ nouũ prodigiũ ſe obtulit. Nubes quæ hactenus viæ dux ſolita erat præcedere,tunc retrograda in extremo viſa eſt agmine quaſi ad eius cuſtodiã,obiectu ſuo fugiẽtes à perſequẽtibus dirimens,illis muniẽs iter tutius,hos retardãs & infringens impetũ eorum celerẽ.quo portẽto Aegyptij perterriti,tumultu atq; trepidatione complebant omnia, turbatis præ metu ordinibus incurſantes in ſe inuicem,ac ſero fruſtráq; conantes fugere.Nam Hebrei ſummo mane per ſiccã viã traiiciebant vnà cum vxoribus ac liberis. Hoſtes autẽ vndis marinis rurſum in vnum coëuntibus mergebantur cum ſuis equis & curribus.æſtum refluum voluẽtibus etiã aquilonis flatibus, vt ne ſignifer quidẽ ſuperſtes relinqueretur, nuntiaturus acceptam cladẽ Aegyptiis.At Hebræi ſtupẽtes quòd prodigioſam inſperatámq; ſine ſanguine nacti eſſent victoriã, & videtes hoſtem deletũ momento tẽporis,duos choros,alterũ virorum,alterum mulierũ,ſtatuerũt in littore, cecineruntq; Deo hymnos gratulatorios,prætereunte carmen viris Moſe, ſorore verò huius mulieribus.nam hi choreas ductabãt. Relicto deinde mari aliquandiu faciebãt iter ſecurũ,erepti hoſtibus,ſed cùm per triduum aquã non inuenirent,rurſum præ ſiti mœſti ad querelas reuertebãtur,quaſi nullo accepto beneficio. ſemper enim præſens moleſtia ſolet auferre memoriã voluptatis præteritæ.Conſpectis deinde fontibus accurrũt læti decepti vana ſpe tanquã hauſturi.Amaræ enim erant aquæ, quarũ guſtu offenſi defecerunt & animis & corporibus,nõ tam ſuã quàm puerorũ vicem dolentes,quos petentes potum non poterãt videre ſiccis oculis. nonnulli verò incõſtantiores & parum certæ pietatis, etiã præterita incuſabant,vt quæ non ſalutẽ afferrent,ſed grauiorẽ perniciem,quòd multo ſatius eſſet hoſtili manu cadere, quàm ſiti excruciari inſuper.illic enim eſſe citã mortẽ,vel potius ad immortalitatẽ tranſitũ;hanc autẽ verã eſſe mortẽ, diuturnã ſimul ac cruciabilem.cùm ſenſus eius magis quàm ipſa timeatur. In hac lamẽtatione populi rurſum Moſes ſupplex Deũ precatur, vt gnarus imbecillitatis animaliũ, preſertim hominũ,propter corporis neceſsitates,à cibo pendentium, & duro tantũ ventri ſeruien

ſeruientium,det veniam deſperantibus,& omnium ægeſtatem expleat,idq; ſine dilatione,quãdo mortalium naturalis incuria celerem opẽ deſideret.Ille facilè exoratus aperit ſupplicis animæ oculum,& oſtendit lignum,quod ſublatum iuſsit in fontes immitti:ſiue vis ea natiua fuit,ignorata hactenus:ſiue tum primùm ad præſentem vſum eſt indita.Quod vbi factum eſt,fontes dulcedinem acceperũt vt eſſent potabiles,ac ſi nunquã ante amari quicquã habuiſſent,adeò nullum relictum fuerat veſtigium vitij priſtini. Ad hunc modum extincta ſiti voluptas geminata contigit,quandoquidẽ quoties præter ſpem incidit,maiorem affert lætitiam.Impletis deinde hydriis diſceſſerũt tanquam epulati in feſtiuiſsimo conuiuio,ebrietate non temulenta ebrij,ſed illa ſobria,quam meracam hauſerant ex propinationibus ſui principis pietati deditiſsimi:atque ita peruenerũt in ſtationem ſecundam,aquas habentem & arbores, cui nomẽ Aelim erat,riguam duodecim fontibus,apud quos erãt ſeptuaginta palmæ ramoſæ ac virentiſsimæ, bonum omen genti aſſerentes,ſi quis obſeruet oculis mẽtis perſpicacibus.nam ea diuiditur in tribus duodecim,ſingulas fonti ſimiles,vt quæ pietatis fluentis ſcateant,vnde indeſinenter proficiſcuntur præclara facinora.principes autem familiarũ totius gentis fuere ſeptuaginta,meritò aſsimilati palmæ arborum præſtantiſsimæ: quæ aſpectu pulcherrima,fructum quoq; fert optimum,& vitalem vim habet non in radicibus defoſſam vt cæteræ,ſed in ſummo quaſi cor ſitam in ramorum medio,à quibus circumquaque ſtipatur ceu princeps à ſuis ſatellitibus.cuiuſmodi natura eſt etiã mentis quæcunq; ſanctitatem deguſtauit, ſolet enim hæc ſurſum ſpectare & in ſublimibus verſari occupata contemplãdis diuinis pulchritudinibus,naucifaciẽs terrenas, & hæc luſus reputans,illa ſeria.Non multum deinde fluxit temporis,cùm deficiẽtibus cibariis fame tentabãtur,quaſi per vices premẽtibus eos neceſsitatibus.Grauẽs enim dominę ſitis & fames ſuo quęque tẽpore vrgebant,vt altera ceſſante, ſuccederet altera:id verò adflictis erat moleſtiſsimũ & intolerabile:qui poſtquam ſibi videbantur euaſiſſe ſitis periculum,in famis inſidias inciderãt. Nec ſolùm præſens grauabat inopia, ſed etiam in futurũ commeatus deſperatio.videtes enim vaſtam ſolitudinem, frugum ſterilem,deſpondebant animum.nihil apparebat præter rupes aſperas, aut campos ſalſuginoſos ſaxoloſve tumulos, aut arenarum aceruos altiſsimos.nuſquã fluuius vel torrẽs vel peren-

nis,nusquā fons,nulla sata,nullæ arbores, non mites,non siluestres, non volucre non terrestre animal, nisi venenosa reptilia pernicioſa homini,serpētes & scorpij.Adhæc subibat animū copia & vbertas regionis Aegyptiæ, quam conferentes cum egestate premente,tanto magis indignabantur,tales voces iactantes alij apud alios:Libertatis spe migrauimus, nunc ne viuere quidē possumus. Felices nostri ducis pollicitationibus, reipsa sumus miserrimi omniū mortaliū:Quis finis erit tam longi & inutilis itineris?tū nauigationes tū terrestres peregrinationes habent terminū aliquem propositū,vel portū frequentem commerciis,vel vrbem aut regionē quampiā.soli nos vagamur per inuias solitudines destituti spe rerū omnium.progredimur em̄ per deserta patentissimo similia pelago,& indies maior offert se vastitas. postquam nos inflauit vanis sermonibus, & aures spe repleuit,nunc ventres fame vexat, nec alimenta expediens necessaria.prætextu deducendæ coloniæ tantam decepit multitudinem è locis cultis in inculta seductā: supereſt vt eam deducat ad inferos,quę est via vitæ vltima:His opprobriis petito nō tam molestū erat malè audire,quā ferre hominū inconstantiā. experti enim plurima miracula præter solitū rerū ordinē,non debebant amplius suas coniecturas sequi vtcūque probabiles, sed potius amplecti fidem cuius toties experimēta viderāt. attamen cùm reputaret nullam calamitatem esse grauorem impia,facilè ignoscebat imperito vulgo & suapte natura mobili, tantū intento præsentibus,quæ tum præteritorū memoriā eximunt,tum in futurū spem adimūt.itaq; mœstis omnibus & nihil præter extremā calamitatē expectantibus,imminentem vt putabant capiti:Deus partim propria motus clemētia, partim in honorē ducis suo iussu electi,quo magis eius pietatē sanctitatémq; cōmendaret parē prosperis rebus & dubiis,miserię remediū exhibuit nouū & inauditū antea:vt tā manifestis signis sui fauoris præsentis reuerentiā eis inducerēt:ne si quando non omnia cederent ex sententia, spem simul & patientiā abiicerēt. Quid igit accidit? Postridie diluculo multū roris circū castra decidit paulatim niuis in morē,dissimilis huic vulgari & penè quotidiano,quippe qui nec aqua erat,nec grando, nec nix, nec glacies,quod genus nubes inuehūt hibernis tempestatibus:sed in milij speciē minutus candidissimúsq;,vt aceruatim extra tabernacula iaceret mirādo spectaculo.quo stupefacti scitabātur ex duce,quænā esset hæc nunquā ante visa pluuia, aut in quem vsum

vsum demissa.tū ille diuinitus hoc oraculū edidit: Mortalibus data sunt arua campestria sulcis proscindēda vt sementē agricolis reddāt cū fœnore prouentus annui, quantū satis sit ad rerum victui necessariarū copiā.at Deo nō vna pars sed totus mūdus subditur,cuius portiones pro potestate vertit in vsus quoscunq; vult.nunc sic illi visum est vt alimētis aēr non aqua subseruiat,quandoquidē terra quoq; solet producere pluuiā. Aegyptius fluuius quotannis arua,inundās & irrigans,quid aliud est quàm terrestris pluuia? Mirāda,sanè res, etiāsi nihil accessisset noui prætereà:accesit tamen quod magis mireris. afferebātur certatim vasa iumētis & humeris hominū,vt & in futurū commeatus sufficeret:sed nō erat opus reponere,ex quo Deus decreuit recētia semper dona suggerere.Vrgēti necessitati abūdē satisfactū est,cūctis suauiter vescētibus:qcquid seruatū est in crastinū,totū periit, ita corruptū vt fœteret scaterétq; vermiculis. abiectis igitur his reliquiis inueniebāt cibos alios,cū rore matutino depluentes quotidie.tum quoq; septimo die honor eximius est habitus.quoniā enim nihil operis eo die permittitur, à paruis magnisq; cessatione indicta,ne feriæ violarentur propter vsum necessariū,duplū Deus pluebat pridie sabbati, iusso populo colligere quod duraret in biduū proximū,cibo tātisper incorrupto manente præter solitū.Successit & aliud miraculū haudquaquā prætereundum silentio,per continuos quadraginta annos,toto illo tam diuturno itinere, necessarius victus non defuit iuxta semel institutū ordinē temporum,non secus quàm si ex horreis dimēsum distribueretur singulis:simulq; discebāt obseruationem illius diei sacratissimæ ac desideratissimæ. Cū enim iandudū quæsissent quis esset mūdi natalis, quo hoc vniuersum absolutū est,rem à suis maioribus ignoratam tandem didicerunt,nō solū oraculo,verū etiam argumento manifestissimo.Videbāt enim corrūpi(vt dixi)quicquid superaret diebus cæteris,quod autē depluebat pridie sabbati, duplū prouenire, duraréq; in biduū. Vsus verò eius erat huiusmodi. prima luce collectū molebant aut terebant,dein elixo quasi placētis vescebantur suauissimè, absq; pistoris opera.Imò ne delicatioribus quidē cibis diu caruerūt,quales habent in regionib⁹ habitatis & felicibus, Deo proferēte suas opes in solitudine. vespertinis enim horis coturnicū nubes aduolabat à mari tota castra inūbrans.terræ tam propinqua,vt facilè præberet aucupiū,has capiendo coquendóq; vt cuiq; libebat,fruebantur carnibus optimis,

mis,ne desiderarẽt obsoniа:In hac copia ciborũ interuenit magna potus inopia: iámq; deplorata erat salus omniũ cũ Moses sumpta sacra illa virga per quã in Aegypto prodigia patrauerat,numine correptus rupẽ percutit. quæ seu vena opportuno ictu aperta,seu aquis tum primũ eò corriuatis per occultos cuniculos,erumpentibúsq; præ impetu, more fontis tantũ profudit,quantũ & ad sitis remediũ,& ad diuturnã aquationẽ sufficit tot milibus:omnes enim hydrias impleuerũt,sicut prius ad fontes amaros in dulcẽ naturã versos Dei prouidentia.quòd si quis huic narrationi nõ credit,non nouit Deũ,nec quærit noscere. alioqui certo certius sciret,miracula ista esse Dei ludicra, collata cũ seriis operibus:quale est creatio cæli cũ sixis erraticisque sideribus,lucis,diei solisq; productio, itidẽq; nocturni lunaris luminis,terræ fundatio in rerũ meditullio,insularũ & continentis immẽsa magnitudo,animaliũ stirpiúmq; in tot species diuisa varietas:ad hæc maris æstuaria,fluuiorũ cursus tam perennium quàm torrentiũ,latices fontiũ perpetuò manentiũ, alibi frigidorũ,calidorũ alibi:præterea tot mutationes aëris, tẽpora discreta annuis horarũ vicibus, aliæq; pulcherrimæ res innumeræ,quibus recẽsendis vix tota hominis vita sufficiat,quę nec ad vnius cuiuspiã mundi partis miracula singulatim excutienda satis sit,etiamsi cõtingeret longissima.Verũ ista cùm digna sint admiratione maxima,cõtemnuntur propter consuetudinẽ. quę autẽ inusitata sunt,quãuis minora,miramur indulgẽtes nouis imaginationibus tandẽ post pererratas diu solitudines inuias apparuerũt quidã terræ habitabilis termini,ceu suburbana regioni eius quã sibi destinauerãt. habitabatur autẽ à Phœnicibus.hic sperãtes vitã quietã tranquillámq;,multũ opinione sua falsi sunt.nã regionis eius rex populationẽ agrorũ metuẽs, excita oppidatim iuuẽtute,opposuit se vt arceret eos à trãsitu. ℣ si armis viã sibi aperire conarẽtur,aggrederetur integris viribus & recẽti milite fessos itineribus & commeatuum inopia aquarúmq; penuria,quibus illi necessitatibus laborabãt alternãtib⁹.At Moses re per exploratores cognita nõ lõgè ab hoste castrametat⁹ est,delectu iuniorũ habito,imperatoriẽ his lesum præficiẽs vnũ è minoribus ducibus,ipse properauit ad quærendum maius auxiliũ.purificatus enim solẽnibus lustrationibus ascẽdit propinquũ tumulũ,suppliciter Deũ inuocãs vt Hebræis daret victoriã,quos liberasset à grauioribus periculis,depulsa non solũ hominũ violentia, verũ etiam lue quæ corruptis elementis

mentis Aegyptios infestauerat,atq; etiam per totum iter fame aliàs ineuitabili, cùm autẽ starẽt vtrinq; instructæ acies nouũ accidit podigiũ in ipsius prophetæ manibus modò leuissimis, modò mirè grauibus.quæ quoties leuitatem recipiebãt,ad cælum sublatæ confirmabãt socios ad rem gerendã fortiter: quoties verò degrauabantur,præualebat hostilis acies,Deo significante,quòd alterorũ propria hæreditas sit terra mundi pars infima,alterorũ æther sacratissimus, & quemadmodũ in rerum vniuersitate cælum est terra potius,sic etiã populũ suum bello superaturum aduersam aciem. Cùm igitur aliquantisper manus bilancis in morem nunc sursum tollerẽtur nunc deorsum vergerent,certaretúrq; marte dubio,tandem repentè velut pinnas habentes pro digitis sublatæ volitabãt per aërem manentes in sublimi,donec Hebræis certa victoria contigit internecione deletis hostibus,& clade iusta domitis ab his quos iniustis armis lacessebãt.Tũc Moses altare dedicauit,q^d ex re nomi nauit Dei refugiũ,in quo vota psoluit mactatis victimis. Post pręliũ decreuit exploratores ad inspiciẽdas sedes genti suæ destinatas mittere,anno secũdo postquam iter ingressi fuerãt: ne fortè more solito per ignorantiã dissentirẽt à ducis cõsiliõ:vtq; re auditu cognita,quid agendũ esset in commune dispicerent, missi sunt è duodecim tribubus totidẽ principes electi ex optimatibus,vt omnium esset par autoritas:vtq; ex æquo tribus omnes de statu regionis cognoscerẽt ex honoratioribꝰ, si modò illi renũtiare vera voluerint. Electos autẽ sic alloquitur:Certaminum ac periculorũ quæ sustinuimus & sustinemus hodiéq; præmiũ erit agrorũ diuisio,quam spem ratam faxit Deus optimus maximus,vt gentem frequentissimã deducamus in coloniam.profuerit autẽ plurimũ locorum,hominum, rerum conditionem pernoscere,sicut ignorare hæc est noxiũ.ideo vos elegimus,vt vestris oculis atq; mentibus illa inspiceremus. eritis igitur tot milibus pro auribus & oculis,vt cognoscatis quę nos scire oportet,nimiũ tria hæc:incolarum frequẽtiam ac potentiam,vrbium sitũ,munitæ sint an sine munitionibus: postremò quænã sit agri natura,num ferax & aptæ vineis, arbustis atque segetibus,an cõtrà sterilis: vt aduersus vires copiásq; incolarũ instruamus nos legionibus quas illis tutò possimus opponere contra locorũ aute difficultates machinis oppugnatoriis.naturam quoq; regionis scire necessum est,bona sit an non. alioqui pro possessione sterilium agrorũ vltro subire pericula, summa

stultitia

ſtultitia fuerit. atma autem noſtra & machinæ atq; copiæ citæ ſunt in ſola erga Deũ fiducia. hoc apparatu freti nulli cedem⁹ terroribus: hoc vincemus, etiãſi fuerimus inferiores robore, habitudine, audacia, peritia, copiis: hoc inſtructi etiã in vaſta ſoli tudine nihil requiſiuimus eorũ quæ habentur in vrbibus. tẽpus quoq; nũc eſt explorationi aptiſsimũ. vernum videlicet, quãdo ad maturitatẽ tendunt ſegetes, & arborũ fructus proferre ſe incipiũt. præſtat tamen differre in æſtatẽ reditũ. & afferre aliquid fructuũ, quod ſi regionis eius vbertatis ſpecimẽ. His auditis ad explorandũ proficiſcũtur deducente vniuerſa multitudine, ſolicita ne cõprehenſi luant ſuppliciũ, & accipiatur geminũ incommodum, virorũ tributim ſelectorũ interitus, cum ignoratione rerum hoſtiliũ quarum petebatur noticia. habebãt autem ſecũ duces peritos locorũ, quos ſequebantur in itinere. cúmq; appropinquaſſent finibus aſcenſo mõte altiſsimo contẽplabantur regionem magna ex parte cãpeſtrem, feracẽ hordei, tritici, atque pabuli. montana quoq; vitibus & arbuſtis erant cõſita, vbiq; virentia, diſtinctáq; riuis ac fontibus ad aquãdi copiã vt à radicibus vſq; cacumina tota latera montiũ opaca eſſent cõtinuis arboribus, præſertim iuga & valles mediæ videbãt etiã vrbes natura ſimul & arte munitas egregiè. amplius deinde inquiẽdo videbant incolarũ immenſum numerum, gigãtibus ſimilium proceritate ac robore. hæc vt diligẽtius perſpicerẽt, heſerũt ibi diutius, ne fallerentur primo intuitu, ſed certiores menti notas imprimerẽt. ſimúlq; curauerũt vt decerptos arborũ fructus iã ſeminaturos ſuis tribulibus oſtenderent, eos præcipuè qui non corrũpuntur facilè. ſed nihil magis quàm vitis fructũ mirabãtur. pendebant enim prægrãdes vuæ de palmitibus, ſpectaculũ vix credibile. harũ vnam exectam ſuſpenderũt è vecte medio, cuius extrema impoſuerũt humeris duorũ iuuenũ, atq; tta deportabãt aliis poſt alios propter põdus ſuccedẽtibus. de cætero non cõſentiebant. In itinere conuenire eis non poterat quid renunciandũ eſſet de cõmuni ſententia, ne quid ſeditionis oriretur in populo. ſed hoc fuit leuius. poſt reditũ extitit maior diſcordia. alij de vrbiũ munimentis & ciuiũ frequẽtia narrantes, attollentésq; in maius omnia, verbis territabãt concionem. alij contrà eleuabãt quicquid viderant, hortando vt forti eſſent animo, & coloniã quærerent, cõſecuturi ad primũ clamorem victoriam. nullam vrbem laturã tantæ multitudinis ſimul ingruentis impetum, nec parem futuram incumbenti oneri. Atque ita vtriq;

vtriq; inuenerũt in plebe quos imbuerent ſuis affectibus, ignauia timidi, fortes verò ſpe atq; audacia. Verùm hi portio quinta fuerũt, timidis quincuplo ſuperãtibus cæteros: quo factum eſt vt paucorũ fortitudo obſcuraretur in tãto ignauorũ numero. duobus autoribus optimi cõſilij prœualuerũt decem diſſuaſores eorũ ſententiæ, qui pertraxerunt in ſuas partes totã plebeiam multitudinem. omnes vno ore laudabant mõtana æquè atq; cãpeſtria: ſed cõfeſtim reclamabatur à concione: Quid opus eſt nobis alienis fortunis aſſeruatis tãto præſidio, vt non poſsint adimi priſtinis dominis? Vix tẽperatum eſt à manibus quin duos diuerſum ſentiẽtes lapidibus obruerẽt, malẽtes audire iucũda quàm vtilia, & veris falſa ptęferẽtes. quod ægerrimè ferebat dux multitudinis, diris agitari eã ſuſpicãs, quæ tã cõtumaciter aſpernaretur oracula, nec lõgè vltionẽ abeſſe, ſicut euentus docuit. nam illi decẽ exploratores timidi abſumpti ſunt peſtilẽtia cũ turba ſecuta ipſorũ ignauiã. ſoli qui ſuaſerant eundum intrepidè, ſeruati ſunt, præmiũ referentes pietatis, & reuerẽter accepti oraculi. Hæc cauſa fuit ſerius deductæ coloniæ. cùm enim potuiſſent ſecũdo anno poſtq̃ ex Aegypto demigrarãt agros Syriæ diuidere, deflectentes à via cõpendiaria, vagabũtur per ſeceſſus lõginquos & deuios alios quærẽdo poſt alios, fruſtra defatigãtes animũ cum corpore, vt meritas impietatis pœnas perſoluerẽt: quippe qui præter tempus iam elapſum per xxxviij. annos, ætatẽ hominis, ſusq; déq; oberrantes per inuia, vix quadrageſimo anno peruenerũt ad eoſdem quos antea terminos. In aditu regionis habitabat gẽs cognata, quos ſperabãt fore belli aduerſus vicinos gerendi ſocios, adiutoréſq; in parãdis nouis ſedib⁹: aut ſi hoc grauarent, certè neutris ſe adiũcturos partibus. nam vtriuſq; gẽtis primi cõditores, tũ Hebraicæ, tũ accolentis fines hoſtiles, vna matre vnóq; partu editi fuerant, quorũ familiæ felici auctæ ſobole in duas populoſas gẽtes tum excreuerãt. harum altera in ſuis manſit ſedibus: altera (vt antè diximus) in Aegyptũ propter famem tranſlata. poſt aliquot ætates retro vnde venerat, rediit. hæc cognationis nõ oblita, quãuis dudũ diſiũcta ſedibus: & tũc quoq; nihil de ritu maiorũ agnoſcẽs in degenerib⁹ poſteris, arbitrabatur decorũ eſſe mãſuetis ingeniis, ſi antiquæ neceſsitudini aliquid tribuerẽt. in altera nullũ ſupererat amicitiæ veſtigium, quæ lõgè diuerſis aſſueta morib⁹, rationibus, cõſiliis, ſtudiis, auita renouabat odia. nã primus huius gẽtis autor ius primog

mogenituræ fratrivẽdiderat,quod paulò pòst facti pœnitẽs re petiit,atq; etiam necem intentãdo extorquere voluit.hę maiorum priuatæ simultates apud integras posterorum gẽtes instauratæ sunt eo tempore. Cæterùm dux Hebræorum Moses quãuis primo incursu poterat eos opprimere, iniquũ id ratus propter ius antedictæ cognationis,maluit transitũ per eorum agros petere,pollicẽdo se iter facturos sine incolarũ iniuria, intactis agris & pecoribus.ne potũ quidem aquæ necessarium sumpturos absq; pretio:in potestate incolarũ fortè annonã, se vsuros foro ex ipsorũ arbitrio,at illi contẽptis caduceatorib⁹ cõditiones fœderis offerẽtibus,armati obuiam profecti sunt, bellum ostentãtes eis,si auderent fines transcendere, imò vel attingere.id respõsum ægrè ferente populo,& iam ad arma cõcitato,propheta è superiore loco vt exaudiri posset:sic eos allocutus est:Non est iniqua viri fortissimi vestra indignatio, qui bonas cõditiones offerẽdo repulsam passi estis à prauis & peruersis hominibus Illi quidẽ digni sunt vt inhumanitatis pœnas dent,nos tamẽ decet mitius agere,& reuereri gentiles necessitudines.alioqui quod erit inter bonos malósq; discrimẽ, si magis cogitabimus quid illi mereantur,quàm quid nos deceat?His dictis auertit aliò populũ,cùm videret omnes aditus insessos præsidiis ab his quib⁹ nihil imminebat periculi, tantùm præ inuidia viã cõpendiariam intercluserant: quod erat certissimũ indiciũ maleuolẽtię molestè ferẽtium gentẽ libertati redditã,quã in Aegypto graui seruitute premi antea libẽter audierant.necesse est enim vt qui alterius felicitate dolet, eius calamitate gaudeat,quãtumvis dissimulet.In tantũ enim res suas cũ impiis consociauerãt,vt in summã malitiã,plapsi, infensi essent bonis omnib⁹, ægrè ferrẽt successus eorũ,gauderent calamitatib⁹.Id tum latere nõ potuit, cohibitus est tamẽ populus à suo principe eadẽ opera gemino exẽplo edito tũ bonitatis tum prudẽtiæ.prudẽter enim fecit,quod discessum est sine mutuis iniuriis:quòd verò cognationis respectu vltionẽ cohibuit,humanitatis fuit officium.horum oppidis prẽteritis cùm ad vlteriora pergerent,rex quidã finitimus Chananes nomine vbi cognouit è speculatoribus exercitũ per loca nõ longé dissita iter facere,putãs eos sine ordine incedẽtes facilè posse opprimi,cũ armata suorũ iuuentute inuasit,& primò assultu quosdã vt in paratos coẽgit terga vertere:interceptisq; aliquot captiuis insperato successu inflatus procedebat vlterius,

quasi

quasi omnes in suam potestatẽ redacturus. at illi nihil territi accepto incommodo,imò accensa audacia vt aboleret ignominiam,hortabãtur se inuicem: Viri simus,geramus rẽ alacriter in primo regionis ꝓmissæ aditu.intrepide pugnemus pro munimento habentes audaciã. per initia sępe de euẽtu decernitur. dum in limine sumus terrorem incutiamus incolis vt inopia qua in locis desertis laborauimus, permutem⁹ agrorũ fertilitũ & bene cultorũ copiã.Sic animati vouerũt Deo primitias agrorũ,eius regis oppida cũ suis finibus.nec fuerũt vota irrita, ꝓpitio numine Hebræis robur addẽte,ad extorquendã hosti victoriam.Itaq; pugnatũ est egregiè,supplicatũq; post victoriã,prẽda tota cõsecrata autori tantę felicitatis.Oppida cũ viris & auro argentóq; Deo dicari placuit, vnde totũ id regnũ anathema nontiatũ est. Quemadmodum enim vnusquisq; vir pius cõsecrat primitias fructuũ cõportatorũ ex agris suis:ad eundẽ modum gens vniuersa portionem magnæ regionis, in cuius possessionem migrabat.& eam quidem non exiguam,regnũ integrum quod primum bello quæsitũ est,nouæ coloniæ primitias Deo dicauit,nefas enim putabant vel agros diuidere,vel in vrbes immigrare,ante cõsecratas horũ primitias.Paulò pòst fontem copiosum inuenerũt,qui omnibus potũ præbuit,is erat in puteò,in eius prouincię finibus. ibi acsi merũ nõ aquam hausissent exhilarati,pias choreas circa puteũ ducẽdo nouum carmẽ canebant in laudẽ Dei datoris agrorũ & autoris coloniæ,quòd emensi longas solitudines,terram promissam attigissent,& in ipso limine inuenissent aquæ copiam. meliore nota signãdum rati hunc puteũ. fuerat enim excisus non plebeiorũ sed regum opera & diligentia:qui vt fertur magum sumptum quærendo aquam & apparãdo puteum fecerant,sicut apparebat ex operis regij magnificẽtia.His inopinatis successib⁹ lætus Moses progrediebatur vlterius, iuuentute dispositа in primo extremóq; agmine:seniorũ,mulierũ,puerorúmq; turba incedebat media, vtrinq; munita præsidio, siue frontem siue terga hostis lacesseret. Post aliquot dies regionẽ Amorræorũ attigit,missisq; legatis ad regem eorum Seon,inuitabat ad easdem conditiones, quas prius cognatis obtulerat.ille adeò cõtumeliosè respondit, vt vix sibi tẽperaret à manibus, occisurus ni legatos tutaretur ius gentium:cõtractísq; mox copiis expeditionem suscepit victoriam sibi pollicens.Congressus autem sensit sibi rem esse cũ inuictis militibus,qui iam ante exercitatis duratísq; tũ corpo-

C ribus

ribus tum animis,non semel virtutis specimen ediderant,quapropter egregiè tunc quoq; vicerunt, à præda tamen abstinuerunt,vt sacrarẽt Deo certaminũ suorũ primitias,cuius ope subsistebant magis quàm propriis consiliis aut viribus, illo addẽte animos ad rem gerendam, & causam suam defendendã fortiter, sicut tunc quoque apparuit. non erat enim opus iterato prælio.vna acie debellatũ est,fusis,fugatis,interecione deletis hostilibus copiis. Vrbes etiam eodem tempore exhaustæ & repletæ sunt,vacuæ veteribus incolis, plenæ victoribus. similiter villæ prædiáq;rustica modò deserta recipiebãt colonos meliores.Hoc bellum gentes omnes Asianas terruit,præsertim finitimas,quibus propius imminere videbatur periculũ. Vnus autẽ è vicinis regibus Balaces nomine,habens in oriente magnum populosumq; imperiũ.nõ ausus armis decernere, domi se cõtinuit:& timẽs clades quas bellũ afferre solet, ad auguria se vertit atque diuinationes, putãs se diris execrationibus expugnaturum inuictam Hebræorum potentiam. Erat illo tempore vates magnę celebritatis in Mesopotamia, peritus omniũ diuinationis generũ,sed maximè augurali scientia sibi autoritatẽ paxauerat, cuius multa sæpe experimenta ediderat magna & vix credibilia.nã aliquãdo imbres futuros prædicebat ætate præferuida,rursum aliis siccitatẽ æstúsque brumali tempore: aliquando vbertatem annonæ,rursum aliàs famem & penuriam: fluuiorũ item defectus inundationésq;, & procurationes pestilẽtiæ,aliáq; innumera:quæ singula cũ prælagire videretur, erat in ore omniũ,inclita fama diuinitatis eius indies se spargente latius.Ad hũc rex misit amicos aliquot,rogãs vt veniret, multa repræsentãs dona.plura pollicens,nec dissimulans cur accerseret hominẽ.ille non ingenuè cõstantérq;, sed fucata ciuilitate, quasi propheta eximius, & nihil absq; diuino nutu facere solitus,tergiuersabatur, negans sibi hoc permitti à numine. sic legati reuersi sunt infecto negotio. Rex alios mox honoratiores misit cũ maiore vi pecuniæ, iussos etiã polliceri ampliora quã antea munera.Vates inescatus & præsenti vtilitate,& spẽ futuri cõmodi,simúlq; oratorũ dignitatẽ reuerit9,persuaderi sibi passus est,rursum fucatè causatus de numine.itaq; postridie parabat se itineri,narrans admonitũ se in somnis visione manifesta vt incunctanter legatos sequeretur. Cæterũ in via prodigiũ ingẽs ei se obtulit, omnino aduersum ominosúmq; illius proposito.Iumentum enim quo vehebatur, primùm repente cõstitit,

deinde

deinde quasi ex aduerso violẽter repulsum in tergũ retro cedebat,nunc ad dextram,nunc ad lęuã flectendo errandóq; trepidè more temulentorũ,etiam verberibus contumax,vt penè sessorẽ excuteret,vexatũ vicissim nõ mediocriter.Erãt enim ex vtroq; viæ latere sepes & maceriæ.in has impingẽte iumẽto dominus atterebat lacerabátq; crura & genua. videlicet obuio spectro iamdudum territabatur animal, cui soli erat illud cõspicuum: homini verò non itẽ,quo magis argueretur eius stupiditas.tũc enim brutum perspicacius erat quàm is qui se iactabat videre non mundũ solum,verũ etiam ipsum mundi rectorem cõditorémq;.Tandem vix agnito resistẽte angelo, nõ quòd dignus esset eo spectaculo,sed vt indignitatẽ suam intelligeret, ad supplicationes deprecationésq; versus orabat veniã ignorãtiæ,negans sibi fuisse peccandi animũ. Cúmq; debuisset reuerti euestigio,maluit rogare angelũ,num redire domũ iubeat. Ille intelligens & indignè ferẽs simulationẽ(quid enim opus erat sciscitari in re tam aperta,quam ipse videbat, nec indigebat verbis fidem adstruẽtibus,nisi forte oculis minus creditur quàm auribus.)Vade,inquit,quò properas.Sed nihil efficies,me subiiciente verba præter tuam sententiã, & instrumenta vocis vertente quò fas ac pium est.nam ego ero tui sermonis rector,per tuam linguã inuitam fundens oracula.Interea Balaces vt audiuit vatem esse in proximo, prodiit obuiã cum satellitio: deinde post solennem consalutationem mutuam, aliquantũ quæstus est de tarditate,expostulans quòd nõ incũctanter se dedisset in viam: atque ita versi sunt ad epulas regio luxu paratas excipiẽdis hospitibus, cæteráq; hospitalitatis officia pari splendore ornatissima. Postera die diluculo Balaces vatẽ duxit in tumulũ sacratum cuidam genio,cuius statuam indigenæ venerabantur diuinis honoribus. inde prospectus erat in partẽ castrorũ Hebraicorum,quæ ostendebantur mago tanquã è specula. his visis dixit:Tu rex positis septem aris,in singulis vitulum cęde & arietem:ego interim secedam,vt diuinitus discã quid dicẽdum sit, progressus autẽ foras cõfestim afflatur numine, quod omnem eius artificialẽ diuinationẽ exterminauit ex anima. nec enim fas erat sanctũ spiritũ cohabitare cũ magicis artibus. post hæc reuersus,& videns victimas ardere aris impositas, tanquã alienus interpres sic cecinit.E Mesopotamia me acciuit Balaces,vt longum iter emẽsus execrarer Hebræos. sed quomodo execrabor quos Deus nõ execratur?possum eos ex alto mõte despice-

re,& vota concipere,ſed lædere non poſſum ſingularem ac eximium populum,qui non cõnumeratur cũ cæteris gentibus,nõ tam locis ſeparatus & ſedibus,quàm ritibus propriis,multum diuerſis,nec cõtaminatis vlla externa ceremonia. Quis exactè nouit primam horum originem? corpora quidem ex humanis ſunt nata ſeminibus,ex diuinis autem animæ,Deo cognatæ hactenus.Tollatur anima mea ex hac vita corporali,vt connumeretur cùm iuſtorum animabus, quales ſunt horum hominum. His auditis Balaces ingemuit.Conduxi te,inquit,vt hoſtes exe crareris , nũc nõ pudet te illis fauſta ominari?Quàm me fefellit opinio,qui amicum putãs oppoſui te hoſtibus:iam ſatis apparet quo iis animo,hoc eſt nimirũ cur tam cunctãter veniſti, beneuolentiam qua iſtos proſequeris,& odiũ mei diſſimulans. licet enim ex manifeſtis de incertis coniecturã facere. Tũ magus iã à ſpiritu relictus: Iniuſtã,inquit,ſuſtineo calũniam, Nihil ex meipſo dicere ſoleo,interpres tantũ Dei ſũ,ſicut & antea me proteſtatũ ex legatis nouiſti.Rex ſperans poſſe vèl vatẽ decipi,vel diuinam mutari ſentẽtiam,ſi locũ ipſe mutaret , illinc petiit alium montem editiorẽ,vnde cõſpiciebatur magna pars hoſtilis exercitus:extructisq; denuo ſeptẽ aris aliis,& mactatis totidem quot antè victimis , miſit vatem ad captanda meliora auſpicia. Ille in ſeceſſu correptus numine, & extra ſe raptus vt ſuametipſe verba non intelligeret,ore ſuo ſententiam alienam pronuntiauit hoc vaticinio.Surge rex,& audi attentis auribus. Non eſt Deus quaſi homo vt mẽtiatur,nec quaſi filius hominis vt mutetur. Dixit & faciet,locutus eſt & rata erunt verba eius, quandoquidem ipſa verba ſunt eius opera.ad bene precandum adductus ſum ego,nõ ad execrationem. Non erit labor in Hebræis nec laſſitudo. Deus eos manifeſtè ceu clipeo protegit. is etiam Aegyptiacas calamitates ab eis depulit, & tã multa milia tanquã vnum hominẽ eripuit. ideo populus Iſraëliticus nihil moratur auguria cæteráq; diuinationis genera omnia, fretus vno totius mũdi prĩcipe. video populũ inſurgentẽ vt leonis catulum,ſuperbũ leonina ferocia.Satiabitur præda,& bibet occiſorũ à ſe ſanguinem. ac ne tum quidẽ in cubile ſe cõferet,ſed peruigil victoriale carmen concinet. Tum Balaces præ dolore ob ſpem diuinatione fruſtratã exclamat: Deſine homo & execrari & fauſta ominari. præſtat ſilere quàm iniucunda dicere. Móxq; mutata ſententia duxit vatem in locũ alium,vnde oſtendens ei partẽ copiarũ Hebraicarũ, hortabatur vt diras execrationes

tiones cõtra eas depromeret.Magus rege nihilo melior,quãuis contra incuſationẽ obiectũq; prævaricationis crimẽ verè præfatus,ſe nihil de ſuo proloqui , tantùm interpretẽ eſſe numinis quo incaleſcebat:cũ debuiſſet domũ reuerti, cupidè comitatus eſt,tum propter inſignem arrogantiã,tum propter odio ſuppuratum animũ,quippe qui malè volebat populo,cui tamen non ſinebatur malè precari , cúmq; veniſſet in montẽ celſiorẽ prioribus,longo aſcenſu arduum,iubet inſtaurari eadem ſacrificia, rurſum aris ſeptem poſitis,& ſuperimpoſitis quatuordecim victimis,binis vt antea,vitulo ac ariete.ipſe verò non abiit more ſolito ad captanda auguria , damnata hac diuinatione & quaſi obliterata,vt nihil certi poſſet ex ea percipi : & alioquin etiam vix tandem ſenſerat repugnare Dei volũtati regis propoſitum ſed verſus ad ſolitudinẽ,conſiderabat ſingulas tribus Hebræorum,& caſtrorũ ordinem populoſæ ciuitati ſimiliorẽ quàm militari multitudini,móxq; afflat' in hæc verba erupit:Hęc dicit homo verè videns:cui Deus in ſomnis manifeſtè viſus eſt inſopito animæ oculo. Quàm pulchra tabernacula veſtra Hebræi, tentoria veſtra vt valles opacæ nemoribus, vt horti ſecundum flumen irrigui,vt cedrus prope aquas. Egredietur olim homo ex vobis,& imperitabit multis gẽtibus,cuius regnũ indies crescens magis ac magis exaltabitur.populus hic ex quo Aegyptũ reliquit per totũ iter à Deo deductus eſt vno agmine.proptcrea deuorabit multas gẽtes hoſtiles , & pinguitudinẽ earũ exſuget medullitus,configétq; ſagittis aduerſarios.Dormiet cubans vt leo vel leonis catullns ſecurus,neminẽ ipſe timẽs,& alios territăns inſuper.Infelix quiſquis eũ excitauerit.Qui tibi precatus fuerit,ipſe quoq; fauſtus erit:execrabilis verò quiſquis te diris deuouerit. Rex maiore quàm antè indignatione percitus ait: Vt hoſtes meos deououeres vocatus,iã tertiò bene illis precat' es?fuge quãtocyus:ne indignatione furens aliquid ſæuius in te conſulam.Quantũ auri,quãtũ gloriæ tibi inuidiſti homo inſane ac perdite.Redibis domũ vacuis manibus , ipſe plenus oppropriis,irriſus illuſúsq; cũ iſta tua quã rãtopere iactas ſciẽtia. Reſpondit ille:Quæ hactenus audiſti,omnia ſunt diuina oracula:quæ verò iam dicam,meæ cõiectationes ſunt.Tũ dextra prehenſum ſeduxit à cæteris,& ſolus ſoli dedit conſiliũ, quibus rationib' ſibi cauere poſſet ab infeſto exercitu,quo facto inuſit ſibiipſe notam impietatis turpiſsimã.Dixerit enim aliqs, Cur priuatim das cõſiliũ oraculis cõtrarium, niſi putas in potẽtias

& efficacius. Age verò examinemus ista præclara consilia, qualibus artibus vtatur ad interrũpendas perpetuas victorias fortissimi populi. Sciebat Hebræos per solum legũ contemptũ expugnabiles, tentatos malo impotẽti libidinis: ideo voluptate inescatos conatus est ad grauissimũ scelus impietatis pertrahere. Sunt, inquit, in tuo regno mulieres formosissimę, nec alia re vir facilius capitur quàm mulieris eximia specie. harum pulcherrimas si permiseris ob quæstũ vulgare sua corpora, hoc hamo capietur inuẽtus hostiũ. sed præmonẽdæ sunt, ne statim faciant sui copiã rogantibus. nã hæc fucata tergiuersatio magis incitabit & accẽdet cupidinẽ, atq; ita obtorto collo pertracti à suismet cõcupiscentiis, nihil nõvel patientur vel facient. Sic affectũ amatorẽ vbi viderit captatrix fœmina superbè loquatur: Non est fas habere te mecũ voluptatis cõsuetudinem, nisi abiurato ritu patrio, colas eadem mecum numina. nec antè credam te mutatum, quàm videam non abhorrere à nostris sacris & libationibus, quæ in delubris peragimus. Tum ille miser captus his casibus, cõditionem accipiet, & repulsa ratione monitrice imperata faciet addictus in seruitutem cupidini. Hoc fuit consilium: id quoniam videbatur non inani coniectura subnixum antiquata lege de stupris & adulteriis, data est fœminis licẽtia cõcubitus cum viris quibuslibet. qua impunitate factũ est vt iuuentutem ad se pertraherẽt, corrupta prius anima & hniusmodi præstigiis ad impietatem illecta: donec Phinees filius pontificis indignè ferẽs perire animas simul cũ corporibus, & hæc voluptate illas impietate corrũpi, ausus est facinus viro bono honestóq; conuenientissimũ. Cõspicatus enim quendã suæ gentis hominem post prophana sacra ad meretricem ingredi, non furtim, vt mos est verecundis scortatoribus, sed propalã erecta ceruice quasi ostentantem impudenter multitudini suam turpitudinẽ, nec minus sibi placentẽ quàm in aliquo præclaro facinore, admodũ exasperatus & ira iusta repletus, inuasit iacentem in cõplexu adamatæ meretricis, & vtrũq; peremit adacto mucrone per genitalia eò ꝙ operarent genituręnefariæ. Quo exemplo animati quotquot æmulabantur pietatẽ ac continentiam, Mose quoque iubente, imitati sunt autorem vltionis, & omnes simulachris initiatos sine cognationis amicitiæq; respectu ad vnũ deleuerunt. atq; ita gentem expiauerunt exacto inclementer à noxiis supplicio. reliqui satis approbauerunt suam pietatem, neminem sontem miserati, ne cõiunctissimũ quidem sanguin

sanguine plus valente apud eos indignatione quàm affectu necessitudinum. nec quisquam ex his homicidis pro impuro aut cæde polluto est habitus. imò visa est hæc res gesta nulli e superioribus cedere, quantum ad veram meritámq; laudem fortitudinis attinet. Fertur vno die cæsa vigintiquatuor milia, nõxque sublatũ publicum piaculũ, quo tota castra cõtaminata fuerunt, quibus expiatis, Moses dispiciebat de præmio decernẽdo filio pontificis, qui primus fortiter vltionem aggressus fuerat. id cogitanti maturè oraculum redditur. Pacem à Deo dari Phinei, quod bonũ mortalis nemo dare potest: dari & perpetuũ sacerdotiũ, quod hæreditario iure ad posteros quoq; ipsius pertineat. Ad hunc modũ intestinis malis defuncti, quãdo etiam de transfugio proditionẽq; suspecti omnes cecidérãt. Israëlitæ arbitrabantur venisse opportunũ tempus expeditionis contra Balacem, nihil non conatum vt læderet, nec frustratũ suo consilio: quippe qui per vatem deuouere deleréq; copias Hebræorũ sperauerat: per mulieres verò impudicas ingentem plagã tum libidine corporibus, tum animabus impietate inflixerat. nõ fuit tamen vniuersorũ expeditio, ne finitimæ gentes excirentur ad arma cõmuni periculo: simúlq; consultũ videbatur manere cæteros in subsidiis, si fortè res posceret noua submitti auxilia. milleni de singulis tribub⁹ selecti sunt. Sic armatis duodecim milibus imperator datur Phinees, spectatæ iam fortitudinis vir: qui sacris ritè peractis vbi litatum vidit, milites hũc in modum pro concione adhortatus est, Non de imperio nunc certamen instat, nec de inuadendis, occupándisq; alienis possessionibus, quæ causa belli vel sola mouet alios vel præcipua, sed pro tuẽda pietate ac sanctimonia, quam nostris cognatis amicisq; dum hostes eripiunt, parauerũt eis grauissimam perniciem. Absurdũ igitur & periniquum fuerit si parcamus sceleratis hostib⁹, qui domesticis minus noxiis nõ pepercimus: si magistros impietatis impunè abire sinamus, qui de discipulis pœnas sumpsimus, præsertim cùm totius calamitatis culpa penes autores impietatis sit. His dictis animati iuuenes accẽsq; amplius, tanquam ad certã victoriã afferebant inuicta pectora: collatisq; si gnis tantùm præualuerũt robore ac audacia, vt mactatis more pecudũ hostib⁹ ipsi omnes reuerterẽtur incolumes, ne vno quidem è suis vel desiderato vel saucio. aliquis ignarus facti ex redeuntiũ specie coniectans dixisset eos reuerti à decursione militari, non ex acie referre victoriã. adeò intacti erãt haud secus

quàm post meditationem armorũ ludicrã.deuictæ vrbes flammis ferróq; solo æquatæ sunt,vt nullũ supereſſet habitationis vestigium,ac si nunquam ea terra habuiſſet incolas.captiuorũ abductus est infinitus numerus.ex his in viros & mulieres internecione sæuitũ est:in alteros,quòd ab his petiti fuerãt iniustis armis & sceleſtis cõſiliis:in alteras,quia hæ suis præſtigiis iuuentutem Hebræam seduxerant,cui laſciuiæ,impietatis,ac poſtremò necis causa fuerant:tenera ætas, pueri virgínésque impetrarunt veniã.Præda ingens parta fuit,exhauſtis non solũ opibus regiis, sed etiam priuatis poſſeſsionibus : non minus enim ex agris auectum est quàm ex oppidis.in caſtra conuexerunt totas quãtæ fuerant hoſtiles diuitias. Moſes laudato pro concione Phinee,cõmilitonúmq; eo bello spectata fortitudine,pariq; cõtinentia,qui maluerãt prædam in commune proponere quàm sibi vsurpare,vt etiã in caſtris relicti forent eius participes,iuſsit victores,extra caſtra per aliquot dies tẽdere: põtifici autem mandauit,vt luſtraret reuerſos à recenti cæde hoſtium:quãuis enim per leges liceat hoſtem occidere,tamen qui necauit hominẽ,etiamſi coactus & propulſans iniuriam, obnoxius videtur propter antiquã generis cognationẽ oriundi ab vno capite.hæc tum fuit luſtrãdi cauſa,vt ne ſpecies quidem sceleris in eos cõpeteret. Aliquanto poſt prædam diuiſit, his qui militauerãt,multo paucioribus præ cæteris, aſsignata parte dimidia,reliquaverò his qui in caſtris remãſerant.æquũ enim cenſebat hos quoq; victoriæ fructũ capere,qui ſi nõ corporibus,animis tamen decertauerãt.nam qui manẽt in ſtatione parati auxilio,tẽpore nõ alacritate cedunt potioribus.itaq; cùm pauci accepiſſent plura propter nauatam operam,plures pauciora,vt qui intra munitiones ſe cõtinuerant,viſum est neceſſariũ totius prædæ ſacrare primitias,quinquageſimas ſubſidiarii,quingẽteſimas propugnatores cõtulerunt. hæ põtifici datæ ſunt iuſſu prophetæ:altera portio ceſsit ædituis,quos Leuitas nominãt.Tribuni,cẽturiones,cæteríq; præfecti ordinũ, virtutis ergo acceperũt ſua præmia,ornamenta vaſaq; aurea, quantũ cuiq; in direptione obuenit,ea pro ſua militúmq; ſalute ſponte obtulerũt vt eſſent donaria:quæ Moſes delectatus virorum pietate dicauit tabernaculo Dei,monumentũ gratitudinis. Laudanda ſanè primitiarũ diſtributio. Qui non militarant,de ſuo dimidio prõptæ voluntatis,nõ operæ præmio, Leuitatis obtulerũt ex prophetæ præſcipto:põtifici autẽ illi qui

fortitud

fortitudine abſolutiſsima etiam caput obiecerunt periculis,nimirum capiti ſacratorum ceremoniis hominum.cæterùm præfecti ordinum ſacrarunt Deo ſuas primitias.ſummo totiusvniuerſitatis principi,Tãtùm hoſtium ferociũ debellarunt Iſraëlitæ priusquàm Iordanem eius regionis fluuiũ traiicerent,qui hoſtes tranſemnẽſem tunc tractum incolebãt felicem & frugiferum,campeſtrem magna ex parte aptúmq; vel frumento vel pabulo,hæc loca vbi viderũt duæ tribus pecuariæ,ſexta pars totius exercitus,à Moſe petebant hos agros ſibi diuidi, vt tãdem alicubi certas ſedes acciperẽt eſſe regionem paſcuis aptiſsimã, propter aquarum copiam & pabuli ſponte fundentẽ alimenta pecoribus. Ille ratus eos prærogatiuam in agris diuidẽdis quęrere,aut immunitatẽ à bellis imminẽtibus,cùm adhuc ſupereſſent cis Iordanem reges multi.occaſionem expectantes tanquam ex inſidiis,valde ira commotus reſpondit:Itáne cenſetis æquum vos hic ocioſos ante tempus cõſidere,immunitate fruituros?Quid interim fiet amicis ſociiſq;,& quæ ſanctior neceſſitudo est cõiunctis natiuo conſanguineitatis fœdere?num placet eos deſertos obiici opprimẽdos hoſtib⁹?Itáne vos ſoli quaſi res bene geſta præmiis potiemini,pugnas,labores, erũnas, pericula relinquetis cæteris:Non est iuſtum vos frui pace cõmodíſq; aliis quæ pacem ſequũtur,veſtros fratres atteri tot bellis ac certaminibus.& vt parti bene ſit,vexari totũ exercitũ : illud magis decet,vt cum vniuerſis copiis partes etiã in ſortẽ agrorum veniant.omnes æquo iure degitis, vnũ genus omnibus ab iiſdem profectum cõditoribus,vna familia,mores,ritus,leges, ſacra eadẽ,& alia plurima,quæ vel ſingula fœdus amiciriãmq; conciliant. Quid est cur hactenus pares in ſumme neceſſariis muniis.in agrorũ diuiſione rationẽ veſtri haberi poſtuletis extra ordinẽ,quaſi cæteros habeatis pro ſeruis aut ſubditis. atqui debuerãt vos aliorum exempla docere modeſtiã:nam prudentes nolunt ſuo malo diſcere:nunc ne domeſticæ quidem cladesvos admonent officij,quas ſpectaſtis in veſtris patribus. exploratores illi regionem expetitã,ſed quia de poſſeſsione deſperauerunt.omnes perierunt duobus tantũ exceptis.Illorum igitur libet imitari formidinem ô vecordes,quaſi hæc conſilia nõ tẽdant ad veſtrã perniciem,dum ipſimet vobis animos adimitis & audaciam:quandoquidem properãtes ad peccatum propere ratis ad ſupplicium.nã vindictam quãtumvis tardam, ſi ſemel moueatur contra noxios,nemo poteſt effugere. Vbi debellatũ

prophetia peruenit.Bellę profectò quadrigę potẽtiarum aptiſſimè comparatarum.cõnexæ enim & hærentes ſibi inuicem,ſimul agitãtur,percipiẽtes ex ſe vtilitates mutuas more Gratiarum virginum,quæ nunquam ſeparãtur coniunctæ naturæ lege immobili.De quibus meritò dici poteſt quod vulgò de virtutibus dicitur:eum qui vnam habet,omnes habere.Cæterùm ante omnia tractãdum videtur de legislatoris habitudine. Nõ ignoro quòd in legislatore primo requirãtur omnes virtutes integræ,ſed quẽadmodũ in familiis alij propius cognati ſunt quàm alij,quãuis in eadem cognatione:ſic quibuſdam rebus certæ virtutes naturaliter cohærẽt propius, reliquæ minus familiares habẽtur.facultati legislatoriæ quatuor hæc ſunt coniũctiſſima,charitas erga proximos,iuſtitia,amor virtutũ,& vitiorum odium.quiſquis enim ad leges ferẽdas animũ appulit, ab his cauſis ſingulis permotus eſt: ſiquidẽ charitas docet ſententias vtiles proferre in mediũ,iuſtitia honoratur vt æquabilitas,ſuum cuiq; tribuens.Virtutũ amor approbat quicquid natura bonũ eſt,& id omnibus dignis exhibet ſine inuidia.Odiũ autem vitiorum exagitat contemptores virtutis,ſuſpectos habẽs vt hoſtes humani generis publicos & perpetuos.Hęc vel ſingula magnum eſt alicui contingere.mirandum verò ſi vniuerſa vnus poſsit conſequi:quod in ſolo Moſe licet cernere, eminentibus in eo manifeſtis cunctarum modò dictarum virtutũ indiciis,preſertim in eius legibus.Id verum eſſe ſciunt qui legũt ſacra illius volumina,quæ non poterant niſi à tali viro cõſcribi,idq; ex Dei ſententia, hæ leges poſteris ſunt traditæ vt res pretioſiſsima.referẽtes imaginẽ animæ propheticæ, in dubiis notis exprimẽtẽ has ipſas virtutes,quas dixi neceſſarias.Quòd autem hic fuerit præſtantiſsimus legislatorum qui vnquã extiterũt vel apud Græcos vel apud barbaros,leges item optimæ ſint & verè diuinæ,in quibus nihil deſiderari poſsit, hoc argumento colligitur certiſsimo.Aliarum gẽtium iura,ſi quis cogitatione percẽſeat,innumeris de cauſis antiquata inueniet bello,tyrannide,aliiſq; improuiſis caſibus,vt ſolet fortuna ludere. interdum etiam præ nimia felicitate laſciuientes quidã colla ſubduxerunt legibus,vt vulgus eſt in rebus ſecundis inſolens, comitante ſaturitatem ſuperbia.Lex autem ſemper pugnat cũ ſuperbia.ſola noſtra lex firma,immobilis,inconcuſſa,tanquam obſignata naturę ſignaculis,manet ex quo ſcripta eſt in hodiernum vſq;,& ſpes eſt mãſuram per omnia ſecula immortalem,

donec

donec ſol,luna,cælum,totúsq; mundus manebit.gẽs enim hæc multa experta fortunæ viciſsitudines, tamẽ ne minimum quidem mandatum paſſa eſt obſoleſcere.Tanta fuit ſemper diuini iuris veneratio.quæ autem tuta ſunt à famis,peſtis,belli, tyrannorũ regúmq; iniuriis,à corporis morbis pariter & animi,atq; etiam à diris calamitatibus aliis, an non ſunt modis omnibus amplectenda vt maioris quàm quod æſtimari poſsit pretij?res certè non caret miraculo, per tot ſecula manſiſſe leges eaſdem incolumes.illud tamen magis etiã mireris,non ſolùm Iudæos, ſed & aliarum gẽtium pene omnium homines, præſertim virtutis rationem habentiũ,imbutos eſſe harum veneratione. hic enim eſt honor earũ eximius.id ita eſſe vel hinc liquet: In tota Græcia totáq; barbaria nulla ciuitas habet leges cõmunes cum quapiam alia:imò vix inuenias vllam eiſdem ſemper vſam, in tot mutationibus rerum & temporũ. Athenienſes Laconicas leges aſpernãtur,Atticas Lacedæmonij.Inter barbaros Aegyptij non vtuntur Scytharum legibus,nec Scythicę gentes inſtitutis Aegyptiorũ:& in vniuerſum Europæi ſuas leges habẽt,ſuas itẽ Aſiatici populi.ab oriente vſq; occidentẽ,omnes regiones,gentes,ciuitates,abhorrẽt ab externis ritibus:putãtq; tãto plus honoris ſuis accedere,quãto magis alienos procul cauerint.at non ſic noſtrum ius.omnes enim admonet officij,barbaros,Græcos, cõtinentis æquè ac inſularum incolas. occidẽtales ac oriẽtales, Europæos ac Aſiaticos, totũ orbẽ habitabilẽ vſq; ad extremos terminos.Quis enim ſacrũ illum diem per ſingulas hebdomadas recurrentem nõ honorat,remiſsionem laborũ feriásq; affe rentem patrifamiliàs cum domeſticis,non ingenuis tãtum,verùm etiã mancipiis,& iumẽtis inſuper.nã hic inducias laboris affert omnibus manſuetis animantibus, creatis in miniſteriũ hominũ,& à natura addictis eorum ſeruitio:affert etiã arboribus & ſtirpibus omnibus. nec ramũ enim nec frondẽ nec foliũ demere fas eſt, ne fructũ quidem vllũ decerpere, immunitate in vnum diem cõceſſa his omnibus,velut publico prœconio interdictum eſſet hæc attingere. Quis ieiunium quod vocãt non mirabundus adorat,præſertim quotannis recurrẽs ſacrato mẽſe,iuxta diſciplinã auſterem & tetricam. Sũt enim qui ſic ieiunant,vt nec merũ deſit nec cupediæ,dapſiliter appoſitis cibis & poculis nõ tantũ ventrẽ expleturis verũ etiam excitaturis ſubuentraneas cõcupiſcentias.ſed vbi ſic ieiunatur,vt nec cibũ nec potum attingere liceat, nequid corporeariũ affectionũ purgaræ

menti

menti obstrepat,vt sit in saturitate festa celebrãtium:ibi intentis omnibus ad placãdum patrem omnipotẽtem pia precatione id vnum agitur,vt concedat præteritorum peccatorũ veniã, & in posterũ nouis beneficiis suam gratiã augeat.Quòd autem harum legũ sanctitas nõ solis Iudæis verũ etiam aliis omnibus gẽtibus sit admirãda & venerabilis, manifestè apparet tum ex his quæ modò diximus,tum ex his quæ dicentur in sequẽtibus sermonibus.Lex antiquitus scripta fuit lingua Chaldaica, mãsitq; longo tẽpore in ea,quãdiu legis ipsius pulchritudo nõ est intellecta externis hominibus,postquam autem ex quotidiano eius vsu etiam ad alienos sensus quidã permanauit, simul gloriosa quoq; fama vbiq; terrarum increbuit.nam honestis rebus ad tempus obesse potest inuidia,illæ tamen proferũt se tandem suaptè felicitate ingenij.Extiterunt qui indignè ferrent has leges parti tantùm humani generis innotuisse, nempe solis barbaris.Græcas gentes nullum earum gustum cepisse,dederúntq; operam vt verterẽtur per idoneos interpretes. id opus quia magnum erat & reipublicæ vtilissimum,non priuatis hominibus obuenit,nec mediocribus istis principibus & regulis, sed regi omniũ longè celebratissimo.Ptolemæus fuit is, Philaldelphus cognomine,tertius ab Alexãdro Aegypti rex, virtutibus regiis supra omnes ętatis suæ superiorũq; seculorũ principes nobilis, cuius nũc quoq; ex tanto tẽporum interuallo decus est inclitũ, ob tot relicta per ciuitates regionésq; monumẽta magnificentiæ,vt in prouerbiũ abierint sumptuosa opera ab illo Philaldelphea denominata.quandoquidẽ in vniuersum Ptolemæorũ domus cæteris regiis pnituit,inter Ptolemæos verò Philadelphꝰ. vnus enim hic plura laude digna gessit,quã omnes reliqui eius familiæ,quippe qui tantum inter eos præminuit, quantum caput in corpore.Talis princeps captus nostræ legis amore ac desiderio,in Græcã linguam è Chaldaica transferendam curauit, legatis in hoc missis ad Iudæorum pontificem,penes quẽ tunc erat in ea gente autoritas ac maiestas regia. Ei voluntatẽ suã aperuit,petens vt delectu habito ex præcipuis interpretes ad se mitteret. Qui gauisus vt decebat,ratúsq; haud sine diuina prouidentia rem tantam regi in mentẽ venisse,è suis Hebræis doctissimum quemque, præter patrias literas Græcis etiam eruditum,libẽter misit.Hi comitate hospitali excepti, sermonibꝰ ciuilibus & eruditis nõ minus hilaritatis tegi exhibebant,quã ipsi percipiebãt ex epulis.nam ille singulorũ sapientiã tentabat

propoſi

propositis nõ vulgaribus quæstionibus quas ipsi aptè ac breuiter enodabãt ex tẽpore,q locus nõ esset prolixioribus disputationibꝰ,ita vt res ageretur apophthegmatis,cúmq; placuissent, confestim aggressi sunt negotiũ per legationẽ expetitũ:reputãtésq; quã seria res esset leges ex oraculis acceptas interpretari, vbi netas sit quicquam vel demere vel apponere vel transponere, vel quocunq; modo à præscripto discedere, dispiciebant de aliquo suburbano secessu purissimo.nã intra mœnia nullus locus placebat,referta omnigenis animalibus,nec à morbis pura & cadaueribus.sed magis etiã suspecta propter impuros mores ciuiũ.Ante vrbẽ Alexandrinã sita est Pharus insula, per oblongam & fasciæ similẽ ceruicẽ accessibilis,quæ non alto mari sed stagnantibus vndis aluitur,vt ne fluctus quidẽ,nimirum spatio medio debilitati,obstrepãt.Hic locus postquã de cõmuni tentẽtia visus est ad præsens negotium aptissimus propter secessum quietissimũ,vbi animus solis legibus posset intẽdere, eum sibi optauerunt ad diuersoriũ:sumptisq; in manus sacris voluminibus,tendebant eas ad cælũ supplices,Deũ inuocando vt cœptis faueat,exaudiuit ille vota,vt ũ non vniuersum genus humanũ, certè maxima pars instrueretur ad bene viuendũ præceptis optimis & sapiẽtissimis.In eo secessu cũ consedissent solitarij nemine interueniẽte arbitro præter naturæ partes,terrã,aquã,aẽrem,cælũ,de quibus primũ prodituri erãt mysteria (nã mundi opificiũ est legũ exordium)tanquã numine correpti prophetabant,nõ alia alij,sed omnes ad verbũ eadẽ,quasi copiam dictante singulis inuisibiliter.Et quis nescit cuiusq; linguę,præsertim Græcæ copiã,vt eadẽ sentẽtia possit enũtiari modis variis, nũc has nũc illas dictiones accõmodando.Id negãt factũ in prodendis his legibus,sed reddita propria propriis nominibꝰ, Græcis ad Chaldaica exactè respondentibus,quo melius perciperetur rerũ notitia, quẽadmodũ enim geometriæ dialecticæq; doctrina nõ admittit sermonis veritatẽ,sed semper eisdẽ vtitur vocibus:eodẽ modo & hi cõuenientia rebus inuenerũt nomina,quę sola declaratura erãt sensum apertissimè. id experimẽis quotidianis creditur siue Chaldæus Græcam linguam, siue Græcus Chaldæã didicerit,in vtraq; scriptura tũ Chaldaica, tũ eius interpretatione miratur germanitatẽ,imò rerũ verborũq; consonantiam adorat,nõ interpretes illos,sed initiatores & prophetas appellãs, quibus datũ est syncerissimas Mosis cogitationes assequi spiritu purissimo,quãobrem hodiéq; solẽnis celebritas

renouatur

renouatur in Pharo insula,ad quam non tantũ Iudæi sed & alij plurimi traiiciũt, locum veneraturi in quo primũ visa est hæc interpretatio.& pro tanto beneficio quasi recẽte acturi Deo gratias, post vota autem & gratiarũ actiones alij tentoriis fixis in littrore,alij discumbentes in ipsa harena sub diuo epulantur cũ amicis & domesticis,præferendo tunc littus palatiis regiis.intantum expetendum videtur hoc diuinum ius priuatis & magistratibus,quamuis iandudum hæc gens vtatur fortuna parũ prospera.& solent res præclaræ obscurari quodãmodo aduersitatibus,quòd si fortuna melior affulserit,videtur non mediocrem accessionem allatura.puto enim plerosq; relictis & ablegatis patriis legibus transituros ad harũ obseruationẽ: nam cũ felicitate gentis leges exortæ denuo,cæteras obscurabunt,sicut sol minora sidera.quæquidẽ vna legislatoris laus est haudquaquam exigua.altera verò hac amplior etiam, cõtenta in sacris voluminibus,quò iam reuertemur ad declarandam virtutẽ sui scriptoris,horũ pars est historica,altera pars præcepta interdictáq; continet,de qua posterius dicemus,vbi prius quod primũ est,diligẽter tractauerimus.In historica tractatione de mũdo cõdito agitur,déq; maiorũ genealogiis.hæ genealogiæ partim pœnas impiorũ,partim præmia iustorũ cõtinent.Cur autẽ hæc memorentur in legum exordio,præceptis interdictisq; dilatis tẽpus posterius,videtur non prætereundum silentio.Non enim sicut cæteri scriptores,antiquitates prodẽdas sibi proposuit, vt seruarentur ad posteritatis memoriã,aures auditorum delinituræ voluptate inutili:sed exorsus est à summo initio,videlicet mundi creatione,vt doceret nos duo quædam magnopere necessaria,primò patrem cõditorémq; mundi,&veritatis legislatorẽ.quo cognito sequitur vt qui vult viuere iuxta naturæ ordinem,miretur eam in creaturis imitetúrq; pro viribus, ne quid à dictis facta discrepent,aut à vita oratio. Cæteri legislatores mox ab initio faciẽda vitãdáq; præscribunt,& pœnas minãtur contumacibus.quidã etiam sapientius vt ipsis visum est,non sic exorsi,ciuitatẽ condiderũt ante omnia,qualẽ putabãt maximè quadraturã ad formã constituẽdæ à se reipub.atq; ita ad leges ferendas versi sunt.At noster hic priorem illum modũ censuit herilem ac tyrannicũ,quòd iussa citra doctrinam non tam ingenuis cõueniant quàm mancipiis:alterũ verò modum elegãtem quidem,sed nõ omnino probabilẽ:proinde neutrum imitari placuit.nam & in præceptis monet hortatúrq; magis quã imper

imperat.adhibitis plerũq; præfatiũculis & epilogis prout res postulat,docere malẽs quàm cogere & exordiri à ciuitate manu facta humilius existimauit,quàm pro dignitate legũ longè optimarũ pulcherrimarúmq; quarũ diuinitatẽ non deceret in terra includi circumscribíq; vllis pomœriis:ideo satius duxit mũdi ceu magnæ ciuitatis creationẽ describere, vt suarũ legũ formulas è mũdana repub.desumeret.nam si libeat examinare præcepta singula,apparebit omnia conuenire ad amussim cum præscriptis naturæ.quapropter eos qui in summa prosperitatũ affluentia,valetudinis,diuitiarũ,gloriæ,cæterorũq; bonorũ externorum,deflexerunt à virtutis regula,non coacti sed versutia propria,pernicios vitia cõplexi tãquã res egregias,ceu hostes nõ tam hominũ quàm cæli mundíq; totius,pœnis narrat afflictos non vulgaribus sed nouis inusitatisq;:quibus diuina iustitia magnifice declarauit quanto malos prosequatur odio.nunc aqua,nunc igne sæuiens per interualla temporũ,& alios diluuio perdens,alios incẽdio. Siquidẽ maria tumẽtia, fluuiíq; aucti,torrẽtes simul & perennes,ciuitates cunctas in cãpestribus regionibus sitas inundarunt subuerterúntq;:in editioribꝰ autẽ locis habitatas imbres continuati,non interdiu, non nocte intermissi,subruerunt funditus.deinde post aliquot ætates rursus multiplicato numero hominũ, qa ne maiorũ quidẽ suppliciis admonita posteritas sapere didicerat,sed pmissa libidini licẽtia in deterius proferat,vltricibus flãmis hos deleri decretum est iusto Dei iudicio.Tũc,vt in sacra scriptura legitur, fulmina imbriũ in morem de cælo ruẽtia cõcremauerũt homines impios vnà cũ eorũ vrbibus.Extant in hodiernũ vsq; monumenta cladis illius inerrabilis, ostenduntúrq; ruinæ in Syria mixtæ cineri,fumo,sulfuri,lãbentibus hæc interdũ flammis tenuibus, sicut fit in reliquiis incẽdij.Interea pœnas luentibus impiis,bonorũ virtuti sua præmia nõ deerãt.In totius regionis cõflagratione ardentis vnà cũ incolis,vnicus inquilinus seruatus est diuina prouidentia,quod abhorret ab indigenarũ iniquitatibꝰ, cùm aliàs inquilini soleant vel suæ securitatis causa nõ aspernari mores exteros.timẽtes ne quem offendant probando instituta cõtraria.& tamẽ nõ erat is perfectè sapiens,vt eo nomine dignus haberetur tãto præmio,nihilominus profuit ei nõ consensisse cũ vulgo in luxũ ac delicias,fouente rerũ copia quasvis concupiscẽtias,nõ secus quàm si sulfur igni adiiceretur,aut fomenta id genus alia.Similiter in illo memorabili diluuio, cũ

penè vniuersũ homines interierunt, sola Noë familia proditur euasisse incolumis, quia paterfamliãs se purũ à peccatis voluntariis seruauerat. Id quomodo factũ narret sacri libri, operæpretium fuerit indicasse, vel vt moribus prosit, vel propter miraculi magnitudinẽ. Postquã enim iudicatus est dignus qui ereptus è clade publica fieret autor instaurati humani generis, iuxta mandatũ diuinum acceptũ ex oraculo, fabricauit opus ligneũ maximũ trecentorum cubitorũ longitudine, quinquaginta latitudine, altũ triginta cubitos, distinctũ cellis continuatis, aliis imis, aliis in secunda, tertia, quartáq; contignatione dispositis, paratóq; prius pabulo, ex vnaquaq; animantiũ specie terrestriũ ac volucriũ introduxit marem & fœminã, ne deessent in futurũ tempus semina. norat enim Dei clementia, etiamsi species perirent, cõseruaturã genera, propter quandã sui similitudinem, & ne quid desideraretur ex diuinis operibus. sic factũ est vt nullũ animal detrectaret obsequium, immanibus etiam bestiis mansuescentibus, & seruatorẽ suũ tanquã pastorẽ vltro sequẽtibus. quæ postquam se contulerunt intra vnum receptaculũ, dici poterat totius terratũ orbis æmulum, nimirum cõtinens tot animantium genera, quod in omnibus terris vel tunc inueniebantur vel inuenienda erant in posterũ, vix vllo sermone cõprehensibilia. nec fefellit hominem opinio. remisit enim se dirũ illud pdigiũ decrescẽte in dies diluuio, cohibitis imbribus, & aquis quæ se nusquam non diffuderant, partim assumptis per solis efficaciam, partim reuersis in voragines cauernásque terræ alias. nam velut ad vnũ numinis omnipotentis edictũ, reposcebat recipiebátq; suũ vnaquæq; natura debitum, mare, fontes, flumina fluentis in sua loca recurrentibus. ita orbe sublunari purgato postquam noua terra emersit, qualis olim recens creata fuerat, superstes prodiit è lignea mole cum vxore ac liberis & nurib⁹ vniuersóq; grege tot animaliũ quæ ad suorum generum semẽ conseruationémq; reliqua manserant. Hæc sunt bonorũ virorũ præmia virtuti debita quando non solùm ipsi maximis periculis exempti fuerunt turbatis vbiq; elementis omnibus, verum etiam noui generis facti sunt prĩcipes, autorésq; rediuiui post vniuersalem cladem seculi, velut scintillæ seruatæ ad reparationem generis inter omnes animantes præstantissimi, & imperium terrarum habituri, cunctarúmq; rerum terrestrium: quãdoquidem id factum ad exemplar diuinæ potentiæ, visibilis & creata imago est naturæ illius sempiternæ atque inuisibilis.

PHIL

PHILONIS IVDAEI,
De vita Mosis, liber III.

DVAS iã partes vitæ Mosis descripsimus, quæ ad regnũ & leges perlatas attinẽt, supereſt tertia, in qua dicetur de sacerdotio. In hac functione præcipuè spectari solet pietas, eximia dos viri de quo sermonẽ instituimus: cuius ille natiua semina excepta in indolem felicissimam, philosophiæ studiis & dogmatũ eius cõtemplatione diligẽter excoluit: nec prius destitit, quàm maturos virtutis fructus perceptos dictis æquè ac factis ostenderet. itaq; id assecutus est, vt inter amicos Dei censeretur, totus correptus rerum amore cælestium: & sicut ipse omnipotẽtis regis insignis cultor extitit, sic ab ipso honoratus præ cæteris. est autẽ honor sapienti cõueniẽs, colere illũ qui verè est, quæ professio habetur sacerdotij, scire quomodo Deus colendus sit: is honor incõparabilis cõtigit ei ex oraculis, vnde cerimonias & omnes ritus religiosè didicit. Primũ sicut anima, sic & corpus purificãdum erat ab omni cõtagio rerũ mortaliũ, cibo, potu, & consuetudine cũ mulieribus. Verũ hoc affectu iamdudũ non tãgebatur, penè iã inde postquã cœpit afflari diuino spiritu, vt semper esset paratus accipiẽdis oraculis. nã per quadragita dies cõtinuos à cibo & potu abstinuit, nimirũ alimẽtis recreatus melioribus, cælitus aspirãtibus, & primò menti, mox corpori etiã vtilitatẽ per animã afferentibus, vt & viribus & habitudine proficeret, adeò vt intuẽtes eũ vix oculis suis crederẽt. cùm eñ ascẽdisset sacrũ montẽ in eo tractu celsissimũ, Deo iubẽte quod alioqui nemini licuit impunè facere, fertur ibi durasse tot dieb⁹ quot dixi, quãuis nihil secũ tulerat quo naturali desiderio satisfaceret: attamẽ exacto ibi tãto tẽpore reuersus ad suos prestolãtes ad monis radicẽ, visus est pulchrior quàm cũ ascenderet: adeò vt stupẽtes miraculo ne obtueri quidẽ possent eius faciẽ splendore solari fulgidã. Dum autẽ in mõte moraretur, discebat cũcta mysteria sacerdotij, & ante omnia de tẽplivasorúmq; sacrarum apparatu. Id tẽplum iam nunc extruendum fuisset in loco nobilissimo purissimóq; ex materia pretiosi marmoris, addito muro in circuitu & ædificiis in vsum sacerdotũ, inditóq;

nomine Hierosolymitani promissam regionē accepissent. Quoniā autē adhuc in deserto errabāt. nullam certā sedem habētibus cōueniebat templū ambulatorium, vt tam in itinere quàm in castris sacra facerent, & nihil ex ceremoniis omitterēt, haud aliter quàm hi qui degunt in ciuitatibus. Placuit igitur tabernaculum erigi, cuius apparatū ex oraculis in monte Moses didicerat futuri ædificij cōtemplatus ideas incorporeas, ad quarū exēplar intelligibile oportebat designari sensibiles imagines. Decebat enim sacrū apparatū fieri ex veri pontificis arbitrio, vt præsto esset copia rerū aptarū ministeriis sacerdotalib⁹. Sic igitur forma exēplaris impressa est in mentē prophetæ, designata latenter absq; vlla materia figuris inuisibilibus. Opus autē ipsum ad eā formā fectū est, artifice ad iā designatā speciē accōmodante cōuenientes materias. id fuit huiusmodi. Quadraginta octo tabulę è selectis cedris excisæ, opertæ sunt aureis laminis. Singulis erant geminæ bases agēteæ, & aureum capitellum superimpositū. Eas tabulas sic disposuit artifex, vt vicenæ continuarentur per latera singula, referētes vnius parietis speciem. In extremo per trāsuersam latitudinem octo reliquæ sunt positæ, sex occupantes interuallū medium, duæ verò dextrum & sinistrum angulos. In aditu erant aliæ quatuor, cętera similes, sed simplices bases habebāt pro geminis: post quas extremæ stabant quinq;, hoc solo differētes quòd basibus sustinebantur aheneis. ita omnibus supputatis quotquot erāt in hoc tabernaculo, absq; illis duabus quæ latebāt in angulis, reliquę conspicuæ cōficiebant quinquaginta quinq; numerū perfectissimum crescentē ab vnitate vsq; denariū. Quòd si quis velit illas quinq; in vestibulo sitas, & ad atriū pertinentes seiungere, supererit numerus quinquagenarius sanctissimus, vim habēs trianguli rectāgularis (is est omniū rerū creationis principiū) absoluētibus plenitudinē octo tabulis. Siquidem quadragīta cōstant ex vicenis per latera dispositis, quibus accedunt, sex in medio, absq; illis latentibus in angulis: item aduersę quatuor, quibus velum oppanditur. Causam autem cur illas quinq; cæteris quinquaginta nūc annumerem nunc detraham, indicare non pigebit. Quinarius est sensum numerus. Sensus autem in homine aliquando ad externa est pronior, aliquando ad mentem reflectitur, cui à natura minister est additus: ideo his quinque tabulis locus attributus est in confinio. Nam interna earum spectāt adyta tabernaculi, quæ significāt tres intelligibiles

les: externa verò sunt obuersa ad atrium, quo significantur res sensibiles. ideo basibus distinguūtur diuersis ab aliis. sunt enim aheneæ. Quoniam autem in nobis mēs est caput sensuū, sensus verò est velut basis & extremitas, mens auro, sensus æri comparatur. mensuræ autem tabularū hæ prodūtur: decem cubitorū longitudo, latitudo vnius & dimidij, vt tabernaculū æquabile videatur omnibus sui partibus. Pulcherrimis etiā picturatisq; aulæis totū circundatū fuit, distinctis hyacintho, cocco, byssо, purpura. Decem enim legimus in sacris literis cōrexta ex iam dictis speciebus, singula vigintiocto cubitorū longitudine, quatuor latitudine. vt & perfectissimū haberēt denariū, & quaternionē essentiā denarij, & vigintiocto numerū perfectū, æqualē suis partibus, & quadragenariū vitalem maximè, intra quem aiunt absolui in naturæ officina hominem. Cæterū hi vigintiocto cubiti sic distribuuntur. Decem ad tectū, tanta enim est latitudo tabernaculi. reliqui nouem ad protegenda vtraq; latera, vacante à solo vno cubito, ne humi traheretur textū sacratū pulcherrimum. Cæterùm è quadraginta cubitis qui cōficiuntur ex decem aulæorū latitudine, triginta occupant totam quanta est longitudinem tabernaculi, nouē postremū parietem: quod supereſt ad vestibulum extenditur, vt sit pro totius septi vinculo. At in vestibulo velum est. Sunt autem & aulæa vela, non solùm quia velant tectum & parietes, verū etiam quia ex eisdem contexta sunt speciebus, hyacintho, cocco, byssо, purpura, quæ fuit & veli materia. Fuit & aliud velum inter quatuor tabulas, quo intercludebatur adytum. Exterius verò fuit oppansum quinq; aliis, ne quis profanus posset sacra introspicere. Ad hanc textrinam electa est materia omnibus cæteris visa prestātior, elemētis mundi par numero, habēs etiā cū eis quandā similitudinē, videlicet cū terra, aqua, igne, & aēre. Nam byssus è terra, purpura ex aqua prouenit, aērem hyacinthus refert colore, nigricantem naturaliter: sicut coccus igni est similis, q̄ vterq; rubeat. Nam necesse erat, vt qui templū manufactū patri omnipotēti condere instituerant, sumerent aliquid essentiis simile, ex quibus mundus est conditus. sic igitur tabernaculū ad templi modum fuit adornatum. Ei circundatum fuit atrium centum cubitorum longitudine, quinquaginta latitudine, in circuitu habens columnas distantes quinis cubitis, in vniuersum sexaginta quadragenas ab vtroq; latere, octonas item vtrinq; per atrij latitudinem. Harum quoq; materia fuit intus cedrina tecta la-

minis argẽteis,baſes omnium æreæ,ipſarum altitudo quinq; cubitalis.Hoc enim decorum iudicauit opifex, dimidio contractiorem eſſe altitudinẽ atrij,vt tabernaculum duplo altius eſſet in conſpicuo.Nam tenues telæ per longum latúmq; pẽdebant prætentæ intercolumnis,linteaminibus ſimiles, ne quis impurus penetraret intra illud ſpatiũ. De cætero ſitus fuit huiuſmodi.Medium ſtabat tabernaculum,longum triginta cubitos latumdecem, quãtum occupabãt tabulæ. Diſtabat æquali ſpatio à tribus ſepti partibus,videlicet à lateribꝰ,& à tergo. id ſpatium erat viginti cubitorum. Quod verò circa veſtibulũ erat reliquum, quo capacius eſſet ſacrificorũ, amplius patebat per integros quinquaginta cubitos. Sic enim explebatur atriũ centenarium,ad ſpatium poſtremum viginti cubitorum accedente longitudine ipſius tabernaculi, quandoquidem triginta viginti cubitis appoſiti quinquaginta faciunt,totidem aliis patentibus in primo aditu.nam veſtibulum velut confinium erat gemini quinquagenarij,tam orientalis qua dabatur introitus, quàm occidentalis,in quo tabernaculi longitudo continebatur & ſepti poſtrema pars. Erat & aliud veſtibulum pulchrum magnúmq; in aditu ipſius atrij,quatuor columnis ornatum,& ſuo velo picturato prætenſum,ſimili velo tabernaculi,& ex eadem contexto materia.Tunc & ſacra vaſa fabricata fuerunt,arca, cãdelabrum,menſa,altaria duo,in quo ſuffitus ex odoramẽtis fieret,& in quo adolerentur victimæ.hoc ſitum fuit in atrio,ex aduerſo veſtibuli tabernaculi,tantùm inde ſemotum,quantũ ſpatij ſatis eſſet miniſtris ſacrorum ad obeunda quotidiana ſacrificia.Arca verò intra vela poſita eſt in adyto,intus & foris munita craſsis laminis aureis,operculo ſuperimpoſito,quod in ſacris literis dicitur propitiatorium.eius operculi proditur longitudo latitudóq;, altitudo nõ item,vt ſimile ſit ſuperficiei geometricę:cuius interpretatio ſi ad naturam applicetur,intelligi poteſt propitia Dei potẽtia.ſin ad mores referatur, ſignificabit mentem ſibiipſi propitiam,quæ concepto amore modeſtiæ purgare ſe ſciat,compeſcátq; brutam elatam & inflatam arrogantiam.hæc arca vas eſt deſtinatum legibus.in hanc enim præcepta recõduntur accepta diſtante ipſo cæleſti numine.nam operculum arce quod vocatur propitiatorium,baſis eſt duarũ imaginũ volucriũ.quæ ſermone vernaculo nominãtur cherubim, hoc eſt multa ſcientia.per has quidam aiunt ſignificari vtrũq; orbis hemiſphæriũ,quòd opponantur ſubterraneis quæ ſupra terras

terras eminent.nam totũ cælũ eſt volucre.ipſe per has figuras intelligo duas antiquiſsimas ſupremásq; eius Qui eſt potẽtias, alterã cõditricẽ,rectricem alterã,quarũ illa Deus nominatur, per quam totum mundum ornauit & condidit: regia verò dominus,per quam creaturas regit pro imperio, & iure optimo certiſsimóq; temperat.ſolus enim ille qui verè eſt & cõditor rerum indubitatè creditur,quibus cùm nullæ eſſent dedit eſſentiam:& rex ſuapte natura, quando in creaturas nullis magis q̃ creatori debetur imperiũ.cæterũ in confinio quatuor & quinq; tabularũ,quod propriè dici poteſt templi veſtibulũ, velo exteriore interioréq; incluſum,ex prædictis tria vaſa fuerũt poſita: medium altare odoramentorum,per quod ſignificatur debita pro terrenis aquaticisq; rebus gratiarũ actio.nam hæc elementa mediam mundi regionem obtinent.ac candalabrũ auſtrum verſus,ſubindicans motum ſiderum luminarium. nam ſol lunáque cum cæteris longè à ſeptẽtrionalibus partibus deflectentes,magis obuerſentur auſtralibus.hinc factum eſt vt terni rami producti ſint ex medij candelabri vtroq; latere, ad numerũ ſeptenarium.in ſummitatibus eminebant ſeptem lucernulæ figuræ planetarum,vt vocant phyſici.ſol enim tanquam lucerna inter illos ſex medius lucet,quartus à ſummo pariter ac infimo,temperans muſicum illud & verè diuinum organũ. Verſus ſeptentriones autem menſa,& in hac panes cum ſale: quoniam ſeptentrionales venti vegetãt maximè,& quia è cælo terráq; alimenta proueniunt,altero pluente, altera ſemen pluuiis rigatum ad maturam frugem perducẽte. & erant in proximo figuræ cæli terræq;,ſicut oſtendimus.cæli candelabrum,rerum verò terreſtrium vnde vapores prodeũt,illud quod ex re appellatur thymiaterium. nam alterum altare ſubdiuale ſolet ſcriptura vocare thyſiaſterium à victimis,quaſi τηρητικὸν θυσιῶν, qua voce ſubindicatur nõ abſumi victimas, voluntatẽ inquam offerẽtium,nõ membra pecoris quæ ignis deuorat. nam ſi quis prauus & iniuſtus offerat,eius nõ litant victimæ,ſacrificia ꝓfana ſunt,vota ominoſa,perniciem afferentia. non obolent enim peccata,ſed in memoriã reuocant. quòd ſi pius iuſtúsq; offerat, ratũ manet ſacrificium,etiamſi carnes abſumptæ fuerint, imò etiamſi nulla mactetur hoſtia.nullum enim poteſt eſſe verius ſacrificiũ,quàm animæ Deo charæ pietas.huius enim gratitudo immortalis ſit, relata in Dei tabulas, in ſempiternũ cũ ſole

luna mundóq; duratura. Post hæc ſacrã veſtem adornauit artifex in vſum futuri pontificis, pulcherrimã & mirificis texturis multiplicem. hæc cõſtabat è tunica & epomide, ſicut ſcriptura nominat. tunica fuit ſimplicior, tota hyacinthina præter imã fimbriam, diſtinctã dependentibus floribus maliſq; punicis aureis & tintinabulis. at epomis opus ſpecioſiſsimũ arte ſumma confectũ erat ex prædictis generibus, hyacintho, cocco, byſſo, purpura, auro quoq; intertextũ. nam bracteæ cõciſæ in capillamẽta tenuiſsima intertexebãtur omnibus ſtaminibus. in ſummis humeris inſerti erãt duo ſmaragdi pretioſiſsimi, inſcripti ſenis vtrinq; phylarchorũ nominibus, in vniuerſum duodecim. in pectore quoq; aliæ gẽmæ ſpectabãtur fulgentes variis coloribus, ſimiles ſignaculis, ternę quadruplici ordine. hę fuerũt inſertæ rationali quod vocãt: id erat quadrangulũ duplicatũ, probaſi deſtinatũ ferẽdis duabus virtutibus, reuelationi veritatiq;. pendebat autẽ aureis catenulis ex epomide, aſtrictũ ad eam ne laxum flueret. a lhæc lamina aurea quaſi corona inſculpta erat quatuor literis nominis illius ꝙ ſolis aures linguámq; ſapiẽtia purgatis fas eſt audire nominaréq; in ſacris, præterea nemini. id theologi aiũt eſſe tetragrammaton, fortaſſe ꝙ ſignificet primos numeros, vnũ, duo, tria, quatuor. quaternioni eñ inſunt omnia, punctũ. linea, ſuperficies, ſoliditas, mẽſuræ vniuerſorũ & muſicæ ſymphoniæ potiſsimè, diateſſaron ratione ſuper tertia, diapente ſeſqualtera, diapaſon dupla, diſdiapaſon quadrupla. Quin & alias ineffabiles virtutes habet quaternari⁹, quarũ plenaſq; diligẽter perſcrutati ſumus in tractu de numeris. eam lamiñ mitra ſuſtinebat ne caput attingeret. ſuperimpoſita erat & cidaris, quo inſigni reges oriẽtis malunt vti quã diademate. Hic fuit amictus põtificis: quid autẽ ſibi velit & integer & partes eius, ne id quidẽ videtur prætereundũ ſilentio. Totus enim totius mũdi quædã imago fuit, partes verò ſingularũ partiũ. incipiamus à talari tunica. hæc tota eſt hyacinthina, ad exprimẽdam figurã aëris. natura enim aër nigricat, & quodãmodo talaris eſt, à lunari orbe protẽſus vſq; terræ terminos. Vnde etiã tunica à pectore vſq; pedes per totum corpus diffunditur. circa talos habet flores, mala punica & tintinabula. Flores terrã ſignificãt, in qua florẽt & germinãt omnia. Mala punica aquã. ἔοικε, dictæ à fluendo iuxta Græcam etymologiam, tintinabula verò horum elementorũ concentũ & congruentiam. Nam nec terra ſine aqua nec aqua ſine terra generationi ſufficit, ſed amborum coitus

coitus & contemperatio. Huic interpretamento locus ipſe attẽſtatur. Sicut enim in ima talaris tunicæ fimbria mala punica flores & tintinabula ſunt, ſic horum ſignificata infimã mũdi regionem fortita ſunt, aqua terráq;: & ſic conſonãdo cum vniuerſitatis harmonia, vires ſuas exerũt ſtatis temporum curriculis. itaq; triũ elementorũ ex quibus & in quibus ſunt omnia mortalia corruptibiliá ; genera, aëris, aquæ, terræ, figura eſt ſtola iſta cũ ſuis appẽdicibus. nã ſicut hæc vna, ita tria dicta elementa vnius ideæ ſunt, quandoquidẽ ſub luna ſita ſunt, & mutationes recipiũt. & ſicut ab hac, pendẽt flores ac mala punica, ſic ab aëre quodãmodo ſuſpendũtur aqua terráq;, quãdoquidẽ continentur ab eo. at epomida cæli figurã eſſe certis cõiecturis colligitur, primũ è duobus ſmaragdis rotũdis humeralibus, quos quidã exiſtimãt typos ſolis lunæq;, alterius diurni, alterius nocturni ſideris. ſed propius ad veritatẽ accedit, per hos deſignari duo hemiſphæria. ſunt enim ſicut hæ gẽmæ ambo inter ſe paria, neutro creſcẽte decreſcẽtéve ſecus quàm in luna videtur. atteſtatur & color: ſmaragdo eñ aſpectus totius cæli eſt ſimilis. vnde factũ eſt vt gẽma vtraq; ſculperetur ſex nominibus: quia vtrũq; hemiſphærium, diuiſo ſignifero circulo, ſex ſigna cõplectitur. præterea in pectore xij. gẽmæ diſcolores, ternæ diſtributæ in quatuor ordines. quid aliud ſubindicãt quã ipſum ſignifer um circulũ? nã & hic in quarto partes è ternis ſignis cõſtantes diuiditur, atq; ita horas anni cõficit, ver, æſtatẽ, autumnũ, hyemem, mutationes quatuor, quarũ ſingulas tria ſigna determinant, ſole illuſtrãte hæc omnia iuxta certam, immotam veréq; diuinam rationem numeri. Quapropter hæ gẽmæ dicto rationali ſunt inſertæ. conſtat enim ſua ratio mutationibus anni ordinariis: & quod mireris, tempeſtiuis variationibus declaratur harum rerũ ſempiternitas nec abhorret ab hac ſignificatione varietas colorum in gemmis, ita vt nullus ex his ſit alteri ſimilis. Nam & circuli ſigna ſuum quodq; colorem efficiunt in terris, aquis & aere horúmq; accidentibus, atq; etiã in animalium ſtirpiúmq; generibus omnibus. Quòd autẽ rationale duplicatur, cauſam habet hãc. Duplex eſt ratio, altera in mundo, altera in natura hominis. In mundo illa incorporearũ exẽplariúmq; idearum ratio, itémq; rerum viſibilium, quæ ſunt idearũ imagines, & mundum hunc ſenſibilem cõficiunt. In homine autem ratio eſt intrinſeca & ꝓlatiua, quæ aliter dicitur oratio. illa ceu fons, hæc ceu riuus inde promanãs. illius ſedes eſt mens, huius

lingua & os, instrumētáq; vocis cætera. Voluit autem rationale illud quadrangulum esse artifex, pulchrè subindicās, oportere rationem tum naturæ tum hominis incōcussam esse ac solidam: quapropter ei duas supra dictas virtutes attribuit, reuelationem atq; veritatē. nā & naturæ ratio vera est reuelatoriáq; omniū, & ea quæ in sapiēte est imago illius alterius, debet esse verissima, & nihil cælare præ inuidia, quod quidem cognitu sit vtile. Quin & vniuscuiusq; nostrū tum oratio tū ratio his duabus ornanda est propriis virtutibus, declaratione oratio, veritate interna ratio. decet enim mentem nullū mendaciū admittere, orationem autem expeditè veritatem proferre declarāréq;. Nulla tamen est sermonis vtilitas, si ab hoc discrepēt opera. Et hoc est cur rationale pendet ab epomide & humeris, ne laxum fluat, quòd à dictis seiungi facta iniquū sit. Nam per humerum significatur operatio. Hæc sunt quæ sub sacerdotali veste latent ænigmata. Cidaris autē pro diademate imponitur capiti, quia quantisper sacerdos honore suo fungitur & ministerio, non solùm priuatis hominibus est eminētior, verùm etiā cunctis regibus. Huic præfigitur aurea lamina insignita quatuor literis, per quas Entis nomē aiunt indicari, quandoquidē nihil potest absq; inuocatione Dei subsistere. nā huius bonitate fauēte, integritate sua fruuntur omnia. In hunc modū ornatus pontifex ad sacra mittitur, vt quoties ritu patrio vota facturus est pro populo, totū mundū secum introducat sub figuris quas gestat, aërem in stola, aquam in malis punicis, terrā in floribus, ignē in cocco, cælū in epomide duobúsq; smaragdis referentibus totidem hemisphæria sculptura senorum signorū, itē in rationali pectus ornante quatuor ternarū gemmarū ordinibus, quod rationis cuncta dispensantis repræsentat speciem. Necessarium enim erat, vt sacerdos supplicaturus patri omnipotenti, aduocatū adhiberet perfectissimū eius filium, ad impetrandam erratorum veniam, & vberem in posterum gratiam. Fieri tamen potest, vt sic quoq; doceatur Dei cultor. si non cōditore mundi, saltem mundo ipso conari se dignū facere, cuius induitur imagine: videlicet gestaminibus illum figurantibus admonitus, vt quodam modo ex homine in naturam mundi transeat, & si fas est dicere (fas est autē cùm verum sit) paruus mundus fiat. Cæterùm extra vestibulum in primo aditu labrū erat aheneum, non ex rudi materia, vt ferè fit, fabrefactū ab opifice, sed ex vasis iam antè expolitis in vsum tamen aliū, quæ mulieres mira animi

animi alacritate certatim benignéq; contulerant, ne viris hac parte viderētur cedere, æmulatione lōgè honestissima, qua dabant operam ne illis inferiores iudicarentur in pietatis sanctitatisq; studio. Specula enim ad quæ formam curare solitæ fuerant, sponte nemine iubente Deo dicauerant, ceu primitias coniugalis pudicitiæ pulchritudinisq; animæ decentissimas. Hæc ad se delata opifex in vnā massam cōfudit, ratus nihil inde aptius posse confieri, quàm labrum ex quo se lustrarēt sacerdotes templū ingressuri ad obeunda sua ministeria præsertim pedes manúsq; lauando, in signū vitæ inculpatæ, victúsq; puri paratibonis rationibus, non per illam asperam inuiámq; viam vitiorum, sed per regiam stratam munitámq; virtutibus, & directissimam. Quasi diceret, Meminerit quisquis hinc se asperger, huius vasis materiam fuisse specula, vt ipse quoque tanquā in speculo contempletur mentem propriam: & si quid in ea viderit turpitudinis, aut brutorum affectuum, aut voluptatis præter naturæ leges efferuescentis, aut contrà mœstitiæ plus æquo se deiicientis, aut metus declinantis à recto itinere, aut concupiscentiæ nitentis in vetitum, id maturè curare studeat, & germanæ syceréque pulchritudinis rationem habeat. Nam quę in corpore laudatur, sita tum in membris bene dimensis pro sua cuiusque portione, tum in colore decenti & habitudine, breui momento durat. At altera illa mēti propria, quæ cōstat opinionum virtutúmque concentu, nō langueſcit vllo tempore, sed iuueneſcit indies, colore veritatis tincta decētissimo, dictis cum factis cōsentientibus, & à neutris discrepāte consilio. Postquam autem propheta exemplar sacrati tabernaculi didicit, idq; homines ingeniosos & ad prescripta exequēda idoneos perdocuit, quomodo singula oporteat affabrè fieri: reliquum erat vt sacerdotes optaret, docerétq; quo ritu quibúsve hostis res diuina facienda sit. Itaq; fratri ex omnibus optimatibus selecto pontificatus honorem tribuit eximium: filios illius cōstituit sacerdotes, nō cognationis priuilegio, sed pietatis sanctitatisq;, quas in his viris animaduerterat. Eius rei manifesta fides est, quod neutri filio dignitatem hanc contulit, vtrunq; electurus, si propinquitatis rationē habuisset. Hos instituit de cōmuni totius gentis sentētia, iubēte oraculo, more nouo & memorabili. Ante omnia fōtanis aquis limpidissimis & vitę vtilissimis eos abluit: deinde sacris vestib⁹ induit, fratrē talari & epomide, ceu thorace referēte mūdi imaginē: fratris filios tunicis linteis & zonis ac subligari

subligaribus: illis vt expeditè peragerēt sacra ministeria, astrictis tunicarum sinibus: his, ne quid quod pudor cælari postulat, oculos circumstantium offenderet, præsertim dum ascendunt ad altere aut descendunt, omniáq; properè ac celeriter faciunt. Nisi enim tam accuratè præscriptus fuisset totus vestitus sacerdotalis propter incertos casus futuri temporis, quos præcaueri oportuit, nō potuisset fieri in tanta celeritate ministerij, quin nudarentur aliquā do, sacerdotibus decorum inter sacra seruare non valentibus. Vt verò instruxit eos sacratis vestibus, sumpsit vnguentum suaueolentissimū, confectum arte vnguētaria: quo primū subdialia vasa, altare labrúmq; perunxit aspersa septies: deinde tabernaculum & sacra vasa singula, arcam, candelabrum, thymiaterium, mensam, calices, phialas, cęteráq; sacrificiis deseruientia. Postremo adductū pontificem inunxit profuso largiter in caput eius sacro vnguine. His ritè peractis iubet adduci vitulū & duos arietes. Vitulū vt offerret in remissionem peccatorum, subindicans cuiuis nato, etiam bono, vel ob hoc ipsum, quòd natus sit, cognatum esse peccatum: propterea placandū esse Deū precibus & victimis, ne iratus sæuiat. Arietū autem alterum qui adoleretur solidus autori rerum omnium, cuius benignitate pro se quisque fruitur elementis omnibus, terra ad alimentum & domicilium, aqua in potum, lauacra naūigationémq;, aëre ad respirationem effectúsq; sensuum (nam horum instrumentū aër est) & ad horas aunuas: igne quotidiano quidem ad cibos coquendos & calefactionē, cælesti verò ad lucem & res visibiles. alterum autem arietem mactauit ad absolutam eorū qui sacrabantur purificationem, quem aptè consecrationis cognominauit, quòd per hoc sacrificiū initiarētur sacerdotes Dei maximi optimi. eius sanguinis partem circū altare profudit, partem excepit phiala, eóq; tinxit tria mēbra initiatorum, auriculam extremā, manum extremā, pedem extremum, hæc omnia dextera, significās virum perfectū debere purum esse sermone, opere, tota vita, deniq;, sermonē enim auditus iudicat: manus significat opera, pes totius vitę transitū. quoniā autē hæc singula extrema sunt & dextera, intelligēdū est in his singulis requiri profectū. & cupiditatē extremæ felicitatis & vltimæ, ad quam ceu ad scopū omnes vitæ actiones referēdæ sunt. Primum igitur vnius victimæ quæ cōsecrationis appellatur, sanguine syncero has partes sacerdotū inunxit. deinde sumpsit ex eo qđ circū altare profusum fuerat vel ex vnguēto vel è victimis

victimis omnibus, eóq; permixto sacerdotes aspersit, volēs eos non solū externæ subdialisq; sanctitatis fieri participes, verū etiā internæ, quandoquidē sacra facturi erāt in adytis, in quibus omnia peruncta sacro vnguēto fuerāt. Deinde aliis quoque cæsis victimis, tum pro sacerdotibus ipsis, tū pro senatu ac gente vniuersa, Moses fratrem introduxit in tabernaculum. erat is dies octauus à cōsecratione, huius festi vltim⁹: superiores enim VII. fratri filiisq; eius initiandis dati fuerāt. Tum verò in loco sacro vt bonus præceptor docilē discipulū ritus pontificios edocuit: post hæc ambo egressi protēsis ad cælū manibus, vota pro gente fecerunt, qualia proficisci par erat à mente sanctissima. quibus nondū peractis accidit insigne prodigiū. nā ex adytis, siue ætheris pars purissimi, siue aër naturaliter in ignē mutatus, emicuit, vt repente flamma prorūpens rectà ferretur in altare, & quicquid superimpositū fuerat absumeret, opinor in argumentū manifestissimū præsentis diuinæ prouidētiæ. Decuit enim eximiū donū conferri sacrariis, non qualia sunt materiæ tractabiles hominibus, sed ignis essentiæ purissimę, ne iste qui in nostro vsu est altare attingeret, quo iam innumeræ sordes cō tactæ fuerāt. Admouetur enim non solū brutis animalibus, dū coquuntur ad satietatem ventris miseri, verū etiam ad necandos ex insidiis homines, non tres quatuórve, sed interdum magnum numerū. Nā & classes integræ cum sociis naualibus incensæ sunt telis ignitis, & vrbes eadē arte petitæ conflagrarunt subsederúntq; in cineres, vt ne vestigium quidem habitationis superfuerit. Hanc opinor ob causam ignis iste qui in vulgari vsu est tanquā cōtaminatus ablegat⁹ fuit ab altari sanctissimo, & pro eo demissus cælestis ex æthere, vt esset discrimē inter sancta profanáq;, & inter humana diuináq;. Cōueniebat em sacrificiis attribui naturā ignis incorruptiorē quàm hæc quæ seruit quotidianis vsibus. Cùm autem necesse esset per singulos dies, præsertim festos iterari sacrificia multiplicariq; propter multas variásque causas tum priuatas tum publicas, vtpote in gente non minus religiosa quàm populosa opus fuit etiā ædituorum multitudine ad sacra ministeria. Horū quoq; mira & inusitata fuit electio. Vnam è duodecim tribubus præstantissimā delegit addito religioni præmio. Id ita gestum est. Cùm Moses ascendisset montem proximū, ibiq; aliquot diebus colloqueretur cum Deo sine arbitris, quidam incōstantes tanquam orbati principe, absentiam eius verterūt in impietatis occasionem: oblitique

oblitiq; Dei veri, cœperunt æmulari figmenta Aegyptia, facto iuuenco aureo ad imitationẽ animalis eius regionis sacratissimi: cui profana sacra faciebant & choreas agebant incõditas, hymnos cõcinendo lamentis similes, & expleti mero cõgemi narunt temulentiã, vino pariter furentes ac insania, pernoctando in comessationibus, oblectandóq; se factis pessimis, ignari vltionis imminentis quam prouocabãt sua malitia. & excæcati suis affectibus. Vbi verò clamores castrenses vt in turba celebritatéq; longè latéq; audiebatur, adeò vt ad montis cacumen peruenirẽt, pulsus aures Moses habebat vt amator Dei simul & hominũ, nec discedere sustinens à diuino colloquio quo priuatim honoratus fuerat, nec despicere plebẽ miserè tumultuãtem per principis absentiam. sentiebat enim tumultũ, vocibus cõfusis & inarticulatis indicãtibus perturbationes animi, præsertim sagaci prudẽtiq; homini, facile intelligẽti hãc esse debacchationem publicam per vinolentiam non abstinẽtium ab iniuriis. itaq; diu huc illúcq; incertus distrahebatur. sed oraculum dubitationem exemit his verbis: I descẽde celeriter, populus ad impietatem prolapsus est, iuuencũ manu factum adorãs pro numine & victimas ei sacrificãs oblitus omniũ quæ hactenus vel vidit vel audiuit, & totius pietatis atq; religionis acceptę à maioribus. ille stupefactus cùm nõ posset nõ credere oraculo, tãquã sequester & arbiter, nõ statim resiliit, sed prius deprecabatur pro populo suppliciter orans peccati veniã: deinde placato rege omnipotente reuertebatur mixta gaudio mœstitia. Gaudebãt enim Deũ non repulisse suã supplicationem, cõtristatus autem fuerat & iniquissimè ferret patrias leges derelictas à populo. Vbi verò castra introgressus vidit repentè mutatos ritus & figmẽta recepta pro veritate, nõ omnes tamẽ infectos eius mali cõtagio, sed supereſſe quosdam sanos quibus talia displiceãt, volẽs discernere incorruptos ab insanabilib⁹, & videre num qui reuertãtur ad pœnitentiam, per præconem populum monuit edicto, cuius indicio tum pios tũ impios manifestè cognosceret. Verba edicti fuerũt hæc: Si quis est domini, veniat ad me: breuia sanè, sed magnam vim cõtinentia perinde ac si diceret: Si quis nihil manufactum, nihil creatum habet pro Deo, sed vnum rerum dominum, ad me veniat. Itaque alij qui Aegyptiacum typhum prætulerant, edictum contempserũt. Alij fortasse metu pœnæ nõ ausi sunt propius accedere, siue Mosen timentes, siue seditionẽ populi. Solet enim vulgus

fœuire

fœuire in dissentientes à sua dementia. Sola ex omnibus Leuitica tribus audito præcone tanquam ex composito accurrit properè, pedum celeritate indicans alacritatem animi, & quanto affectu pietatem coleret. Quos vbi vidit Moses certatim ad se concurrere: Statim apparebit, inquit, num eadem animis insit alacritas, quę corporib⁹. Sumite gladios, cædite mille supplicia meritos, qui vero Deo relicto falsos sibi fecerunt, indito corruptibilibus creatisq; essẽtiis incorruptibilis illius increatíq; nomine: nõ cognatis nõ amicis parcite, amicitiã ac cognationem æstimãdo sanctitate proborum hominum. Vix ea dixerat, cùm illi exasperati & infensi sceleri iam inde à principio ruentes in cædem interemerunt ad tria milia virorum coniunctissimorũ antea. Quorum cadauera medio foro iacentia plebs videns indoluit. simúlq; metuẽs vltricem iram adhuc feruidam, statim, resipuit. Tum Moses publicè laudata horum fortitudine, honorem eis decreuit perpetuum, conuenientem facinori præclarissimo. Decebat enim, vt qui in honorem Dei vltro arma sumpserant, & impios momento debellauerant, præmium acciperent ipsius cultum ac ceremonias. Quoniam autem non vnus ordo est sacratorum hominum, sed alij tractant preces, victimas, sacráq; cætera. & vsq; adyta procedunt. aliis nihil horum permittitur, tantum noctu interdiúque curant templum & custodiunt eius sacram suppellectilẽ, quos nonnulli vocãt ædituos: quę sæpe aliãs multarum calamitatũ causa fuit de primatu cõtentio, hic quoq; inualuit, ædituis in sacerdotes conspirantibus, & illorum dignitatem sibi vsurpare conantibus: id quod facilè successurum sperabant, cùm ipsi in tantum superarẽt eos numero. & ne viderẽtur priuatæ seruire cupiditati, antiquissimã è xii. tribubus in partes suas pertraxerũt, quã multi familiares sequebantur, vt habentem prærogatiuam generis. Sensit Moses hanc cõspirationem cõtra se tẽdere, quia fratrẽ pontificẽ oraculi iussu designauerat. id factũ non caruit calũnia, quasi prætextu oraculi pl⁹ valuisset domestica gratia quàm vtilitas publica: quod, vt erat, visum est indignissimum, non solùm in dubiũ reuocari fidem approbatam tot cælestib⁹ prodigiis, verũ & de religione ambigi, quæ fucatis etiam hominibus solet veritatis cõfessionem exprimere. Veritas enim à Deo non seiũgitur. proinde superuacaneum ratus eos prolixa oratione beneficiorũ acceptorum commonefacere, quos iam aduersariorum criminationibus præoccupatos animaduerterat: Deum exorauit vt euidenti

signo

signo declararet, synceram incorruptámq; fuisse electionẽ pontificis: ille iussit eum xj. virgas, patres tribuũ numero, inscribere nominibus philarcorũ vndecim, duodecimámq; põtificis fratris sui nomine, deinde inferre adytis. fecit iussa vates intentus in exitũ. postera die monitus oraculo, in præsentia totius populi, deprõpsit virgas, cæteras nil mutatas, eã autem quã nomine põtificis inscripserat, ostento nouo conspicuam. nam hæc mirificè tota quanta erat, frondes fructúsq; protulit: erãt autem nuces diuersa natura ab aliis fructibus. nam in plerisq;, vt vua, oliua, malis, aliud est semen, aliud in quo vescimur, quæ discernũtur locis etiam. externa pars vesca est, semen intus includitur. in nuce semẽ ipsum estur, & vtrũq; in vnam speciem cõfusum vno loco intimo clauditur, munito duplici tegmine, crassò primum putamine, dein ligneo cortice, vt aptè per hanc figuram perfecta virtus possit intelligi: sicut enim in nuce idẽ est finis & principiũ, inquãtum semen initiũ, inquantum fructus finis, sic & in virtutibus. Vna quæq; & finis est & principium, principium quia non eliunde quàm ex seipsa oritur: finis quia vita tẽdit ad eam naturaliter. præter hãc causam affertur alia manifestior: Nucis extremũ putamen est amarũ, ligneus cortex interior est austerus & solidus: quo fit vt fructus nõ sit in promptu clausus vtroq; munimine, hac figura docetur anima exercẽs se in virtutis stadio, esse opus laboribus. Labor autem durus & difficilis: vnde felicitas prouenit: quapropter perdurandum est. Nam, qui fugit laborem, fugit felicitatẽ: ediuersò qui fortiter patientérq; difficultates tolerat, ad beatitudinẽ properat. Nam fieri non potest, vt homo delicatus & effœminatus animo, corpore quoq; labefactato quotidianis voluptatibus, virtuti domicilium præbeat. Cui nisi contingat pro dignitate tractatio, primùm denuntiat se migraturã ad illum summum rectarum rationum principem: mox si nihil proficit, cõfert se quò trahitur suopte desiderio. Imò si verum fatendum est, sacer ille virtutũ chorus, prudentiæ, temperantiæ, fortitudinis, iustitiæq;, vltro sibi quærit quos exerceat, præsertim eos qui tetricam durámq; vitam complectuntur, coniunctã cum patientia continentiáq;, simplicitate frugalitatéq; contentam: quibus artibus pars nostri præcipua, scilicet ratio, sanitatẽ tuetur bonámq; habitudinẽ, superatis molestis obicibus corporeis: quales sunt temulentiæ, cupediarum liguritiones, libidines, & id genus cupiditates insatiabiles, tantũ solertiæ detrahentes quantũ addunt carnib⁹.

fertur

fertur etiam è vernis arboribus prima florere amygdalus prouentũ arboreorũ fructuũ prænuntiãs, & postrema omniũ amittere folia, æstatẽ ferens diutissimè saluo virore frondiũ, vtroq; modo figuram sacerdotalis tribus referens, subindicánsq; hãc primam & vltimã vigere in humano genere, duraturam donec visum fuerit Deo nostrũ genus reuocare ad vernã renascentiã, sublata insidiosa cupiditate, fonte malorũ omnium. Quoniam igitur diximus, oportere absoluto principi adesse quatuor res, regnum, legum ferendarum facultatem, sacerdotium, prophetiámq;, vt tanquam legislator vetet ac iubeat, tãquam sacerdos non solũ humana, sed & diuina administret negotia, tanquam propheta quicquid intellectu non percipit discat ex oraculis: iámq; de tribus primis disseruimus, & ostẽdimus Mosen fuisse optimum regem, legislatorem, pontificem: nunc postremã aggredior, declaraturus eum fuisse & prophetam probatissimũ. Nec ignoro pondus oraculorum habere quicquid scriptum est in eius voluminibus, recensebo tamẽ magis propria, vbi prius distinxero, quædã oracula ex persona Dei proferri per diuinũ interpretem, quædam esse responsa scitanti reddita, quædã pronuntiari ex persona Mosis afflati numine. Quæ primi generis sunt, tota præse ferunt virtutes Dei, clementiã & beneficentiã, per quas omnes homines ad honestatẽ instruit, præcipuè verò cultores suos quibus ad felicitatẽ viam aperit. Secũdum genus mixtum est è verbis rogantis prophetæ & respondentis numinis. Tertiũ legislatoris est proprium, donati à Deo vi præsagiẽdi prædicendique futura. Primi generis seponentur nunc, cùm sint maiora quam vt satis laudari queant ab homine, quorũ laudi vix tota natura sufficiat, & alioquin efferuntur per interpretem. differũt autem inter se prophetia & interpretatio. De secundo mox conabor dicere, subiuncturus & tertium, in quo apparet vatis diuinitas, propter quam propriè propheta nuncupatur. incipiemus autẽ promissa repræsentare hoc modo. In quatuor locis leges feruntur per rogationẽ responsionémq;, mixtę ex verbis afflati prophetæ Deum cõsulentis, & responso ipsius patris cælestis. Primũ quando non solùm Mosen omnium sanctissimum & amãtissimum Dei, verùm etiam quemvis mediocriter pium exasperare potuit quidam è dissimili genere natus hybrida, patre Aegyptio, matre Iudæa, qui fastidito ritu materno declinauit ad impietatem Aegyptiacam, contemptor cælestis numinis. Soli enim propemodũ ex omnibus gẽtibus Aegy-

ptij cælo terram oppoſuerunt æmulam, hanc diuinis colentes honoribus,illud nulla veneratione dignitati eximia, quaſi regni extremitas præferenda eſſet regiæ.Nam in mundo cælum eſt regia ſacratiſsima,terra verò extremitas regni,pet ſeipſam quidem non contemnenda.ſed tamen haud conferenda cum æthere,à quo tantum à tergo relinquitur,quantum tenebræ à lumine,nox à die,corruptio ab incorruptibilitate,mortalis à numine.nam quia non compluitur eorum regio ſicut aliæ, ſolita quotannis inundari à reſtagnãte flumine,opinione ſua Nilum conſecrant Aegyptij, vt cæli æmulum,& regionem ſuam magnopere prædicant.proinde ille promiſcui generis homo, dũ rixatur cum quodam ex ſacerdotali doctóq; genere,impotẽter iratus,& agitatus impietate Aegyptiaca,à terra in cælũ extendit cõtumaciam,execrabili ſceleſta pollutáq; tum anima tum lingua vocéq; auſus miſerrimus eum execrari,quem ne honoris quidẽ gratia fas eſt nominari ab omnibus, ſed à ſolis optimis & purificatis hominibus.Quapropter miratus amentiam perditã & immanem audaciam, quãuis efferueſcẽte generoſa indignatione cuperet manu ſua ſceleſtũ cõficere,tamẽ veritus eſt ne is ad hũc modũ leuiore quàm pro merito defungeretur ſupplicio, parem enim tãtæ impietati pœnam homo inuenire non potuiſſet.cùm enim cõtemptor Dei nec parẽtes veneretur nec patriam,nec benemeritos,hic nõ contentus neglexiſſe religionem,& vſq; ad execrationem prorumpẽs,nihil ſibi ad ſummam impietatẽ fecit reliquũ.nam maledictũ præ execratione crimen eſt leuius.Verùm linguæ morbus & effrene os cũ miniſtrant nefariæ demẽtiæ,proculdubio prodigioſum aliquod ſcelus perpetrãt ô homo,execratur Deũ aliquis?quẽ igitur alium Deum ad execrationẽ inuocat?nónne hũc ipſum cõtra ipſum? apage iſtas profanas cogitationes & ſagrilegas. purgetur anima miſera tali voce cõtaminata,in quã auditu ſenſu cæco impegit.fieríne potuit,vt lingua ad tam impiam vocẽ prolatã nõ ſit tacta paralyſi,ac ne aures quidẽ audituri obturatæ ſint, niſi fortè vltioni proſpectũ eſt & iuſtitiæ,quod ad exẽpla vitæ pertineat non cælari quicquid inſigniter præeminet & in benefactis & in maleficiis,vt alteri præmiũ contingat alteri ſupplicũ. ideo propheta iuſsit hunc vinctũ ſeruari in carcere:ipſe Deum ſupplex orauit daret veniam oculis auribúsq; nõ ſponte polluteis viſu auditúq; nefario:ſimúlq; rogauit quid oportuit pati inuentorem ſceleris nefandi & inauditi ad eam diem. Ille iuſsit eum

eum lapidari,ideo ſicut opinor ſaxis plectendum pronunt?ans quòd animam haberet duram & ſaxeam, vtq; manibus totius gentis vltionis auidæ ſumeretur ſuppliciũ. Nec enim poterant aliter quàm eminus ferire tot milia.poſt exactas pœnas à nefario capite,noua lex ſcripta eſt & tũc primùm relata in tabulas, vt fere nouis morbis quærũtur noua remedia, verba legis ſunt hæc. Quiſquis execratus fuerit Deum, peccato obnoxius eſto. Quiſquis autem nominauerit nomen domini, capitalis eſto.ô dictum bene vir ſapientiſsime.ſolus merã hauſiſti ſapientiam. nominare grauius credidiſti quàm execrari.Nõ enim extenuares crimen grauiſsimum,tractans id clementius. Itaq; videtur nunc Deum non illum primum & ingenitum mundi conditorem dicere,ſed eos qui oppidatim colebantur.Nam hi quoque ſic vocantur falſo nomine,cùm ſint pictorum fictorúmque opera ſuas artes oſtentantium, ſignorum enim ſtatuarúmque huiuſmodi plenus fuit totus orbis habitabilis: à quibus abſtineri oportet maledictionem,ne quis Moſis diſcipulus aſſueſcat vllo modo appellationem Dei contemnere. ſemper enim amabilis eſt ac plauſibilis.Quod ſi quis non dico blaſphemauerit hominum deorúmque dominum, ſed auſus fuerit vel nomẽ eius intempeſtiuè promere,noxam luat capite.Quandoquidẽ ne mortalium quidem parentũ nomina proferunt ij quibus cordi eſt pietas,ſed omiſsis propriis honoris gratia,vtũtur naturalibus, patrem appellantes matrémq;:atq; ita profitentur accepta immenſa beneficia ſimúlq; ſuã gratitudinẽ. Quomodo igitur merentur veniã qui temerè abutũtur ſanctiſsimo Dei nomine tantùm ad explendum ſermonem non aliter quàm profanis vocibus?Poſt honorem autẽ creatori habitũ prophetæ diem ſacratũ ſeptimũ venerat⁹ eſt,cuius eximiã pulchritudinẽ cernebat acutioribus oculis,expreſſam cælo mundóq; vniuerſo, ipſa natura præferente eius ſimulacrum.inueniebat enim ante omnia matre carere hunc numerum,expertẽ fœminini generis,è ſolo patre ſatum abſq; ſemine,& abſque partu genitum.animaduertit præterea ſeptimanã ſemper virginem, nec è matre natam,nec matrem ipſam,nec è corruptione oriundam, nec ipſam corruptibilem:deniq; intellexit hanc eſſe mundi natalem, cælo terræq; feſtã & omnibus terreſtribus,exhilarantem cuncta cõcinniſsimo ſeptenario.Hãc ob rem ille maximus Moſes æquũ censuit vt omnes aſcripti eius ciuitati,ius naturæ ſequentes, celebrarent hunc diem otio feſtisq; hilaritatibus,intermiſsis laboribus

ribus & opificij quæstuariis negotiisq; victum parantibus, ablegata etiam tantisper ceu per inducias solitudine anxia, vt vacarent non ludicris (sicut quidã) ridendisq; spectaculis mimorum saltatorúmq;, quæ insanũ vulgus amat perditè, & per præcipuos sensus visum auditũq; captiuat animã suopte ingenio liberam ac dominã: sed soli philosophiæ, nõ isti cuius compendium profitentur captatores sophistæ, venales tãquam in foro proponendo sermones opinionésq;, qui philosophia cõtra philosophiam (ô terra ô sol) abutuntur perpetuò, nec pudet: sed veræ inquam philosophiæ quæ constat ex his tribus, consiliis dictis factisq;, in vnam speciem coaptatis. vt quæsita fruantur felicitate. Hoc præcepto posthabito quidem recẽti etiam tũ oraculi de sacro sabbato, proditi memoria, quod Deus ipse visibili voce oculis magis quàm aurib⁹ ingesserat, per media castra lignatũ exiui, nõ ignarus omnes in tentoriis quiescere, móxq; in vetito deprehẽsus est. Quidam enim per otium extra portã progressi, vt in loco puro quietóq; vacarẽt precibus: viso nefario spectaculo, intentũ fasci componendo lignatorem occisuri erãt pręira, nisi cõmotos ab impetu reuocasset hæc reputatio, animaduersionem in huiusmodi peccata nõ esse priuati iuris, sed pertinere ad magistrat⁹ publicos ipsosq; principes, ne indicta causa indẽnatũsq; periret, alioquin reus manifestarij criminis, religione quoq; diei vetante cędem vel iustissimã, ideo maluerunt cõprehensum hominem adducere ad principem & sacerdotum consistorium, cõfluente ad rem cognoscẽdam vniuerso populo. mos enim erat certis tẽporibus, præcipuè sabbatis, vt antè dixi, operam dare studio sapiẽtiæ, principe doctoris vice fungente, præmõstrantéq; officia, subditis autem in honestate proficientibus, & mores vitámq; corrigentibus. Quæ consuetudo à maioribus per manus accepta hodiéq; durat apud Iudæos, tẽpore illo dicato eruditioni cõtemplationiq; rerum naturalium, nã destinata oppidatim sacris precationibus loca, quæ proseuchas vulgus nominat, quid aliud sunt quàm scholæ, in quibus prudẽtia, fortitudo, tẽperantia, iustitia, pietas, sanctitas omnisq; virtus discitur, quæcũq; ad humana diuinaque negotia requiritur. Cæterũ eo die nõ vltra vincula sæuitũ est in hominem impium. At Moses de plectendo quem norat cõmeruisse mortem dubius, & genus supplicij dignum ignorãs, inuisibili animo ad inuisibile tribunal se cõtulit, vbi iam ante cognitã causam decretum fuerat ab omniscio iudice: qui pronuntia

nuntiauit morte mulctandũ obruendúmq; lapidibus, quando quidem & huius mens sicut prioris in surdum lapidem obduruerat, prolapsi ad impietatẽ extremam, complexã penè omnia violati sabbati crimina. quamobrem? quia non solùm sordidæ fabriléq; sed cæteræ quoq; artes & occupationes tũc sunt prohibitæ, præsertim quæ ad parandũ victũ attinẽt, aut per ignem fiunt, aut per instrumenta non sine igne confecta. ideo sæpe interdicitur ne quis ignẽ accendat sabbato, vt cessante causa principali & antiquissima cessent effectus eius etiam. Sunt autem ligna ignis materia, vt lignator & qui accendit ignẽ in eadem culpa hæreant: atq; ita geminetur noxa, tum quia fit opus dum lex iubet quiescere, tum quia fomites ignis cõportantur, vnde præbetur opificiis occasio. Hæc duo responsa continent pœnas sontibus inflictas ex arbitrio cælestis numinis cõsulti super talibus negotiis. Sunt & alia duo, ad diuersam speciẽ pertinẽtia, alterum de successione hæreditaria, alterũ de sacrificio nõ tempestiuè vt videbatur oblato: de hoc prius dicetur. Moses primũ anni mensem facit ęum qui in vernum æquinoctiũ incidit, non sicut quidam qui præcedentibus id honoris tribuunt, nõ obseruato naturæ beneficio. tunc enim matureſcunt segetes ad victũ necessariæ: arborum verò fœtus pubescunt recens editi, secũdis mensis inferendi. sine tritico hordeo cæterisq; similibus frugibus non viuitur: sine vino & oleo fructibúsq; arboreis quædam gentes ætatem producunt in annos plurimos. Eius mensis die quartadecima, sub ipsum tempus quo luna suum orbem solet cõplere lumine, celebratur migrationis publica festiuitas quã Chaldaicè Pascha nominãt: quo tempore nõ vt aliàs plebeij homines victimas adducunt ad altare mactandas à sacerdotibus, sed iubente lege tota gens sacrificat, dum pro se quisq; mactat hostiam suis manibus. Tunc vniuerso populo cõcelebrante lætas epulas, dum quisq; se gerit pro sacerdote, nonnulli occupati lachrymis, gemitibus luctúque domestico propter desideratos nuper defunctos necessarios, premebãtur gemina tristitia, noua super veterẽ accedẽte, quòd orbati suis affectibus cogerẽtur etiam carere voluptate honoréq; totius gẽtis publico, quia nec ablui nec aspergi lustrali bus aquis fas erat illo tempore, prius quàm veniret luctui præfinitus lege terminus. Hi post festum mœsti accesserunt principem, narrauerúntq; suum infortuniũ: habere se funestas domos recẽti cognatorum obitu, occupatos luctu necessario, nõ potuisse frui sacris paschalibus. addiderũt

preces,ne posth aberentur cæteris, néve pœnas darẽt calamitatis domesticę,dignæ potius misericordia,alioqui se posse inuidere defunctis qui potioré conditione fato cesserint. se viuos mori & sentire suam perniciem. His auditis animaduertit & postulationem non absurdam, & excusationem sacrificij prætermissi idoneã, & casum ipsum dignũ miseratione. Ambigebat tamen incertus consilij,& tanquã in bilance nutans nunc in hanc partem nunc in illam procliuior,cũ hinc suũ pondus obti neret misericordia cũ iustitia,illinc prçcellere videretur lex de paschali sacrificio,primi mẽsis quartamdecimã diem ei prestituens:itaq; inter assensum & renutũ pendens ad supplicationẽ se vertit,vt ipse Deus oraculo decerneret.Qui exaudito vate nõ in præsens tantũ respõdit, sed quod pro lege foret posteà,quoties aliquid simile accideret.Cõprehensi sunt ea lege illi quoq;, si quis eius gentis aliis'de causis non potuerũt ad sacrũ id occurrere.Fuit autem hæc oraculi sententia. Luctus in cognatorum obitu dolor necessarius non imputatur pro peccato. Attamẽ ad certum tempus à templo arceantur lugentes,quo nõ patet aditus nisi immunibus ab omni inquinamento tum fortuito tum voluntario.post terminum luctus pro se quisq; sacrificet.ne viui habeãtur pro mortuis.cũ igitur sint posteriores,postero mẽse die quartadecima sacrificent ritu quo priores, & eodẽ modo absumant hostiam.idem ius esto his qui non ob luctũ sed longinquæ peregrinationis ergõ cum cæteris suæ gentis hominibus non sacrificauerunt.nam ne eorum quidem qui aut in longinquis terris habitant,aut longius peregrinantur, vllum est peccatum,cur priuari debeant honore cõmuni cũ cæteris,præsertim cùm vna regio gentem tam populosam nõ capiat, missis in multa loca coloniis.Hactenus de his qui ob aliquem casum à celebrando cũ cæteris paschate prohibiti, vel serius officium necessarium faciunt. nunc transeo ad postremã legem de successione hæreditaria, è percontatione responsionéq; mixtã similiter:Erat quidam nomine Salpaath,vir probus, è tribu nõ obscura natus:is quinq; deterioris sexus liberos genuit, nullã verò prolem masculam.puellæ post obitũ patris veritæ ne paterno agello excíderent,quia maribus agri diuisi fuerãt, reuerenter adierunt principem,nõ tam de possessione solicitæ, quã nomen dignitatémq; sui patris conseruare cupientes.hæ sic locutæ sunt:Pater noster obiit,non seditione absumptus vt multi alij,sed fato raptus cũ priuatam vitam ageret procul negotiis,

nulla

nulla ipsius culpa factum est quòd caruit masculo sobole:adsumus igitur pupillæ vt videtur,re vera tamen te loco parẽtis habituræ.nam legitimus princeps nõ minus quã pater curat subditos.ille miratus prudentiã virginũ,& pietatẽ erga parẽtem, suspendit sententiã respectu legis quę solis viris agros diuidit, præmiũ laborum militariũ.nã mulieribus cum natura immunitatem ab his tribuat,non admittit eas ad præmia.Ergo hanc quoque causam vt ambiguam ad Deum retulit, quẽ sciebat solum veracibus incorruptisq; iudiciis etiam in paruis cõtrouersiis ostendere suam veritatem & iustitiã. Tum ille rerum conditor,mundi pater,terræ,cælo,mari,aëri,rebúsq; in his contentis imperans,princeps deorum & hominũ, non est dedignatus respondere puellis patre orbatis.Respõdens autem plus quàm iudicis officio functus est ille clemẽtissimus cũcta replens sua beneficentia.Laudauit enim virgines.ô domine,te verò quis satis laudauerit?quo ore?qua lingua? quibus vocis instrumentis? qua mente aut anima? stellæ si in vnum chorum conuenirent, possẽntne tuas laudes pro merito canere? totũ cælum si in vocem abeat,poterit ne vel partem tuarum virtutum edisserere? Aequũ postulant,inquit,filiæ Salpaath.Hæc laus quanta sit Deo testante,quis non videt? Adeste nunc vos arrogãtes, quos inflat felicitas, qui ceruicẽ supra naturam attollitis, & adducitis supercilia,qui mulierum viduitatẽ ridetis miseram,& pupillorũ orbitatem miseriorem etiã existimatis. videte quod hi vestra opinione infelices & humiles, non postremo loco habentur apud Deum,cuius imperij vilissimę partes sunt regna ista passim per orbem dispersa: quandoquidẽ totus terræ ambitus est diuini operis extremitas.cõsiderate inquam hæc,& doctrinam necessariam accipite. At Moses laudata postulatione virginũ, ne has quidem inhonoratas reliquit, nec tamen æquauit viris bellatoribus:sed his agros debita ob virtutem præmia reddidit,puellis verò gratiam non præmium.quod etiam verbis declarauit manifestissimè,donũ hanc rem appellans non retributionem:quorum alterum est debitum,alterũ gratificatio. Cæterùm vbi virginibus pupillis satisfactũ est ex oraculo,addidit princeps generalem legem de hæreditatibus, primũ filios hæredes paternorum bonorum instituens, deinde filias si desint filij:quas vult hæreditatem habere, vt ornamẽtum externum, non vt possessionẽ propriam. Aliud est enim quod vt proprius attribuitur, aliud quod tantum ad ornamentum absque iure

proprietatis conceditur. Post filias tertio loco fratres ad hereditatem vocat, quarto patruos, subindicans etiã patres fieri posse hæredes filiorum. Stultum enim foret credere, patruo concedi hæreditatem fratris filij vt patris cognato, ipsi verò patri eam auferri. Verùm quia lex naturæ iubet filios parẽtibus hæredes succedere, non parẽtes filiis, hoc vt ominosum & piis votis contrarium tacuit: ne pater matérque viderentur lucrati ex immaturis filiorum mortibus & luctu inconsolabili: obliquè tamen ipsos vocauit ad ius quod permittit patruis, vt & decorum seruaretur, & bona manerent in familia. post patruos quintus locus est cognatorum, vt quisque est sanguine proximus. His non temerè dictis de hæreditatis iure promiscuo, nunc subiungam oracula per ipsum prophetam numine correptum edita, sicut iam antè sum pollicitus: Cœpit autem tunc primùm inspirari cælitus, cùm tota gens spem melioris fortunæ concepit, de cõmuni consensu multis milibus ex Aegypto in Syriam in nouas colonias demigrantibus. Viri enim pariter ac mulieres per inuias vastásq; solitudines peruenerant ad mare quod rubrum dicitur. ibi hærebant inopes consilij, cùm nec naues præstò essent ad traiectum, nec tutum videretur reuerti per eandem viam. in hoc rerum statu maior malis vis incubuit. nã rex Aegypti cum haud contemnendis copiis equestribus pedestribúsque persequebatur, vt animaduerteret in retractos è professione, quam prodigiis manifestis territus permiserat. Sed satis apparuit nihil esse in sceleratis hominibus constantiæ, velut in bilance leui momento in diuersum proclinantibus. Sic intercepti inter mare & hostes de salute desperauerant, alij necem miserabilem expectantes vt finem malorum, alij censentes satius elemento naturæ se committere, & in mare se proijcere, quàm perferre hostium insultationes atq; ludibria. iámq; grauati sarcinis stabant in littore, vt quàm primùm viderent hostem accurre, desilientes mergerẽtur facilius: ac ne mortem quidem expedire poterant. At propheta videns vniuersum populum præ metu intercluſum nõ aliter quàm pisces cinctos retibus, extra se raptus repletúsq; numine hoc oraculum edidit. Non sine causa trepidatis instante tanto periculo, à fronte mari vasti clausi carente nauigiis quę fugam possent adiuuare, à tergo verò proximi hostibus denso agmine vrgentibus. Quò te vertas? quò deflectas? ex improuiso infestant nos omnia, terra, mare, homines, elementa naturæ. Estote tamẽ bono animo, nolite

lite deficere, estote imperterriti, expectate diuinitus inuictum auxilium, quod iamiam vltro aderit, protecturum vos inuisibiliter. Experti estis & antea sæpe opẽ eius præsentaneam, quam nunc quoque venire video, laqueos iniecturam aduersariorum ceruicibus. Hæc eos in mare protudit, illi more plumbi ad fundum feruntur præcipites. Vobis videntur adhuc viuere, ego mortuos video: quod spectaculum vobis quoque continget hodie. Hæc ille cecinit præter spem omnium: móxque euentus fidem adstruxit oraculo. Deus enim potentia sua prædictionem ratam habuit, vix credibili & fabulis simili prodigio. Mare diruptum est, aquæ secesserunt, constiterúntq; in abrupto vtrinq; latere quasi muri firmissimi. in medio rectam viam aperuit diuina magnificentia, diuidentem vndas ad præbendum iter ceu congelatas, tota gente securè mare traiiciente pedibus, tanquã per siccam semitam, aut pauimentum constratum silice. induruerat enim sabulum, concretum è suis minutiis. huc accessit impetus hostium se inuehentium & in suam ruentium perniciem: nubis extremum agmen protegentis subsidium, emicante inde ignea numinis effigie: maris paulò antè scissi refluxus, viæ siccatę repentina inundatio, hostium internecio, & à parietibus illis qui ex aquis constiterãt oppressio, fluctibus in viam tanquam in vallem confluentibus: & insuper cladis ostentatio fluitantibus cadaueribus quæ totam maris superficiem texerant: postremò tẽpestas procellosa quæ in littus aduersum eiecit enectorum cumulos, quo magis seruati salutem suam agnoscerent, non solùm euadendo pericula, verùm etiam spectando inimicos deletos ope diuina sine humanis viribus. quamobrẽ propheta mentis hymnis celebrauit autorem tanti beneficij. distributa enim tota gente in duos choros, alterum virorum, alterum mulierum, ipse viris carmen prę iuit, sororem dedit præcentricem fœminis, vt hymnos in parentem conditorémq; alternis canerent versibus, non discrepante à moribus carmine, dum certatim canunt suis vicibus, & carmen miscetur è sonis acutis atq; grauibus. nam virorum voces graues sunt, acutæ mulierum, vnde temperamentũ fit commensuratæ suauitérq; coaptatæ melodiæ. Vt autem tot milia hymnum eundem ore vno concinnerent, in causa fuerunt illa prodigiosa miracula, de quibus paulò antè mentionem fecimus. propter quæ propheta gaudens vnà cum gaudente populo, & lætitiam intra se nõ continens, exorsus est cãticum: id populus audiens, in duos choros

 secessit

Universidad de Deusto Biblioteca

ſeceſsit, & canentem imitatus eſt. Hoc fuit prophetiæ Moſis principium & quaſi procœmium. Secundum eius oraculum fuit de cibo re cùm primis neceſſaria: quem terra negante vtpote ſterili, cælum depluit: idque non ſemel, ſed per annos quadraginta, quotidie ſub aurorâ decidente ex æthere cum rore quadam milij ſimilitudine. Quo cibo viſo Moſes iuſsit colligere ſic diuinitus præmonitos. Credendum eſt & fidendum Deo, cuius experti ſumus tot ſpe maiora beneficia. nemo hunc cibum reponat: recondátve: nemo quicquam ex eo relinquat in craſtinum. His auditis quidam nondũ in pietate confirmati, rati fortaſſe hanc adhortationem principis magis quàm oraculum, in craſtinum partem ſeruauerunt. ea putrefacta primùm tota caſtra fœtore compleuit, deinde amplius corrupta, protulit vermiculos: quod vbi vidit Moſes non immeritò in cõtumaces exanduit. Qui enim non iraſci poterat, animaduertens poſt tot prodigia iuxta humanam rationem vix credibilia, tam facilè perpetrata diuinitus, eſſe qui non modò dubitẽt de diuina prouidentia, verùm etiam nullam prorſus fiduciam in ea collocẽt. Cæterùm pater omnipotens duobus euidentiſsimis argumentis commendauit prophetæ vaticinium: altero confeſtim per corruptionem fœtorémq; reliquiarum & mutationem in vermes animal viliſsimum: altero verò paulò pòſt. Semper enim quicquid ſupererat poſt collecta populariter, radiis ſolaribus liquefactum diſſoluebatur abſumebatúrq;. Nec ita multò pòſt prodit aliud oraculũ de ſacroſancto ſabbato. cùm enim is dies haberet à natura priuilegium, non ſolùm ex quo mundi natalis factus eſt, verùm etiam ante creatum mundũ ſenſibilem, neſciebant hoc homines, fortaſſe propter multas clades acceptas diluuiis & incendiis interrupta memoria per manus à maioribus tradi ſolita. eam rem iam obſcoratã ille declarauit oraculo, mox euidenti prodigio comprobatam in hunc modum. præcedẽtibus diebus depluerat minus alimentorũ, deinde duplum vna die: & quod prioribus ſupererat liqueſcebat in humorem inutilem: tunc verò incorruptum permanebat. His nuntiatis ſimúlque conſpectis Moſes ſtupefactus, non tam coniecturis quàm diuino monitu edoctus eſt de ſabbato, quamuis etiam coniecturæ tales cognationem quandam habent cum prophetia. mens enim nunquam tam bene cõiiceret, niſi deduceretur ad veritatem diuino ſpiritu. id miraculum eo fuit euidentius, quòd præter duplicatã cibi menſuram, & eius incorruptionem

inſolitam,

inſolitam, vtrunq; hoc incidebat in diem ſextum ab eo quo primùm pluere cœperat, videlicet in proximũ à mox ſecuturo ſeptimo. ex qua ſupputatione deprehẽditur, ſeruatũ eſſe in mundi creatione & in cæleſti demenſo eundẽ ordinem. nam & hoc & illa incepit à primo è ſex profeſtis diebus. eſt autẽ vtrunque opus alteri ſimile. Sicut enim mũdus è nihilo creatus & abſolutus eſt: ſic elementis præſenti neceſsitati ſeruiẽtibus, aër in terræ vicem ſuccedens aliméta nullo labore quæſita copioſè ſuggeſsit hominibus non valentibus parare ſibi victum in ſolitudine. tunc tertium oraculũ vates protulit mirificũ, quando prædixit cæleſtis cibi pluuiam ceſſaturã die ſeptimo, ac ne micam quidem caſuram eo tẽpore: nec aliter euenit. cùm enim poſtridie quàm præmoniti fuerant, quidã è mobili vulgo ad colligẽdum extra caſtra prodiſſent, reuerſi ſunt vacui, damnãtes ſuam incredulitatem, prophetam autem prædicantes veracem, diuinum, & ſolum futuri præſcium. Hæc ſunt quæ de cæleſti commeatu premonuit ipſe Dei ſpiritu monitus. Quæ autẽ prodidit poſtea, ad præcepta magis pertinere videtur quàm ad oracula, & in his vnum de maximo delicto gẽtis in religione patria, ſicut antè diximus, quando fabrefacto iuuenco ad exemplar typhi Aegyptiaci, choreas agitabant, exſtructísq; aris mactabãt victimas, obliti veri numinis & pietatis acceptæ à maioribus, & non mediocribus incrementis auctæ vſque ad illa tempora. Id verò Moſes tulit indigniſsimè: primùm repente cæcatũ eſſe totum populum, qui paulò antè perſpicatior ſapientiórq; fuerat omnibus aliis gentibus: deinde vaniſsimam fabulam potuiſſe tantam lucẽ veritatis extinguere, quæ nec ſolis nec vniuerſorum ſiderum obſcurari poteſt deliquio. Contẽta eſt enim proprio ſplẽdore intelligibili & incorporeo, ad quem collatus iſte ſenſibilis, perinde ſuperatur ac nox cum die cõpoſita. Has ob cauſas propheta iam multum ſui diſsimilis curſu prorũpit in medium, & vultu mentéq; numẽ præferens exclamat: Quis eſt ab errore liber? quis à profanis ſacris abſtinuit? accedat ad me quiſquis talis eſt. Cúmq; vna tribus ſe adiunxiſſet nõ minus animo quàm corpore, iam ante animata in impiorum ſceleſtorúmq; perniciem, ſed ducem imperatorémq; requirens, qui legitimè tempus modúmq; vltionis præſcriberet: horum promptam fidelémq; operam libenter accipiẽs: agite, inquit, arripite gladios, & diſcurrentes per caſtra pro ſe quiſq; occidite nõ ſolùm alienos, verũ etiam familiaritate cognationéq; proximos

nullo

nullo respectu affectuum: existimatéque hoc facinus sanctissimum quo vindicatur pietas & religio, Deo fauēte harum propugnatoribus. Hac exhortatione factum est vt primo impetu cæsa sint virorum tria milia, qui autores impietatis præcipui fuerant: atque ita non solùm depulsa est suspicio communicatę culpæ ab innoxiis, verùm etiā rei fortiter gestæ retulerunt merita præmia, aucti honore sacerdotij qui religionis iniuriam vlti fuerant. Est & aliud eius oraculum coniunctum cum maiore prodigio, cuius suprà mentionē feci de pontificatu prophetæ disserens: id quoque prolatum ex afflatu numinis, sine dilatione euentus consecutus est. Templi ministrorum duo sunt ordines, sacerdotum potior, ædituorum inferior. erant illo tempore tres sacerdotes ædituorum multa milia. Hi freti suorum multitudine paucitatem sacerdotū contemnebant peccato non simplici, dum & maioribus adimunt honorem debitum, & minores vltra modū extollunt, sicut fit insurgentibus contra suos præfectos subditis turbatóque ordine publico. Deinde cœtus faciendo clamabant in prophetam, quòd propter domesticam necessitudinem fratri eiúsq; filiis donasset sacerdotium confiçto oraculo, vt videretur id ex autoritate Dei facere. Quamobrem exasperatus alioqui vir ingenij mitissimi, nō tulit tam insignem iniuriam simul & malitiam, petiitq; à Deo vt auersaretur illorum sacrificia: non quòd periculum esset ne iustissimus iudex sacra impiorum acciperet, sed quia hic est peculiaris affectus Deo chari animi, aduersari propalàm nefariis conatibus. Nec dum iusta indignatio furórque deferbuerat, cùm numine afflatus insuper hoc edidit vaticinium. Graue malum est incredulitas, sed solis pernicioſum incredulis. Hi factis non dictis castigandi sunt. Pœna docebit eos me nō mentiri, quando scire nolunt quod sciunt. Mors decernet de hac cōtrouersia. Si naturali morte decedent, fictum est meum oraculum. Quòd si nouo inusitatóque lethi genere absumentur, testata erit mea veracitas. Video terram vasto specu dehiscere, absorberi numerosas cognationes vnà cum suis tabernaculis, viuos homines ad inferos descendere. Vix hæc effatus erat cùm terra concussa rumpitur eo potissimum loco vbi tendebant impij: momentóque temporis vniuersos operit. rursum enim hiatus coïuit, velut suo defunctus officio. Nec ita multò pòst seditiosi ducēti quinquaginta qui præcipui tumultus autores fuerant, repentè de cælo tacti vnà conflagrauerunt, ne minimo quidem membro

bro relicto quod sepulchris posset inferri. Atque ita horrendis pœnis cumulatis aliis super alias magnopere illustrata est prophetæ pietas, Deo testimonium præbente veritati oraculorum. Vbi operæpretium est considerare quomodo cælum terráque pœnas exegerūt ab impiis hominibus, ceu diuisis muniis inter primarias mundi partes, vnde cæteræ sumpserunt originem. Nimirum quia sceleſti malitiam suam radicatam in terra, in tantam altitudinem extulerunt extenderúntq;, vt cælum attingeret, ideo terra simul & æther in eos sæuiit. Altera diducens se vt absorberet inutilia pondera, alter exurens eos fulminibus, imbris in morem densis & crebro micantibus. Finis autem & absorptorum & exustorum idem fuit. Nam vtrique disparuerunt alteri operti solo restituto in pristinam planiciem, alteri absumpti fulmineis ignibus. Postremo migraturus ad superos, & exuta mortalitate ad imortalitatē transferendus, vocante, patre vt eum è duplici corporis animæque natura transformaret in simplicem, iam tum propè totus versus in animum & quidem illustratissimum, repletus diuino spiritu, non solùm in vniuersum gentem suam præmonuit, verumetiam singulis tribubus suos casus futuros aperuit: quorum pars iam euenit, reliquum adhuc expectatur, ea fide repræsentandū olim, quam experti sumus in præteritis oraculorum euentibus. Postulabat enim rei dignitas, vt quorū tam diuersa fuit origo, præsertim materno genere, hi secuturi diuersa studia consiliáque, haberēt etiam sua fata præsignata oraculis. Miranda sunt hæc, sed magis etiam mirari conuenit finem sacrorum quæ reliquit voluminum, quæ sunt ceu caput iuris totius, iam enim assumendus, & in ipsis stans carceribus vnde ad cęlestem metam erat euolaturus, tunc quoque afflatus diuitus, viuens adhuc prophetauit de seipso tanquam mortuo, ante obitum narrans se mortuum sepultúmque inspectante nemine, videlicet manibus non mortalium, sed virtutum immortalium, ne maiorum quidem monumentis: illarum quippe cui monumentum cōtigit eximium haud cuiquam notum homini. Luxit vniuersa gens lachrymis defluens per mensem integrum, accedentibus ad publicum luctum priuatis affectibus, quandoquidē erat inenarrabilis eius prouidentia beneuolentiáque erga vniuersos ac singulos. Huiusmodi fuit vita obitúsque Mosis, regis legislatoris, vatis & pontificis sicut sacris literis proditur.

PHIL

PHILONIS IVDAEI,
De charitate.

NVNC germana gemellâq; soror pietatis charitas consideranda est, adamata legislatori nostro, quantum vix vlli alteri. Cùm enim sciret hanc esse publicâ viam ad sanctitatem tendentium, omnibus suis subditis societatẽ benignitatémq; cõmẽdauit, suam vitã imitãdam proponens, tanquã pictam in tabula. Quicquid igitur à prima ætate vsq; extremam senectutem priuatim publicéq; gesit ad vtilitatem suorum hominũ, suprà dictum est in commentariis, quos de vita Mosis inscripsimus: adiiciemus tamen vnum alterúmve factum eius memorabile, iam propinqui vitæ termino. Erũt enim indicia honestatis illius bonitatisq; perpetuæ, quam sanctissimæ animæ Deus ipse impresserat. Nam cùm mortalis huius vitæ finis instaret, oraculo aperto de hoc prænonitus, nullum vel regem vel priuatum imitatus est, quorum vnicum votum habetur ac studium, hæredes liberos relinquere: sed quãuis pater esset duorũ filiorum, neutrum successorem sibi optauit, victor affectuum erga cognatos ac domesticos. & poterat si filios suspicabatur parum idoneos, certè fratris filios extollere iam virtute meritos sacerdotium. sed fortasse aut nõ placebat eos à diuinis rebus distrahi: aut potius cogitabat, impossibile esse eundem hominem rectè curare simul regnũ & sacerdotiũ, quandoquidem alterum religionis, alterũ subditorum curam profitetur: aut fortasse non putauit rem tam magnã pertinere ad suum iudicium: maluitq; iudicandam Deo committere, qui pro sua potẽtia perspicit etiã intima pectorum. Hæc vera esse vel hinc colligitur. Erat ei amicus & familiaris penè à puero Iesus nomine, nõ vulgaribus cõciliatus artib⁹, sed amore integro cælestíq;, ex quo omnes virtutes proueniũt, is etiã cõuictor cõtubernalisq; prophetæ fuit, nisi si quando ille secessum quæsiuit propter diuina colloquia. idẽ administrationis reip. particeps, & tantùm non principis vicarius, multa pro potestate solitus erat gerere. Attamẽ quamuis sciret hunc esse diu spectatæ probitatis hominẽ, dictis factísq; honestatẽ eius expert⁹, & quę maximè requirebatur, beneuolẽtiam erga populum, ne sic quidem ausus est ei principatũ committere, ne fortè opinione falleretur

leretur, nõ satis fidens humano iudicio. itaq; ne sibiipsi quidem credens, suplex inuocauit Deũ qui solus inuisibilem animã introspicit & mẽtium arcana penetrat, vt ex optimatibus eligeret vnum aliquẽ idoneum principẽ qui paternã curã subditorũ gereret: sublatisq; ad cælũ puris & virgineæ (vt ita loquar) castitatis manibus, sic precatus est: Dispiciat dominus Deus spirituũ & vniuersæ carnis de homine qui plebem hãc curet pascátq; sine crimine, ne corrũpatur sicut grex dispersus carens magistri cura & diligẽtia. Quis nõ miretur has preces dicátq;: Here quid ais? Itáne tibi fratríq; desunt germani filij, successores à natura dati? aut his aut illis principatũ relinquito. Quod si neutros existimas idoneos, & potior est tibi reipubl. quàm ne cesitudinis domesticę ratio, habes certè amicũ irreprehensibilem ac probatæ virtutis vel tuo iudicio sapiẽtissimo. Quin igitur hunc, si probitas nõ genus spectatur, eligis? Verùm respondebit: cùm in omnibus rebus non esse præcipitandum iudiciũ, tum in his potissimũ, quæ rectè aut secus administratæ, plurimis felicitatem aut calamitatem afferunt. Nihil autem principatu maius, cui belli pacisq; arbitrium cõmittitur à ciuibus. Quemadmodum enim ad prosperam nauigationem opus est bono peritóq; gubernatore, sic etiam sapiente principe ad tuendam tranquillitatem bene constitutæ reipub. Cæterùm de sapientia, quæ non me tantùm, sed & toto mundo est antiquior, non est fas quemquam iudicare, nisi Deum, aut aliquẽ syncerũ purum germanúmq; amatorem ipsius sapientiæ. Et iam ante exẽplo meo didici, ne aliis quidem vtcunq; idoneis in speciem principatum decernere. Nam reipub. curam inuitus suscepi, nõ humanis suffragiis princes designatus, sed manifestis oraculis diuina voce iubente, quantumlibet deprecare molem rerũ vetus, donec iterum atq; iterum iubẽti parere metu coactus sum. An non igitur absurdum fuerit, nunc non per eadem incedere vestigia: & cùm ipse noluerim principatum nisi ex Dei sententia sumere, nunc arbitratu meo successorem eligere, ne hominum quidã expectatis suffragiis? præsertim cùm agatur de regimine gentis nõ vulgaris, sed primũ populosissimæ omnium quotquot vsquã sunt, deinde professæ rem maximã, cultũ eius Qui est patris conditorísq; rerum omniũ. quicquid enim aliis cõtingit ex optimæ cuiusq; philosophiæ studio, id Iudæis ex legibus ac morib⁹, videlicet summi Dei notitia, repudiato errore deorũ ex creaturis cõsecratorũ. nullus enim creatus verè deus

est

est,quantumvis habeatur pro Deo,cùm æternitate, sine qua nõ est numẽ,careat. Hoc vnum euidens argumentũ est eximiæ erga suã gentem charitatis atq; fidei:alterũ autem priore nõ inferius.Postquam enim optimus eius discipulus imitatórq; Iesus propter mores amabiles princeps à Deo cõfirmatus fuit,Moses haudquaquã tristis ob fratrẽ filiósq; præteritos,sed plenus inenarrabili gaudio,quòd prospectum esset gẽti de rectore modis omnibus incõparabili (id enim indubitatũ erat de eo qui Deo placuerat)apprehẽsa eius dextra produxit eum ad concionem, nihil de imminente obitu suo solicitus: sed ad familiarẽ sibi hilaritatem accedente recenti lætitia,alacriter affatus est populũ his verbis:Mihi iam instat tẽpus discedendi ex hac vita corporea:succedet autem in meam curam hic electus à Deo, simúlq; protulit oraculũ,cui mox creditũ est. Tũ ad Iesum versus, hortatur vt rem gerat strenuè:vtq; bene consulat reipublicæ ac cõstanter in bene consultis perseueret.Quãuis autẽ non erat opus hac adhortatione,tamen non potuit se continere,quin amicum admoneret officij,& tum quoque proferret affectum charitatis erga populum,cui tã diu præfuerat. Nec omnino fuit superuacua monitio,ne fortasse ille grauaretur subire tantum oneris: vtq; exemplum atq; regula proderetur cæteris,cõmunicãdi bona cõsilia cũ suis successoribus, & instruẽdi eos præceptis optimis. Potest enim boni viri hortatus confirmare labantem animum, & excitare ne terreatur rerum temporúmq; difficultatib⁹.Itaq; admonitis & subditis & successore principe,cœpit Deo hymnum canere,extremam ei reddẽs gratiarũ actionem.quòd à natiuitate vsq; senectutẽ miris & cõtinuis se prosequutus sit beneficiis:vocatisq; in adiutorium elemẽtis totius mundi præcipuis,terra cæló q;,quorũ alterum mortalium domus est,alterum immortalium,carmẽ cecinit aptissimum auribus angelorum & hominum:horum vt tanquam à magistro similiter gratias agere discerent:illorum, vt adessent tanquam spectatores ostentantis musicam animæ in corpore mortali certantis cum cælestibus harmoniis siderum,ipsum Deum conditorem autotémq; habẽtibus.Sic ille vates iam incertus quodãmodo choreis æthereis hymnum & gratiarum actionem temperauit admixtis charitatis erga suam gentẽ affectibus,dum arguit peccata vetera,& in præsens præceptis eam instruit.in futurũ quoque spem bonam proponit,nõ fruſtraturam pios conatus. Absoluta deinde melodia, è sanctitate charitatéq; quodammodo contexta

contexta,cœpit paulatim è mortali vita in immortalẽ mutari, sentiréq; separationem rerum ex quibus concretus fuerat,corpore in testæ morem discedente nudantéq; animam, hac verò auidè migrante ad destinatam sibi à natura regionem. Deinde vbi visus est satis paratus ad exitũ, non prius gentem suã misit in coloniã,quàm singulas eius tribus,numero duodecim honoraret faustis imprecationibus,nominatim citatas phylarchorũ suorũ vocabulis:quas quidẽ preces ratas fore credendũ est:quãdoquidem & ipse ab amico Dei profusæ sunt.& Deus amare humanum genus nunquam desinit,tum hi pro quibus vota facta sunt,bono genere,& à laudatis maioribus oriundi censentur in ordine eximio sub imperatore illo patre conditoréq; rerũ omnium.Precatus est autem eis vera bona,non tam huic mortali vitæ profutura,quàm animæ olim cũ exsoluta fuerit corporeis vinculis.Solus enim Moses,vt apparet, habita magis ratione cognationis cælestis quã istius vulgaris,totam gentem suã hæredem omnium bonorũ quorũ natura humana capax est, instituit:de suo dans,quæ ipse habebat:quæ non habebat à Deo impetrans:cuius grãtiarum perennes fontes sciebat patere,nõ tamen omnibus,sed solis supplicibus.sunt autẽ supplices qui honestatẽ amãt,quibus sitiẽtibus fas est haurire è sacris fontibus sapientiæ.Hæc sunt argumẽta natiuæ charitatis,quæ de legislatore nostro prodũtur sacris voluminibus:dicemus & quæ mandauit posteris,si non omnia(id enim difficilè fuerit) certè præcipua,quæ maximè voluntatem eius exprimũt. æquitatẽ enim ac mansuetudinẽ non intra solam hominũ societatem statuit, sed benignè impartiens extendit etiam ad brutas naturas animalium,ne arbores quidem excludens,præsertim mites ac frugiferas.legis autem huc pertinentes libet recensere, incipiẽdo ab hominibus.Vetat igitur fratri fœnerari,fratrem nominans non solùm ex eisdem natũ parentibus, verũ etiam quemcunq; ciuẽ tribulémve,iniquũ ducẽs colligere fœnus è pecuniis, tanquam fœturam è pecoribus.non vult tamẽ vt ideo tergiuersemur segniores ad beneficentiã,sed largis manibus mentéq; donemus gratis indigentibus,cogitantes etiam gratiã esse genus fœnoris,vltro ad nos redituri feliciore accipiẽtis tẽpore.Quòd si quis nolit donare saltem mutuetur alacriter, nihil præter capitalẽ summã recepturus, sic enim nec pauperes redigẽtur ad extremam inopiam,coacti plura quàm acceperũt reddere: nec creditorib⁹ quicquã decedet de rebus pretiosissimis, bonitate,

magnanimitate,existimatione optima.nam ne cũ vna quidem virtute vniuersæ Persicæ gazæ conferendæ sunt.illæ exanimes opes abduntur in terræ sinibus,hęc autẽ in principali parte animæ.Virtutem enim sibi vsurpat cælũ portio mundi purissima, ipsęq; Deus conditor rerũ omniũ.Cõtemplari libet istos sordidos & ne obolares quidẽ minutias spernẽtes vsurarios, in magnis diuitiis inopes,quos bene numatos reges diceres, cũ ne in somnis quidẽ vnquã diuitias,præter suas cæcas,viderint.hi miserrimi omniũ,quasi pecunia careant, cibos mutuãtur vt recipiãt cũ fœnore:isti quomodo egeno stipẽ offerẽt,cũ in prouẽtu felici famem inuehãt,reditus sibi parantes ex miserorũ hominum ventribus,sic appẽdendo frumentũ ne prægrauet. Necesse igitur habuit è sua rep.hoc genus quæstus eiicere. sunt enim seruilis & illiberalis animæ talia studia, degenerãtis in ferinã immanitatẽ.Illud quoq; præceptũ ad charitatis officia refertur, mercedem eadem die reddi pauperi:non ob id solũ quia æquũ est post exibitam operam repræsentari pecuniam absque dilatione.sed etiam quia(vt quidam docent)opifex aut baiulus,qui sibi victum parat quotidie,toto corpore laborans more iumẽti,spem omnem in mercede collocat:quam si mox referat,& in præsens gaudet,& in crastinũ redit ad opus alacrior: quod si nõ referat,dolebit,atq; insuper lassus præ tristitia,solito labori nõ sufficiet.Præterea vetat ne creditor intret debitoris domum vt violẽter aurum aut pignus capiat:sed iubet eum ante ianuam expectare dum vltro proferantur. Debitorem autem vult non tergiuersari:quandoquidẽ decet vt alter non abutatur suis opibus ad insolentiã:alter verò pignus exhibeat per quod moneatur debitum reddere.Iam præceptũ de messoribus cui non probetur?vetat enim colligi spicas prolapsas è manipulis,vetat & totam segetẽ demeti,vt agelli pars à falce relinquatur intacta: simul diuitibus consulens,vt assuescant sua cõmunicare liberaliter,non omnia congerẽdo in penuaria: simul pauperibus afferens solatium.Quoniam enim carẽt propriis possessionibus, permittit eis ire in agros tribulium,& reliquias tanquam suas demettere.Similiter vindemiæ tẽpore præcipit ne colligãtur decidentes acini,néve fiat racematio:idem mandat & oliuatoribus,tanquam pater amantissimus,qui videns non omnes pariter fortunatos filios,sed alios locupletes alios inopes,hos miseratus vocat in fratrum possessiones vt alienis vtãtur pro suis, non impudenter,sed quantum necessitas postulat,atq; ita fiant non

non fructuum tantùm,verũ & agrorũ quodãmodo participes. Sunt autem quidam in tantũ sordidi, pecuniis dediti, auaritia perditi, & vndecunq; lucra captantes, vt vindemiam oliuationémque iterẽt,& hordei triticiq; spicilegium faciant,detegentes suã seruilem ac illiberalẽ pusillanimitatem, simúlq; impietatem erga largitorẽ tot rerũ ad agriculturã necessariarum & ad prouentus fructuũ,vt sunt mutationes temporũ,pluuiæ,temperies aëris,incrementa satorũ,rores magni & cõtinui,aurę vitales,conseruationes ab iniuriis temporũ,ne æstus frigúsve adurat,ne verna vel autumnali tẽpestate lædãtur segetes fœtúsve arborei.hæc opera naturæ illi cũ videãt,eiúsq; largissimas gratias,tamen audent sibi vsurpare eius beneficia: & quasi sint ipsi autores rerum omnium, inhumanitatem cõiungunt cum impietate maxima. Hi quoniam sponte virtutem non complectuntur, inuitos admonet castigãtque sacris legibus, quas vir probus vltro sequatur, malus verò contemnere non audeat. Eædem leges iubent decimas frumenti,vini,olei,pecorum, lanarum decidi sacerdotibus primitiarũ nomine:de cæteris quoque fructibus arborum pro quantitate fundorum plenos canistros eis comportari,cantando carmen obiter in laudem cælestis numinis,cuius formula extat in sacrisvoluminibus.Ad hęc boum,ouium, caprarúmque primogenita, non annumeranda propriis gregibus:sed horum quoq; sacrandas primitias:vt inuitati ad religionem moderandúmq; lucri studiũ,pietate chariatéq; ornentur duabus virtutibus principalibus.Est & alia lex: Si videris iumentum alicuius familiaris aut amici aut vtique noti hominis,errans in solitudine,reduc ad eum. Quòd si lõgè absit eius dominus,adserua cum tuis,donec ille veniẽs suũ recipiat,quod non deposuit, sed quod inuentum vltro reddis propter naturalem societatẽ hominũ. Quid lex de anno septimo, quo cessat agricultura,& pauperibus licet è diuitum agris fructus sponte natos ceu naturæ donum securè tollere,an non plena humanitatis est?Sexennio,inquit,fruãtur coloni suis possessionibus & laboribus:septimus annus sit eorum qui carẽt prædiis ac pecuniis,quo etiam terræ conceditur immunitas. absurdum enim esset aliorũ labores prodesse aliis: nunc possessionibus quodãmodo vacuis & intactis ab agricolarum opera, tota gratia soli Deo debetur,omnibus egentibus exposita.Quid itẽ illa de anno quinquagesimo, nõne quãvis aliã charitatis speciẽ superat?ita profecto,id quod nemo negauerit, qui has leges nõ

degustauit modo,sed lautius in eis epulatus est, expletus deliciis suauissimis.fiunt enim tunc eadē quæ anno septimo, & accedunt alia maiora,scilicet in pristinas possessiones restitutio, ex quibus aliquis propter temporū difficultates exciderat. non permittit enim,possessionē alienorū bonorū,cōcludens aditum auaritiæ,vt cohibeat insidiatricem fontémq; omniū malorum concupiscentiam:nec censet æquū vt coloni suis agris priuētur in perpetuū,& paupertatis pœnas dent,miserandi potius quàm puniēdi.Sunt & aliæ leges particulares plurimæ,docētes amorem tribuliū.de quibus quoniā in superioribus libris feci mentionem,satis puto hæc nūc retulisse ceu cæterarū specimē.Postquàm autē suis bene prospexit, etiā aduenas dignatus est multis priuilegiis:qui deserta cognatione patriáq; & maiorū institutis ac ceremoniis delubrisq; demigrarūt in optimā coloniā, translati à fabulis ad veritatē & cultū vnius veri numinis. hos aduenas diligēter commēdat suis gentilibus, non solū amicos iam cognatósq;,verum etiam vt vnius fortunæ participes tum animo,cum corpore,& aduersitatū cquè ac prosperitatū socios, ceu membra vnius corporis,conciliāte cunctos mutua beneuolentia.proinde non est quod dicam de cibo, potu,vestitu aliisq; ad victū necessariis,quæ lex indigenas iubet præbere aduenis: hæc enim vltro contingunt apud eos qui aduenas non minus quàm seipsos dirigunt.Quin & ad inquilinos extendit naturalia charitatis officia:iubēs vt qui ad tempus demigrant aliò honorem omnem habeant his à quibus excipiuntur hospitaliter atq; comiter:quòd si nihil præter hospitiū accipiant, honorem quoq; mediocrem ab eis exigit. nam hoc ipsum,habere in aliena ciuitate receptaculū,& non arceri ab eius aditu, gratiā existimat nō aspernandā his qui domi habitare in patria nequeūt. Et vt videas extremā æquitatis lineam, vult aboleri memoriā iniuriarum illatarū à veteribus hospitibus: vt magis nomē ad charitatem faciēs valeat quā respectus malæ tractationis. proinde disertè interdicit:Non prosequeris Aegyptiū odio. atqui nullam iniuriā Aegyptij ab hac gente abstinuerāt, nouas semper crudelitatis species addentes prioribus:attamen :quoniam ab initio nō excluserūt eā à suis ciuitatibus,nec arcuerūt à finibus,ob eā rē,inquit,habeāt priuilegiū & ius amicitiæ.Et si fortè aliqui voluerint trāsire ad Iudæorū institutа, nō sunt hostiliter eliminādi tanq̄ inimicorū posteri,sed hac cōditione admittendi,vt tertia generatione vocētur in ecclesiā audituri diuina

elo

eloquia eodē iure quo indigenæ ac patricij. Hæc iura intercedunt inquilinis cū ciuibus.Ac ne belli quidē ius ab humanitate alienū est. vult em etiāsi armati portis immineāt & mœnibus nondū tñ eos pro hostibus haberi, nisi per caduceatorē ad pacē inuitati cōditiones aspernati fuerint.aut enim pace impetrata lucrifacturos amicitiā rē optimā:aut si hostis ptinaciter aduersatus fuerit,fretos iustitia cū spe victoriæ occursuros in prælium. Quòd si,inquit, inter captiuas formosam mulierē adamaueris, noli tanquā in serua explere cupidinē:sed fortunā miserat⁹, calamitatē eius subleua,omnia mutās in melius. Subleuabis aūt detonso squallore capillitij,præfectisq; vnguib⁹,& veste mutata in qua capta est,permisisq; ei xxx.diebus vt lugeat patrē,matrem & cęteros domesticos aut mortuos, aut(quod grauius est) abductos in seruitium.post hæc vt cū vxore legitima congredere.eam enim,quæ ascensura est viri cubile, non mercede vt meretrix formam venditans,sed aut propter amorem,aut propter quærendos liberos,æquū est habere ius cōiugij.Qua in lege multa laudanda sunt:primò quòd nō laxauit frena cupidini, sed per xxx.dies eam repressit. deinde quòd amorē examinat, nū merè furiosus fastidiosusq; sit, an aliquid rationis admixtū habeat.ratio enim cohibebit concupiscentiā ne quid agat insolentius,expectabitq; menstruū terminū. tertiò quòd miseratur captiuam:si virgo est,quia parentes ei optatas nuptias nō conciliāt:si vidua,quia amisso cui puella nupserat,expertura est aliū, non magis maritū quā dominū etiā sub æquabili iure cōiugij. subditus enim potiorē semper metuit,etiāsi sciat eius mite ingenium.Quòd si quis expleta cōcupiscētia satiatus cōplexibus iam non dignatur captiuā matrimonio:eum non tam mulctat quàm castigat & iubet mores corrigere. Nec vendi enim sinit eam,nec retineri in seruitio:sed vult ei gratis donari libertatē, & discedendi ex ædibus licētiam:ne fortè superinducta mulierе alia,& cōtentione inter fœminas exorta vt fieri solet per zelotypiam,prior fastidita patiatur grauius aliquid, domino occupato nouis amoribus,& oblito veterū.Adduntur & alia præcepta humanitatis,& cumulatim ingerūtur auditoribus.Etiāsi inimici iumentum conciderit sub onere,noli prętərire,sed sub leuātem erigentémq; adiuua:nimirū in minimis quoque docet non gaudendum alienis aduersitatibus.sciens molestum affectum esse insultationem in miseriis, aduersum inuidiæ, cui tamen æquè ac iræ cognatus est.solent enim hæ se mutuo con-

sequi,aduersantur tamen hactenus,quia inuidia proximi felici
tate offenditur:altera verò lętatur eius calamitatibus.Vel si ini
mici iumẽtum,inquit,errare videris,noli addere fomitem dis-
fidij,sed reduc id ad suum dominũ: quod non magis illi quàm
tibi proderit.lucrabitur ille brutum fortasse non magni pretij:
tu honestatem qua nihil in rerum natura pretiosius. hanc ne-
cessario sequetur,sicut vmbra corpus,finis simultatis.nã qui be-
neficiũ accipit,inuitus ad reconciliationem trahitur,deuinctus
gratia:& qui profuit,quasi pignus dedit animi tẽdentis ad ami
citiam. Est autẽ hic præcipuus scopus quem sacer vates spectat
in omnibus iuris capitibus,vt concordia,societas, consensúsq;
morum vigeat:vnde familiis,ciuitatibus,gẽtibus, regionibus,
vniuerso humano generi cõtingit summa felicitas.Verùm ha-
ctenus res vltra vota non procedit: quæ tamen credo rata fore
olim fauente numine,& largiẽte virtutũ profectum, sicut quo-
tannis largitur fructuum:quod desideriũ mihi ab ineunte ætа-
te fuit perpetuũ. Hæ fermè ac huiusmodi aliæ sunt leges de in-
genuis:nec discrepare videntur quæ de seruis latæ sunt,nimirũ
spectãtes omnes humanitatem ac mansuetudinem communi-
candam eum hoc quoq; hominum genere.eos sanè qui ob inо-
piam mercede seruiũt,vult tractari liberaliter vt ingenuos:hor
tans vt qui vtuntur eorum ministerio, fortunæ incertæ memi-
nerint,reuereantúrq; vices eius mutabiles. eos autem qui cre-
ditoribus libertatem suam opposuerunt pignori,aut vi in alie-
nam potestatem redacti seruiunt, non sinit miseros esse in per-
petuum.dans inducias omnibus,anno septimo. nam eos qui ob
æs alienũ creditori non redditum libertate amissa seruiunt,sa-
tisfacere putat per sexennium. Fruantur,inquit, tandem serui
libertate pristina,è qua exciderunt per fortunæ inclementiam,
Quòd si cuius verna metu minarũ herilium,aut propter alieni
peccati cõscientiam, ipse insons fugerit iratum dominũ egens
auxilij,talẽ ne contẽpseritis, prodere enim supplices nefas est,
supplex autem etiam seruus est qui ad focum tuum cõfugit, à
quo non est æquum eum abstrahi,præsertim si citra fucũ cupit
recipi in gratiam.id si non impetrat,saltem vendatur: mutatur
enim dominus,licet incertũ an in melius: nisi quòd cõfessò ma
lo incertũ præfertur.Hę sunt leges de domesticis alienísq;,ami
cis inimicisq;,seruis & ingenuis,deniq; in vniuersum de homi
nibus.Sed non hic sistit gradũ æquitas,profert se ad brutas quo-
que naturas,permittens eis haurire ex eodẽ fonte humanitatis,

iubet

iubet enim abstineri ab omnibus recens natis tam in armentis
quàm in gregibus,vetans ea vel mensæ inferri vel altari:nimi
rum crudele ac ab omni humanitate alienũ existimãs facinus,
insidiari parturientibus,& fœtus à matribus rapere,idq; ventris
gulæq; gratia.Sic igitur quemcunq; instituta sua sequentẽ allo
quitur:Magnam habes ô bone,rerum copiam,quibus vti potes
absq; crimine.alioquin fortasse ignoscì poterat presso inopia.
tu verò etiam temperãtia cæterisq; virtutibus debes excellere,
ascitus in ordinem lectissimũ,nec admittere in mentẽ tantam
sæuitiam,vt fœtæ lassæ partus laboribus nouam mox vexatio-
nem afferas,rapiendo recens editũ animal.necesse est enim tur
bari matrem propter affectum à natura inditũ,sed à partu ma
xime.tunc enim lac in mammis subscatẽs,si desit fructus,repri
mitur:& distẽtis hac mole vberibus dolor quoq; intẽditur. Si-
ne vt mater suum fœtum lacte alat,si nõ diutius, saltem per se-
ptem dies:ne natiuos lactis fontes extinguas in vberibus cùm
ipsius naturæ iniuria,quæ non vult intercipi sua beneficia,mul
tò antè præparata ad conseruationem generum.primum enim
eius munus est generatio,per quã animalia suã essentiam acci-
piunt.secundum,lactis affluxus, tenerrimi alimenti & aptissi-
mi tempori,quippe quod cibi potúsq; vicẽ præbeat.nam quic-
quid inest aqueum pro potu habetur,pro cibo verò id quod coa
gulatur,natura prospiciẽte modo genitis fœtibus ne patiantur
inopiam mox à vitæ initio,sed eadem opera eodémq; remedio
duas molestias sitis famísq; arceant. Perfricate frontẽ & legi-
te hanc legem præclari parentes,qui grauari vos putatis infan
tibus,quos vt exponatis insidiamini parturientibus, publici &
infestissimi hostes humani generis.cui enim parceris, q filios
necatis propriis manibus?qui quantũ in vobis est ciuitates de-
sertas redditis,vastitatem incipientes à cõiunctissimis:qui ius
naturæ subuertitis tollẽtes eius opera:qui crudelitate immani
vitam oppugnatis,mortem inuehitis,& hanc contra illam ar-
matis.Non videtis vt legislatori optimo curæ fuerit,ne vel bru
torum fœtus à matre separarentur nisi post lactationem?nimi-
rum propter vos ô præclari, vt si vos natura nõ docet affectum
erga domesticos,saltẽ agnorũ hœdorúmq; exemplo eum disca
tis:quibus permittitur deliciari in affluentia,natura vltro sup-
peditante quo fruãtur facilius.Id eius munus legislator quoq;
ratũ esse voluit,diligenter cauens ne quis impedire audeat salu
tarem Dei beneficentiãiatq; vt magis etiã insereret in animos

multiplices variásq; mãſuetudinis& æquitatis ſpecies,alio prę cepto ſimili cauit ne quis immolaret matrẽ & natam ex ea pe eudem:aut ſi vtraq; victima'cædenda eſt,fiat id ſaltem diuerſis temporibus.extremæ enim crudelitatis fuerit,eadẽ die macta re genitricẽ cum animali ex ſe progenito,& quo prętextu, niſi aut vẽtris aut ſacrificij.Si ſacrificij,falſum nomẽ eſt,cædes eñ ſunt huiuſmodi nõ ſacrificia,non admitente Deo tam profana ſacra ad altare ſuum.quin & ignis ipſe ſcinderet ſe bifariã diffugiens,ne cõtaminaretur cõplexu nõ miſcẽdarũ victimarum: aut etiam confeſtim extingueretur opinor,ne ſacrã æëris natu ram flammis impuris pollueret. Quòd menſis hæc parantur, quis non dereſtetur nouã & inauditam gulæ ſæuitiã? abſurdæ ſunt enim voluptates huiuſmodi.Quæ voluptas eſt in eſu carnium,ſi tenerorũ & lactentium animaliũ miſceantur cum ma ternis viſceribus.ipſa mẽbra ſiquis aſſanda figat eiſdem verubus,videntur ruptura ſilentiũ præ indignitate facinoris,& plurimis cõuitiis proſciſſura gulam explentẽ ſe nefandis dapib⁹. Certè vetitũ eſt iiſdem legibus ne tẽplum ſubeat animãs vlla grauida,néve mactetur niſi partu leuato:q⁹ latens in vtero fœtus non minoris æſtimetur quàm in lucẽ editus,Licet enim ſit iniqua hæc collatio,prodeſt tamẽ ad compeſcẽdam temeritatẽ iſtorũ qui omnia confundunt nullo rerũ diſcrimine.ſi enim ca uetur vt quæ plantatũ more augentur nunc vnita grauidis,ſeparanda poſt mẽſes aliquot.ea ſeruẽtur in ſpem futurã & parcatur matribus,ne quod fiat piaculum:quãto maior ratio habẽ da eſt iam editorum,& proprias animas habentium propriáq; corpora?proinde nefariũ videtur eodem tẽpore ac eadem die mactare matrem cum ſua ſobole.Et hoc eſt opinor, cur quidã legem introduxerunt de damnatis mulieribus,ſi grauidæ crimen capitale admiſerint,ne ante partũ luant ſupplicium,videlicet vt maneat incolume quod vtero geritur.Verũ iſti hæc ſtatuerunt de hominibus:at noſter æquitatẽ hant & ad bruta extendit,vt in his præexercitati tantò magis humanitatem colamus mutuam,nec inferendo nec referendo iniuriam,& cõmunicando propria bona cum fratribus eiuſdem naturę participibus.Eant nunc ſycophantæ.& inhumanitatẽ noſtræ genti obiiciant.legibus verò nouitatem quẽdam inſociabilẽ,cùm ab his tam clemẽter tractẽtur etiam pecudes, homines verò à tenera ætate aſſueſcant præceptis manſuetudinem docentibus.Ipſe legislator ſeipſum ſuperare contendit omnivirtutũ genere,vt ex

eius

eius inſtitutis apparet.Vetat enim ne vllũ animal nõdum ablactatum abſtrahatur à matre ſua,non agnus,non hœdus, non aliud quicquã ex armẽtis atq; gregibus.Nam cùm interdixiſſet ne quis eadem die mactaret matrẽ cum ſœtu ſuo,inſuper addidit:Nõ coques agnum in lacte materno.Iudicauit enim valde iniquum,id quod viuẽti animali cibus fuerat, in condimẽtum occiſi vertere:& cum natura prouida ad eius conſeruationẽ lac vberum recepraculis indidiſſet,hominũ incõtinẽtiam eò progredi,vt vitali alimento abutatur ad abſumẽdas reliquias corporis.quòd ſi quis carnes cum lacte vult coquere,id ſine crudelitate impietatéq; faciat.ſunt vbiq; greges innumeri,quì quotidie mulgẽtur à bubulcis,caprariis & opilionib⁹,vnde pecuariis ampli reditus,tum è liquido lacte,tũ è coagulato in caſeũ. In tanta copia hœdũ agnúmve in materno lacte coquere,nihil aliud quã immanitatis indiciũ fuerit, ablegata miſericordia, affectu neceſſario cognatóq; rationali animę.Illa quoq; lex laudabilis ad ſuperiorum chorũ pertinens, quæ vetat boui trituranti os obturari.huius enim opera ante ſementem aruum ſulcis proſcinditur,præparatúrq; vt fauẽte cœlo reſpõdeat agricolæ votis,ac,laboribus,cõceptóq; tẽpeſtiuè ſemine pluuias quoque cælitus intra ſe recipiat facilius,diſpẽſandas mox in nutrimenta ſegetũ,donec maturæ ſpicæ annonã vberem proferant. abſoluto autẽ hoc opere,rurſum bos adhibetur ad aliud neceſſarium miniſteriũ,vt purgẽtur fruges & à reiectamentis ſecernãtur.Huic legis proſpiciẽti bubus triturãtibus,cõnexa eſt quę præcipit de iumẽtis arãtib⁹.Vetat enim ne arãdi cauſa ſub idẽ iugum mittatur bos & aſinus:nõ ſolũ quoniã genere plurimũ differũt:bos enim purus, aſinus impurus eſt, & ideo iungi eos nõ decet:verũetiã qui nõ pollẽt paribus viribus infirmiori conſulitur,ne cum fortiore contendens ſuccũbat negotio:quamuis aſinus infirmior à ſacris locis arceatur,bos fortior cẽſeatur inter pręcipuas victimas.attamẽ impurorũ etiã ſecuritati ꝓſpicitur,purorũ robori nõ plus quàm æquũ eſt permittitur,lege tantũ non occlamãte habentibus aures animæ:nemini alieno inferendã iniuriã,in quo nihil prętera fit culpabile,quãdoquidem externum gen⁹ culpa careat.quicquid enim nec vitiũ eſt, nec à vitio proficiſcitur,nõ eſt culpabile.Adeò autẽ abũdat & exuberat æqtas legislatoris,vt à rationalib⁹ ad bruta,à brutis ad ſtirpes ſe porrigat,de quib⁹ iã dicendũ eſt,ſicut antea de hominib. cæteriſq; animatis diximus.Diſertè igitur cautũ eſt ne quis cæ

dat frugiferas arbores,néve segetes in detrimentũ colonorum ante tempus demetat,néve vllũ fructũ corrumpat, vt præsto sit humano generi ciborũ copia,non solũ ad necessitatẽ,sed & ad delicias.frumentũ em̃ alimẽta necessaria suggerit hominibus, delicias autẽ ministrat secundarũ mensarũ inenarrabilis varietas: quæ tẽporibus egestatis in alimentorum vicem succedunt. imò quod magis etiá mireris,ne hostiũ quidẽ arbusta sinit cædere,iubens vt eis parcatur: quòd iniquũ sit bellũ susceptũ aduersus homines,sæuire in res innoxias.præterea vult rationem haberi non solũ præsentis temporis facilè mutabilis, verũ etiã eius vicissitudinũ:quãdoquidẽ accidere potest vt qui modo fuerant hostes infestissimi,pace impetrata recipiantur etiã in fœdus & amicitiã.amicos autẽ inopia ciborũ premere inhumanũ est,si nihil præparetur in euẽtus incertos futuri tẽporis.non temerè enim vetere prouerbio iactatũ est:ita amicũ habeas,posse vt fieri inimicũ putes.ita offendas amicum,tanquã rediturus in gratiã.sic securitati prospicitur,ne quem post detectũ dictis factisq; ingeniũ,sero nimiæ facilitatis pœniteat. Sed maximè ciuitatibus hoc præceptũ vtile fuerit,vt in pace de bello, in bello de pace cogitẽt,& neq; sociis nimiũ cõfidant tanq̃ nõ trãsituris ad partes hostiũ,neq; de hostibus omnino desperent, tanq̃ nunquam recipiẽdis in fœdera. Imò etiãsi nulla pax sperãda sit ab hostibus,certè stirpes infestãt neminẽ, omnibus pacatæ atque vtiles,præsertim frugiferæ,quæ aut alendo vitã iuuãt, aut aliis non minoribus cõmoditatibus.cũ igitur nemini noceant, non debent quicquã hostile pati,nõ cædi,nõ vri, nõ extirpari radicitus,ab ipsa natura æstiuis auris refocillatæ hibernísque pluuiis,vt annuũ tributũ hominibus pẽdant tanquã regibus. itaq; vt bonus præses curauit sartã tectámq; præstare incolumitatẽ, nõ pecudũ solũ,verũ arborũ etiã,præcipuè mitium:quippe quæ maiore cura dignæ sunt:nec ita vt siluestres possunt carere colonorũ prouidẽtia.iubet enim nouellas plãtas nutricari per triennium,resectis superfluis stolonibus,ne grauẽtur onere, néve absumpto alimento in minutos ramulos langueſcant stirpes ipsæ:easdémq; ablaqueari,nequid succrescens in proximo earũ augmenta impediat.fructũ quoq; harũ nõ sinit decerpi pro cuiusq; arbitrio,non solũ quia imperfectus ex imperfectis nascitur.nã neq; animãtes ante adultã ætatẽ generationi sunt idoneæ; sed etiam quia lædit teneras arbusculas.quodãmodo non sinens supra fruticũ altitudinẽ se ab humo tollere.proinde sunt qui

qui vere ineunte nouellas stirpes inspiciũt,vt si quem proferũt fructũ deterant prius quã excrescat,metuentes ne firmitati parentis officiat.quod ni præcaueatur,iam adultæ fallũt expectationem,fertilitate hebetata vel euanida,vt exhausta partu intẽ pestiuo.quod & in vetulis vitibus vsu venit, succo ad eũ modũ absumpto radicitus.at post trienniũ actis iam altius radicibus & in solo defixis firmiter,postquã stirps bene fundata se humo extulit,potest pfectos fructus gignere anno quarto iuxta perfectum numerũ.tũ verò ita demũ decerpi ꝓmitritur, si nõ in priuatos vsus vertatur,sed Deo sacretur primitiarũ nomine,in testimonium gratitudinis & in spem fertilitatis futuræ.reliquũ ætatis prodest sui cultoris vtibus.Vides bonitatẽ eximiã primo diffusã in omnes species hominũ,non exteris exclusis, nõ hostibus:deinde in bruta quoq;, impurorũ etiam ratione habita:postremo in omne genus plantarũ ac stirpiũ.quisquis enim in stupidis naturis æquitatẽ meditatur,nc in viuas quidem peccat facilè:& quisquis nihil absurdi tẽtat in cæteris animãtibus,iam inde discit rationalib⁹ potiorẽ curã impẽdere.Talibus ꝑceptis vbi mẽtes ciuiũ suorũ mãsuetas reddidit,liberauit eos ab arrogãtia superbiáq; vitiis grauissimis, quæ tamẽ multi amplectũtur pro virtutibus,præsertim quotquot opibus extollũtur atq; honoribus.nã arrogantia sæpe nascitur etiã in contẽptis & obscuris hominibus, sicut cæteræ perturbationes & ægritudines: sed nõ potest in his crescere,quia sicut ignis absq; fomẽto deficit,& ad magnates demigrat, quibus vt dixi largè opes honorésq; suppetunt:atq; ita dulci fortuna ebrij debacchãtur in seruos ac ingenuos,interdũ & in ciuitates integras. Saturitas em̃ parit ferociam,vt est in vetere prouerbio.quamobrem optimè docet Moses in sacris suis præceptis,abstinẽdũ ab omni peccato,sed maximè à superbia:móxq; memorat vnde accẽdi soleat hoc vitium nimirum è saturitate, & prædiorum pecudúmque copia.tunc enim possessores impotentes sui fiunt,elati inflatiq; proculdubio perituri nisi Deũ semper habuerint in memoria. Quemadmoduni enim sole exorto euanescunt tenebræ,& luce implentur omnia:eodem modo quando sol diuinus illucescit animæ,vitiorum affectionúmq; caligo dispellitur,& splẽdidissimæ virtutis pura amabilisq; se profert species.Et quo magis cõpescat superbiã,vult nos causas habere præoculis,quæ nunquam sinãt beneficiorum Dei memoriã elabi è nostro pectore. Hic enim,inquit,tibi præstat robur ad exercendam potentiam.

Rectè

Rectè monet.quisquis enim didicit donatá sibi à Deo fortitudinem,reputâs infirmitatem suam pristinam, seponet omnem iactantiá,& gratias aget ei qui se mutauit in melius. nam gratus animus alienus est ab arrogãtia,sicut ediuersõ ingratus affinis est superbiæ.Bene se habent tua negotia: accepto igit corporis robore,quod fortasse non expectaueras, exerce potẽtiam. hoc quid sit,clarius propter imperitiores explicãdum videtur. Multi accepto beneficio abutuntur in contrarium,dum aut diuitiis suis alios ad inopiam adigunt,aut quanto magis præminent honore atq; gloria,tanto maiore alios afficiunt ignominia.atqui decet vt vir prudẽs ac solers familiares reddat sibi similes,fortis item fortes & iustus iustos,& in vniuersum bonus bonos.Has enim intelligo potẽtias,quas vir probus amplectetur vt proprias.Est autem potentia imbecillitati cõtraria, alienæ à bonis moribus.Et alioquin etiam hic traditur præceptum rationali naturæ vtilissimum, vt Deum imitetur pro viribus, nullã eius imitationis occasionẽ sinens præterlabi.ergo quoniã accepisti à potẽtiore fortitudinem,communica eam cum aliis sic eos afficiens vt ipse affectus es, vt hoc pacto Deum imiteris. publicam enim vtilitatem afferunt largitiones & gratiæ summi principis,non ideo profusæ in quosdam vt celentur aut vertantur in aliorũ commodũ,sed vt proferantur in medium tanquam in epulo publico,inuitatis ad fruendũ omnibus. Hortamur igitur locupletem,honoratum,bene valentẽ,multiscium, vt diuites,bene valentes,multiscios,& in vniuersum bonos reddant eos cum quibus habent consuetudinem, semotáq; inuidia virtutibus suis vtantur in rem publicã.cæterùm illos qui fastu turgidi nolunt resipiscere,lex non ad humanum tribunal mittit,sed diuino tradit iudicio.Ait enim:Quicũq; aggreditur aliquid agere cum superbia Deum iritat.Cur ita?primùm quoniã arrogantia vitium est animæ:anima autẽ Deo soli est visibilis. quisquis autem punit,si cæcus est,vt ignorans arguitur:cùm verò videt,laudatur,vt scientiã adhibens in consiliũ. deinde quoniam quilibet arrogans insana opinione inflatus,non tam virũ aut heroëm quàm genium quendam se existimat, vt Pindarus inquit, transcendens naturæ humanæ terminos. est autem nec animi satis compos nec corporis,toto habitu gestúq; morbum præ se ferens.Incedit summis pedũ digitis,ceruicẽ in equi morem erigens, attollénsq; se supra naturæ modulum: nec aliter quàm obliquè intuetur,nec aliter audit quàm quasi nõ audiẽs: famulis

famulis pro iumẽtis vtitur,ingenuis verò pro mãcipiis,cognatis itẽ pro alienis,amicis,pro adulatoribus, ciuibꝰ pro exteris. arbitratur enim se omnium ditissimũ,nobilissimũ,pulcherrimum,fortissimum prudentissimum,temperãtissimum, iustissimum,solertissimum.alios verò habet pro pauperibus, obscuris,contemptis,imprudentibus,iniustis,insipientibus, piacularibus,nihilique homuncionibus.Meritò igitur talis ad Dei tribunal puniendus relegatur prophetæ sententia. Cùm autẽ virtutis amantissimus sit sacer hic Moses, omnes vbique pietatis iustitiæq; cultores excitat propositis præmiis tanquã in certamine conuersis ad bonam frugẽ offerens ius ciuitatis optimæ, & societatem commodorum partorũ magnorúmq; omnium. siquidem præcipua bona sunt in corpore sanitas. in nauigatione prosperitas. in anima rerum non obliuiscendarum memoria,secundaria verò quæ ad correctionem pertinẽt virium post morbum recollectio,salus optata superatis marinis periculis, & post obliuionẽ reminiscẽtia: cuius germana est resipiscẽtia, in primum supremúmque bonorum referenda ordinẽ potius quàm in alterum proximum. nam omnino non peccare, Deo proprium est,aut fortassis etiam homini Deo simili.cęterùm à vitiosa vita transire ad innocentiam,est prudentis & intelligentis suam vtilitatẽ.Tales igitur conuocans & initians præceptis amicis instruit:vt veritati studeant,vanitatem fugient ac mendacia,quòd in hoc potissimum sita sit felicitas, si auersentur figmenta fabularum,quæ teneris etiamtũ animis instillant nutrices ac pædagogi,aliíq; familiares plurimi,errores infinitos inuehẽtia,& summi boni notitiã impediẽtia. quid porrò aliud est summum bonum quàm Deus?cuius honorẽ ista falsò nominatis diis tribuunt,attollẽtes hos supra modũ, illius verò prorsus obliti,homines deliri ac miseri.Itaq; omnes quotquot conditorem parentémq; vniuersitatis vel serius agnoscunt,malentes vnum quàm plures deos colere, habendi sunt pro amicissimis & cognatione proximis, cùm nihil æquè ac cõmunis pietas conciliet mutuam beneuolentiam:gratulandúmq; est talibus,haud secus quàm si post cæcitatem visum recepissẽt ex altissimis tenebris adducti ad lucẽ clarissimã. Tanta est vis resipiscentiæ rei vehementer necessariæ.postulat autem resipiscentia non solùm correctionẽ opinionis quæ creaturis tribuebat honorem creatori debitũ,verum etiam officiorũ studiorumq; mutationem in melius:vt relictis incõditi vulgi moribus trãseatur

eatur ad bene constitutam ornatámque optimis legibus rẽpublicam:hoc est,ex ignorantia migretur in scientiam rerũ quas ignorari non decet,ex imprudentia in prudentiam,ex incontinentia in temperantiam,ex iniustitia in iustitiam,ex timiditate in fortitudinem.Bonum enim vtiléq; fuerit ad virtutẽ transfugere,deserta malitia velut insidiosa domina. Solent etiã pietatem comitari virtutes cæteræ, à qua non magis diuelli possunt quã vmbra à corpore quod in sole versatur. proinde quotquot ad nostram religionem se conferunt, statim fiunt sobrij, continentes,verecũdi,mites,iucundi,humani,graues,iusti,magnanimi,veritatis amatores,contemptores voluptatum ac pecuniæ:quandoquidem ediuersò quicunque à sacris legibus deficiunt,eos videre licet intemperantes,imprudentes,iniustos,leues,pusillanimos, iritabiles,mendaces,periuros,cupediis, potationibus venereisq; rebus deditos,ventris pendentes tributa cum graui corporis animiq; dispendio.Itaq; perpulchrè præcipitur vt discamus vitam cõponere, & ex perturbatione in meliorem statum reformare. ait enim id non esse nimis arduum, nec è longinquo petendum, non ex æthere, nec ab extremis oceani finibus:sed in promptu esse,nempe in ore,pectore atque manibus,hoc est in dictis,factis & consiliis. nam per os verba, per pectus consilia,per manus actiones significantur,in quibus consistit felicitas.cùm enim cogitationes à verbis,& actiones à consiliis non discrepant, absoluta vita est modis omnibus laudabilis:sicut ediuersò imperfecta & vituperalis,si hæc inter se parum consentiant: nec adhibeatur tale temperamentum, vt homo & amet Deum,& ei charus esse studeat. proinde pulchrè nobis attestatur illud scripturæ oraculum:Fœdus feciſti hodie cum domino vt sit tibi Deus:& ipse fœdus fecit hodie tecum vt fias ei populus. Pulchra sane permutatio,homine properãte ad cultum Dei,Deo quoque sine dilatione admittente supplicem, & occurrente accidẽti ad se syncero animo. Talis porrò cultor & deprecator, etiamsi vnus homo fuerit,ipsius Dei existimatione non minus honoratur quã totus populus:id quod & aliàs vsu venit.quemadmodum enim in naui gubernator confertur cum omnibus vectoribus,in castris item imperator cum omnibus militibus,adeò vt per huius interitum non minor quàm per iuuentutis stragem clades accipiatur:eodem modo etiam vir sapiens totius gentis dignitatem obtinet:quippe qui pietatem habeat pro munimento inexpugnabili.

PHIL

PHILONIS IVDAEI,
De Iudice.

SACRAE leges cũ ab omnibus Institutа Mosis sequẽtibus exigunt synceritatẽ,& animum tranquillũ, nullis obnoxiũ perturbationibus, tum præcipuè ab his quibus iudicãdi potestas aut per electionẽ aut sorte obuenit,absurdum enim fuerit eos in culpa hærere qui iura præscribũt aliis,quandoquidẽ ab his potissimũ exemplum vitæ petẽdum est.Sicut enim ignis quæcunq; admouẽtur calefaciens, ipse primũ innata sibi vi caleſt:nix cõtrà suaptè natura frigida, infrigidat & alia:sic iudex ipse debet esse plenus iustitia,si aliis ius administraturus est,à quo ceu fonte promanãt fluẽta dulcia legũ & potabilia sitientibus iustitiã.id ita demũ fiet,si is qui ad iudicandũ ascendit tribunal, iudicari se nõ minus quã iudicare cogitet,& vnà cũ potestate assumat prudentiã ne decipiat, iustitiam vt suũ cuiq; tribuat,fortitudinẽ ne flectatur precibus aut misericordia quò min⁹ animaduertat in cõuictos sceleris. nã cuicunq; virtutes hæ cordi fuerint, bene meritus de repu.existimãdus est,qppe qui more boni gubernatoris sedat rẽpestates negotiorũ commissorũ suæ fidei ad salutẽ securitatémq; illorũ qui pẽdent ab eius arbitrio.Ergo ante omnia lex præcipit iudici,caueat ne vanã narrationẽ auribus accipiat. quasi dicat, Heus tu cura vt aures perpurgatas habeas, purgabũtur autẽ, si sæpius eluãtur doctis sermonib⁹,& excludãt vanas, vulgo protritas damnatásq; fabulas figmẽtorũ poẽticorũ scenicorúmq; res nihili multis verbis exaggerentiũ. Quin & aliud quiddam, idem præceptũ admonet,ab expositione priore nihil discrepãs. Qui auritos testes,inquit,accipit,vanè nõ sanè accipit. nã oculi rebus ipsis interueniunt,& contrectant quodammodo negotia,totáq; percipiunt,adiuuante luce per quam illustrantur deprehenduntúrq; omnia,aures autẽ sicut rectè dixit quidã è veteribus,minus fidei habẽt quàm oculi,vt quibus nõ cum rebus ipsis sit commerciũ,sed cum sermonibus rerũ interpretibus nõ semper veritatem sectantibus.quod legis caput mihi videntur quidam è Græcis legislatoribus desumpsisse è sacratissimis Mosis tabulis,interdixisséq; ne ex auditu feratur testimoniũ:quòd quæ quis vidit certa iudicanda sint, quæ verò audiuit nõ perinde

de

de firmę fidei. Secundum præceptum iudicis est, ne accipiat munera. nam munera, vt lex ait, excæcant oculos, officiunt iustitię mentem à recta via cogũt decedere. prȩterea muneribus induci ad iniustitiã, est scelerati hominis: sicut semimali, non reddere ius absq; operæ præmio. Sunt enim quidã prætextati interiustos iniustósq; medij, instituti ad tuẽdos oppressos ab oppressoribus, qui tamẽ nõ dignantur gratis ferre sententiam pro causa meliore, venales mercenariiq; iudices. quòd si quis queratur, negant se præuaricatos, vicisse enim litem quos oportuit, & victam partem aduersariam. Quæ excusatio nequam est. oportet enim duo quædam inesse in sententia boni iudicis, vt sit incorrupta & legitima. Cæterùm præses venalis muneribus, iustitiã suapte natura pulcherrima dehonestare se nõ intelligit, & peccat non simpliciter. primùm quòd assuefacit se ad auaritiã, arcem iniquitatũ omnium: deinde quòd accepto pretio mulctat eum cui prodesse debuerat. Ideo salubriter Moses admonet, iustè administrandam esse iustitiam, subindicans etiã iniustè administrari eam interdum, quoties præsides inhiãt muneribus, nõ tantũ in iudiciis, sed terra mariq; in omnibus penè vitæ negotiis. siquidẽ reperire licet aliquẽ qui modicũ depositum reddit, magis vt insidietur accipienti q̃ vt prosit: videlicet vt approbata sua fide in modico inescatũ capiat maiore perfidia: quod nil aliud est quàm iustitiã nõ iustè facere, quoniã alienæ rei restitutio iusta iniustè fit, inquantũ captat lucrũ cumulatius. Huiusmodi autem peccatorũ præcipua causa est assuetudo mẽdacij, quo ab incunabulis nutrices matrésq; , & alia tum seruorũ tum ingenuorum turba alumnũ suum imbuunt, dictis factisq; astruẽtes id animo quasi agnatũ naturaliter, cùm extirpari potius debuerit per honesta studia, etiãsi à natura fuisset inditũ. Quid enim in vita est æquè pretiosum ac veritas? quã vates sapiẽs inscripsit loco sacratissimo, ea patte vestis põtificiæ, vbi est principalis vis animę, vt sacetdotẽ per hoc ornamẽtũ augustiorem faceret. Veritati autẽ adiũxit cognatã virtutẽ, declarationem vt vocat, vt essent ceu imagines orationis , quæ vel animo concipitur, vel profertur etiã. nã huic declaratione opus est, per quã aperiatur aliis quicquid latet in animo: sicut veritate illi alteri ad perfectionẽ vitæ actionúmq; per quas itur ad felicitatem. Tertiũ iudici prȩcipitur, vt causas partiũ examinet ante iudiciũ, semoto in totũ respectu personatũ, siue sint ciues , amici, domestici: siue cõtrà inimici, alieni, exteri: ne quid vel beneuolentia

lentia, vel odium cognitionẽ impediat. alioqui necesse est iudicem impingere. velut si cȩcus incedat absq; baculo, ducente sustentantéve nemine. Ideo decet bonũ iudicem personas quæ iudicantur nõ animaduertere, sed solam naturam negotiorũ syncera nudãq; cõsiderare, vt non iuxta opinionẽ, sed iuxta veritatẽ iudicet, sic cogitãs, Dei rem esse iudiciũ, iudicem verò ministrum & procuratorẽ. procuratori autem nõ permittitur largiri de eo quod Dei est, à quo vt optimo accepit hoc depositũ rerum omniũ optimum. Præter iam dicta & aliud quiddam mirãdum præcipitur, ne in iudicio miseremur pauperem, cũ alioquin legislator omnes suas leges cõdiat humanitate ac misericordia, magnas minas intentãs superbis & arrogãtibus, & magna præmia proponens alienos casus subleuãtibus, bonãq; sua non tanquã propria seruantibus, sed cũ egenis cõmunicãtibus. Vera est enim illa prisci cuiusdã autoris sententia, nunquã homines propius ad Dei similitudinẽ accedere, quã cũ sunt benefici. Quid porrò fieri potest melius quã si creatura imitet Deũ immortalem & ingenitũ? Ergo nec diues aurum argẽtúmq; in thesauris domesticis custodiat, sed in medium proferat vt benignitate soletur inopes: nec honoratus cerúicẽ extollat , sed malens æquo iure viuere, sinat libertate frui etiã ignobiles. Quisquis autẽ prȩcellit robore, sit protector infirmiorũ, non pulsans protrudénsq; minores quasi in pancratio , sed propriis viribus etiam aliis prodesse cupiens. nam qui hauserũt è sapientiæ fontibus, inuidiam ex animo suo exterminant, & vltro succurrunt proximis, sermonibus per aures traiiciẽtes scientiã in eorũ animas: & quoties reperiunt iuuenes bonæ indolis, velut generosæ plantæ surculos, gaudẽt rati se inuenisse hæredes opulentiæ reconditæ in animo, quæ solæ veræ sunt diuitiæ: itaq; assumũt eos & excolunt eorũ ingenia dogmatibus cõremplationibúsq; , donec confirmata virtutis fructũ proferant. Huiusmodi exemplis præceptísq; leges refertæ ac distinctæ sunt in gratiã egenorũ, quos in solo iudicio miserari non est fas, nã miseratio debetur infelicibus. quisquis autem sponte malè facit, nõ infelix sed iniquus est. cæterũ iniquis pœna proponitur , sicut iustis honor & præmium. Itaque nemini misero propter suam inopiam pœna remittatur: quandoquidem non miserationem (abũt) sed iram meretur. Et qui ad iudicãdum accedit, debet more boni numularij naturas negotiorum discernere, ne turbatis signis confundantur proba cum improbis. Poteram & alia multa de falsis te-

stibus déq; iudicibus dicere:sed ne nimis prolixus fiam transibo ad præceptum decalogi vltimũ,quod compendiarium sicut cætera oraculum continet:Non concupisces videlicet.

PHILONIS IVDAEI,
De creatione Principis.

QVIBVSDAM placet sortito creari Principes,nullo sanè subditorũ cõmodo. sors enim ad felicitatẽ non ad virtutẽ attiner. itaq; sæpe accidit vt ad principatum sors eueheret,quos vir bonus nõ ferret in subditorũ numero.nam & minores principes,qui ab aliis vocãtur domini,nó omnes vernas emptitiósve assumunt in famulitiũ,sed solos morigeros obsequẽtes:cæteros refractarios & incorrigibiles gregatim interdum hastæ auctioníq; subiiciũt,vt indignos qui vel seruiãt in boni viri familia. Quanto minus decet dñium principatúmq; integrarũ ciuitatũ gentiúmq; sorti cõmittere,lubricæ rei pendenti à fortuna instabili.certè in ægrotis curandis sortiũ nemo meminit.nec enim sorte capiũtur medici,sed peritissimus quisq; eligitur.item cũ de prosperitate salutéq; nauigãtium agitur,nõ sorte decernitur quis gubernaturus puppim ascẽdat,ne fortè aliquis imperitus vel in trãquillitate ac serenitate ascisçat naufragium,sed quæritur aliquis qui artẽ gubernãdi à inuẽtute didiscerit:hoc est qui sçpe nauigauit perlustrauitq; aut omnia aut plurima maria,q bene nouit emporia,portus,stationes,receptacula,quæ vel in continente sunt vel in insulis,qui in mari quoq; callet inuenire semitas ex obseruatione siderũ,peritus stellarũ,& suos cursus ad illarũ motꝰ dirigẽs,ita vt per inuia viã expediat,& nouo more maria terrestri animãti aperiat,reddátq; traiectu facilia & postea ciuitates magnas populosas,plenas habitatoribꝰ,earũq; administrationẽ,& curã rerũ priuatarũ ac publicarũ,sacrarũ ac profanarũ quam meritò quis artẽ artiũ & scientiã sciẽtiarũ dixerit, committemus incertæ rei fortuitæq;,reiecto veritatis examine?est autẽ veritatis examẽ,rationabilis probatio.His igitur cõsideratis Moses sapiẽtissimus nusquam meminit principatus quęsiti sortibus,maluitq; suffragiis electos introducere.Sic igitur prę

cipit

cipit:Præficies tibiipsi principẽ non alienigenã,sed vnũ ex tuis fratribus,nimirũ significãs electionẽ debere fieri voluntariam ex suffragiis cõsensúq; totius populi,præcedẽre vt oportet examine,huiusmodi porrò comitia vt rata fiant,requirũt etiã Dei calculum,ceu signaculũ,sicut & cętera publica negotia:quãdo, quidẽ huius volũtate homo in vniuersa rerũ natura prçeminet, sicut facies in corpore.Cur autẽ principatus non detur extero duæ causæ assignãtur:altera,ne sibi magnã vim auri,argẽti,pecorúmq; colligat spoliatis iniustè subditis:altera, ne ꝓpter sua priuata cõmoda gentẽ traducat in regionẽ aliã,& subinde aliò atq; aliò migrare iubeat,ostẽtata vana spe agri vberioris, & omissa certa possessione pristina.meritò enim legislator in defectu principis habuit rationẽ cognationis & cõmunis originis & familiaritatis intimæ.ea est consensus in institutis ac legibꝰ & vnius Dei religio,qui sibi optauit peculiarẽ populũ. sub tali principe nihil timẽdũ est eorũ quæ modò diximus,sed sperãda omnia cõtraria.tãtum enim abest vt cogat colonos demigrare aliò,vt potius si qui antè dispersi fuere colligat,eísq; ius postliminij cõcedat,& adeò nõ auferet alienas pecunias,vt potius de suis largiatur in vsus publicos.Cæterũ mox post acceptã potestatẽ iubetur Deuteronomiũ,hoc est legũ cõpendiũ describere manu propria,quo magis ea præcepta inhæreãt animo.nã legẽtibus elabũtur sentẽtię,ꝙ lectio moras nõ patitur.qui autẽ scribit per otiũ,imprimit & infigit menti singula fideliter, non in trãscursu animaduersa,sed cũctanter,nõ prius cogitatione trãseunte ad sequẽtia,quã bene pẽsitatis quæ præcesserãt. Absoluto autẽ hoc scripto,relegẽdum est quotidie,vt assiduitate cõfirmetur memoria,& ipsa præcepta eò magis adlubescãt per assuetudinẽ,vtilitate honestatéq; sua cõmẽdabilia, & animo inserẽtia sacrũ sui desideriũ.nã longa consuetudo syncerũ amorẽ gignit nõ solũ erga homines,sed & erga dignas cognitu literas. id ita fiet,si princeps euoluet à se,nõ ab aliis scriptos cõmẽtarios. nã libẽtius quodãmodo agnoscet propria,sic secũ cogitãs,Ego tantus princeps scripsi hęc,nullius vsus opera.cùm tot subditos habeam.fortasse vt librum explerem literis velut scribæ mercenarij,aut oculorum acumen exercerem & celeritatem manuũ sicut notarij.nequaquam, sed vt inter transcribendum in animam imprimerem,& mẽti diuinos characteres inscriberẽ nũquam eluibiles.Ergo cùm alij reges sceptro vtantur pro gestamine, mihi pro sceptro erit hoc legũ compẽdium:hoc insigni

gloriabor,hoc me inuictũ reddet & inculpabilem, summíq; regis imitatorẽ.his sacris legib⁹ semper subnixus assequar duas res eximias:primũ æqualitatem,qua nihil prestantius.nam arrogantia superbiáq; pusillanimitatis est,in futurum nõ prospicientis.at æqualitas conciliat subditorũ beneuolentiã,securitatem principi bene merito rependentiũ,sicut inæqualitas periculis semper est obnoxia. Hæc igitur effugiã si aduersatus fuero inæqualitatẽ causam dissidiorũ & caliginis,securúsq; vitã exigam æqualitatem colens autorẽ tranquillitatis ac luminis. Alterum verò assequar,vt in neutrã partem deflectã velut in æquilibrio,recta regiáq; via mandatorũ diuinorũ incedẽs firmis passibus,nec vsquam offensantibus.Talem enim viam Moses solet appellare regiã, qua inter defectũ & nimietatẽ tramitem tenet medium:quoniã in ternione quod mediũ est principatũ habet, vtrinq; contigua coaptãs vinculo insolubili, latera sibi tanquã regi stipãtia.Tali autem principi legitimo,ius æquabile honoranti,incorruptè iudicanti,semper meditanti iustitiã,longæuũ principatũ propheta proponit vice præmij:non quòd annosam ætatem polliceatur rectè administrantibus rempublicã, sed vt nos doceat,legitimũ principem victurũ etiam post obitum,relicta post se immortali virtutis rerúmq; à se gestarũ memoria. Est autẽ id quoq; potestatis summæ officiũ, eligere aliquot administrationis reddendiq; iuris socios.Vnus enim non sufficit, quantũvis alacris fortísq; corpore simul atq; animo,in tãta mole negotiorum ac multitudine, quotidie aliis affluẽtibus super alia:proiude assumendi sunt optimates selecti,spectatæ prudentię,fortitudinis,iustitię pietatísq; incorrupti,& ante omnia infensi superbiæ,nã huiusmodi viri maximè idonei sunt ad subleuandũ opes sua bonũ honestũq; principẽ.Præterea cũ aliquando res magnæ,aliquando minores tractandæ sint,ne in exiguis cõterat operã princeps,sub præfectis eas delegabit,maiores verò ipse examinabit diligẽtissimè,maiora dico negotia,nõ vt quidam existimãt,cõtrouersias quæ inter claros,diuites, potẽtésq; incidunt,sed quoties priuati,egeni,obscuri, premũtur à potentioribus,cũ nulla præsidij spes est nisi in iudice.Quæ dico patẽt exemplis sacræ scripturæ,à quibus nõ decet discedere. Fuit em aliquãdo tempus cum solus Moses præsidebat iudiciis,occupatus & laborans à mane vsque vesperam.tum socer eius superueniens,& animaduertens quanta mole premeretur cõfluente ad ipsius tribunal multitudine,optimè consuluit vt vicarios eligeret

ret qui minora tractent negotia,ipse verò maiora curet, interquiescens nonnihil.id consiliũ adeò placuit, vt mox probatissimus quisq; allectus sit in ordinem iudicũ, reseruatis prophetæ grauioribus controuersiis. Relatũ est etiam hoc in sacra volumina,vt haberent quod imitentur posterorũ principes: primũ ne aspernentur consiliarios,quasi possint ipsi dispicere omnia, cùm ne Moses quidẽ aspernatus sit amicus Dei sapientissimus. deinde vt sibi vicarios secundæ tertiæq; notæ substituãt, ne solicitudinem impendendo rebus vilioribus, negligant maioris momenti negotia.Impossibile est enim vnum hominem obire omnia munia.ad hoc exemplũ adiungemus & alterũ, cõfirmaturum quæ diximus. Diximus autẽ magnas causas esse personarum humiliorũ,vt sunt viduæ,pupilli,aduenæ. his debet suũ ius summus princeps reddẽre, qui potestatẽ habet nemini obnoxiã,quandoquidẽ autori Mosi credimus, ne Deũ quidem rerum omniũ regem grauatim causas taliũ cognoscere. sic enim vates laudat eius virtutes,dicẽs:Deus magnus fortísq;,qui nullius personã respicit, qui sine corruptelis iudicat.móxq; addit quos iudicet, nõ satrapas tyrãnósq; terra & mari latè imperitantes,sed aduenã,pupillũ,viduã. primũ illum,quia cognatos, quos solos aduocatos habere potuerat, inimicos sibi infensissimos reddidit,postquã se ad veritatem & vnius numinis cultum transtulit à figmentorũ deliriis,quæ parẽtes,aui,proaui, maiorésq; ipsius pluriũ deorũ veneratores sequuti fuerant. secudum verò,quia patris & matris naturali ac necessaria tutela destituitur.tertiam item,eo quod maritũ amisit,qui ad ipsius defensionem in parentum vicem successerat.vxori enim maritus tutor est,sicut parentes virgini,& alioqui tota Iudæorũ natio est pupillo similis,si cõferatur cũ cæteris.nam illæ quoties in calamitates incidunt,adiuuãtur mutuis cõmerciis: huic autem nemo fert opem,propter mores ritúsq; diuersos ab aliis,concedentes ad virtutis fastigiũ,rem pulcherrimã sed eãdem difficillimã, ac proindę à vulgo voluptati posthabitã.Cæterũ Moses pollicetur huic orbitati desolationiq; nunquã defore prouidentiam cælestis numinis,tãquam peculiari sibi prouiniæ, totiúsq; humani generis ceu sacratis primitiis.in causa est inclita iustitia virtúsq; primorũ autorum huius gentis,vnde quasi ab immortalibus plãtis perpetui fructus germinãt & proueniũt salubres etiã posteris vtilissimiq; ad omnia, atq; insuper peccatis eorũ afferẽtes remedium,modò non sint protsus insanabilia. Nemo

tamen summã felicitatis in generis nobilitate collocãs honestas actiones negligat, reputans grauiori animaduersioni fieri obnoxiũ, quisquis ex optimis prognatus maiores suos vitiis dedecorat, discedẽs à virtutis exẽplis domesticis: quorũ reliquiis omnibus deletis ex animo, nõ potest meritã reprehensionẽ effugere. Est & aliud interdictũ iustissimũ, quo cauetur ne reipublicæ princeps dolosè versetur inter suos subditos. nã fallaces mores ad seruile nõ liberale ingeniũ pertinẽt, dũ rebus simulatio prætexitur. at princeps ad hũc modũ tractare suos nõ debet, qui parentis locũ inter eos obtinet, ac vicissim tanquã à germanis filiis reuerentiã postulat. Sũt enim principes (vt verũ fatear) publici parentes ciuitatũ & gentiũ, quotquot boni sunt, nec cedũt pietati naturaliũ. Contrà qui in subditorũ detrimentũ abutuntur potentia, nequaquã principes sed hostes appellandi sunt, cũ agãt hostilia. Sic & qui per dolum inferũt iniuriã, peiores sunt apertis hostibus: siquidẽ hi propulsantur facilè, detecto infenso animo. at illos sua malitia deprehẽdi non sinit, tanquã in theatro personatos sub alieno habitu, tegẽtésq; verã faciem. Est autem quędã principatus species in quouis vitæ genere. sola distãs magnitudine. quod enim est in ciuitate rex, hoc in vico magister, in domo dominus, inter ęgrotos medicus, imperator inter milites, pfectus classis inter nauales socios, inter vectores nauclerus, inter nautas gubernator. hi omnes & prodesse possunt & obesse, debent tamen id velle quod est melius. prestat autem iuuare quoscunq; possis pro viribus. nam præceptũ vulgo tritũ Deum sequere, nõ aliud significat: quandoquidem ille quoq; cũ vtrũq; possit, mauult bene facere, vt liquet ex mundi creatione atq; regimine. non entibus enim dedit essentiã, confusa digessit in ordinẽ, nouas qualitates rebus indidit, similia fecit è dissimilibus, è diuersis eadẽ, ex insociabilibus & disitis cohærẽtia sociabiliáq;, ex inæqualibus æqualia, ex obscuris illustria. semper enim cura est ipsi & beneficis eius potẽtiis, vt quicquid delinquit deterior essentia, tranformetur in melius. huiusmodi exempla imitari decet bonos principes, si modo cupiunt reddi Deo similes. Quoniam antẽ plurima fallũt mentẽ hominis, vtpotè implicitam tot sensibus, per vanas opiniones facilè decipientibus. imò insepultã mortali corpori ceu cuidam tumulo, non pudeat iudicem nescire quod nescit. alioqui fiet seipso deterior, veritatem exterminans ex anima, & insuper multis modis lædet eos quibus ius dicit, cæcas sententias proferens, cùm quid

quid iustum sit non videat. quoties igitur non satis causas perspiciet propter perplexitatẽ earũ & caliginẽ, recuser officiũ iudicis, & litigatores ad accuratius tribunal ableger. id verò non aliud fuerit quã sacerdotũ atq; põtificis. nam legitimi cultores Dei mẽte pollent plurimũ, qui ne leuia quidẽ errata negligunt propter excellentiã summi regis in cuius versantur obsequiis. quapropter prẽcipitur omnibus sacrificis vt sobrij sacra faciãt, ne subrepẽs delirationis potio hebetet oculos animæ. Et fortasis quoniã verus sacerdos simul etiam vates est, non tam generis quàm virtutis beneficior cõsecutus sacerdotiũ veri numinis. ideo nihil ignorat: quippe qui habet in seipso solem intelligibilem, & lucem omni vmbra carentem, vt facilè percipiat ea quę sensum effugiunt, & sola ratione cõprehẽduntur. Item qui mensuras tractãt ac pondera, negotiatores, caupones, institorésq;, & quotquot victui necessaria venditãt seu arida seu liquida subiiciũtur quidem ædilibus, debent tamen sibiipsis esse pro magistratibus si sapiũt, & nõ præ metu quod iustum est facere, sed ex libera animi sui sentẽtia. vltroneũ enim officium vbiq; coacto præferendũ est. ideo præcipitur cauponibus, negotiatoribus, & cæteris huiusmodi vitæ institutum sequẽtibus, vt iusta põdera mensurásq; habeant, nullis tegnis insidiantes emptoribus, sed ingenué absq; omni fuco dicentes facientésq; singula, sic cogitantes, ꝙ iniqua lucra sint damnosissima, & ediuersò diuitię cũ iustitia cõiunctæ nunquã intercidãt. Et queniã operæ præmiũ mercedes proponuntur opificibus, quod genus hominũ ex inopibus constat non ex diuitibus, lex iubet vt ablq; procrastinatione representetur eis quod debetur. Iniquũ enim fuerit diuites frui pauperibus, & cũ ipsi lautè viuant, differre solamen eorum inopiæ. Hæc nónne rudimenta sunt manifestaria, quibus præcauetur ne peccetur grauius. nam qui ne mercedem quidẽ sinit differri vltra præfinitum terminũ, hoc est vltra vesperam, quando emeritam stipem referre domum debet opifex, nónne multò magis interdicet rapinis, furtis, decoctionibúsq;, & id genus aliis, fingẽs formánsq; animos ad probatas omnibus virtutis species: illud quoq; rectè inrerdicitur, ne quis impetat alterum cõuitio, prẽsertim surdũ, qui ne sentiẽs quidem iniuriam, par pari referre non potest. est enim iniquissima conflictatio, vbi altera parte agente, altera tantùm pátitur. quisquis autem muto surdóque facit conuitium, similis est facienti cæcis offendiculum, & obiicienti præ pedibus: quod cùm illi transcendere

neſciunt,& aberrant à via,impingẽdo crura oblædunt.Hos & eorum ſimiles lex meritò minis cęleſtibus intentatis territat, quandoquidẽ ſolus Deus protegit nõ valentes ſibi ipſis ſuccurrere,videtúrq; illa tantũ nõ his verbis increpare iniurios:ô vana cerebro capita,creditis vos latere poſſe dum illuditis miſeris,& calamitates eorũ derideris,maledicẽdo ſurdis aurib⁹, & cæcos inducẽdo in lubricũ?certè Deum inſpectorẽ ſpeculatorémq; rerũ omniũ non latebit veſtra inſultatio petulãs,cùm & ipſi circũferatis corpora ſimilibus malis expoſita, & ſenſus vitiabiles, leuíq; momẽto hebetari faciles,& ĩterdũ poſt acceptum detrimentũ inſanabiles.itáne immemores veſtræ cõditionis putatis vos exẽptos ab humanis neceſsitatibus naturalibus & ab incertis inexpectatisq; fortunæ inſidiatricis caſib⁹? quæ ſæpe repẽtino percellit vulnere,& in media vitæ trãquillitate tantũ nõ in portu nauigãtibus infert naufragiũ.quid opus eſt vos inſultare alienis miſeriis,quaſi nõ iuſtitia diuino tribunali aſsideat,quã reuereri debueratis,inſopitis oculis luſtrantẽ omnia vel in penitiſsimis receſsibus, haud ſecus ac in luce clariſsima.talium crudelitas,opinor,nõ abſtineret nec à mortuis iniuriã,iugulatura hos quoq;,iuxta vulgare proueꝛb. quãdoquidẽ partibus quodãmodo præmortuis nõverẽtur illudere:oculi em̃ dum nõ videt ſunt mortui,ſicut aures dũ nõ audiunt.itaq; ſi poſt cladẽ mẽbrorũ ſuorũ etiam totus homo tolleretur è medio,ne tum quidẽ ad miſerationẽ moueretur iſtorum immanitas:adeó alieni ſunt ab omnibus humanitatis affectibus, quos etiã infenſiſsimis hoſtibus nõunquã exhibem⁹ poſt obitũ.Verũ de his hactenus.Deinceps autẽ contexuntur alia præcepta ſimilia,de nõ miſcẽdis coitu iumẽtis diuerſũ generis,de nõ faciẽda ſemẽte inter vineas ob reportandũ fructũ duplicẽ,de nõ induẽda veſte improbo artificio cõtexta è duabus diuerſis materiis.quorum primũ opponitur adulteris,quo magis intelligatur nõ eſſe inſidiandũ alienis thalamis, nec vitiandos mores mulierũ,nec corrũpendã ſpẽ poſteritatis procreãdæ legitimè.quicẽ bruta ſaliri nõ vult à diuerſæ ſpeciei admiſſariis,quãto magis mœchos è ſua ciuitate reiiciet? Huc pertinet etiã quod de iuſtitia diſſeruimus,quandoquidẽ nihil vetat eadẽ alibi repetere,modò cõueniãt.Eſt igitur iuſtũ ea cõiũgere,quę ſocietatis ſunt capacia.ſunt autẽ ad ſocietatẽ nata quæcũq; cadunt ſub eandẽ ſpeciẽ:ſicut diuerſorũ generũ nulla eſt cõſociatio,quæ ſi quis miſcet coĩtu nefario,ius naturæ quã tum

tum eſt in ſe,tollit è medio. Deinde ſacra lex hic quoq; rationẽ habet iuſtitiæ,adeò vt ne rationem quidem fieri permittat iumentis imparibus robore,vetans ſub idẽ iugum agi iuuẽcum & aſinũ,ne fortè dum contendit cũ robuſtiore infirmior,laſſus ſuccumbat operi & in labore deficiat.& tamẽ taurus qui eſt validior,cẽſetur inter pura animalia,ſicut inter impura aſin⁹ infirmior:nihilominus vel deterioribus in ſpeciẽ, nõ inuidetur ius ſuum,vt diſcãt(opinor)iudices inter iudicandũ obſcuro loco natos nõ contemnere,quãdo nõ generis examen agitur,ſed virtutis aut vitij. Huic mãdato ſimile eſt illud vltimum,de nõ texẽda vna tela è duabus materiis,lana linóq;.hæc enim nõ ſolùm propter diuerſas ſpecies malè cõueniũt,verũ etiã quia nõ eſt par eorũ firmitas,vt ſic in vſum recepta facilius rũpantur cùm contexta fuerãt.his duobus præceptis mediũ eſt interpoſitum de nõ facienda ſemente in vinea.primũ ne hoc modo confundantur diuerſa genera,ſegetes enim & arbuſta nihil habẽt ſimile.ideo natura quoq; non eoſdẽ vtriſq; præfixit terminos prouẽtus annui:ſed meſsibus ver,æſtatis autẽ extremũ cõportandis arboreis fructibus.itaq; fit vt eodẽ tẽpore illæ flaueſcãt quæ prius viruerãt,arbores verò germinẽt ſqualore depoſito. per hyemẽ enim arborib⁹ fronde nudatis virent ſegetes, vere autẽ redeũnte areſcũt,quãdo germinãt mites ſilueſtréſq; arbores atq; ita ferè circa eundẽ terminũ cereales fructus matureſcũt,& arborei ſe exerũt.meritò igitur tam diſtãtes res natura, germinatione,maturitatéq; legislator cõiũgi vetuit,vt omnia diſponeret ordine.nam ordo affert ornatũ,quẽ adimit cõfuſio. Alia verò huj⁹ legis cauſa eſt,ne altera ſpecies lędat ab altera, dum ſibi inuicẽ alimẽta ſubtrahũt,& humor in multas ſtirpes abſumptus languidiores eas facit præ inopia,aut in totũ ſteriles,aut fructũ degenerẽ.Eſt & tertia ratio,ne bon⁹ ager prematur onere grauiſsimo,vexatus vel ſerẽtiũ plantãtiúmq; operis in orbẽ redeũtibus,vel duplicata ferocitate fructuũ.Satis enim eſt ſi dñs è ſuo prædio tributũ vnũ exigat annuũ,ſicut rex è ſua ditione.qui verò plura tributa conatur imponere ſubditis, nõ facit officiũ boni principis,ſed auari & pugnãtis cũ naturæ legibus:quapropter quicũq; colonus nimis ad rem attẽtus inter arbuſta ſeminat,poteſt obiurgari his verbis legislatoris: Cur ſæuior es regib⁹ ciuitates regionésq; debellãtibus?Illi proſpiciẽtes futuro tẽpori ſuis parcũt,ꝓuincialibus cõtenti vno tributo annuo,ne ſubiectos redigãt cito ad extremã inopiã. Vos

autē cùm ex eodē fundo colligatis ex vere hordeū atq; triticū in æstate fructus arboreos, duplici eum tributo grauatū opprimitis, fieri nō potest quin exhaustus deficiat, quēadmodū athleta cui respirare nō datur ac vires colligere vt certamē redintegret. videmini prorsus obliti vtilitatis publicæ, alioqui si meminissetis præcepti proditi de anno septimo, quo iussi agros vt sacratos interquiescere, immunes ab operib⁹ rusticis, in gratiā laborum exantlatorū per cōtinuum sexēnium, & annuorū prouentuū iuxta præscriptos à natura terminos temporū: nihil cōtra receptum morē tentaretis ob auaritiam, nouas culturas cōminiscēdo, faciēdo sementē inter arbusta & vineas: vt gemino reditu iniquo vtroq; quotānis augeretis rem domesticam, auarè colligētes pecuniā istis vestris vastis cupiditatibus. certè nō est eiusdē hominis, cessationē immunitatémq; septimo quoq; anno suis prædiis cōcedere, vt quies hæc ea reficiat, & duplicibus eadē grauare premeréq; oneribus. proinde necesse habui execrari vt impuros huiusmodi reditus, siue autūni fructus sint siue fruges æstiuæ: quādoquidē hoc pacto vim genitalē terræ velut obtorto collo cognitis seruire vestræ auaritiæ, & diuinæ beneficētiæ illuditis, nullū modū finémve imponētes luxui. Ergo non cōplectemur talia monita, quę procul homines arcēt ab auaritia, retūdēdo eam acriter? nā si priuatus ciuis discat iniqua lucra è suis arbustis cōtemnere, idem ad principatū euectus viros æquè ac mulieres tractabit more solito, nec tributa exigēs duplicia, nec vectigalibus ciues opprimēs. cōsuetudo enī inolita ingeniū eius mite leneq; faciet, & tanquā pædagogus formabit in melius: hoc est meliorē notā iustitiæ in animū illius imprimet. Hæc sunt quæ præcipit lex singulis ciuibus, sunt & alia quæ gēti vniuersæ imperat, cōmonens quomodo se gerere debeat nō solùm erga socios amicósq;, verūetiā erga eos qui desciuerūt à fœderibus. Si receperint se intra munitiones violato fœdere, iuuētus vestra expeditionē suscipiat armis instructa & apparatu cætero, obsessósq; hostibus oppugnationē differat, ne quid per iracūdiā aggrediatur temere. oportet enim ante omnia per feciales inuitari eos ad renouāda fœdera, simúlq; ostēturi copias gerendo bello idoneas. tū si pœnitētia defectionis admiserint pacē quibuscunq; cōditionibus, recipiantur libēter in amicitiam. pax enim quātumvis iniqua, bello præferenda est. q⁹ si obstinati perstiterint in eadem insolētia, nostri quoq; forti animo rem gerāt, inuictæ iustitiæ freti auxiliis, admoueántq;

machin

machinas muris hostilibus, & demoliri partē eorū, irrumpant strenuè conferto agmine, telis feriēdo eminus & gladiis comminus cædendo ad satietatem, inferēdóq; cladē quā accepturi fuerant, donec stratis internecione hostibus, victores auro argentóq; potiantur & præda cætera. tum verò vrbē quoq; deleāt incendio. ne denuo belli sedes fiat nouis hostibus, & vt exemplo eius terreātur finitimi, quādo hominū ingenium ex alienis calamitatibus solet discere modestiā, à virginibus autē & mulieribus abstineatur iniuria, quādoquidē ab his nihil est periculi, quas immunes à militia natura esse voluit. Vnde liquet Iudæorum gentem sociam & amicā esse omnibus pacem amantibus: nō cōtemnādam tamen, vt cui satis animorum sit ad repellandam iniuriā, si quis vltro velit lacessere, discernit autē in bello, qui se infestēt, qui nō. nam cædibus sæuire in immeritos aut leuiter noxios, immanis est ferociæ, & iisdem cladibus mulieres cum viris inuoluere, quarū vita pacata intra priuatos parietes se continet. Tantus porrò amor iustitię ex institutis domesticis cōcipitur, vt ne agros quidem hostiles vastare liceat, & arbusta cędere ad fructuum interitū. Videtur enim lex dicere: Heus tu, cur inanimis stirpibus infensus es, mitibus & mites fructus ferentibus? num aliquā significationem odij præ se ferunt arbores, vt aut læsus, aut ne lędaris veritus, eas eradices? mò prosunt victoribus præbēdo rerū copiā, vel victui necessariarū vel deliciis. non à solis enim tributa exigūtur hominibus, sed vtiliora etiā quotannis ab arboribus, sine quibus non datur viuere. siluestrem autē & sterilem materiā licet cuivis cædere ad valum & munitiones, aut si op⁹ fuerit, ad parādas scalas turrésq; ligneas. ad ista enim & similia vsus earū est præcipuus. Hęc sunt quę ad iustitiā attinent, quā nullus poēta, nullus scriptor satis laudauerit: tanta est eius excellentia. nam vt reliqua eius bona sileātur. vnum hoc omni laude maius est, quod ipsā omnes creaturas cōciliat. Est enim æqualitas, vt naturæ scrutatores asserunt, mater iustitiæ. est autē æqualitas iumē clarissimū, sol (vt ita dicā) factius: sicut e diuerso inæqualitas, tū in defectu, tum in nimietate, fons & origo caliginis. At æqualitas omnia vel in cælo vel in terra bene disposuit iure humano diuinóq; immobili. Quis enim nescit, solē dimetiri æquabiliter dierū noctiúmq; vices & spatia certis proportionibus? siquidē quotānis recurrentia quæ ex re vocantur æquinoctia, vernum autumnaléque natura tam manifestè signauit, vt vel indoctissimi sentiant, quantitate dies

pares

pares fieri noctibus. Quid lunæ cursus recursúsq;, à cõiũctione vsq; plenilunium, & inde rursus vsq; coitũ & interluniũ, nónne paribus dimeriũtur spatiis? nã siue crescat, siue decrescat, vtrũq; fit numeris dierũ æqualibus, & augmẽtis detrimentisq; paribus, adeò in cælo quoq; purissimo eximius honor habetur æqualitari, sicut & in vicino eius aëre. Cùm enim quadrifariam annus sit diuisus in horas quas vocãt, aër mutari solet naturaliter his vicissitudinibus, ineffabilem ostendens in hac ipsa permutatione ordinẽ. nam in totidẽ menses hyems, ver, æstas, autumnus distribuitur, trinos videlicet, atq; ita expletur annus solidus: quem ideo Græci ἐνιαυτὸν nominant, quia in se recurrit sua per vestigia, in se coplectens omnia, quod aliàs fieri nõ poterat, nisi adiuuaretur horarũ dictis vicibus. Eadem æqualitas à cælestibus extẽdit se ad terrestria, pro suo vigore natiuo, cùm sit ætherea natura prędita, & illic ex propinquo cũcta disponẽs sublimia, & deorsum more solis mittens secũdos radios. Quicquid enim apud nos peccat, est inęqualitas: quicquid nõ decedit ab officio, æqualitatis opus est: quã in rerũ vniuersitate propriè mundum dicere licet: in ciuitatibus optimã & maxime legitimam reipub. speciem democratiam, siue popularem administrationem: in corporibus sanitatẽ, virtutem in animis. nã ediuersò inæqualitas morborũ ac vitiorum causa est. Aetas quantumvis longa me deficeret, si vellem percensẽre omnes laudes æqualitatis, & ex ea natæ iustitiæ: ideo satius iudico iam dictis contentum esse, & ad excitandam studiosorũ memoriam, reliquas illarum imagines consecrare in ipsorum animis.

PHILONIS IVDAEI, De Fortitudine.

DE Iustitia & his quæ ei coniuncta sunt locutus quantum visum est esse cõmodum, transeo deinceps ad Fortitudinem, non illam vulgarem armis martiis sæuientẽ rabiem, sed aliam, quę sapientiam non iram in consilium adhibeat, quidã enim elati audacia, fretiq; robore corporis, in acie muniti armatura ferrea, post magnas strages hostiũ editas, clarã quidẽ, at non propriam laudem rei bene gestæ referunt, appellati glorioſi victores plebeio iudicio: cũ sint immanes

manes beluæ, aucta per diuturnam meditationẽ genuina ferocia sitientes humanum sanguinẽ. alij verò domi manẽtes, corpore affecto morbis aut senectutis molestiis, sed meliore sui parte animo iuueniles ac validi, magnanimitate pleni atq; fiducia, ferrũ ne in somnis qdẽ tractare soliti, bonis consiliis sępe iuuerunt rem & priuatã & publicam in summo salutis discrimine, constanter sequendo vtilia vel amicis vel patriæ. hi sunt qui exercent se in vera fortitudine, meditatores sapiẽtiæ. penes alteros est solum nomen fortitudinis, imperitiæ morbo immedicabili obnoxios, quos aptius audaces quàm fortes dixeris: sicut adulterini numi referunt nõnihil verã principis effigiem, nec desunt & aliã in vita toleratu difficilia confessione omniũ, paupertas, obscuritas, defectus integritatis sensuũ mẽbrorũq;, & morborum species multifariæ, quibus succumbũt pusillanimes, ita vt non possint se contrà erigere. Sed quicũq; generoso animo ad certamen sese expediunt, fortiter contemnũt minas istas & terricula, opponúntq; paupertati opulentiam, nõ illam cæcam, sed aliam perspicacem, quæ mundum suum recondere solet in animo. multi enim paupertati succubuerunt, tanquam ignaui athletæ propter infirmitatem animi. cęterùm vero iudicio nemo egenus videtur qui cõtentus est naturæ diuitiis nunquam deficientibus, primũ aëre quo indesinenter alitur, respirans noctu & interdiu, deinde largis fontibus amnibúsq; tã torrentibus quàm perẽnibus sponte potũ copiosum subministrantibus: itẽ arboribus varios fructus ad cibũ quotannis porrigẽtibus. nã hi certè desunt nomini, sed passim omnibus prędo est magna eorum abundantia. quòd si qui contemptis naturæ diuitiis sectantur istas quas vulgus falsò sic nominat, malunt sequi cæcum ducem quàm videntem, & infirmo baculo innixi vitare nõ possunt quin procidant. Dixi quas opes corpori suggerat natura munificẽtia: dicam & alias angustiores, quæ nõ omnibus cõtingũt, sed solis diuinis viris & verè venerabilibus. Eas opes sapientia porrigit per rationales, morales, naturales cõtemplationes atq; dogmata, ex quibus virtutes proueniũt, quæ luxum eiiciunt ex animo, & frugalitatis amorem excitant, ad quandã Dei similitudinẽ. nã & Deus nulla re indiget, sibiipse sufficiens. at malus vir requirit plurima semper quæ desunt appetẽs propter cupiditatẽ insatiabilem, quàm ipse quasi ignem fouẽs ad parua æquè atq; magna lucra cõtendit. cõtrà bonus paucis contẽtus, in naturæ mortalis immortalisq; situs collimitio, corpus

quidem

quidem habet egestati obnoxium,animum verò diuitem,aspi
rãtẽ ad immortalitatẽ,atq; ita paupertati opulẽtia opponitur,
obscuritati verò gloria.laus enim cũ à virtute proficiscatur,ve-
lut à fonte perenni,nõ moratur vulgi suffragia,animorũ incon
stantiam aperientis incertis vocibus,quas nonnunquã largitio
nibus corruptum perfricta fronte venditat,itaq; horũ vilis est
existimatio.virtus enim nõ latè inter mortales diffunditur.de-
fectui verò sensuum in multis viuis præmoriẽtium,cùm aliud
remedium nõ inueniatur,obiicit se prudẽtia res præcellentissi
ma,illustrans mẽtis oculos,incõparabiliter acutiores quã istos
corporeos.nam hi superficiem cõtemplantur rerũ visibilium,
adiuti externo lumine, illa intimos etiam sinus penetrat,tota
quãta sunt corpora diligẽter considerãs,& insuper naturas in-
corporeas,quas sensus speculari nõ potest.nam ferè totã perspi
cacitatẽ oculorũ intelligit, nõ indiga lucis ascititiæ cũ ipsa si-
dus quoddam sit,instar illorum cælestiũ,proinde morbi corpo
ris tãtisper dum anima sana permanet,nõ lædunt admodũ. est
autẽ animæ sanitas.bona cõstitutio potentiarũ eius, iritabilis,
concupitiuæ.rationalisq;,ita vt rationalis cæteris prepolleat,&
vtrãq; velut effrenes equos cohibeat.huius sanitatis proprium
nomẽ est sobrietas. Græcè σωφροσύνη. q̃ cõseruet prudentiam,
& eã nostri partẽ qua sapimus.Curat enim ne perturbationib⁹
tãquam fluctibus pulsata oppugnatãq; pessum eat, sustentans
eam attollẽsq;,& quodãmodo animãs immortalẽmq; faciẽs.
hæc autem omnia quo pacto fieri operteat, multis in locis do-
cemus sacris legibus,ingenia docilia leniusadmonẽtibus,cõtu
maces verò grauius obiurgãtibus:vt contemnant res externas
ac corporis,& vnicũ scopum sibi proponãt, vitam cum virtute
agẽdam,cætera tanti faciant,quãtum cõducunt ad hoc propositum. Et nisi disseruissem in præcedentibus scriptis de singulis
quæ conferũt ad modestiã,prolixius nũc agerem,cõtexẽs & in
vnum contrahẽs præcepta passim super hac re prodita:sed quia
tunc dictum est quãtum licuit pro tempore,nõ libet eadem re-
petere.si quẽ nõ pigebit superiores libros legere.inueniet quic
quid dictũ est de modestia,posse accõmodari ad fortitudinem:
quoniam constantis,firmi generosiq; animi est,despicere cũcta
quæ fastus suspicit,syceræ vitæ corruptor.Tanta porrò conten-
tione lex studet exercere cõsirmaréq; animos ad fortitudinẽ.vt
& de vestimẽtis qualibus vtendũ sit præcipiat, diserte interdi-
cens ne vir sumat muliebria,ne vel vmbra aut vestigiũ effœmi

natio

nationis sexui masculo inurat aliquã maculam. semper enim
naturam sequẽdo obseruat quid deerat etiã in rebus minimis,
quæ infra curã legislatoris videri poterãt:cùm enim animad-
teret difformia esse virorũ mulierũmq; corpora, & vtrisq; sua
esse officia:alteris attributã curam rei domesticæ,alteris publi
cæ,& ab ipsa natura nõ ad eadẽ factos negotia, oporteréq; bo-
nam mentẽ sequi naturæ institutã,vtile iudicauit de his quoq;
rebus decernere,scilicet de victu amictúq; & huiusmodi cæte-
ris.voluit enim virũ etiã in his se vt virũ decet gerere, præser-
tim in vestitu:quem cum die noctúq; circumferat,talis esse de-
bet vt eum semper decori honestatisq; admoneat.sic & mulie-
rem ornans pro dignitate,vetat virilem vestem sumere. longè
submouẽs tum effœminatos viros,tum plus æquo viriles fœmi
nas.Nam si vnum aliquid mutaueris, ne cætera quidẽ pristinã
formã retinẽt,vt licet in ædificiis cernere.Præterea cùm res ho
minũ duobus spectẽtur tẽporibus,pacis belliq;,suas quodq;vir
tutes requirit.Verùm de aliis dictũ est aliubi, & rursum post-
hac dicetur,si opus fuerit,nũc non obiter disquirendum vide-
tur de fortitudine:cuius etiam in pace opera legislator lauda-
uit sæpenumero,prout opportunũ fuit,de quibus suo loco men
tionem fecimus,idq; aggrediemur dicere quãtum in bello va
leat,illud præmonẽdo:cùm habetur delectus militũ non opor-
tere vniuersam iuuentutẽ euocari,sed esse exceptionẽ ob cau-
sas immunitatis idoneas.Ante omnia nõ admittẽdos timidos
ob natiuam pusillanimitatem futuros sociis exẽplo ignauiæ,
Facilè enim serpit vitiorum cõtagio, præsertim in tumultibus
bellicis,ratione per contẽtionem turbata,nec satis valente di-
scernere quid tentare debeat.Tũc enim ignaui cautos se vocãt,
timidi consultos,segnes prouidos,prætexendo vitia turpissima
honestis vocabulis.Me igitur taliũ militia detrimẽto afficiat
rempub,& prosit partibus hostium, ignauos facilè trucidan-
tium,legislator sciens inertẽ turbã impedimento esse non ad-
iumento,prohibuit timidos:sicut & ducibus corpore inualidis
nemo imponit necessitatẽ militiæ,quos excusat infirmitas. nã
timiditas quo; morbus est,& quidem grauior quàm corporis.
alter enim non diu durat:hæc verò coalita ceu membra agna-
ta corpori,à tenera ætate perseuerat vsq; ad extremã senectutẽ,
ni Deus remedium attulerit.is enim potest omnia. nec tamen
omnes audaces iubẽtur dare nomina,etiamsi animo corporéq;
validi cupiãt cùm primis patriæ nauare operã:sed laudata ho-

rum

rum prompta volũtate,& alacritate approbata ſociis,examinat dux nequibus ſint obnoxij cauſis efficacibus ad diſtrahendos à propoſito eorum animos. Edicitur enim vt ſiquis ædificauit domum,necdum immigrauit in eam:ſiue plantauit nouellam vineam opera ſua,necdum aduenit tẽpus vindemiæ: ſiue ſpõſam habet virginẽ, necdum celebrauit nuptias:abſtineat à militia. humana ſanè remiſsio duab⁹ de cauſis:vna quoniã incerti ſunt caſus bellorũ, nequis ociosus fruatur alienis laboribus. iniquũ enim viſum eſt nõ permitti è propriis fructũ percipere,& cùm alius ædes extruxiſſet,inhabitare has aliũ, & ex conſitis ab alio vitibus alium vindemiã facere:cúmq; alius procatus ſit, alium nuptam domũ ducere:atq; ita ſua ſpe fruſtrari qui aliquid commodi in vita expectauerit. altera verò cauſa,ne prẽſentes corpore in exercitu,abſint animo. neceſſe eſt enim mentẽ illo tendere,quò deſiderio trahitur. nam quemadmodũ eſurientes ſitientésve ad conſpectũ cibum potúmve accurrũt vt auiditatem expleant, ad eundẽ modum quicũq; vxorem legitimã aut domũ aut prædiũ parauerũt ſua induſtria,ſperántq; ſe iamiam potituros eorũ cõmodis,ægreferũt ſperatum fructũ intercipi ſibi: vt quamuis verſentur inter ſocios,meliore tamen ſui parte abſint animo,quo ſolo res fortiter aut ſecus geritur. hos igitur& ſimiles in delectu militũ prętereundos legislator noſter exiſtimat, & aſciſcẽdos alios integros ab omnib⁹ perturbationibus,vt expediti liberíq; ſine tergiuerſatione aggrediantur pericula. ſicut enim armatura ſolida nihil ꝓdeſt infirmo,aut mutilato corpori,quòd perferri nequeat:ſic anima infirma corpus quoq; malè afficit,& inhabile reddit ad præſens negotiũ. Eam ob rem non ſolùm tribunos cẽterionésq;,& cæteros ductores ordinum, verumetiam ſingulos milites inſpicit, examinans tum robur corporis tum mentis habitum: illud num vſquequaq; ſanum ſit & integrum,abſolutũ partibus omnibus membríſq; agile:hãc verò num audacia plena ſit ac fiducia,ſui cõpos & cõtemptrix terroris,ad hæc honoris cupida,& honeſtã mortẽ vitę ignominioſæ præferẽs. hæc enim vel ſingula proculdubio valent plurimũ: ſi verò in vnum conueniant, fortitudinem afferunt inexpugnabilem,adeò vt incruenta victoria potiri liceat:quòd exẽplo eui dentiſsimo docent ſacræ literæ. Arabũ gẽs eſt numeroſiſsima, quos Hebræi priſci Madianæos nominabãt. hi cùm odio proſequerẽtur Hebræos,vt deditos cultui ſummi numinis,& ab ipſo in tutelam receptos,omni conatu variíſq; artibus tentabãt eos

à vera

à vera pietate ad impias ſuperſtitiones ſeducere:quòd nõ ſperarent aliàs conſecuturos ſe de illis victoriã,cúmq; parũ eis ſuccederet quicquid dicerent aut facerẽt,præ deſperatione ruẽtes in pericula tali vſi ſunt ſtratagemate: accitis mulierũ formoſiſsimis,ſic eas alloquuti ſunt: Videtis immẽſam Hebræorũ multitudinem,eámq; munitã egregiè cõſenſu atq; cõcordia. vt aũt ſint vnanimes,facit cõmunis vnius Dei religio,à qua ceu fonte naſcitur indiſſolubilis amicitia. poteſt tamen homo voluptate decipi,præſertim venerea. Vos eiſis forma venuſtiſsima ornatæ,cui natiuæ inſunt illecebræ,& iuuẽtus procliuis eſt ad incõtinẽtiam,nec vos deterreant ſcortationis adulteriíq; nomina, quaſi allatura dedecus,cùm ediuerſò tanta proponatur vtilitas publica,quæ facilè præſentẽ turpitudinem vertet in immortalem gloriam,ſi hoc aſtu ſuccedente veſtris corporibus redemeritis de hoſte victoriam. animis certè incolumis conſtabit ſua pudicitia,quam in futurũ licebit vobis colere. ita hoc bellum conficietur cum peculiari laude mulierum,quod virorum virtute debellari non potuit. Fatemur enim noſtrum ſexum hoſtibus imparẽ, omni apparatu inſtructioribus. veſter ſine dubio dabit victoriã,& rem bene geret abſq; periculo. nam ſine cruore,atq; adeò citra puluerem, ſolo aſpectu ſuperabitis aduerſarios. his auditis fœminæ quę caſtitatem ne per ſomniũ quidem cognouerant,& educationem honeſtã nunquam guſtauerant, libẽter conſenſerũt: omiſſòq; ficto caſtitatis ſtudio,quod paulìs per ſimulauerant,ornant ſe pretioſis veſtibus monilibúsque ac muliebri mundo cætero,atq; ita cultu exquiſito natiuã augent pulchritudinem,& magna contẽtione ad captandam iuuentutem circũuentu facilem in apertum prodeunt. Vbi verò acceſſerunt propius,aſpectibus meretriciis & verborũ lenocinio, ſaltationibus etiam ac laſciuis geſtibus,iuuenum partem non cõtemnendã pelliciunt: pertractíſq; in ſtupri ſocietatẽ animis nulla morum diſciplina conſtabilitis, ad profana quoq; ſacra eos induxerũt, & libationes nefarias manu factorũ numinum, abalienatos à religione veri Dei quẽ antea piè ſanctéq; coluerant. quo facto retuliſſent viris ſuis lætum expugnati hoſtis nũtium, ni propitius Deus caſum miſeratus repræſentaſſet amentiæ deploratæ ſupplitium. Erant autem vigintiquatuor milia contacta hoc crimine,ita vt ceu torrente abrepti caſtigatione ſeuera tollendi eſſent è medio, ad metu continendos reliquos in officio. proinde gentis princeps qui pietatem auribus ſuorũ

per precepta plurima inculcauerat,è singulis tribub⁹ millenos delegit fortissimos,sanctitatis dolo malo violatæ vindices: vt eos qui sperarent pietatem astu muliebri penitus subuertere, ferirent vltore gladio,quãuis non plures quàm dixi deceperãt. is exercitus exiguus numero contra plurima hostiũ milia progressus in aciem,virtute ac rei militaris peritia superans,cùm singuli cohortis animos gererent,contemptim irruit facto cuneo,stratisque primoribus manipulis simul ac subsidiariis, ad primum clamorem sublatum cladem ingẽtem patrauit,& internecione deleuit hostiles copias.denique ne mulieribus quidem pepercit,quæ impio consilio virorum assenserant:solæ virgines seruatæ sunt ætatis innocentis miseratione.Hæc victoria fuit incruentissima.nemine desiderato è sociis, ac ne sauciato quidem.sed cunctis integris in castra reductis ex acie,atq; etiã valentioribus quàm exiuerant iuxta veram estimationẽ,quippe quos alacriores victoria reddiderat,conduplicatis eorum viribus.nec alia fuit causa huius felicitatis, quàm quòd fortiter pro pietate in certamen descenderãt,cuius propugnator & adiutor Deus esse solet,consilia bona suggerens, & robur addens corporibus.liquet enim opem diuinam affuisse,vel quia multò plures à paucis profligati sunt prostratiq;,vel quia nemine hostium superstite nemo sociorũ periit,integris & viribus & numero.Quapropter exhortans ad bene viuẽdum vates sic loquitur:Si iustitiæ cæterisq; virtutibus operam dederis, vitam pacatam viues:aut si bellum exoriatur, facilè hostes debellabis, Deo clam obeunte imperatoris munia,cui salus bonorum virorum semper cordi est.Ergo siue pedestres equestrésq; copiæ cũ armis ingruant,siue minutiora loca in potestatem eorum veniant,siue apparatus belli fiat maximus,caue formides.etiamsi minus instructis sis apparatu.sociis,armis,locorum opportunitatibus,& commeatibus.illas enim opes, velut nauem onerariam refertam variis mercibus.sæpe repentinus vẽtus submersit aut allisit. mediocres autem res & tenues, velut spicas iam per squalorẽ sitimq; languidulas, Deus rore pluuiaq; salutari demissa excitauit ac reparauit,& ad maturam frugem perduxit.Vnde satis apparet,quòd iustis piisq; prospicere nunquam desinat.nã quicunq; cum Deo fœdus habẽt & amicitiam,bi felicitatis tenent fastigium:sicut ediuersò longè miserrimi sunt, qui sentiunt illum parum propitium. Hactenus & de fortitudine dixisse in præsens sufficiat.

PHIL.

PHILONIS IVDAEI,

De decalogo quod est iuris summarium.

VIRTVS sapientum,quos Moses autores nostri generis prodidit,& lẽges nõ scriptas, quas sacræ literæ cõtinent,in superioibus libris satis indicauimus:reliquũ est vt deinceps leges scriptas speciatim excutiam diligentius,ne peniore quidẽ & allegorico earũ sensu præterito, propter mentes stndiosas parãdæ scientiæ,obscura non minus q̃ aperta inquirere solitas.Si quis igitur quærat,cur nõ in ciuitatibus,sed in vasta solitudine hæ leges perlatæ sunt,respondẽdũ: primùm,quia pleræque ciuitates vix dici potest quàm refertæ sint vitiis,siue spectes impietatẽ erga numen cęleste nefariam, siue mutuas iniurias hominũ.nihil enim in his nõ deprauatur, vbi adulterinæ res pluris fiunt q̃ legitimæ,& veræ nõ tantum valent quantũ verisimiles,naturã suam tegẽtes mẽdacio,& falsis imaginibus illudentes vulgo credulo:vbi etiã fastus insidiosus exoritur adoratúrq; à vanis hominibus,stupẽtibus ad cõspectum coronarũ aurearũ & purpuræ sellarúmq; curuliũ, quibus impositas celsas potestates diis æquas officiosa turba assectarũ prosequitur,inuectas quadrigis mulorũ æquorũ'ue, interdum etiam lectica gestatas succolãtibus hominibus,& ipso corporis habitu animũ seruitute oppressum ostẽdentibus. Is fastus aliorum quoq; multorũ malorum est opifex,arrogãtiæ,cõtemptus impietatis:vnde origo bellorũ externorũ & ciuilium, dũ terra maríq; turbatur,nõ publicis rebus nõ priuatis in quiete manẽtibus.& quid opus est de mutuis hominũ iniuriis dicere, cùm idem fastus etiã res diuinas parui pendat,quarũ honor putatur præcipuus?quis enim honor esse potest,vbi deest veritas,res honorata,sicut & nomẽ eius:quãdoquidem illi cõtrarium mendacium suapte natura est vile ac aspernabile.Quàm autẽ cõtempta sit religio,sciunt qui modò vtuntur oculis.nam pictores fictorésq; innumeris simulacris tẽpla fanáq; repleuerũt & circũdederũt,eáq; surda & inanima dignati sunt aris ac honoribus cælestibus,quod genus hominũ sacræ literę natis ex meretrice

adsimilant. sicut enim hi patres appellant omnes, à quibus mater adamata fuerat, cũ naturalem parentem nesciãt: ita populi oppidatim abalienati à veri Dei notitia, innumera sibi cõsecrauerũt falsi nominis numina. cũq; alius aliud coledũ accepisset, ex hac de summo bono dissentione cæteræ cõtentiones vniuersæ enatæ sunt. & hoc est cur extra ciuitates legẽ diuinã perferri placuit. huc accessit causa altera, q̃ ad sacras leges recipiẽdas animus purificatus requiritur, elutis maculis quæ hærẽt ex mi scellaneæ turbæ in ciuitãtibus degẽtis cõtagio. id verò non est possibile aliter quàm in secessu efficere, & lõgo tẽporis spatio, donec exolescãt & enanescãt veterũ erratorũ species ex animo: qui modus obseruatur etiã à peritis medicis. nec enim prius cibos ægrotis præbẽt q̃ morbi causis sublatis. nã illis manẽtibus alimenta fiunt inutilia, vt quæ vertũtur in humorũ noxiorũ materiam: nõ mirũ igitur si à pernitiosa ciuitatũ consuetudine in desertũ abductus est populus, vt animos purgaret ab iniquitatibus, móxq; mẽtis alimẽta caperet, videlicet leges præceptáq; diuina. Quin & tertia causa eius facti adfertur hęc: Quẽadmodum qui longinquã nauigationẽ suscipiunt, nõ inter soluendũ è portu vela parant & gubernacula, sed antequã nauem conscẽdant instructa habẽt quæcũq; ad propositũ suum sunt necessaria: ad eũdem modũ decebat vt accepturi agros & nouellas colonias, nõ vnà cum eis leges acciperẽt, sed iam ante præparata haberent instituta & vitæ regulas, ne rudes ac inexercitati admouerẽtur ad rempub. cùm sanius sit iam ante recepto iure cõsociatos sua quẽq; obire negotia. Nec desunt qui & quartã causam afferant, nõ alienam à veritate quantũ ego iudico. Quoniã enim oportebat persuasum esse mẽtibus, leges has non esse cõmenta humana, sed oracula certa diuinitus ꝓdita, abducta est multitudo longè ab vrbibus in vastam solitudinẽ omniũ fructuum mitiũ sterilem, atq; etiam aqua carentẽ limpida: vt constituti in summa cibi potúsq; inopia, & salutis periculo, repẽtè inuenirent spõte oblatã rerum copiã, in panis vicẽ depluente mãna cælitus, accedẽtibúsq; in obsoniũ coturnicib⁹, aquis autẽ nũc edulcatis depositã salsugine, nunc è rupe largo fonte promanãtibus: ne posthac Nilum mirarentur, aut Deum esse legũ nouarũ autorem ambigerent, sumpto bonitatis eius experimẽto manifestissimo in tam insperato egestatis remedio. Nã qui ope sua vitam eis prorogabat, idem præscribebat etiã bene viuendi formulas: alterũ præstans suggerẽdo cõmeatus quos nõ

præ

præparauerant, alterũ verò ferẽdo leges profuturas corrigẽdis animis. Hæ causę possunt afferri verisimiles: verę Deo soli notæ sunt. ego cõtentus iã expositis, deinceps leges ipsas tractabo diligentius, præfatus primũ. leges has partim Deũ ipsum prodidisse vocis suæ oraculo absq; vllius interpretis ministerio, partim per Mosen prophetã, quem vnũ ex omnibus optimatibus maximè idoneum enuntiandis his sacris præceptis delegerat. Quas igitur ore suo cecinit, & leges sunt, & capita legũ particulariũ: quas autẽ vates promulgauit, omnes ad illa referũtur. De vtrisq; dicã quantũ potero, & primũ de summariis, in quibus illud mirandũ occurrit ante omnia, quòd absoluũtur denario numero inter omnes perfectissimo, cõplectente cũctas numerorũ differẽtias pariũ & impariũ. pariũ duorũ, imparium triũ, pariter impatiũ quinq; : & rationes eorũ multiplicatiuas ac superpartientes superpartitásq; : item proportiones tum arithmeticas quæ tantundẽ numero superant quantũ superantur ab aliis, vt in 1. 11. 111. tũ geometricas, vbi sicut se habet secundus ad primũ, sic ad secundũ tertius, vt patet in 1. 11. 1111. & in duplis triplísq; ac sesqualteris supertertiísque & similibus. Nec deest harmonica proportio, iuxta quã medius inter extremos æqua portione vel superatur vel superat, vt apparet in secũdo quarto sextóq;. Quin & triangulorũ quadrangulorũ aliorúmq; multiangulorũ proprietates denarius numerus cõtinet: atq; insuper symphoniarum, eius quæ diatessaron vocatur proportionẽ habens supertertiã: & eius quæ diapẽte, quæ est sesqualtera, vt tria ad duo: sicut dupla quæ diapason dicitur, vt duo ad vnum. quadrupla verò disdiapason, vt octo ad duo. Quapropter impositores primi nominũ, viri sapientes, meritò vidẽtur appellasse hãc Δεκάδα, quasi Δεχάδα, quòd capiat cõprehẽdátq; omnia numerorum genera; & rationũ proportionúmq; arithmeticarũ, ac insuper harmoniarũ symphoniarũq;. Hęc sunt quæ denarium faciunt admirabilem, qui cõplectitur natura & indimẽsam & dimensionibus obnoxiã, indimensa ad solũ punctum pertinet. dimensiua tres habet species, lineã, superficiem, solidũ. Quod eñ duobus pũctis terminatur, est linea: superficies verò quod duas dimensiones habet, accedente ad lineã latitudine. Tres autẽ dimensiones solidũ corpus cõficiunt, quãdo & altitudo assumitur: nec habet natura quò procedat vlterius, quãdoquidẽ nõ plures tribus dimẽsiones produxit. Harũ rerum exẽpla videre licet in numeris, indimensũ puncti vnũ, lineæ duo, superficiei tria solidi

quatuor,qui numeri cõpoſiti denarium cõficiunt, aliis quoque ſpectabilem pulchritudinibus. Nam per hunc numerus infinitus penè fit menſurabilis: quia cùm conſtet è quatuor terminis vno,duobus,tribus,quatuor, totidem termini gignunt centenarium è denariis.Nam x. x x. x x x. x l. centenarium faciunt. Sic è centuriis fit millenarius,è millenariis myrias.Vnitas autem,denarius,centenarius, millenarius quatuor ſunt termini, è quibus denarius naſcitur. In eo præter iam dictas numerorũ differentias apparent & aliæ: primò is quem metimur vnitatibus,vt I I I. v. v I I. deinde quadrangulus quartus,pariter pardeniq; cubicus octauus,pariter par pariter. Quin & ille perfectus ſenarius, exequatus ſui partibus, ternario binario vnitatiq;. Quorſum autem attinet decadis virtutes innumeras percenſere obiter,quæ per ſe ipſæ poſſunt exhibere amplum argumentum mathematicis? dilatis igitur aliis vnam etiam nõ intempeſtiuè memorabo docendi gratia. Quæ in rerum natura prædicamenta vocantur,decem ſola eſſe aiunt ſtudioſi philoſophiæ,ſubſtantiam,qualitatem,quantitatem,ad aliquid, agere, pati,habitum,ſitum,& ſine quibus nihil,locum,tempúsq;.nihil eſt enim non horum particeps. Equidem ſubſtantiam habeo deſumptam ab elementis ſingulis ex quibus mundus totus cõpactus eſt,terra,aqua,aëre ignéq; , quæ ad mei contemperationem ſufficiunt. particeps ſum & qualitatis,quatenus homo, & quantitatis pro ſtatura.ad aliquid quoque conſideror, cùm mihi dexter aliquis ſiniſter've aſtitit. ago quippiam fricans tondénsq;,patior frictus tonſus've ab aliis.in habitu examinor indutus armatúsve:in ſitu ſedens cubánsve.Sum vtique in loco & tempore, quandoquidem nihil ex omnibus prædictis abſq; his ambobus poteſt ſubſiſtere, de his igitur ſatis dictũ ſit. ſupereſt vt attexamus decem illa prçcepta ſiue leges,ſeu verius oracula, quæ pro totius gentis concione, ne mulieribus quidem ab hoc cœtu ſemoris rerũ pater,cecinit. Quæres num ipſe vocem mittens?abſit vt in mentem noſtram deſcendat hæc cogitatio. nec enim more hominum Deus habet opus ore, lingua & arteriis: ſed opinor eum illo tempore ſacrum quoddam edidiſſe miraculum.inſiſſéq; vocem inuiſibilem prodire ex aëre,quouis inſtrumento abſolutiorẽ ſonantioréq;.non inanimem , nec tamẽ profectam ex corpore animato qualis eſt animaliũ, ſed animã rationalem diſertè ſonoram : quæ pulſato aëre formatóque in flammæ ſpeciem,ſpiritu quodã inſtar tubæ articulatè ab omnibus

bus exaudiretur vel propè vel longius diſtantibus. hominum enim voces in longum extentæ ſolent deficere,vt à procul ſtantibus percipi clarè nequeant,hebetatæ paulatim medio ſpatio, vt profectæ ab inſtrumentis corruptibilibus. hanc autem nouam vocem & mirificam inſpirabat Dei virtus vegetabátque: & diffundens eam per omnia,pulſabat alium quoque auditum præſtantiorem quàm aurium,videlicet tãgens ſingulorum animos. ſenſus enim cùm ſit tardior,nil mouetur,donec percellatur à motu aëris:at mens afflata numine,vltro procurrit prçceptis eius obuiam.Hactenus de voce diuina.Quærat & illud aliquis non immeritò , cur in concione tam multorum milium, quodque oraculum ſingulos appellat non plures:Non mœchaberis,non occides,non furaberis,& ad eundem modum cætera. Reſpondendum eſt igitur,ideo placuiſſe hanc formulam,vt lectores ſacræ ſcripturæ diſcerent quiddam valde pulchrum & neceſſarium: videlicet vnumquenque tantiſper dum Deo paret ac legibus , honore æquari frequentiſsimo populo , vel potius omnibus gentibus.addo amplius,mundo etiam vniuerſo:quoniam aliubi quendam iuſtum virum laudans inquit, Ego ſum Deus tuus,ipſe autem erat etiam Deus mũdi totius. ita qui pariter ſuum ordinem non deſerunt,& imperatori pariter officiũ ſuum approbant, in eodem honore habentur. Altera cauſa eſt, quia qui concionem alloquitur,non ſemper interdicit aut præcipit : cùm autem ſinguli admonentur quid agere debeant , omnes docentur eadem opera , & quiſque redditur obſequẽtior, ſibi dictum exiſtimans, qui verò cùm cætera turba comprehenditur eodem alloquio, ſurdeſcit , turbam ipſam prætexens ſuæ contumaciæ.Tertia cauſa hæc affertur,exemplum hic datũ eſſe ne quis vnquam rex tyrãnúsve ſuperbè deſpiciat priuatum obſcurúmq; ciuem,ſed doctus à ſacris legibus,deponat ſuperciliũ faſtúmq; dediſcat,ſic ſecum veriſimiliter,imò verè cogitans:Si ille ingenitus,immortalis,ſempiternꝰ, nullius indigus creator rerum omnium,beneficus regum rex & Deus deorũ, ne humiliſsimum quidem cõtemnere ſuſtinuit, ſed hunc quoq; admiſit ad oraculorũ ſuorũ epulũ,táquam inuitato ei ſoli paratũ ad exhilarandã animã quantũ fas eſt ſacris magnisq; myſteriis initiatam:ego mortalis cur inflatus ceruicem erigam efferens me vltra eiuſdem naturæ participes,fortuna impares mihi nõ origine generis,eadem forma inſignitos, & mecũ cenſos in hominum numero?exhibebo igitur me comem & affabilem,etiamſi

terræ marisq; imperium assequar, vel egentissimis obscurissimisq; domestico destitutis auxilio, vtroq; parēte orbatis. & mulieribus viduitatē tolerantibus, senibúsq; quibus aut nunquam contigerunt liberi: aut erepti sunt immaturo interitu. homo enim cùm sim, nō est æquum vt maiestatem tragicam in me recipiam, continebo me intra naturā meam, nec trāsgrediar eius terminos: assuefaciā potius mentē humanitatis affectibus, non solùm propter incertas fortunæ vices mutantis lætis tristia, verùm quia sic decet etiāsi feliciras maneat perpetua, nō obliuisci conditionis suæ. hæ sunt opinor causæ cur singulariter loquuntur oracula, quasi dirigātur ad vnū hominē. Interea, vt par erat in præsentia numinis, omnia perstrepebant prodigiosis tonitribus aures obtundentib⁹ coruscabāt fulguribus micantissimis, sonus tubæ inuisibilis è lōginquo exaudiebatur è nube, quæ instar columnæ innixa terræ è basi tendebat ad ætheream celsitudinem cælestis ignis impetu, profunda caligine fumi offuscāte circumuicinū aërem. opportebat enim ad Dei aduētum turbari mundū omnibus sui partibus, & exciri ad ministeriū. Adstabat autē populus purus à mulieribus, & omnibus voluptatibus abstinens præter cibos necessarios, lauacris etiā purificatus per triduū, candidis nitidisq; indutus vestibus, arrectus & attētus, ita vt Moses præmonuerat. is enim iam diem cōcioni præstitutam seorsum dicerat. Tum vox è medio flāmæ superne ruentis horrendum insonuit, diserta & articulata iuxta communem captum auditorij, tam manifestè se ingerens, vt videre magis quàm audire se putarent: sicut in lege ipsa scriptum legitur his verbis, Vniuersus populus videbat vocē apertissimè. Humana enim vox auditu, diuina visu, percipitur: quare? quia quæcunq; Deus dicit, non verba sunt, sed opera, quorum iudicium nō tam est penes aures quàm penes oculos. Siquidē pro dignitate rei dicitur è flamma vox procedere. probata sunt enim Dei præcepta, velut aurum igni examinatum. Nec caret hęc figura mysterio. Quoniam ignis habet vim geminam, illustrandi vrēdiq;, præcepta hæc obedientibus erūt per totam vitam pro lumine, legibus ceu sideribus animæ prælucētibus. quotquot autē cōtumaces fuerint, æstuabunt vrentúrq; intestinis cōcupiscentiis, more flāmæ totos homines semel occupatos depascētibus. Hæc sunt quæ præfari necesse fuit. Nūc sermo erit de ipsis præceptis, & dispiciemus quid à se inuicē differunt. decē enim cū sint, in quina diuidūtur, inscripta duabus tabulis. prior quinarius habetur potior

tior. secundus inferior: vtraq; bona sunt & ad vitam vtilia, vias latas in vnum finem cōpetentes sternētia, per quas anima summi boni cupida inoffensum iter faciat. ille igitur potior quinarius de monarchia loquitur, qua mūdus regitur, de statuis simulacrisq; & id genus manufactis operibus, de non assumendo in vanum Dei nomine, de obseruatione religiosa diei septimi, de honorandis parētibus & ambobus & singulis. itaq; vna hæc tabula incipit à Deo patre conditoréq; rerum omnium, desinit in parentes, qui ad illius imitationem gignūt particulariter. alter quinarius ex interdictis cōstat, veterans adulteriū, homicidiū, furtum, falsum testimonium, cōcupiscentiam. ea præcepta singula perscrutāda sunt diligēter, ne quid à proposito euagetur oratio. Principium rerum omnium optimū Deus est, sicut virtutū pietas: de his igitur necesse habemus ante omnia disserere. Error non exiguus occupauit maximam partē humani generis, de re quæ vel sola vel inter præcipuas ab omni errore libera puráq; infigi debuerat singulorū mētibus. nā alij quatuor elemēta consecrata suis decretis colunt tāquam numina: alij solē ac lunam cęteráq; sidera tum fixa tum erratica: alij cælū, alij mundū vniuersum. at illum summū antiquissimúmq; parērem, illum magnæ ciuitatis principē, & imperatorē inuicti exercitus, omnia gubernantē salubriter, silentio texerūt, istis falso nominatis imponēdo aliàs alia vocabula. vocāt enim terram Proserpinā, Plutonem, Cererē: mare Neptunū, in cuius famulicium fingūt turbas maximas geniorum sexus vtriusq;. Sic aërē Iunonem, ignē Vulcanū, solē Appollinem, lunā Dianam, luciferū Venerem, stilbonta Mercuriū: & aliis stellis indūt alia cognomina desumpta è fabulis, arte cōtextis cōfictisq; ad decipiēdas aures credulas: mirificéq; sibi placent hac nominum elegantia, dum orbe dissecto in duo hemisphæria, alterum superius ac conspicuum, alterum subterraneū, appellāt ea gemellos Castores, & addūt prodigiosum mēdacium de vita eorum alternis diebus mutabili. cùm enim cælum cōtinenter & irrequietè in orbē circumagatur, necessariò consequitur vt hemisphærium vtrūq; súsq; déq; feratur alternis diebus, sicut nobis videtur: nam re vera in orbibus nihil est superius aut inferius: sed iuxta situm nostrū ista dicuntur, quæ super caput supera, infera quæ contraria. cæterum germanæ philosophiæ studiosus puraq;, pietatis sectator, discit egregiam sententiam, nullam mundi partem esse suimet compotem, & suomet arbitratu agere: genitæ sunt enim vtiq;: gene-

ratio verò corruptionis est principiũ,quamuis creatoris prouidentia immortalitatẽ adipiscantur quæ aliquando non fuerãt. at de Deo dicere quòd aliquando non fuerit,& aliquo tempore natus sempiternitatem acceperit,nefas est:sed nonnulli tã peruerse iudicant,vt non solùm deos credãt quos diximus, verùm etiam vnumquemq; horum esse Deum summũ & maximum, cui verè nomen id conueniat:siue quia habent ingenium indocile,siue quia non curant discere,quippe qui præter ista sensibilia nullum inuisibilem intelligibilémq; rerum autorem existimant esse, quod tamen euidentissimis argumentis potuissent cognoscere.cùm enim animæ suæ acceptum referant vitam consilia,cæteráq; officia,nunquam tamen potuerunt animam corporeis oculis inspicere,quamuis nihil nõ facturi,vt sibi liceret videre imaginem eius augustissimã,è cuius contemplatione possent trãsire ad cogitationẽ de Deo sempiterno ac ingenito,mũdi gubernatore atq; cõseruatore,quem inuisibiliter temperat. Quemadmodum igitur si quis magni regis honores satrapis eius præfectisq; exiberet,nõ stultitiæ solùm argueretur, sed & periculosæ audaciæ,tribuens seruis quod debetur domino: ita quicũq; sic creaturas colit vt creatorẽ,sciat se impudentissimũ & iniustissimum, qui paria largiatur imparibus, non tam in honorem inferiorũ,quàm in potioris cõtumeliam.Verùm hos quoq; impietate superant,qui ne parem quidẽ honorẽ habent vtrisq;,sed alteros omni cultu dignãtur,alterum adeò nullo,vt eius nec meminerint.Nec solùm obliuiscuntur cuius minimè debuerant,sed homines miserrimi augẽt eam obliuionẽ data opera.Nec desunt quidam vaniloqui rabulæ,quos nõ pudet impietatem suam proferre in medium,& maledicã linguam contra Deum acuere,vt cõtristent pios & in dolorem cõiciant maximum,dum verba per aures ingressa vrant totam animam: quòd impij his vtantur machinis,& amicos Dei adigant ad silentium,ne forte aduersarij per contẽtionem prorũpãtur ad maiores blasphemias.Amota igitur omni superstitione germanas nobis naturas nõ adoramus,ne immortales quidem & purissimas.intercedit autem inter creaturas quędam germanitas hoc ipso quòd creatæ sunt: quandoquidem creator omnium idem etiam pater est vniuersorũ.Proinde malumus totam mentem, totam rationem,vires omnes exerere ad cultum ingeniti sempiterniq; autoris rerum,nõ submittẽdo nos vulgaribus religionibus,quæ multos perdunt qui aliàs seruari poterant,& primũ illud

illud sanctissimúmq; præceptum penitus inscribimus pectori, vnum summum Deum credendum esse colẽdúmq;.at multorũ deorũ religio ne in aures quidẽ puras admittitur hominũ sadulò veritati studentium.Ergo quotquot solis,lunæ,cæli,mundi,præcipuarúmq; huius partiũ cultores habẽtur & huiusmodi sacrorum antistites,peccant proculdubio,dum posthabito principe venerãtur eius subditos:minus tamen à recto declinant, q̃ qui ligna,lapides,argẽtum,aurũ,similésq; materias formatas, vt cuiq; libuit,vertunt in statuas ac simulacra, cæteráq; manufacta opera:qua parte fictorũ pictorũq; ars valde humanæ vitæ nocuit,omnes terras implẽrium his abominationibus. exemerunt enim robur ex anima,persuasionem verã de semper viuẽte Deo,vt vacillet tanquã malè saburratũ nauigium, huc illuc vndis iactatum,cui nec facilè portũ artingere,nec tutum in statione aliqua interquiescere,propter cæcutientes circa veritatẽ oculos mẽtis,quam solam videre debuerãt.ego certè tales miseriores iudico,quàm orbatos corporeis oculis. nã hi mulctati sunt aut incurabili morbo aut inimicorum insidiis: illi suaptè voluntate obscurarũt visum animæ,aut omnino perdiderunt. Quapropter alteris miseratio debetur vt infortunatis calamitosisq;, alteris pœna vt vltro cõplexis miseriam ac malitiam: qui ne illud quidem cõsiderant quod vel pueris est cõspicuum, artificem præstãtiorem & antiquiorem suo esse opificio. iuxta tempus enim prior est cùm sit quasi pater:potentia quoq; superior,quanto id quod agit,præcellit ea quę patiuntur,certè si error placuit,pictores ac statuarij magis merebãtur vt consecrarentur & diuinos honores acciperent,nunc ipsis contemptis ac si nihil præstitissent egregium,pro diis habẽtur eorum opera: & cùm artifices sæpe inhonorati in egestate consenuerint, absumptíq; sint variis casibus,opera eorũ exornantur purpura & auro luxúq; cætero quem diuitiæ suppeditant,adorantúrq; religiosè non solùm ab ingenuis,verùm & à nobilibus honestáque specie præditis.nam in sacerdote & genus examinatur vt sit inculpabile,& corporis partium modus competens, vt sit vsquequaq; integrum.nec hic gradum sistit impietas, procedit vlterius.noui enim quosdam qui à se factis simulacris preces votiuásq; victimas offerunt, iustius vtrãq; manum suam adoraturi,aut si hoc nollent vitãtes crimen arrogãtiæ, saltem incudes, malleos,scalpra,forcipes,ferramentáq; cætera quibus materię formam addiderant.huiusmodi homines deploratæ amentiæ

libet

libet sic increpare: heus vos viri egregij, votorũ summa & felicitatis finis est reddi Deo similẽ: orate igitur vt similes fiatis vestris statuis, & summa felicitate fruamini, nõ videtes oculis, nõ audientes auribus, nec respirantes nec olfactantes naribus, ore nec loquentes nec gustantes, manibus nec dantes nec capientes nec agentes quicquam aliud, pedibus non incedentes, otiosiq; omnibus partibus corporis, tẽplo inclusi asseruatiq; tanquã in carcere adhibitis interdiu noctúq; custodiis, & inibi hauriẽtes nidorem ac fumum exhalantẽ è victimis. nam hoc vno cõmodo frui statuas sacratas falso licet, creditis tamẽ. atqui reor, talia dicẽtem nõ vt fausta ominãtem audirẽt libenter, sed vt diras imprecantẽ auersarẽtur, cõuitiisq; vicissim proscinderent: quod ingens argumentũ est impietatis hominũ nimię, opinionem diuinę maiestatis cõcipientum de his quibus deprecãtur abominãntúrq; similes fieri. nemo igitur animã habẽs adoret brutas res cassas animis. indecorũ enim & iniquum est, opus naturæ submittere se operibus artificum. cæterùm Aegyptiis non satis est in eodem cum reliquis hærere crimine, habẽt & aliud suum eximium: qui nõ solùm delubra venerãtur cum sacratis statuis, sed etiã animantes mutas in deorum numerũ referunt tauros, hircos, arietes affingẽdo suas cuiq; fabulas. hæc tamẽ habent fortasse quãdam recti speciẽ, prosunt enim vitæ bos arando & terrã prædomãdo ad futuras segetes, triturãdo item quando fruges cõduntur in horrea: aries præbendo tegmina cõmodissima cõtra tempestatũ iniurias, siue ardores solis nimios, siue immoderatũ frigus aëris. cæterùm q̃ immanes crocodilos ferocissimos, leones, virulẽtásq; aspides pariter tẽplis, lucis, aris, sacrificiis, fastis, pompísq; honorãt, quæso cuius pietatis est aut prudẽtiæ in vtroq; elemẽto diuinitus cõcesso ad vsũ hominum, terras & aquas scrutati, nec inter feras leone ferocius qcquam inuenire potuerũt, nec inter aquaticas beluas crocodilo crudelius, quos adorãt pro numinibus. nec hos solũ, sed & animãtes alias, canes, feles, lupos: è volucribus ibides & accipitres: pisces quoq; aut integros aut mẽbratim consecrãt: quod sine risu dici non potest. certè hospites recẽs in Aegyptũ delati prius quàm assuescãt eius prouinciæ vanitatibus, abhorrẽt ab eis vsq; ad tædiũ. Quòd si qui eruditi sunt liberalius, obstupescũt dum vidẽt in honore esse res vilissimas, & his viliores cultores ipsos miserantur, animo trãsformatos in illas animãtes, bestias obambulãtes sub humana specie. sublatis igitur è iure diuino huiusmod

iusmodi factitiis diis omnibus, ad veri Dei cultum lex nos reuocat, quãuis ille opus eo nõ habeat, nimirũ ipse sibi sufficiens, nullius indigus. sed hoc tantùm agitur vt humanum genus ab errore in viam rectam redeat, & naturæ ductũ sequendo finem optimum inueniat, Entis verã notitiam, qui est summum bonum & absolutissimum, à quo ceu fonte mũdus rigatur bonis istis particularibus. Hactenus & de secundo præcepto quantũ potuimus, deinceps excutiamus tertiũ. hoc est, Nõ assumes Dei nomen in vanum. Et ordo quidem per se patet mentibus perspicacibus. semper enim nomen rem tanquã vmbra corpus sequitur. ergo postquam dixit de essentia honoréq; eius qui sem. per est, secutus rerum seriẽ, ita vt decet præcipit de vsu eius nominis. multis enim & variis modis in hac parte peccant homines: proinde vtilissimũ fuerit & rationali naturæ cõuenientissimum, omnino abstinere à iureiurãdo. & sic veritati assuescere, vt simplex sermo vim iuramenti habeat. secundaria verò iuxta prouerbium nauigatio, est rectè iurare. iam enim qui iurat suspectus est de perfidia. Sit igitur cunctator & procrastinator, si fortè differendo possit euitare ne iuret. Quòd si qua incũbat necessitas, dispicienda sunt curiosè singula, de quibus fit cõtrouersia. Est enim iusiurãdum nõ exiguum negotium, tametsi contẽnitur propter consuetudinẽ, videlicet testimonium Dei de rebus dubiis. Deum autẽ citare testem mendacii, scelus est nefarium. Introspice, si liber, falso iurantis animum, Aspicies eum non quiescere, sed plenum tumultu trepidationéq; accusatum à seipso & sibiipsi facientem conuitium modis omnibus. Insita enim à natura cuiq; conscientia non solet admittere quicquam culpabile, propter natiuum virtutis amorem & vitiorũ odium, eadem accusatrix ac iudex, primò indignatione pudorẽ incutiens, deinde more iudicis docens, monens, præcipiens mutare propositum. Quæ si persuadere valuerit, gaudens accusatum recipit in gratiam: sin minus, irascitur infensa hostiliter, nocte diéq; vrgens, stimulãs, infligens insanabilia vulnera, donec abrumpat vitam execratam & miserã. Quid ais, inquã, tu periure? audebis improbè adire notum quẽquam, & asseuerare quę nec vidisti vnquã nec audisti, quasi visa, audita, te præsente acta omniaui, depone testimonium: non facies opinor. Alioqui pernicioſæ insanię peccatum committeres. Qua fronte sobrius ab amico peteres: commoda mihi maleficium, mea causa cõtra ius & fas age. proculdubio his auditis valere iubebit talem amicitiam

tiam,seipsum damnans quod non initio abstinuisset, resiliétq; abs te tanquam à rabida feráq; bestia. & postea quod ab amico non audes postulare,ad id Deum vocas?itáne nulla inest tibi reuerẽtia parentis omnipotẽtis atq; domini?Scis an nescis illum inspicere omnia exaudiréq;?si nescis,impius es.est autem fons omnium iniquitatum impietas,Præterea iurãdo præuaricaris & dolo malo agis, dum iuras per eum qui non animaduertit. quasi per prospicientem rebus hominũ.Quòd si nosti eius prouidentiam,nihil ad summã impietatem tibi facis reliquum, si nõ ore linguáq; certe corde sic appellans Deum:dic pro me falsum testimoniũ.esto mihi sceleris & maleficij socius.vna mihi spes superest tuẽdæ existimationis apud homines,si celetur veritas,esto alienę malitiæ vicarius, melior deteriori subseruiẽs, Deus optimus scelesto homini. Et sunt qui etiam lucro nullo proposito subinde iurãt temerè ob malam consuetudinẽ,de rebus nihili.cõtradicente nemine.iurãdo supplentes orationem, quasi non satius esset dimidiatam mutilámve relinquere,imò prorsus obmutescere:quãdoquidem ex frequẽti iuramento nascitur periurium & impietas.Quapropter iuratur? debet omnes rei circũstantias diligenter perspicere, quanta sit, quàm vera q̃ bene à se percepta:tum seipsum considerare,num purus sit anima,corpore,lingua,illa ab iniquitatibus,hoc à piaculis, hac à maledicentia.nefas est enim per os quo profertur nomen illud sanctissimum,quicquam turpe progredi. quæratur etiam tam loci quàm tẽporis opportunitas.Noui enim quosdam in profanis impurisq; locis,vbi nec patris nec matris nec cuiuslibet honesti viri mentionem deceret fieri, deierare, & quasi conceptis verbis iusiurãdum texere multis Dei cognominibus præter omne decorum,cũ impietate maxima.Quòd si cui hęc contẽnenda videntur,sciat se primò scelestũ esse impurúmq;:dein obnoxium diris vlricibus,per occasionẽ exacturis inclementer pœnas debitas tãtis sceleribus:quas tametsi diuina iustitia non statim repræsentat sontibus,reddit tamen aliquãdo cum fœnore, quando maximè id è republica esse iudicat. Quartũ præceptũ commendat diem septimam,iubens eam sanctè piéq; transigi. hãc ciuitates quædam singulis mẽsibus vt festam celebrãt incipiendo numerationẽ à nouilunio:Iudæis verò sancta est septima quæq; dies:cuius rei rationem in lib.de Opific. mundi reddidimus.constat enim mũdum intra sex dies creatum:septima Deũ quieuisse à suis operibus,& approbasse quæ bene condiderat.

rat.Iussit igitur vt quicũq; hæc instituta recepissent,sicut in cæteris,ita in hoc quoq; Deum sequerẽtur,operando per sex dies, septima verò interquiescẽdo vacãdóq; contẽplationi rerum & studio sapientiæ,retractando etiam cogitatione acta præterita & rationẽ eorum à se reposcẽdo,sicubi à legum præscripto aberratum fuerat,vt in posterum cautiores essent,prospiceréntq; ne iterũ impingerent in eadem offendicula.Verũ Deo satisfuit q̃ semel creationi mundi perfectioníq; sex dies impẽdit, quia non opus habet prolixo tempore: homo autem quisq; cùm sit mortalis & multis necessariis ad vitam indigeat,impigrè debet ea donec spirat quęrere,sabbatorũ quiete se reficiens,an-nõ egregium præceptum,& ad omnem virtutem excitandam vtile,pietatem verò præcipuè?quasi dicat.Sequere semper Deum. habes exemplum & præscriptum operãdi per sex dies, qui numerus sufficit vel mundi fabricæ.habes item aliud exemplum philosophandi & examinandi quæ facta sunt, quod ipse quoq; imiteris contemplando siue tua siue naturæ opera,& quantum quodq; ad felicitatem cõferat.Ne discedamus igitur ab his optimis vitæ tũ actiuæ tum cõtemplatiuæ formulis:sed eas semper intuendo imprimẽdóq; nostris mentibus, conemur effingere in omnibus quæ agẽda dicẽdáve sunt, duntaxat quantum mortalibus licet ad immortalis similitudinẽ accedere. cæterũ quomodo intelligatur intra sex dies mũdum creatũ à Deo, qui nõ opus habet tẽpore,alibi hanc allegoriã explicauimus.certè septenarij priuilegiũ ostẽdunt mathematici,summa cura perquisitum & diligẽtia.nam hebdomas pro suæ natura qua reliquos antecellit numeros est virgo matre carẽs valde familiaris vnitati & principio,& planetarum idea, sicut vnita est idea sphęræ cõtinentis fixa sidera.nã ex vnitate & hebdomade constat cælum incorporeũ,exemplar huius cęli visibilis.compactũ est autẽ cælum ex natura indiuisibili & ex natura diuisibili.indiuisibilis primã summámq; sortita est circũferentiam circuli fixorum siderũ,quem tutatur vnitas diuisibilis secunda est tum viribus tum ordine,ad hebdomadis curã pertinẽs scissáq; sex limitibus,septẽ quos planetas & errones vocãt, efficit:cùm tamẽ in cælo nihil sit errori obnoxium,propter beatã, felicem,diuinámq; huius naturã ab omni errore alieniſsimã. proinde cæleſtia semper sui similia currũt recurrúntq; perpetuò, nullã prorsus mutationẽ admittentia,sed quia cursum tenẽt indiuisibili & extremæ sphęræ contrarium, parum propriè sidera erratica

cogno

cognominata sunt ab hominibus temerariis, suummetipsorũ errorẽ illis ascribẽtibus,quæ in summi imperatoris militia nũ quam deserunt ordinem.his atq; aliis pluribus de causis honoratur septenarius,sed ob nullam magis quàm q̃ per hunc numerum manifestatus est pater vniuersitatis & conditor:in quo ceu in speculo mens cõsiderat Deum fabricantem mundum & quicquid eo continetur,regentémq; sua prouidentia. Sequitur quintum præceptũ de honorãdis parẽtibus situm in duarũ tabularum cõfinio,cùm enim in prima sit vltimũ,coniũgit ambas, priori secũdam applicans complexã ius quod nobis intercedit cum hominibus,quod ideo factum arbitror,quia parẽtum natura videtur mortalis & immortalis essentiæ confinium: mortalis propter cognationem cum hominibus & cæteris animantibus,& propter corpus corruptibile:immortalis verò,quia gignendo refert Deum genitorẽ omnium. Sunt igitur qui alteri parti addicti,alteram videntur contemnere.pleni enim pietatis desiderio,relictis aliis negotiis,totam vitã dedicant diuino cultui:alij contrà,dum nullũ esse ius præter humanũ existimant,solam curãt societatem hominũ,bona sua cũ quibuslibet communicantes liberaliter,& mala illorum subleuãtes pro viribus,illos Dei amatores,hos hominũ,rectè dixeris,semiperfectæ virtutis homines.integri enim ab vtroq; probãtur genere. cæterùm qui nec de hominibus bene merẽtur læti eorũ prosperitatibus,cõdolentes aduersitatibus,nec pietatẽ sanctitatémq; suspiciũt,possunt videri mutati in ferarũ ingenium: inter quos primas ferent qui parẽtes suos negligũt,vtriusq; partis hostes, tum eius quæ Deo,tũ eius quæ hominibus se approbare vult, sciãt igitur se dãnatos pro duobus tribunalibus, quæ sola sunt naturalia:impietatis apud diuinũ q̃ secũdos post Deum autores vitæ suæ nõ tractant ex officio,inhumanitatis verò apud humanũ.cui enim benefacient qui proximos & optimè de se meritos vilipendũt,quibus nulla potest referri gratia nõ inferior acceptis beneficiis.quo modo enim natus genitorem suũ poterit vicissim gignere.quam eximiam prerogatiuã natura dedit parẽtibus, nunquã cõpensandam à liberis.proinde indignissimum fuerit, si qui ne omnibus quidẽ officiis possunt gratitudini satisfacere,grauẽtur præstare vel minima.Eos sic libet alloqui.Feræ debent cicurari ab hominibus, & licet nonnunquã videre mãsuefactos leones,vrsos,pardos, blãdientes nõ solis cibũ præbẽtibus,sed aliis etiã,opinor quia vidẽt eos illis similes decet

decet enim deteriorẽ sectatorẽ esse potioris, in spem profectus futuri. nũc cogor contrariũ dicere. vos cũ homines sitis quasdã feras imitamini. illæ pro accepto beneficio norunt gratiã repo nere.Canes domos custodiunt,& cadunt pugnãdo pro dominis circũuentis aliquo repẽtino periculo.alij gregib⁹ seruandis adhibiti,vsq; ad mortẽ decertant pro salute pecorũ, ne damnũ accipiant pecuarij.& non fatebimur probrũ esse lõgè turpissimũ, hominem gratiis natũ gratitudine superari à cane audaci aspe ráq; bestia?quòd si à terrestribus virtutẽ hanc non discimus,eamus ad volucres præpetibus pennis vltro citróq; volitãtes per aërem.discamus ab his saltẽ quid nos deceat.Ciconiæ senes impotes volandi nido se continent: ex his prognatæ terra mariq; volitant & cibos parentibus afferũt.Sic illæ vt earũ ætate dignũ est,quiete fruuntur & copia:iuniores verò laborem cõportandi solantur pietate ac spe recipiendæ in senectute gratiæ,debitum persoluẽtes interim quod tempus postulat: & eadẽ opera natos implumes effœtósq; parentes educant,naturæ instinctu,& pullis & decrepitis alacriter præstãdo mutuum officium.& postea non obuoluent faciem præ pudore homines parentũ contẽptores,damnabúntq; suam incuriã in re quæ vel sola erat curanda, vel ante alias,præsertim cũ non tam cõferatur quàm referatur beneficium? Filiorũ enim nihil est proprium,quod non parentibus debeant,à quibus vel acceperunt, vel in acquirẽdo adiuti sunt. Habẽt-ne igitur pietatem ac sanctitatem principales virtutes in anima,an etecerunt eas è pectore? Deo enim subministrant parẽtes in gignendis liberis.Cęterùm qui ministrũ spernit,spernit & principem.& sunt qui audacius exaggerantes nomen parentũ,aiunt patrem matrẽmq; deos cõspicuos,illius ingeniti imitatores fingendis animãtibus:hoc vno differre,quod Deus sit mundi genitor,hi verò filiorum tãtummodo. nec fieri posse vt pius sit erga illum inuisibilem, qui erga hos cõspicuos est impius.Hoc præceptũ de honorãdis parẽtibus claudit priorem illum diuinũ quinarium. alterũ verò scripturus legislator interdicta continentem & spectantem ad homines, orditur ab adulterio,vt peccato grauissimo.fontem enim habet amorẽ voluptatis,quę & corpus atterit,& robur animi resoluit,& rem familiarem absumit,quicquid attigerit more ignis aduręs,& nihil saluũ relinquens in vita hominũ.hæc adultero persuadet vt non solũ ipse peccet,sed & alios ascisçat in culpæ societatẽ nefariam & aduersam societati legitimæ. percitus enim hoc cęstro

non potest solus explere cupiditatẽ,sed opus est omnino vt duo sint,alter quasi magister nequitiæ, alter discipulus rei turpissimæ.nec enim solũ corpus mulieris impudicę vitiatur,sed si vera fateamur, multò prius animus assuescit malis moribus discẽs modis omnibus auersari maritũ & odio prosequi:quod tamen malum leuius multò esset si non dissimularetur.nam quæ sunt in propatulo,cauentur facilius. Nunc verò vix vllus suspicioni locus relinquitur,adeò se malis artibus celat & obumbrat ne deprehendatur,plerunq; prę se ferens affectum contrarium, & mirificis præstigiis opinionem amoris sibi cõcilians.eadem certè opera subuertuntur tres familiæ.is cuius coniugium violatur,nuptialia vota perdidit & spem prolis legitimæ. nec minus incommodi accipiunt reliquæ duæ domus,adulteri & adulteræ,quandoquidẽ ambæ replentur dedecore,contumelia, probrisq; turpissimis.Quod si numerosæ fuerint istæ familiæ multis cognationibus affinitatibúsque implicitæ, totam ciuitatem accendet hoc flagitium obambulans per ora ciuium. permolestum est enim dubitare de liberis:& quoties parum integrè seruatur vxoris pudicitia, verus pater certò cognosci non potest: itaque dum res in obscuro latet,adulterini subrepunt pro legitimis,alienarum familiarum synceritatem deprauant,hæreditatem,vt tunc videtur paternam,alioqui nihil ad se pertinentẽ, vsurpant. Et adulter postquam illusa muliere despumauit feruentem libidinem,& expleuit nefariam cupidinem, abit ridẽs læsi mariti ignorantiam: at ille tanquam cæcus nihil sciens de fraude domestica,vt propriam sobolẽ indulgenter habebit natos ex infensissimis sibi hominibus.Quòd si detegatur iniuria, miserrimi erunt licet insontes pueri,in neutro accẽsendi genere,nec mariti,nec adulteri. Tales calamitates cùm proueniãt è concubitu illegitimo,non mirum si adulterium res probrosa& inuisaDeo primum locum inter peccata obtinet.Secundò verò interdicitur homicidiũ.cùm enim natura gregale ac cõpascuũ. edidisset illud mansuetissimum animal. ad consensum & societatem inuitauit,dato eis sermone,quo magis cõciliarentur conspirarẽntq; moribus. proinde quisquis occidit alterum,sciat se naturæ ius fásq; subuertere,scriptum ad omnium vtilitatẽ publicam:sciat etiã se cõmittere sacrilegiũ, sublata è possessione Dei re sacratissima.quid enim tã religiosum tam sacrũ est quã homo?aurum,argentum,gemmæ,aliæq; pretiosæ materiæ,inanima ornamenta sunt ædificiorum perinde anima carentium.

homo

homo autem animal optimum,potiore parte sui cælo cognatũ purissimo,& vt pleriq; arbitrantur ipsi mundi conditori, propius accedit ad illius felicis sempiternæq; ideæ imaginẽ quàm vlla terrestris natura,propter mẽtem acceptam diuinitus.Tertium in secũdo quinario præceptũ est:Ne furtũ facias.qui enim alienis inhiat,hostis publicus,voluntate omnes,vi quotquot valet spoliat,cupiditatẽ extendens longissimè, viribus autem deficientibus contrahens,vt ad paucos perueniat.itaq; fures potestatem adepti populantur ciuitates integras,contemptis supplicíis,quia videntur sibi potentiores legibus.hi sunt qui à natura insitum habent paucorum dominationis desiderium, & dynastias tyrannidésq; appetũt,qui magna furta faciunt, latrocinia tegendo honestis nominibus principatus& imperij.ideò discãt statim pueri manus à furtiuis lucris abstinere minimis etiam, quia diuturna consuetudo potẽtior quàm natura fit, & ni malũ nascens inhibeas,crescit in immensam magnitudinem.Post vetitum furtum mox vetat falsum testimoniũ,non ignarus falsos testes,multis magnísq; molestiis sese inuoluere. Primò sanctã veritatem violant,qua nihil est in rebus sacratius,solis in morẽ illustrante negotia,ne quid eorũ in obscuro lateat. dẽinde notitiam rerum quasi nocte quadam tegunt & caligine, & iniustos adiuuant aduersantúrq; iniuriam patientibus,dum quæ nec viderunt,nec audiuerunt,nec cognouerunt.se certò scire,& probè tenere asseuerant.addunt& tertiũ peccatũ peius prioribus.quoties enim desunt argumẽta aut probationes quæ ex scripto fiũt, ad testes recidit cõtrouersia,quorũ verba pro regula sunt iudicibus pronũciaturis sententiã. Necesse est enim vt his solis attendatur,cũ nemo adsit index alius.hinc fit vt qui litẽ perdunt grauati testimonio,iniuriã patiãtur cũ potuissent vincere: & iudices iniquitatis non iusticiæ opinionem lucrifaciãt. Ad hæc etiã cum impietate fraus ea cõiuncta est.nõ est enim moribus receptum vt iniurati iudicent, sed sacramenti religione obstricti, quam tamen impostores magis violant quàm qui decipiuntur: quandoquidem hi labuntur per ignorantiam, illi de industria technis vtuntur & peccant libenter.corrumpúntq; suffragia, vt interdum ab insciis mulctentur qui nullam pœnam meruerũt. hæ sunt opinor,causæ propter quas prohibetur falsum testimonium, Postremò verat concupiscere, quòd concupiscentia res nouas moliri,&alienis bonis insidiari soleat.Omnes enim perturbationes animi graues sunt,concitantes eum& dimouentes

ab ingenio sanitatéq; pristina, sed nulla æquè nocet ac cõcupiscẽtia. quãobrem aliæ videtur externæ inuitis & insciis obrepere, hæc verò sola in nobis oriri, & quidẽ volentibus, dicã apertius, quoties se offert rei cuiuspiã expetendæ imaginatio, expergefacit excitátq; quiescẽtem animã, arrectã velut oculis præstrictis fulgure. is eius affectus voluptas dicitur. ediuersò quod malum & fugiendũ est, quando sauciat animã, confestim eã replet mœstitia: qui affectus dolor nominatur. at quando malũ nondũ præsens præmit, imminet tamẽ, pauorẽ præmittit abominandũ nũtium quo territet, qui & timor dicitur. quoties autẽ aliquis de absente bono cogitãs habere id cupit, in longũ animã porrigit extendens eã vt possit rem adamatã attingere, tanquã in orbiculari machina semper sequendo nunquã assequendo: quod spectamus in cursoribus, quando præcurrentẽ tardior peruicaciter insequitur. Simile autẽ quiddã & circa sensus accidit, nõnunquã oculi rem aliquã longè remotam cernere cupiẽtes, plus satis & supra vires intenti frustrantur, nec valent eam exactè cognoscere, & insuper hebetantur conatu suo nimio. sic & fremitus obscurus auribus è lõginquo allapsus eas excitat cupidas rem cognoscendi propius, & sonitũ percipiendi clarius, tamen quò est obscurior & quò minus augetur, eò magis accenditur desideriũ nihil proficiens, concupiscentia pœnas dante haud secus quã de Tantalo narrant fabulæ poëticæ. fertur enim eum quicquid appetit frustra velle tãgere, rebus per ludibriũ tantũ nõ è digitis elabentibus: illum verò nihilominus impotenter eas concupiscere, sitientẽ ea quæ se quo minus satietur subducunt hianti & anido, sesẽq; huc illuc extẽdenti more serpiginosi vlceris, quod ni sectionib⁹ cauteriisve reprimatur, totũ circũquaq; corpus occupat, nec vllã partem incontactã præterit. ad eundẽ modũ nisi ratio philosophica ceu bonus medicus cohibeat diffundentẽ se concupiscentiã, totam vitã perturbabit necessariò. cuncta enim sine exceptione subiiciuntur huic vitio, sed nunquã magis insanit quã cùm nacta est licentiã, quãdo in omnibus facit omnia. Id quia satis liquet, non est opus verbis pluribus, cùm nemo nesciat, nulla ciuitas ignoret exempla quotidiana, imò quæ penè singulis horis fidem nobis astruunt. Pecuniarum amor, aut fœminæ, aut gloriæ, aut cuiusvis rei facientis ad voluptatem paruãsne ac vulgares calamitates inuehit? nõne amicitias dirimit, etiam cognatos è beneuolis reddens infensissimos. nónne hinc & regiones populosæ desolantur intestinis seditionibus? nónne hoc

hoc pacto terra maréque replentur nouis tumultibus & cladibus vltro citróque illatis vel naualibus vel terrestribus prœliis: nam græcorũ barbarorúmq; bella tam contra suos quàm cõtra diuersi generis homines gesta. omnia manarunt ab vno fonte; concupiscentia pecuniarũ aut voluptatis aut gloriæ. Hæc enim sunt fatalia mala hominũ. Et de his hactenus. Illud quoq; scien dum, decem hęc præcepta esse summariũ legum speciatim proditarum in toto legislatoris sacro volumine. nam primũ caput est de legibus ad monarchiam pertinentibus. hæ docent vnum esse conditorem mundi regémque ac gubernatorem, qui regat omnia salubriter, paucorum aut vulgi dominatũ esse peruersas cõstitutiones reipublicæ, inductas à malis & astutis hominib⁹ per ambitionem auaritiámq; libertati ciuium insidiãtibus, cæterùm in cælo purissimo nihil reperiri simile. secundũ caput cõtinet omnia quæ spectãt ad manufactã simulachra, statuas deorũ bráq;, & in vniuersum quicquid è pictorũ fictorúmq; noxiis officinis in templa trãslatum dedicatur: quo diserte cauetur nè admittant figmẽta fabularum de deorũ connubiis & natalibus, & qui hinc oriũtur variis casibus. Tertio præscribitur, quas ob res vbi, quando iusiurandũ interponi debeat, à quo & qualiter affecto vel animo vel corpore, tum quid rectè secúsve iurantes maneat. Quarto verò de festis diebus & sabbãtis in summa præcipitur, déque votis, sacrificiis, atquè purificationibus & cæterò cultu religioso numinis. Sabbatum voco diem septimum annumerato senario fœcunditati proprio, cui accedit septimus vnitati similis, quibus numeris ambobus festa dinumerantur: vnitate quidem sacrum nouilunium in quo tuba canitur, & ieiunium in quo à cibo potúque abstinetur, & quod patria Hebræorum lingua pascha dicitur, quando populariter singuli sacrificant non expectatis sacerdotibus, ipsi permissu legis fungentes sacerdotio quotãnis per vnum diem destinãtum huic negotio: quãdo etiam offertur manipulus gratiarum actionis pro vbertate cãporũ & frugũ abundantia. ab eo septies septimus, hoc est quinquagesimus, Pentecoste Græco & vsitatiore vocabulo: quãdo panes offeruntur primitiarum nomine conuenientissimo, quoniam primũ hoc inter alimenta mitia prouenire Deus voluit in vsum hominis animalium mitissimi. septenario verò attributa sunt festa maiora quę plures dies postulant, tunc cùm annus distinguitur duobus æquinoctiis, verno autumnaliq;, & septeni dies festi agũtur: verno tempore vt segetes ad maturam

frugem perueniãt:autumnali,vt omnes arborei fructus colligantur conuehãturq; feliciter.septeni autem dies dantur his festiuitatibus propter menses septenos vtriusq; æquinoctij: vt cuiq; mensi honor suus contingat otio hilaritatéq; vnius diei. eodem pertinẽt & aliæ leges pulcherrimæ,quæ inuitant ad mã suetudinem,societatem,modestiam,& ius exæquãdum cunctis pariter:qualis est de septimo quoq; anno, quo indicitur totius agriculturæ intermissio,ne quis serat arétve, néve putet purgétq; arbores,aut quicquã rustici operis faciat.Visum est enim irreprehensibili legislatoris ingenio dignũ præmiũ sex annis fartilitatis locorũ mõtanorum & cãpestrium,remissio hæc laboris & ad respirãdum libera vacatio.Nec dissimilia sunt quæ præcipiũtur de anno quinquagesimo,qui nõ solũ habet modò dictum septimi priuilegium,verũetiam restitutionẽ rei familiaris in integrũ,necessariã sanè plenámq; charitatis ac iustitiæ.In quinto capite de honore parẽtum multæ leges subindicantur perinde necessariæ,spectãtes ad seniores iuniorèsq;, ad magistratus & subditos,ad benemeritos & affectos beneficio, ad seruos & dominos.parẽtes enim censentur in potiore ordine,in quo seniores,principes,benefactores,domini:liberi verò in deteriore,in quo iuniores,subditi,beneficio deuicti,seruíq;. multa enim præcipiuntur,iuuẽtuti de fouendis senibus,senioribus verò de instituendis iuuenibus.item subditis de obedientia magistratibus debita,his verò de curãdis subditorum commodis.his qui beneficium acceperũt,de referenda gratia,de nõ expectanda verò his qui gratis debent esse benefici, ne sint fœneratoribus similes.à seruis exiguntur officia charitatis erga dominos,ab his vicissim humanitas & clementia,vt bene inter se comparãtur impares.Hactenus capita quinarij primæ tabulæ,speciatim non exiguum complectẽtis legum numerum. In sequenti primum caput mœchis opponitur,multa instituta cõtinens,contra stupratores,contra puerorũ amatores, contra lasciuiæ deditos & illegitimis incestísq; concubitibus.Quorum formas non ideo retulit in literas,vt indicaret multiplices libidines,sed vt eo magis imponeret pudorem turpiter viuẽtibus, exprobrando eis pudenda dedecora.Secundum caput vetat homicidium,quo comprehenduntur leges de vi & iniuria,de mutilatione.plagis,vulneribúsq;, omnes necessariæ perutilésque reipub. Tertium verò fures cohibet,ad quem ordinem pertinent qui fraudant creditorem vel depositum abnegant,qui peculan

culãtur,qui prædãtur,in summa quotquot prę auaritia clámve palámve aliena vsurpant. Quartum est de falsis testibus, quo etiam multæ leges continentur,de non decipiendo, de nõ calumniando,de non adiuuandis malefactoribus, de non cælanda perfidia prætextu fidei,quę omnia legislatori curæ fuerunt. Quintum reprimit cõcupiscentiam fontem iniquitatum,vnde manat quicquid cõtra ius fit priuatim ac publicè, siue paruum siue magnum,sacrum profanúmve ad corpus animúmve,résve externas attinens.Nihil enim,vt iam antè dixi,potest euadere vim concupiscentiæ,sed tãquam flamma ligneam materiam, depascitur absumítq; omnia:eius quoque multæ species coërcentur præceptis & monitis, vt corrigantur emendabiles,contumaces verò puniantur,per totam vitam malo huic obnoxij. Hæc & de posterioris tabulæ quinario dixisse sat erit ad explẽdum decalogum,sacrosancto Dei proditum oraculo.eius enim naturam decuit,capita legum specialium ore proprio canere, leges verò ipsas per prophetam absolutissimum electum ex omni optimatum numero,repletúmque diuino spiritu,quo interprete oraculorum vti placuit. De cætero addamus causam, cur in his decem præceptis siue legibus contentus iubere vetaréq;,secus facientibus nullam pœnam decernit, quemadmodũ solent alij legislatores statuere.Quia Deus erat,& consequenter bonus dominus,solorũ bonorum autor, mali verò nullius. Proinde existimauit nihil magis naturam suam decere, quàm vt salutaria præcepta daret pura non admistis pœnarum terroribus,ne quis imprudens metu malo cõsultore vsus inuitus pareret,sed potius vt sapiens rationem voluntatémq; spontaneã secutus verteret se & applicaret ad id quod est optimũ: ne quis putet ideo de pœnis silere oracula,vt qui peccant impunitatem sibi polliceantur:sed magis cogitet assidere Deo iustitiam, inspectaréque quicquid agunt homines,nec dissimulare vt naturã infensam sontibus,& ex officio plectentem iuris violatores. hoc enim est proprium ministris Dei potentiis,vt quemadmodum in militari sit imperio,seuerè animaduertant in desertores ordinum.ipse verò magnus rex gaudet appellari conseruator custósque pacis publicæ rerum vniuersarum: fructus pacis omnibus vbique largiter copioséque suppeditans.Nam reuera penes Deũ cura pacis est,belli verò penes eos quibus ille subpræfectis & ministris vtitur.

De iureiurando religionéq;, De sacro sabbato, De honore habendo parentibus, ad tria decalogi capita referendis, tertium, quartum & quintum.

IN Libro qui hunc præcedit proximus, accuratè introspeximus duo capita quæ in decem præceptis prima numerantur, de non colendis aliis diis præter vnum cuius imperio parent omnia, & de non fingendis simulacris: vbi etiam de legibus speciatim ad ea spectantibus dictum est. Nunc de tribus deinceps sequentibus disseremus, speciales leges adaptãdo his similiter. Horum trium primum admonet, ne Dei nomine abutamur in vanum. Nam quicquid vir bonus asseuerat, perinde ac iurato credi debet, cũ verbum eius firmum sit ac rigidum, nullo mendacio flexile, veritate in qua fundatur subnixum. Quòd si rei necessitas religionem iurisiurãdi postulet, magis decet iurare per patris aut matris sanitatem & senectutẽ prosperam si viuunt, aut si defuncti sunt: per eorũ beatã memoriã. sunt em̃ effigies & simulacra diuini numinis, qui liberos ad vitam produxerũt de nihilo. Extat scriptũ in legibus prisci cuiusdam celebrati sapientiæ nomine: Deierato per religionẽ patris tui: opinor vt hoc præcepto prodesset posteris, docens quomodo parentes honorandi sint, pietate vt bene meriti, religione verò vt à natura cõstituti principes, & quòd non temere Deus nominandus sit. Illis quoq; laus debetur, qui quoties vrgentur sacramentum dicere, cunctando tergiuersandóq; religionem incutiunt nõ solùm spectantibus, sed & ad iurãdum prouocãtibus. solent enim quidam vbi hoc solũ protulerint, Ita me adiuuet, reliquũ ex abrupto subticere, nihil addentes amplius, nec absoluẽtes formulam. Potest enim suppleri si libeat, nõ statim addẽdo: Altissimus aut summus rerum cõditor, sed rellus, sol, cælũ, mundúsve. Sunt enim hæ creaturæ præcipuæ, nimirũ antiqores nostro genere, sempiternæq; omnis expertes senij, sic volẽte cælesti numine. alij verò tam faciles sunt ad iurãdum & temerarij, vt præteritis nimia propera-

ration

ratione creaturis omnibus, ad ipsum creatorẽ patrémq; vniuersorum audeant illotis pedibus irrũpere, nõ habita ratione locorum & temporũ, nec soliciti quàm ipsi puri sint animo & corpore, non expẽdentes negotium, quasi linguã à natura sibi datã deberent ad vsus nefarios vertere: atqui satius erat hoc instrumento pulcherrimo, quo interprete animi subsistit hominũ societas, vti ad honorẽ & reuerẽtiam prędicationémq; omnipotẽtis numinis, nunc intantũ valet impietas quorũdam, vt vel religiosissima nec sine horrore audienda Dei nomina congerãtur aceruatim per summã impudentiã: quasi euicturi sint crebris deierationibus, vt sibi credatur, fatui qui nõ intelligunt consuetudinem crebro iurandi argumentũ esse perfidiæ nõ fidei, duntaxat prudentiorum iudicio. Quòd si necesse fuerit quacũq; in re saluis legibus iusiurandum interponere, sanciatur id modis omnibus ne quid impedimẽto sit quo minus incertæ rei cõtingat notitia: præsertim si non agitur implacabili odio, aut amore insano, aut impotẽti concupiscentia, qui affectus menti sanitatem adimũt, ne videat quid oporteat vel dicere vel facere: sed sobriè certáq; ratione ad iurandum acceditur. Quid enim est melius quàm per totã vitam abstinere à mendacio, & id approbare Dei testimonio? siquidem iusiurãdum nihil est aliud, quã in re ambigua Dei testis citatio. id ni fiat in veritatis fauorem, scelus est haud expiatu facile. Qui enim hoc admittit, si nõ verbis, certè re ipsa occlamat Deo, Te prętexo iniustitiæ meę, quia pudet haberi pro malo & improbo, fer opẽ, in te culpã meam recipe. sic enim mihi salua existimatione peccare licebit. Quæ verba nõ dictu modò, sed & cogitatu, sunt nefaria. id enim obsequium præstare grauaretur, nõ dico Deus alienus ab omni vitio, sed vel pater vel patruus, ac ne ad aures quidem admitteret, modò esset homo educatus liberaliter. licet igitur omne iusiurandum confirmare, in quo res honestæ vtilésq; vertũtur, & quo prudenter iustéq; vtilitati vel priuatæ vel publicæ consulitur. Huc pertinent & vota legitima, quibus in præsens aut in fururum bona petuntur. nam qui malum propositũ iureiurando sanciunt, quid sanctum sit ignorant, iurant se commissuros furtum, sacrilegium, stuprũ, adulterĩũ, homicidium, aut aliud simile: móxq; ne periuri habeantur, cõmittunt, quasi nõ melius Deóq; gratius sit tale periurium, modò seruẽtur leges per manus acceptæ à maioribus, de colenda iustitia virtutibúsq; cæteris, sine quibus nec societas hominũ, nec naturæ iura possunt in

tuto consistere,siue sequatur periurium siue nõ.Proinde quisqs iuratus iura violat,sciat se nõ peierare quidem,attamẽ ea pessum dare,ad quæ constabilienda iusiurãdum inuentũ est. addit enim culpæ culpã dum sacramento abutitur,cùm debuisset potius abstinere à maleficiis.abstineat igitur,& supplex Deũ exoret,vt pro sua clemẽtia temeritati inconsultæ ignoscat qua ad iurandum prœceps actus est.nã duplicare noxam,cùm te posis exonerare dimidio,maxima est infania vix vnquam curabilis. Rursum alij feroces inhumaniq;,aut ab ira coacti molesta domina,iureiurãdo suam inhumanitatẽ confirmant,dum negant se hunc aut illum admissuros in cõtubernium vel mensæ societatẽ,aut adiuturos vllo beneficio,aut vsuros eius opera quoad vixerit.Interdum etiam vltra obitum prorogãt odia, nec sinũt mortuorũ corpora potiri iustis funebribus. Hi quemadmodũ & priores illi monẽdi sunt,vt placẽt Deum votis ac sacrificiis; quo aliquam consequãtur medicinam animę nulla ope humana curabilis.Alij iactatores & arrogantia turgidi,glorięq; insatiabiliter auidi,frugalitatẽ sibi putãt prorsus inutilem,quòd si quis submoneat vt concupiscentiis suis imperent,cõtumeliam sibi factam existimãt:contemptisq; monitoribus ruunt in delicias,risu cauillisq; ludentes in præcepta honesta vitæq; vtilissima.his si res familiaris lauta sit,iureiurãdo affirmant facturos se impensas in voluptates sine parcimonia.Verbi gratia,nuper diues quidam delicatus,à sene cognato paternóq; amico monitus, vt honestius & castigatius viueret, tulit id ægerrimè, móxq; obnoxius cõtendẽdo iurauit,quãdiu sumptus se nõ deficerint,à luxu nõ temperaturũ vel ruri vel in vrbe, sed vbiq; ostentaturũ diuitias.Atqui nõ diuitiæ sic ostentãtur,sed fastus ac luxus traducitur,quantũ ego intelligo.Reperias enim nõ paucos magnos principes affluentes apparatu copioso & inexhaustis diuinitiis,tamen interdum nõ aspernari res tenuium,fictilia, pocula, obolares panes,& oleas caseúmve olúsve vice obsonij:tum in æstate cãpestre lineũ, in hyeme crassam validãq; penulam,& cubile aliquãdo humi stratũ fastiditis spõdis eburneis,vel testudine auróq; ornatis,stragulisq; purpureis,& mẽsis luxuriosis elaboratisq; curiosè bellariis.In causa est nõ solũ eorum ingenij felicitas ac bonitas,verumetiam à tenera ætate recta institutio,ex qua didicerũt meminisse homines se magis quàm principes,& nihil humanum spernere:quam opinionem penè quotidie in memoriam sibi reuocãt,demittúntq; se à celsa pot

sa potestate ad ista humilia,& quadam tenus exæquãt subditis, ne quid offendat disparitas.Atq; ita ciuitates potentia,rerũ copia,legibus,moribus,pacéq; festa florẽtes reddũt,nulla his subtrahentes commoda,sed omnia largientes prõptè absq; inuidia. Hi sunt mores generosorum & verè principum hominũ, aliíq; his similes.At isti recens euecti ad opulẽtiam, adeptiq; multas pecunias errantis fortunæ indulgentia,veras autẽ & ne quaquã cæcas opes,quæ cõitant,è viriutibus honestísq; actionibus,ne in somnis quidem vnquam conspicati, in cæcum Plutũ inciderunt.à quo sustentati necesse est vt per cæcitatẽ viam nõ videant,deflectántq; in auia,mirentur res nullius pretij, verè pretiosas rideant,quos sacra scriptura intempestiuè iurantes non mediocriter increpat.incorrigibiles enim sunt& insanabiles,proinde ne à Deo quidẽ natura propitio veniam impetrãt. Cæterùm virginibus & maritatis vouẽdi iurãdiq; potestas admitur legibus,quòd illa in autoritate parẽtũ, hæ maritorũ esse pronuntientur,penes quos est voluntatem earum ratã habere aut irritam.nam illæ per ætatem vim iurisiurandi parum intelligunt,& opus habẽt alieno iudicio: alteræ procliuiores ad iurãdum sunt quàm ferat maritorũ vtilitas.Quapropter his liberũ est vxoris iuramẽtum ratum vel irritum facere.At viduæ caueant ne iurent temerè.Non habent enim deprecatores,nec maritos defunctos,nec parentes relictos quando migrarunt in aliam familiam:ideo iuramẽtum earum non conuellitur,destitutarum à curatoribus.Si quis autem quẽ periurum scit nõ indicat,amicitiæ,reuerentiæ,timori,plus quàm pietati tribuens. periurij pœnę fit obnoxius.Nã peccare & peccãti fauere perinde est.Pœnæ autẽ periuris partim à Deo,partim ab hominibus infliguntur:sed à Deo grauissimæ.Nõ fit enim propitius cõtaminatis eo scelere,sed vt impuros auersatur perpetuò:& meritò.Qui enim res tam serias contemnit,vicissim cõtemnitur,& referuntur paria paribus. Homines verò aut morte mulctant hos aut verberibus:seuerius dum pietatẽ læsam morte vindicãt:remissius dũ publicè flagris eos lacerãt,quæ pœna ingenuo nõ videtur morte leuior.Hæc diserte præcipiuntur,licet interpretari possint per allegoriam ab his qui occultiorẽ intellectũ considerãt.Sciẽdum igitur q; recta ratio seu sermo patris atq; mariti vim habet,sed diuersa obseruatione.Mariti. qa virtutũ semina iacit in animam tãquam in agrũ fertilem. Patris , quia consil

cdnſilia bona & actiones honeſtas ſolet gignere, prognatásquẽ educare decretis dulcibus, quæ doctrina & ſapiẽtia ſuppeditat. Mens autem aſsimilatur nunc virgini, nunc mulieri vel coniugatæ vel viduæ: virgini, quando caſtam purámq; ſe conſeruat à voluptatibus harúmq; concupiſcentiis, tum à dolore timoréq; inſidioſis affectibus, & genitoris curã reſpicit. Cæterùm quæ tã quam mulier proba ſermoni probo per virtutẽ copulatur, ſub eius ipſius degit prouidẽtia, ſeminantis more maritali cogitationes optimas. Cæterùm quæ anima deſtituta fuerit & parẽtela prudenti, & recti ſermonis coniugio, viduata pulcherrimis prælidiis & deſerta à ſapientia, viuẽnsq; vitam obnoxiam, tenetur quo ſe obſtrinxit vinculo, nõ habens medicũ à quo curetur, nec maritũ conuictorem, nec patrẽ genitorem, ſermonẽ inquã ornatũ ſapientia. Eorum verò qui nõ ſolùm bona ſua partémve horum, ſed & ſeipſos deuouerũt, pretia conſtituta ſunt, nõ iuxta formam aut proceritatem aut aliud ſimile, ſed pro annorũ numero, ratione tantùm ſexus ætatísq; habita. præfinit enim lex ab anno x x. ad L x. viri pretium c c. argẽteos ſolidos. mulieris verò c x x. à quinto autem ætatis anno vſq; vigeſimũ, maſculi L x x x. fœminæ x L. ab infantia vſq; quinquennium, maſculi x x. fœminæ x I I. eorum verò qui ſexageſimum vitæ annum exceſſerũt, ſenis ſexaginta, anus quadraginta ſolidos. Cur autẽ pariter omnes eiuſdem ætatis & omnes eiuſdem ſexus æſtimati ſint, tres cauſæ afferuntur valde idoneæ. Vna, quia par & ſimilis eſt votorum dignitas, ſiue magnates ſiue humiles voueant. altera verò, quia aut æquum videbatur vota facientes æſtimari eiſdem cõditionibus quibus mãcipia venalia. in illis enim ſpectatur pulchritudo & bona habitudo corporis, vileſcentibus ſi iſta defuerint. Tertia cauſa eſt præcipua, quia apud nos imparitas honoratur, apud Deum paritas. Hactenus de hominibus, cęterùm de pecudibus hæ leges habentur. Si quis ſelegerit pecudem, quæ ſit ex aliquo trium generũ purorum ad ſacrificium, bouem, aut ouem, aut capram, illam ipſam ſacrificet, nec ſupponat vel deteriorem pro meliore, vel meliorẽ pro deteriore. Nõ gaudet enim Deus carnibus & adipibus animaliũ, ſed vouẽtiũ innocẽtia pióq; propoſito. Quòd ſi ſuppoſuerit, mactet pro vna duas victimas, & eam quam dudum vouerat, & ſuppoſititiam. Quòd ſi deuota pecus impura ſit, adducatur ad ſacerdotẽ probatiſsimũ. Hanc ille quanti ſit æſtimet æquo pretio, & inſuper quinta parte eius pretij, ne quid deſit ſi ſubſtituẽda ſit pura victima

ctima. Eadem opera mulctatur etiã & pudeſit vouẽtibus incogitãtia, qui per errorẽ animal impurũ vouerit, fortaſsis offuſcante mentẽ perturbatione quopiam. Si quis autẽ domũ vouerit rurſum ſacerdotẽ æſtimatorẽ adhibeat. Emptor autẽ ſi eſt ipſe qui vouit, nõ ſolùm perſoluat æquũ pretiũ, ſed & quintam partem ſuperaddat, quo mulctẽtur duo vitia, temeritas & cupiditas, in vouẽdo temeritas, cupiditas in repetẽdo quæ ſemel alienata fuerãt. Sin alius emerit, nihil addat vltra æquã æſtimationem, Cæterùm qui vouet non differat diu res votiuas luere, vel earũ pretium. Iniquum enim fuerit pacta repræſentari hominibus, Deo cui nõ poteſt referri merita gratia procraſtinari honorem debitum, & cunctando negligẽtiam detegere. quaſi cordi non ſit cultus eius numinis, à quo & initium & ſumma felicitatis depẽdet, Hæc de iureiurãdo, votísq; dixiſſe ſufficiat.

Contra mœchos & libidinoſos, homicidas omnémq; violentiã: ad duo decalogi capita referenda, ſextum & ſeptimum.

EVIT olim tempus quando philoſophiæ vacãs cõtemplationiq; mundi & eorũ quæ mundo continẽtur, fruebat optatis ac beatis mentis deliciis, ſemper conſectãdo diuina præcepta & oracula, quibus ſatiari præ auiditate nimia non poteram, his tantùm me oblectans, humile verò nihil ſapiens, gloriã, opes, voluptatésq; faſtidiens, & velut in ſublime raptus diuino ſpiritu luſtrabã animo ſolis lunæq; curſus & cæterorum cæleſtium orbiũ, interdũ deflectens ab æthere ad terrã mentis oculos tanquã è ſpecula conſiderabam terreſtria negotia cuncta, quæ nullo ſermone poſsũt explicari facilè, mactũ me iudicãs qui fortiter euaſiſſem tot calamitates mortaliũ. ſed inſidiabatur mihi grauiſsima peſtis inuidia, virtutis aduerſaria: quæ nec opinantẽ aggreſſa non prius deſiit deorſum trahere, quàm vi coniecit in profundũ mare curarũ ſpectantiũ rempublicã, quibus iactatus ne nunc quidẽ ena tare valeo. Gemẽs tamen eas ſuſtineo. ætatis primę ſtudia pertinaciter animo hærentia deſiderãs, quorũ amore memoriáq; in miſeriis

miseriis recreor atq; subleuor. Propterea nonnunquã caput attollo & oculis animę, licet hebetatis negotiorũ parum gratorũ caligine, circumspicio, ſicunde ſe pura lux offerat. Quòd ſi quãdo non expectanti mihi cõtingit vel breuis trãquilitas ac quies à tumultuatione rerum ciuilium, tãquam alatus tantũ non per aërem volito aſpiráte aura ſciẽtiæ: quæ me ſæpe incitat vt ad ſe transfugiã, ſecúmq; degã impoſterũ, deſertis immitibus heris, non tam hominibus, quàm negotiis aliis aliunde in morẽ torrentis affluentibus. Verùm oportet hoc quoq; nomine Deo gratias agere, quòd quãuis pulſer, non abſorbear tamẽ huiuſmodi fluctibus: atq; etiam mentis oculos, quos quidã vt cæcatos iam deplorauerãt, aperio admittóq; lucem ſapientiæ, ne totam vitã in perpetuis tenebris quaſi damnatus exigã. Ecce audeo nõ ſolùm tractare ſacra Moſis eloquia, verumetiam, diligẽter ſingula introſpicere, & quęcunque non ſunt multis cognita, reuelare ſpectandáq; proponere. & quoniã è decem præceptis, quæ Deus ipſe abſq; propheta interprete ore ſuo prodidit, explicauimus quinq; ſcripta in priore tabula, ſpecialésq; leges tẽdẽtes ad eũdẽ terminũ, ſuperſuntq;, reliqua in poſteriore contenta illis attexenda quãtum poſſumus, conabor iterum ſingulis generibus ſuas leges ſpeciatim adaptare. In ea tabula primum mãdatum eſt, non mœchaberis, vt opinor, quoniam vbiq; terrarum voluptas pollet plurimũ vt potẽtiam eius terra mariq; atq; in aëre nihil queat effugere. imperat eũ terreſtribus, volucribus, aquatilibus, libenter imperata faciẽtibus, atq; adeò nutus eius obſeruantibus & arrogãtes ſuperbósq; fremitus, & hos quoq; cupidè prævertentibus mirifica celeritate miniſterij. Incidit tamẽ etiã naturalis voluptas in reprehẽſionem, propter vſus immodicos: ſicut lurcones inſatiabiles, etiãſi à vetitis cibis abſtineãt, & vxorij plus ſatis indulgẽtes laſciuiæ, etiamſi ab alienis toris ſibi tẽperent. Verũ hæc culpa eſt corporis magis quàm animæ, vt vulgus putat, dũ internus calor abſumptis alimẽtis è proximo humorẽ aliũ attrahit, cuius fluxus deriuatus in genitalia, pruritus titillationésq; irrequietas excitat. Cæterùm qui in vxores aliorum, interdum & amicorum inſaniũt, & in damnum proximorum viuendo familias numeroſas adulterare conãtur, coniugaliáque vota irrita facere, & ſpem poſteritatis abrumpere, laborant inſanabili morbo animæ, capite plectẽdi vt publici hoſtes humani generis ne impunè plures domos contaminẽt, néve aliis exemplũ fiãt nequitiæ, quæ facilè imitatores inuenit. Quin &

& aliæ leges de cõcubitu rectè inſtitutæ ſunt. Vetitum eſt enim cõgredi non ſolùm cũ maritatis mulieribus, ſed etiam cum viduis, quòd illicitus ſit talis coïtus. Eadem lex Perſicum quoque morem execratur vt inceſtiſsimum. Honoratiores enim Perſæ cum matribus contrahunt matrimonia, & natos inde arbitrantur nobiliſsimos, regióq; (vt ferunt) dignantur ſolio: quo nihil excogitari poteſt magis impiũ, cõſpurcari defuncti patris thalamam, cui maxima debebatur religio, matri exhiberi nullam reuerẽtiam, filium eundem & maritum fieri, matrem vicisſim vxoris nomen aſſumere, communes liberos patris quidem fratres, matris verò nepotes cenſeri. Hãc prolis ſuæ matrem ſimul eſſe ac auiam, illum filiorum patrem & germanũ vterinũ. Accidit tam ſceleſtũ facinus apud priſcos Græcos Thebis Oedipodi Laij filio, non ſponte tamen, ſed per ignorantiam, nihilominus tantam vim calamitatũ ſecum attulerũt hæ nuptiæ, vt nihil reliquum factum ſit ad ſummum miſeriarũ cumulum. Sequuta ſunt enim cõtinua bella, tum externa tum ciuilia, velut hæreditario iure filiis nepotibúsq; à maioribus tradita, quæ vaſtitates induxerũt maximis Crẽciæ ciuitatibus, ſtrages exercitibus eorúmque auxiliis, ducibus partium continua funera, & in his fratribus de regno implacabiliter contendentibus cædes mutuas, vnde nata eſt non ſolúm familiarum patriarúmque, ſed etiam ex maiore parte Grẽcanici generis pernicies. Nam vrbes antea populoſæ, euacuatæ ſunt, reliquiis modò calamitatum ad memoriam, & miſerum ſpectaculũ ſuperſtitibus. Ac ne Perſæ quidem, apud quos hoc receptum eſt, expertes ſunt cladium ſimilium. Semper enim atterũtur expeditionibus atq; præliis dum cædunt cæduntúrq; inuicem, nunc incurſando finitimos, nunc populatores arcendo à ſuis finibus. E' multis enim locis hoſtes in eos cooriuntur, quòd natura inquieti ſint barbari. Itaque vix dum finito præſenti tumultu, alius naſcitur, vt nullum anni tẽpus vacet à militia, & ſæpius in caſtris ſub diuo degant miſeri quàm in oppidis, eò quòd pace careant. Omitto illas ingentes regum felicitates regnum auſpicãtium à fratricidio, videlicet præſagientiam fraternas inſidias, ne gratis ſceleſti videantur. Quæ omnia contingere opinor propter incõuenientiſsima cõnubia filiorum cum matribus, iuſtitia rerum humanarum ſpectatrice vlciſcẽte impietatem nefariam. Nam habendi ſunt impij non ſolùm qui talia flagitia perpetrant verumetiam qui aſſentiuntur patrãtibus. At noſtra lex tantam cautelam adhibuit

in

in hoc negotio,vt ne à priuilegio quidē post patris obitum nouercam duci permittat,tum ob patris reuerentiam,tū quia nouerca & mater cognatæ appellationes vidētur:tāto magis à matre oportet abstinere iniuriā probrosissimā. Siquidē qui ꝓpter patris memoriam reueretur mulierē quæ quondā illius cōiux fuerat,satis apparet quòd multò magis in honorē vtriusq; parētis cùm matre nihil tētabit nouum & illicitum. Stultum enim fuerit,ratione habere dimidiati generis, integrū verò prorsus contemnere.Deinceps præcipitur,ne sororē quidem esse ducendam,honestum sanè præceptum & aptum cōtinentiæ,quamuis Athenienſis Solon hoc obseruat in vterinis tantū germanis,eodem patre prognatis relinquit liberum.cōtrà Lacedæmoniorū legislator vterinis non interdicit connubio,sed solis eodem patre genitis.At Aegyptius ridēs vtriusq; simplicitatē & semiperfecta placita, laxauit libidinē, & auxit in corporibus animisq; insanabile malum intemperantiæ,permissa licentia ducēdi sorores,siue per alterutrum parentem siue per vtrunq; cognatas, maiores pariter & minores æqualésve, ne gemellis quidē exceptis,quas natura ipso natali seiunxit,intēperantia verò societate copulauit insociabili, & malè comparata iūctura quas leges abominatus Moses sanctissimus,vt alienissimas à bene cōstituta republica,& incitātes ad omnem turpitudinē, modis omnibus prohibuit congressum cum sororibus,siue vtrunq;, siue alterum tantummodo parentem communem habentibus. Quid enim opus est deturpare pudoris pulchritudinē, & virgines nec erubescant assuefacere?quorsum autem attinet obstare quò minus affinitates iungātur cùm aliis, & intra domesticorū parietum angustias rem honestissimam includere?cū extendi ac diffundi possit per cōtinentes terras & insulas,deniq; totius orbis habitati prouincias.nam cōnubia cū exteris nouas coniunctiones faciunt,nihilo deteriores quàm cōsanguinitas.Quapropter & aliarum multarum nuptiæ sunt veritæ,neptium,consobrinarum,nurum,priuignarum seu viduarum seu virginū,siue vxore viua siue post eius obitum.non fratris patruive vxorem licet ducere,tantò minus priuignam,cui vitricus parentis loco est,& ipsa vicissim loco filiæ.nempe ex vxore huius genita.Similiter duas sorores vni marito nubere non permittitur,nec simul nec successiuè.etiamsi prior repudiata fuerit.Nam priore manente in cōtubernio,aut etiam dimissa, siue maneat vidua siue nubat alteri,nō videtur pium sororem in bona illius infelicis venire:

proinde

proinde docentur seruare iura cognationis,& non insultare cō iunctis genere,nec oblectari cū earū inimicis per obsequia mutua.Nascūtur enim inde graues zelotypiæ,& contentiones implacabiles,prouētúsq; malorum maximus:perinde ac si mēbra eiusdē corporis naturali cōpage soluta seditionibus agitarētur morbos immedicabiles & perniciem sibi quærentia. Germani autē quamuis mēbra disiuncta sint,natura tamē ac cogitatione coaptātur. At zelotypia molestissimus affectus graues calamitates secū afferre solet. Ne alienigenā quidem vxorē legislator finit in thalamū recipi,ne quādo maritus ab ea seducatur,oblitúsq; pietatis à recto itinere deflectat in deuia. Potest quidē fieri vt ipse resistat,assuetus à iuuentute ritibus patriis,& sacris legibus quas parentes inculcauerāt:sed cauendū est nō mediocre periculū, quod filiis & filiabus imminet. Fortassis enim vnius Dei cultū dediscēt illecti falsis opinionibus, quod quidē est initiū & caput extremæ miseriæ.Addit:Quòd si quācunq; ob causam repudiata,& alteri nupta,viduata iterū fuerit, siue viuo posteriore marito siue mortuo, nō habet ius reuertēdi ad priorē: cuivis nubat potius,quando vinculi oblita pristini,nouos amores prætulit veteribus,sin autē quispiā vxorē talem receperit.habeatur ignauissimus,vt cui sit exemptū è pectore vitiorū odiū, affectus ad rē tum domesticā tum publicā administrandā vtilissimus,& ipse sibi duas notas inusserit, adulterij lenociniiq;. Nam huiusmodi reconciliationes non absunt à suspicione veneficij,ideo simul cū vxore pœnas luat.Menstruorū fluxus tempore maritus vxorē ne contrectet, sed abstineat tantisper à coitu,legibus naturę in hoc obtēperās,nec cōmittat vt propter voluptatem intēpestiuam fœtus minus absoluti in lucē veniāt. id enim perīde fuerit, ac si ebrius aut insanus agricola in paludes torrentésve non in arua sementē faceret. Nam semina siccatos fundos postulant,si colonus sibi velit vbertatē fructuū promittere. Natura porrò vuluā repurgat singulis mensibus,velut aruum quoddā mirificū,quas tempestates obseruare oportet more boni agricolæ, vt per inundationem à seminando abstineat. alioqui semen nemine sentiente diffluet præ humiditate, non modò liquidius factū,sed & omnino fluidū, euanescēte in eo vi spiritus per quē in officina vteri formantur animalia,ita vt absoluātur omnibus corporis animíq; partibus. cessantibus autē mēstruis tutò iam prolificū semē vteris cōmittitur.cæterū qui squalidū petricosúmq; fundū colunt, nō euitabūt opprobrium:

videlicet qui voluptatis consuetudinẽ habent cũ fœminis sterilibus. Nihil enim captant præterea, qui per lasciuiã sponte prolis iacturam faciũt. quid enim aliud est cur earũ coniugiũ expectant? certè liberos sperare non possunt, quos nullos fore sciunt, stimulantur tamen impotenti libidine, laborãtes insanabili vitio. ergo qui puellas duxerũt incerti de futura fœcũditate, si sterilitate tandem deprehensa nõ eis renuntiant, & res sua sibi habere ageréq; sinunt, merentur veniã, quia victi diuturna cõsuetudine amoréq; mutuo non valent vim inferre suis affectibus impressis iam dudũ in animum. Qui autem fœminas cõpertæ, sterilitatis expetunt ad coniugium, suũ hircorúmq; more quærentes solam venerem, in impiorũ album asscribantur, vt Deo repugnantes. illi enim vt amatori animalium, præsertim hominum, curę est genitura salúsq; omniũ. At isti simul emittunt semen & extinguunt, inimici naturæ confessione publica. Sed & alius morbus petulanter irrupit in ciuitates hoc multò nocentior, eorum qui pueros adamant, quod olim probrũ fuit maximum: nunc eo gloriantur & qui patrant & qui patiũtur muliebria, effœminati iuxta corpore atq; animo, ne scintillam quidẽ retinentes generis masculi, propalam plectentes cincinnos ornantésq;, & cerussa fucóq; oblinentes faciem pingentésque, vnguentis quoque fragrantes exquisitissimis. Nam & hac vtũtur illecebra, exercitati omnibus formæ lenociniis: nec pudet eos marem sexum data opera mutare in fœminam. His parcẽdum nõ est, si audimus legem, quæ iubet androgynũ & sexum suum adulterantẽ impune occidi, die ipsa & hora qua deprehenditur, cùm sit probrosus & familię suæ patriæq; dedecus, atq; adeò totius humani generis. Amator autem puerorũ sit eidẽ pœnę obnoxius, quia voluptates alienas à natura sectator, & ciuitates, quantum in ipso est, desolat, corrumpens semina: ad hæc duorũ maximorum vitiorũ magister est, ignauiæ mollitiæq;, iuuentutem ad formæ curam assuefaciens, & florem ætatis effœminãs, qui ad vires ac robur exerceri debuerat. Denique more mali agricolę fœcunda arua inculta sinit squalescere, sterilitatẽ eisinducẽs: alia verò ex quibus nullus fructus expectari potest, colit interdiu noctúq;. In causa est opinor, quia apud plerasq; ciuitates impudicis & mollibus proposita sunt præmia: vbi videre licet istos semiuiros in medio foro frequẽtissimáq; turba versari, & cubito protrudere alios, festis quoq; diebus in põpa præcedere, & tractare sacra incestis manibus, interessęque ac præesse myst

mysteriis Cereris. qui verò cæteris insaniores omnino desciuerunt ad mulieres exectis genitalibus palliolati purpuratíq; tãquam optimè de patria meriti incedũt cum satellitibus, & vertunt in se obliuiorũ oculos. quos si maneret indignatio, qualis est nostri legislatoris, vt piaculares & patriæ probra tollerẽtur sine venia, vt eorũ exemplo deterrerẽtur alij. supplicium ęnim repræsentatum nõ mediocriter retundit audaciam simili morbo laborantium. Nũc quidam imitatores luxus sybaritici, post opipara conuiuia largásq; potationes per saturitatẽ prorũpunt in lasciuiam voluptatésq; distensi ventris comites. Nam saturitas gignit petulentiam. ita fit vt mẽtis impotes rabiéq; perciti insaniant nõ iam in mares fœminásve homines sed in bruatas pecudes, sicut narratur de Pasiphaë Minois olim Cretensis regis vxore: quæ taurum tantò amabat impotentius, quantò minus sperabat cõcubitum, vt ferè vsu venit amantibus. Tandem communicauit consilium cum Dædalo, fabrorum eius ætatis præstantissimo. is vt erat artifex rerum inuentu difficilium, in vaccam ligneam inclusit Pasiphaën. Taurus sui generis animal ratus in eam insiliit, reddiditq; grauidam, vnde natum dicitur monstrum semiferum Minotaurus nomine: & crediderim esse alias quoq; Pasiphaas infreni libidine, nec solùm mulieres, sed etiã viros insanire in bestias, vnde nascuntur abominanda prodigia, hominum cupiditates sceleſtas & fatuas testantia: ex quo genere fortasse fuerunt fabulosi centauri, chimæræ, aliáq; similia. Tanta verò fuit sacrarum legum prouidentia cauẽdi ne hominespolluerentur coitu nefario, vt diserte cautum sit ne admittantur pecudes diuersi generis. hircũ nullus pastor Iudæus sinet in ouem scandere, nec in capram arietem, nec taurum ad equam admittet. Quod si fecerit, dabit pœnas vt qui naturæ iura violauerit, distinguentis genera quo in sua synceritate permaneant. mulos quidam præferunt iumẽtis omnibus, quòd bene compacta neruosaq; habeãt corpora, & in equarum pascuis stabulisq; asinos prægrandes, quos calones vocant, nutriunt, ad gignendam eis sobolẽ. illæ pariunt mulos speciei confusæ animal, cuius genituram vt cum natura pugnãtem prorsus interdixit Moses edicto generali, ne coitu misceãtur animalia dispar ia. qua ratione prospectum est ne indecorè confunderentur naturæ ordines, simúlq; cautum est hominum temperantiæ, vt sic discãt viri atq; mulieres abstinere à nefariis cõcubitibus. Proin de siue vir ineat quadrupedem, siue mulier eam admittat, necq

buntur & homines & quadrupedes:illi quia per intẽperantiam trãſgreſsi ſunt prẽſcriptos terminos cõminiſcendo noua genera libidinũ,& voluptatẽ inſuauẽ captãdo è rebus etiã dictu turpiſsimis:hæ verò quia ſe prębuerũt probris talibus,& ne pariãt abominandũ aliquid,qualia naſci ſolent ex huiuſmodi piaculis deteſtabilibus, quæ nemo honeſtus ferat in ſuis poſſeſsionibus abhorrens ab eorũ vſu & miniſterio,atq; adeo aſpectu quoq; vt renouante memoriã fœdiſsimã, vel ſolo attactu omnia contaminantiũ.cũ igitur his nemo libẽs vtatur, nil aliud ſunt quàm telluris inutile pondus,vt quidã ait. Præterea ſcortũ lex eiicit è republica,vt honeſtate,pudore,ſobrietate ac cæteris virtutibus vacuum,& replẽs viros fœminásq; impudicitia,deturpásq; immortalem mẽtis pulchritudinẽ,ſolam verò corporis venuſtatẽ breui periturã excolens,proſtituens ſe prætereũtibus,& florem ætatis venditans,ad illectandos iuuenes omnia tum dicẽs tum faciens. Eadem cõmittit amatores ſuos,inhoneſtũ præmiũ ſeipſam proponens ei qui plura dederit:ergo vt peſtis labẽsq; publica ſaxis obruetur,quòd naturæ donis abutatur, quæ virtutibus exornaſſe debuerat. Adulteris deprehenſis conuictisq; lex præſentem pœnam infligit:ſuſpectas autem cõmittit naturę iudicio nõ hominũ:quandoquidem manifeſta cognoſcunt homines,Deũs occulta etiam,qui ſolus animos introſpicit. ſic igitur zelotypo viro præcipit: Die dicta vxori, ſanctam ciuitatẽ pete cum ea:& vbi corã iudicibus cõparueritis,ſuſpicionẽ tuam detege,non vt calũniator aut inſidiator, captans modis omnibus victoriam,ſed vt incorruptus inquiſitor veritatis. At mulier in gemino conſtituta periculo, mortis & morte grauioris ignominiæ,rem ipſa ſecum expendat,& ſi eſt innocens,purget ſe cũ fiducia,quòd ſi arguatur ſuapte conſcientia, ſatius fuerit ſe abdere,& peccatum pudore tegere,quàm peruicaciter ambire victoriam.quòd ſi lis nequeat dirimi,neutrius coniugũ argumentis præualentibus,ambo in templum eant:tum maritus ante altare ſtans coram ſacerdote illius temporis, ſuſpitionem ſuam prodat, offerátq; pro vxore pultem ordeaceam, vt appareat eũ non malo ſed ſano animo certis de cauſis pudicitiam eius reuocare in dubiũ.ſacerdos verò protenſa manu mulieri tegmen capitis detrahat,vt iudicetur aperto capite ſine pudoris inſigniis, ſicut mos eſt in omnibus cõtrouerſiis capitalibus.ſed neq; oleũ neque thus,vt in aliis ſacrificiis aſpergitur,quia triſtes non lætificant.diutnam faciunt.puls autem adhibetur ordeacea,fortaſsis ideo

ideo,quia hoc genus frugum vſus eſt duplex,& promiſcuè præbetur brutis animalibus & pauperibus hominibus: quo ſigno ſubinnuitur, adulteram nihil differre à beſtiis,quæ ſine diſcrimine & ſine diſciplina ruunt in venerem: pudicã verò & purã à crimine,imitari vitã propriam hominibus. Pergit lex,iubẽs vt ſacerdos vrnã fictilem aqua è vino fonte hauſta impleat, & terræ puluerem è templi ſolo collectũ indat in eã: quod ipſum eò ſpectare opinor,vt figuratè ſignificetur veritatis inquiſitio. nam vrna fictilis adulteræ conuenit,cui mors optanda eſt,ſolẽnis pœna violatæ coniugalis fidei.terra autem & aqua ſic aſſumuntur,velut teſtes periclitantis innocẽtiæ,videlicet q; ambæ ſint cauſa generationis,incremẽti perfectionisq; rerũ omniũ. nec temerè vtraq; ornatur ſuis epithetis,dum aqua pura vſuáq; dicitur,quia mulier inſons pura eſt meretúrq; viuere:terra verò ſacra,vt ex tẽpli pauimemto deſumpta, quod ſua ſanctitate placet,ſicut & mulier ſua caſtimonia.His ita paratis illa capite aperto accedat,vt dixi,pultem offerẽs.ſacerdos ex aduerſò ſtãs cum fictili aquam terrámq; cõtinente,hæc verba pronũtiet:Ni violaſti iura cõiugalia,nive cũ alioviro cõgreſſa es proculcatis legibus,inſons eſto & à crimine libera,quòd ſi cũ iniuria mariti te implicaſti nouis amoribus,ſcito te deuotã diris omnibus. quibus manifeſtè pœnã lues corpore. Bibe iam redarguticnis poculum,quod incerta occultáq; nudabit ac reteget.Eadem verba inſcripta chartulæ deleat aqua in fictili, móxq; bibendam mulieri porrigat:illa poſt potum abeat,expectatura pudicitiæ præmium,aut extremam pœnam intemperantię.nã ſi eſt paſſa calumniam,conceptum partúmq; ſperet,nihil de ſterilitate ſolicita.quod ſi culpa non caret,non euadet ventris inflammationem tumorémq;,& cruciabile vuluæ vitium,quam puram ſeruare marito noluit,cum quo in matrimonium ritè cõuenerat. intantum autẽ proſpicit lex puritati coniugij,vt etiam poſt legitimos complexus cõiugum nihil ſineat eos attingere, prius quàm abluantur purificentúrq;,quo magis abſint ab adulterij criminibus.Quòd ſi quis viduæ ſiue defuncto ſiue diſiũcto marito ſtuprum obtulerit,duplo leuiore culpa quàm adutterij,nõ luet quidem capite:cæterùm propter libidinoſam audaciã violentiámq; prælatas cõtrariis virtutibus accuſatus,ex arbitratu iudicum flagris cędatur aut mulctetur pecuniis.germanũverò cognatũq; adulterio crimẽ eſt puellarũ vitiatio,quãdoquidem vtrunq; ex eadem matre incontinentia naſcitur:vtcunq; à qui-

busdam res turpes appellatione honestiore prætexẽtibus amor vocatur,quia verũ fateri pudet. attamen quamuis cognatũ,non est omnino simile:quia talis iniuria nõ grassatur per plures familias,sicut adulteriũ,sed consistit apud vnã virginem.His igitur verbis obiurgãda erit amatoris cõcupiscentia:Heus tu,mitte impudentem istam procacitatẽ, & desine insidiosos laqueos clámve,palámve tẽdere,ne improbitatis notã lucrifacias,sed si bene affectus es erga virginẽ,accede parẽtes eius si fortè viuũt: sin minus,fratres aut tutores, aut quoscunq; in quorũ est potestate:& amorẽ ingenuè detegens pete illius cõiugium, & ne te vt indignum fastidiant.nemo enim ex puellæ curatoribus tam erit difficilis vt instantiores preces reiiciat,præsertim si habita inquisitione cõperiat non fingi amorem,nec leuiter te afflauisse suis ignib⁹,sed citra fucũ penitus insedisse precordiis. Quòd si quis agitatus insana rabie,rationibus omnibus ablegatis furori violentiam ac libidinẽ addiderit,posthabitisq; legibus raptam vitiauerit,tanquã ancillis abutens ingenuis,& pacis tempore iniurias belli perpetrans,ducatur ad iudices. tum si pater violatæ sperfuerit,agat cũ vitiatore de spõsalibus.quæ si ille recusauerit,mulctetur pecuniis in dotem puellæ nupturæ alteri, quòd si assenserit,sine dilatione ducat eã,assignata dote nihilominus:nec ei cũctari tergiuersarive liceat:vel suamet causa,ne videatur per libidinẽ non per amorẽ inobediẽs fuisse legibus: vel propter puellã,vt læsam eius pudicitiã soletur cõnubio stabili,nec vnquã dirimẽdo ante obitũ. Sin autẽ orbata patre fuerit,iudices percontentur pariter de voluntate ducẽdi.& siue assentiatur siue renuat, idem ius seruetur quod viuente patre seruatum fuisset. Sunt qui putãt medium quiddã esse inter stuprũ & adulteriũ,interceptũ concubitũ,quoties desponsa,nõdum tamen nupta,dolo aut vi opprimitur ab alio:me verò iudice hæc quoq; species est adulterij.nã sponsalia tantundẽ valent quantũ nuptiæ, quando in solenni amicorũ conuentu mariti vxorisque nomina inscribũtur tabulis.propterea lex reũ & ream iubet lapidibus obrui,si accesserit eriã puellæ consensus ad nequitiã quin accedat nõ possunt ambo hærere in culpa cadẽ. itaq; pro ratione loci reputatur crimẽ grauius aut leuius.meritò enim habetur atrocius, si cõmittatur intra mœnia: leuius autẽ si extra in solitudine.hic enim nemo poterat succurrere puellæ vociferanti,reluctãti,& nihil nõ tentãti ad seruandã virginitatẽ integram. in vrbe verò præsto sunt curiæ tribunaliáque, prætores,

ædil

ædiles,magistratúsq; cæteri,ad hæc vicini vniuersúsq; populus. innatum est enim etiam plebeiorum animis odium scelerum, quod per occasionem proritatum se aperit, & vltro fert opem patientibus iniuriam. itaque violentum stupratorem vbiq; sua pœna sequitur, nec excusatur locorum differentia flagitium: puella eo quo dixi discrimine,vel meretur veniam,vel certum luit supplicium. Verùm de hac curiosè debet iudex inquirere, locorum etiam considerando circunstantias: potest enim & in media vrbe inuitæ vis inferri, & extra vrbẽ volens libénsq; nefarium coitum admittere. ideo rectè cautéq; lex patrocinatur stupratę per vim in solitudine,dicens:Vociferata est adolescentula,nec erat qui succurreret.Itaq; si nec clamauit,nec repugnauit,sed volens se præbuit,non est innoxia,quantumvis prætexat culpæ locũ solitariũ.In vrbe quoq; quid iuuat pro castitate tuẽda conari omnia, si puellam opprimat violator longè superior viribus & pollẽtior? Quid enim si colligarit eam funibus?si os obturarit,vr ne in clamorem quidem valeat prorumpere?quid tum ei proderit in propinquo habitantiũ vicinia? nam hoc pacto vel invrbe licet inuenire solitudinẽ,vbi nemo succurrit.eadem ratione cõsensus in solitudine nihil differt ab eo qui fit in vrbibus.Sunt item quidã qui facilè appetitas fastidiũt facilius, mulierosi simul & infensi mulieribus, è diuersis promiscuisq; conflati moribus,primis quibusq; cedentes affectionibus,quas refrenare fuisset satius: nunc sinunt eas inconsideratè tanquam cæcas ruere,& in quaslibet res aut in quævis corpora impingere,ac præ impetu nimio procidere cũ offensione mutua. Ad eos reprimendos hęc lex est oppositа. Si quis post epulum nuptiale cum puella nõ maritali affectu,sed tanquã cum meretrice libidinis causa congressus,deinde nõ habens quod ei propalam exprobret,calumniosè vertat se ad occulta crimina,dicẽdo in primis cõplexibus eam à se mulierem deprehensam non virginẽ vocetur vniuersus senatus vt iudicet: adsint etiã accusatæ parẽtes,communem causam acturi.in tali enim controuersia,quando de castitate corporis quæritur,non imminet periculum soli filiæ, sed etiam eius curatoribus: non modò quia vsque ad suum tempus non custodierunt natæ pudicitiam, verùm quia vitiatam ab alio desponderunt pro virgine, decepto qui eam sibi vxorem petiit.qui si litem vicerit, mulctetur calumniator ex iudicum arbitrio tum pecuniis tum verberibus: &, quod ei grauissimum erit,confirmetur id matrimonium,si modò vxor

cum tali cohabitare sustineat.his enim lex relinquit liberum, abire an manere malint.maritis eadem potestas non permitti tur,propter recentem calumniam.Qui hominẽ occidit,appellatur homicida.sed reuera est sacrilegus,& quidẽ insignis.quip pe qui perpetrauit sacrilegium maximũ,sublata è mũdo re pre tiosissima sacratissimáq;:quãdo nihil est Deo tam simile,quàm hoc sigillum pulcherrimũ expressum è matrice pulcherrima, ad exemplar ideæ rationalis effictum.Ergo quilibet homicida confestim pro impio sceleratóq; habendus est ob perpetratum facinus impium atque nefarium,& debet è medio tolli vt maleficus.meritus em̃ plurimas mortes exoluit se vnica,quia natu ra non fert eum affici pluribus suppliciis:nec iniquum videri potest si quod prior fecit,idem & ipse patitur. quãuis idem nõ est quod tẽpore,facto,proposito,personáq; distinguitur.An-non iniuria lacessere prius est quàm vim vi repellere?nónne homi cidium res iniustissima est,sicut ediuersò iustissima homicidę supplicium?homicida explet suã concupiscẽtiam patrato facinore:occisus verò sublatus è medio, nec iniuriã potest reponere,nec ex vltione voluptatẽ capere.ille sua manu impetit ex insidiis:alter nihil potest officere aut nocere interfectori suo,nisi cognatis amicisq; propugnãtibus ex affectu misericordiæ. Si quis gladio petit aliquẽ occidendi animo,etiamsi nõ succedat, reus est homicidij quod destinauerat, nec prodest ei q̃ conatu suo frustratus sit.proinde pari pœna plectatur.Item si quis non ausus cominus aggredi,dolo malo aggreditur ex insidiishomi nem,& necẽ ei machinatur,scelestus est& execrabilis,pollutus animo prius quàm manibus.Quẽadmodum enim hostes habẽ tur nõ solùm qui nos iam impugnãt classibus aut exercitibus, verumetiam qui vtroſq; apparatus faciunt,& machinas admo uent portubus ac mœnibus,etiamsi nõdum ad manus venerĩt: ita homicidæ cẽsendi sunt nõ solùm qui interimunt,sed & qui nihil nõ conãtur clámq; palámq;,vt interficiãt, etiamsi nõ perpetrarint facinus,quòd si prę metu vel audacia,vitiis cõtrariis, in templum irrũpere tentarint impunitatis inueniẽdæ gratia, prohibendi sunt.sinaurem iam subrepserunt, dedendi sunt ad supplicium,cum hoc pręcono: Hominibus nefariis in fano ius asyli nõ deberi.nam quisquis malum dat incurabile,inimicus est Deo.homicida autẽ lædit immedicabiliter,quia occisus nõ potest in integrum restitui:nisi fortè innoxios ante solennẽ pu rificationem in tẽplum non admittimus:pollutos verò in eluibili

bili scelere,abolendo nulla mora temporis,dignabimur aditu sacrarum ædium,quos ne priuata quidẽ domus honesti viri & sanctitatem amãtis reciperet.Ergo si peccatum peccato cumulantes impietatem addunt homicidio,ducendi sunt ad supplicium,vt non vnã mortem meriti,sicut iam ante diximus.alioqui cognatis amicisq; per dolum necati non patebit templum quod homicidam excepit,qui nunquam sub idem tectum succederent.Iniquissimum autẽ fuerit propter vnũ multos,& pro pter violatorẽ iuris excludi affectos iniuria, nullo suo merito in luctum cõiectos acerbissimũ.Et fortasse legislator prudenter in futurum prospiciens,præcauere voluit,ne in templo cõmitteretur homicidiũ,si illud frequẽtarent occisi hominis necessarij,qui præimpũrẽti affectu vel propriis manibus confecturi homicidam videbãtur,patraturiq; impietatis summæ facinus.sic enim victimarum sanguis misceretur cum homicidarum sanguine,sacratus cum execrabili. propterea iubet vt ab ipsis aris abstrahatur homicida.Cæterùm qui gladio,hasta,fuste,saxo,alióve telo interimũt'fieri potest vt inconsulto repẽtinóque impetu perciti scelus admittãt,furori non rationi obsequuti,ita vt dimidiatum videatur facinus cui nõ accessit lõga deliberatio.alij verò scereratissimi,polluti mẽte ac manibus, magi ac venefici per otium & in secessu dant operã malis damnatisq; artibus,captantes occasionẽ variarum calamitatum inferendarũ proximis,ideo lex vult veneficos & veneficas ne vnũ quidem diem viuere,sed mori quamprimùm deprehensi fuerint,nec vllo pacto differri supplicium. nam qui propalam & cominus aggrediuntur,vtcunq; caueri possunt,occultæ autem insidiæ veneficiáq; nõ animaduertũtur facilè. præstat igitur vt noxa quã illaturi erãt aliis, auertatur in ipsorũ capita. & alioquin etiam qui gladio vel alio quovis simili telo grassatur,non enecat multos eodem tẽpore.venenis autem leteriferis innumeri perimuntur,inter esculẽta clam admixtis confusisq; per insidias.& accidit aliquãdo in numeroso conuiuio sodalibus ad eiusdem salis eiusdémq; mensæ societatem collectis, inter libationes violari sodalitatis fœdera,repẽtè mutatis rerũ vicibus, & in conuiuij locum succedentibus funestis exequiis. quapropter eriam mitissimos clemẽtissimósq; iudices sequire in id genus cõuenit,nec saluti eorum vnquã parcere, tantùm non propriis eos tollendo manibus absq; vlla cõtagione sceleris,etiãsi non vtãtur ministris supplicij. Quid enim est iniquius, quàm

alimẽta ad tuendam vitam facta vertere in perniciem,& naturæ beneficia corrumpere? vt qui ex cibo potúq; petunt refectionem neceſſariã, in inſidias præcipitati pro ſalute mortem inueniant. Eadẽ pœna manet eos qui non letifera venena cõficiunt, ſed longos morbos & tabem lentam inferentia. nam ſæpe ſatius eſt emori quàm ægrotare,præſertim diuturno morbo non habituro felicem exitum. reſpuunt enim medicinã morbi contracti è veneficiis. moleſtiores autẽ ſunt in hoc genere animorum noxæ quàm corporum,quoniam inde naſcuntur deliria & intolerabiles inſaniæ,quibus mẽs, qua nihil pretioſius homini datum eſt diuinitus,obleditur,vel potius in totum demigrat ſine vlla ſpe reditus,brutã deteriorémq; animi partẽ relinquens corpori,communem cùm beſtiis: quandoquidem ſublata ratione homo in feram mutatur,vtcunq; lineamẽta humanæ ſpeciei retinet. Veram quidem illam magiam,hoc eſt perſpectiuã ſciẽtiam,per quam naturæ opera cernuntur clarius., vt honeſtã expetendámq;,non plebeij ſolùm ſectantur,ſed etiam reges regũ maximi,præſertim Perſici,tam curioſi harum artium,vt regnare nõ liceat niſi cùm magis verſato familiariter.ex hac adulterata deprauatáq; deſcẽdũt quas maxime proprio vocabulo malas artes dicimus,circulatorũ ariolorúmq; ſtudia,& mulierum mãcipiorúmq; nequiſsimorũ expiationes luſtrationésq; profitentium,mutationésq; amoris in odium, aut ediuerſò in amorem odij,per quaſdam potiones amatorias & incãtamenta idonea:atq; his dolis inuncãt ſimpliciſsimum quemque , donec in calamitates ingentes pertrahant,vt nõnunquam magnæ familiæ cognationésq; paulatim ſidendo ſine ruinæ ſtrepitu interci dant. His omnibus opinor conſideratis noſter legislator non ſinit procraſtinari veneficorũ ſupplicia,ſed abſq; mora vult exigi:quòd dilatio noxiis opportunitatem peccãdi præbeat, vltro ad mortem properantibus, cæteros verò ſuſpicione metúq; repleat,exiſtimãtes quicquid illorum vitæ accedit,ſuæ ſecuritati decedere.idcirco ſicut viperas,ſcorpios,aliáſq; venenoſas beſtiolas,prius quàm mordeant,aut faucient,aut omnino ſe commoueant,ſine mora ad primum aſpectum occidimus,præcauendo genuinã eorum malitiã prius quàm noceãt: eodẽ modo etiam homines plectendi ſunt,qui cùm ſint animalia rationalia,nihilo ſecius à natiua manſuetudine in ferinos mores degenerãt,& pro delectamento habent lædendi quotquot poſſunt licentiam. Hactenus in præſenti de veneficis dictũ ſit. Sciẽdum tamen hoc quoq;

quoq;, interdũ accidere vt aliquis nihil minus cogitans cõmittat homicidium,nõ deſtinato conſilio, nec paratus ad id antea, ſed repẽtino furore percitus, impoteti malo & obrepãti facilè, quod non minus nocet commoto, quàm ſuſtinẽti talem debacchationem. interdũ enim aliquis progreſſus in forũ vt agat ſua negotia, caſu homini vel lingua vel manibus petulanti ſit obuius,laceſsitúsq; aut ipſe contentionẽ exorſus,vt rixa citius dirimatur, aut pugno ferit,aut eminus lapide. Tũ ſi letali plaga ictus alter moritur, percuſſor quoq; ferat quod intulit, quòd ſi non ſtatim ab ictu perit,ſed decumbit læſa valetudine, ac mox curatus ſi nõ ſuis pedibus,ſaltem aliis ſuſtentãtibus,aut ſcipione ſubnixus obambulat,duplicem mulctam luat,tum eam qua rependatur percuſsi otium,tum qua ſatis fiat medico. hac perſoluta immunis ſit à ſupplicio: etiãſi percuſſus moriatur poſtea. fortaſsis enim non ex ictu, poſt quem cœpit obambulare valeréq; meliuſculè,ſed aliis de cauſis interiit, quæ repentè aggreſſę vel ſana corpora enecant. Quòd ſi quis rixando cùm muliere grauida,pugnos in ventrem inflixerit, ita vt abortus ſequatur, ſi abortium informe fuerit,mulctetur,tum propter violẽtiam, tum quia fuit impedimento naturę exorſæ opificium hominis, animalis pulcherrimi. Quòd ſi formatus fœtus abſoluta membra & in ordinem digeſta habuerit,moriatur percuſſor. iam enim erat homo qui in naturæ officina interemptus eſt, nõdum ab ea prolatus in lucẽ, ſimilis ſtatuæ latenti apud fictorem ſuũ, & nihil aliud expectãti quàm dum libeat illi ſpectandam proponere populo. Hæc lex etiam grauius quiddam prohibet,expoſitionem infantium, quæ apud multas gentes propter natiuam inhumanitatem vulgaris eſt impietas. nam ſi proſpiciendum eſt, ne ante præfinitum natiuitatis tempus vim patiantur in vtero,quantò magis conſeruandi ſunt iam editi, & quaſi nouelli coloni adſcripti cæteris hominibus,vt vnà fruantur naturæ donis,quæ in terra,aqua,aëre,cælo proueniunt. cæleſtia contemplationi & ſpectaculo, terreſtria verò vt vſibus ſeruiant, & expleant omnium ſenſuum deſideria: menti quoque famulentur tãquam regi magno per eoſdẽ ſenſus ceu ſatellites: aut etiã ſine horum miniſterio, duntaxat in his quęcunque ſola ratione poſſunt percipi. Hæc tanta bona quiſquis adimit pueris,& alimẽta ſtatim à natiuitate denegat,ſciat ſeviolare iura naturę,& hoc modo incidere in maxima crimina,libidinoſus, immanis, homicida,atq; adeo infanticida prolis propriæ. libidinoſus vt

qui

qui non liberorum causa cõseruandiq; generis cùm vxore cõgrediτur,sed voluptatẽ captans ex coitu more suũ hircorúmq; immanis autem quis potius censebitur, quàm natorũ suorum inimicus implacabilis?nisi quis est tam fatuus,vt credat nõ temeraturũ fœdera inita cum exteris,eum qui cognationis iura & communis generis societatem nodósq; arctissimos ducit,p nihilo,certè homicidæ infanticidæq; sunt manifestarij,siue sceIus id peragunt suis manib⁹ immaniter elidẽdo præfocãdóve recẽtem spiritum:aut in flumen maréve proiiciendo è sublimi quo celerius mergantur ac profundius:siue in deserta loca deportatos exponũtur,vt ipsi aiunt nõ desperãtes de salute:sed reuera vt abiecti miserius intereant. nam quæcunq; feræ carnes humanas appetunt,accurrũt & auidè fruũtur bellis epulis obiectis sibi à parentibus,qui soli aut præcipui curatores infantis esse debuerãt:atq; etiam reliquias eorũ carpunt alites carniuoræ si serius veniant. Nã quoties maturè præsentiunt,decertant pro præda cum terrestribus bestiis.Sed fac alicuius prætereuntis miseratione colligi expositítium,& alimẽta cæterámq; educationẽ consequi:hoc beneficium quid aliud est quàm parentũ ipsorum cõdemnatio?Siquidem exteri faciunt horũ officium, parẽtes verò ne eam quidem curam natis impẽdunt quam exteri.immensum igitur quantò magis expositionẽ infantum vetitam innuit,qui autori abortus infligit pœnã capitis, si fœtus iam formatus erat in vtero.quãuis infantem tãtisper dum matrice clauditur,partem matris aiunt scruratores naturalis philosophiæ,cúmq; his medicorum probatissimi,qui paraturã hominis inspexerunt,nõ foris solùm,verumetiam dissectis corporibus,ne quid eius ignoratũ in curãdis morbis afferret causam ingenitis periculi.hanc cõcretionem partus secernit, absoluẽs animal,italvt nil ei desit eorum quæ natura humana postulat: proinde sine controuersia homicida est quisquis infantẽ interimit,ætate nõ obstante,cùm lex vindicet iniuriam illatã generi. attamen si ætatis quoque rationem haberi placet,maiorẽ indignationem infanticida mereri videtur.nam perfecta ætas multis modis iritat offenditq;:infantibus verò tum recẽs in lucem ac vitã editis ne falsum quidem crimen licet obiicere propter summã eorum innocẽtiam.ideo sequissimi omniũ & immanissimi iudicãdi sunt qui his struũt perniciem,meritò capitalem pœnam daturi legibus.Ei autẽ qui nolens cædem cõmisit,occisum sacra lex ait in manus à Deo traditum:vel quo excuser cul

pam

pam. nunquã enim Deus clemẽs ac propitius insontem ad necem dederet: sed aliquoties qui apud humanũ tribunal euadũt modis variis,in naturæ iudiciũ adducti dãnantur,vbi sola syncera veritas spectatur,nec offuscat vllis verborũ præstigiis.in ò ne opus quidẽ verbis est,vbi nudãtur cõsilia,volũtatésq; occultę antea in apertũ producũtur.vel quo percussor licet exemptus crimine homicidij,quasi minister iudicij diuini,tamẽ declaretur obnoxius exiguo cuidã piaculo, quod veniã impetrare debeat,nõnunquã enim Deus paruis delectis & sanabilib⁹ vtitur ad puniẽda magna atq; insanabilia peccata, non q̃ ipsos ministros probet,sed quòd eos putet instrumenta pœnarũ idonea,ne quis alioqui tota vita purus & è puris prognatus parẽtib⁹,cęde vel iustissima suas manus cõtaminet.ideò cęde prçter animi sẽtentiã pollutis exiliũ indicitur, certis quidẽ locis circũscriptũ, non tamen perpetuum. Sex enim ciuitates attribuuntur huiusmodi exulibus, octaua pars possessionum quæ sorte obuenerũt sacratæ tribui, & ex re nominantur profugorum receptacula. finis autem exilij est idem qui vitæ pontificis, tunc enim reditus permittitur.quod ad locũ exilij attinet,hæc causa redditur. tribus de qua loqmur,has ciuitates accepit in cædis piæ iustęq; præmiũ,propter operam nauatam egregiè. Cùm enim prophe ta in celsissimum ac sanctissimum eius tractus montẽ accitus, ex ore Dei capita iuris acciperet,semotus per dies aliquot à cõspectu hominũ, quidam seditiosi per absentiam prĩcipis multa mala inuexerunt,& ad extremum impietatem his adiecerunt, vnius veri Dei cultu explosо,& cõsecrato iuuenco aureo ad exẽplar typhi Aegyptiaci:vacabãtq; profanis sacrificiis& festis nefariis,inconcinnisq; choreis, cantãtes hymnos cùm debuerint lamẽtari potius. hanc repentinam à bonis moribus defectionẽ indignè ferens ea tribus, ira zelóq; accensa armauit se velut ex cõpositо,& vino simul orgiisq; furentes contemptim aggressa trucidauit,initio cædis facto ab amicissimis & cõiunctissimis, pietate tantùm metiẽdo necessitudines.itaq; exigua parte diei ceciderũt viginti quatuor milia,quorum clades reliquos in officio continuit,simílem pœnam veritos. eam voluntariam militiam pro pietate cultúq; veri numinis susceptam non sine periculo,ipse rerum pater approbauit,pronuntiauitq; interfectores puros ab omni scelere, & honorauit sacerdotio,virtutis ergõ pietatisq;.ideo quisquis inuitus necauit hominẽ, iubetur in nonnullas huius sortis ciuitates secedere, ad eius casus solatiũ.

nére

nēve desperet de securitate fretus loci priuilegio, redigentis in memoriam, quòd qui contra voluntatem suam necesse habuerunt ferro grassari in vitam quorundam, honores etiam & magna præmia supra impunitatē olim adepti fuissent. tātò magis absolui debere à crimine, qui idem peccatum commiserūt per imprudentiā, & saltem hoc impetrare ne plectātur capite. Vnde discimus, non omne homicidium damnādum esse, sed ea solùm quæ cōiuncta sunt cum iniuria: quandoquidem licet interdum laudem hoc facinore quærere, si per æmulationē & virtutis amore patratū sit. certe veniam meretur qui nolens occidit. Altera causa est hæc. Vult lex incolumitatē eius qui necauit imprudens, quoniā insons est animo, licet manibus ministrarit iusticiæ rerum humanarum præsidi, infestatur enim & ad mortē expetitur ab occisi cognatis proximis, quos vel miseratio vel domesticus luctus ad vltionē stimulat, nec sinit iura naturæ diligēter expendere. ideo datur huiusmodi homini refugium, nō in templum, vtpote nōdum expiato: nec in obscurum aliquem neglectúmq; angulum, ne contemptus dederetur facilè: sed in vrbem sacerdotalē, hoc est mediam inter sacram profanámq;, quæ est quasi templum quoddam secundarium. nam sacrificorum oppida religiosiora sunt cęteris, sicut augustiores ipsorum incolæ. proinde ob receptaculorum priuilegiū certa securitas contingit eò fugientibus, terminum autē reditus præfiniit lex, vt dixi, mortem summi pōtificis, ob causam hanc. quemadmodum quisq; occisus cognatos habet superstites vltionis auidos, ita vniuersæ gentis in cōmune cognatus & propinquus est pontifex reddens omnibus iura cōtrouersiásq; dirimēs, & sacra votáq; quotidie faciēs, omniáq; fausta petens tanquā fratribus & liberis & parentibus, vt omnis ætas cunctæque partes gentis in vnum ceu corpus coëant coaptentúrque, & sic pace fruantur ac cōmunibus legibus. hunc igitur timere debet quisquis inuitus cędem patrauit, vt propugnatorem & protectorem necatorum, cōtineréq; se intra sua receptacula, si modò cupit sine periculo viuere. cùm igitur lex dicit, nō reuertetur exul in patriā donec moriatur summus pontifex: perinde valet ac si dicat, donec moriatur cognatus omniū publicus, q̄ solus habet ius inviuos pariter ac mortuos. hęc est causa quæ placet recētioribus: altera verò autores grauiores habet antiquiorésq;, hæc videlicet. A peccatis volūtariis debent esse puri plebeij homines, aut etiā sacerdotes, si cui libet hos quoq; addere: princeps verò sacerdotū siue pontif

pōtifex per excellentiā ab vtrisq; volūtariis pariter ac inuoluntariis, nefas est enim hūc quicquā pollutū attingere vel sponte sua vel casu fortuito, vt cū sacris præsit, ornatus sit parte vtraq;, tum mēte irreprehensibili, tū vita nullis probris obnoxia. itaq; tali merito suspecti sunt qui nolēntes cædem fecerunt, non vt scelerati, sed vt minus puri à peccato: vtcunq; voluntati naturæ videtur præbuisse ministeriū aduersus prædamnatos illius occulto iudicio. Hactenus de ciuibus & ingenuis: deīceps etiā de seruis lex loquitur occisis p vim ac iniuriā, hos fortuna & cōditio vilior distinguit à suis dominis, de cætero natura vtrisq; cōmunis est & eadē. at lex diuina regulas iuris nō fortunæ, sed naturę accōmodat. ideo decet dominos nō abuti sua potestate cōtra famulos, caueréq; ab insolētia, cōtemptu atq; sæuitia. nā ista non sunt indicia placidi animi, sed impotentiæ tyrannicæ, exercētis licentiam pro arbitrio. quisquis enim domum suam tanquā arcem muniit, neminem domesticorū sinēs loqui liberè, asper in omnes præ agnata vel etiā affectata sæuitia, tyrānus est apparatu tantū minore differens: vnde satis apparet eum progressuriū vlterius, si quid opibus accreuerit. Trāscendet em̄ mox ad ciuitates, gētes, regionésq;, oppressa prius sua patria, vt specimē de se præbeat, quàm immitis sit futurus in cæteros subditos. Talis igitur certò sciat, nō semper, nec in omnes habiturū se peccādi licentiā. Vltrix em̄ ei resistet iustitia, propugnatrix iniuriā patientium, reposcétq; rationē necis quam ille suis intulit: nec satis erit dicere inflictas plagas castigādi nō occidēdi animo. nō enim statim dimittetur impunè, sed ad iudices ductus diligenter examinabitur nū vera dicat, volēs an nolens interemerit, si dolus malus & nefariū propositum cōpertum in eo fuerit, moriatur, nec prosit ei ad salutē quòd sit dominus. sin autē nō mox post verbera, sed altero tertióve die seruus expirauerit, iam nō erit reus cædis dominus, excusationem habēs hoc ipsum quòd ille inter vapulādum non sit mortuus, permissus intra ædes viuere quamdiu potuit, licet breui tēpore. Huc accedit, q̄ nemo est tā fatuus vt aliū velit lædere cum suo incōmodo, at quisquis seruū interficit, seipsū mulctat, carituras eius ministerio, & insuper pretium perditurus, fortasse nō modicum, quòd si seruus meruit suppliciū, ducatur ad iudices, & crimen eius indicetur, vt legib' pœnas luat nō suo domino. Quod autē attinet ad bruta mortē merita: si quē taurus cornupeta interemerit, obruatur lapidibus. nō est enim idoneus sacrificio, & carnibus eius vesci

non

non est fas. quam ob rem? quia non est purus cibus homini, animal quod interfecit hominē. quòd si dominus eius sciēs ferum immansuetúmq;, nec alligauit nec inclusit, ac ne ab aliis quidē prænonitus eum asseruauit, reus esto. necatóq; cornupera, ipse quoq; tollatur è viuis, aut certè caput suū pretio redimat, iuxta æstimationem iudicū. Si seruus fuit qui sic peremptus est, pretium eius restituatur ipsius domino. Quòd si non homo, sed pecus cornu cōfixum fuerit, mortuū sumat cornupetæ dominus, reddátq; aliud simile, prōpterea quòd incautè seruauit pecudis suæ ferociam, quòd si ipse alienā necarit pecudem, restituat similem, & boni consulat non mulctari se grauius, cùm prior læserit. Quidā profundos puteos fodiunt, aperiēdo viuos latices, aut vt pluuiales aquas colligant: deinde nec os putei sepiūt, nec addunt operculum, per summam negligentiam vel amentiā sinentes id patere ad quorundam interitum. in hos si quis viator incautius incedendo prolapsus perierit, actio sit cuilibet defuncti propinquo contra fossores putei: tum iudices litem æstimēt, & mulctam ab eis exigant, quòd si iumentum eò prolapsum perierit, quanti viuum æstimabatur, tantū luant domino, ipsis cadauer tollere liceat. Huic modo dicto crimini admittūt simile qui ædificata domo solariū relinquunt sine loricula, nec cauent nequis deferatur in præceps. nam vt verum fatear committunt homicidium, quātum in ipsis est, etiāsi nemo delapsus intereat proinde pœnam eandem debebunt, quam illi qui puteos relinquunt absq; operculo. Homicidis lex non indulget vt pecuniis luant, quod luendū est capite aut exilio: sed exigit rigidè, vt sanguis expietur sanguine, & insidiatoris capite satis fiat interempti manibus. alioqui peruersa ingenia nunquam satiātur maleficiis, sed facinora cumulāt facinoribus, augendo vsq; malitiā, nec vllis eam circumscribendo terminis. Cōtra tales mille supplicia decreuisset legislator, si potuisset: id quia non poterat, nouam pœnā addidit, iubens in ligno suspendi homicidas. móxq; ad suam clementiam reuertitur, humanitatis erga inhumanos non oblitus: Non occidat, inquit, sol super pēdentes in ligno, sed depositi ante occasum sepeliantur. nam necesse fuit eos qui omnes mūdi partes infestarāt, sublimes tolli vt ostēderetur soli, cælo, aëri, aquæ, terræq;, illorū supplicium: móxq; in sepulchreto condi, ne quid super terrā contaminēt. Quin & illud pulchre cautum est, ne patres moriātur pro filiis, néve filij pro patribus: sed vt quisq; mortē meruit, pro se luat ꝓprio capite. atq; ita lex

hæc opponitur, iis qui vel ius collocant in violētia, vel suos nimis tenero affectu adamāt. tales enim se libenter supponerent mortis vicarios, insontes pro sontibus, lucrū ducētes nō videre suppliciū vel parentū vel filiorū, vtpote insuauem & morte tristiorem vitam victuri postea. Quibus respōdebimus, Intēpestiua est vestra ista beneuolētia, nec potest probari quicquid fit alieno tēpore: sicut ediuersò laudātur quibus in suis factis cōstat ratio temporū. debemus amare quos amore dignos censemus. malus autem nemo verè amicus est. genere coniuncti amici, vt vocātur, alienāt se scelerib⁹. arctius enim cōsensu virtutū q̄ cognatione sanguinis astringimur: quas si quis deseruerit, nihil vetat eum referri in hostiū, nedum alienorū hominū, numerū. Cur ergo affectibus istis parū virilibus beneuolētiæ humanitatisq; falsa nomina prætextis? nisi fortè apud virū fortē miseratio plus valebit q̄ ratio: præsertim cùm peccetis nō simpliciter, dum noxios vultis eripere supplicio, vosipsos verò insontes pro illis pœnæ subiicere. Verū istis increpatio satis fuerit, nō exvtilitate publica indulgētibus suis affectibus, & alienā salutē sua morte redimere cupientibus. cæterùm illorū immanitatē quis nō detestetur, quorū tā dira est ferocia, vt clámve palámve pro aliorū culpis ab aliis pœnas grauissimas exigere audeāt, obiiciendo eis cognationē reorū, aut societatē, aut amicitiā aliúdve simile, vt in vitā eorum sæuiendi occasionem habeant. & hæc interdū faciunt nulla prouocati iniuria, tantū vt per auaritiam rapinas exerceant. Nuper quidā tributis exigēdis apud nos præfectus, quoniā aliquot qui debere videbātur, fugerāt ꝓpter inopiam, veriti ne torquerētur, vxores eorū & liberos, parētes, cognatósq; cæteros vniuersos per vim abduxit, protrusos, verberibus affectos, & omnibus cruciatib⁹, vt aut indicarēt profugorum latebras, aut pro illis depēderent, cū neutrū possent, alterū quia nesciebant, alterum quia ipsi non minus erant pauperes. nec prius abstitit, quàm nouis tormentis eos enecaret, inauditóq; mortis genere, suspensa de collo sportula plena sabulo: vt pressi onere grauissimo sub diuo in medio foro, variis modis vexati, vēto, sole, prætereuntiū ludibriis, miserè deficerēt. quod tam crudele spectaculum sic affecit nōnullorū animos, vt aliorum exēplo docti mortem præoccuparent gladiis, aut venenis, aut laqueis, in tam misero rerū statu partē felicitatis existimātes absq; cruciatu interitū. cæteri moras inter ac deliberationes correpti, prius quàm ipsi sibi necem conficerent, velut sortito

ducebãtur iuxta cognationis ordinem,primùm proximi, post hos secundi atq; tertij,donec peruenireturad vltimos:quòd si quando nullus è cognatis supererat,ad vicinos transibat ea calamitas.interdum etiã totos vicos & oppida desolabat,colonis diffugientibus & latebras vbicunq; sibi quærentibus. attamen fortasse minus mirũ fuerit tributorũ exactores,ingenio barbaros,liberalisinstitutionis expertes,obsequẽtes iussis herilibus, collectores annuorũ redituũ,nec facultatibus parcẽtes nec coporibus,in vitæ quoq; periculum multos variis de causis adducere.nũc ipsi legislatores penes quos sunt iuris regulæ, perinique statuunt,opinionẽ suam magis quàm veritatẽ secuti,prodi torem plecti vnà cũ liberis:tyrannum verò vnà cum quinq; familiis cognatione proximis.libenter discerẽ cur ita.si vnà peccarunt,simul etiam puniantur.quòd si nec socij fuerunt eorum nec imitatores,nec felicitatis volutatisq; domesticorum participes,cur interimenturrideóne tantùm quia cognati sunt ? genus enim non scelus punitis.nimirũ vos ô venerandi legislatores,bonas habetis familias:alioqui si malæ essent, opinor nunquam vobis in mentem venissent institutahuiusmodi:imò ne alios quidem ferretis hæc statuere,vt ob cauenda scelera innocentes quoq; inuoluantur alienis periculis. nam hic metus ita cautus debet esse,vt tamen nõ contemnatur cuiusquam incolumitas.Cæterũ qui nimiũ securitati consulit,cogitur sæpe innoxiis non parcere.His rationibus consideratis noster legislator simúlq; animaduertens quantum hic peccetur ab aliis contra rempub.damnauit pariter & negligentiam & inhumanã sæuitiam:nec passus est quenquam pro auctario dedi ad luendum alienæ culpæ supplicium.ideo disertè cauit ne filij pro parentibus,néve parentes plectãtur pro filiis:æquũ censens vt qui peccant,iidem puniãtur etiam siue mulcta pecuniaria,siue flagris & cruciatibus,siue talione læsi mutilative corporis, siue ignominia exilióq;,aut quacunq; tãdem pœna legitima.dum enim vnum genus exprimit,nõ permittens caput plecti pro capite, latenter & de cæteris subindicat suam sententiam.Fora, curiç, tribunalia,sodalitia,comitia,& subdiualis vita quæ causis agendis rebúsq; gerendis in bello ac pace peragitur,viris cõueniũt: fœminis verò cura rei familiaris, & domus custodia.virgines penetralia,mulieres aulam nõ egrediantur, duæ sunt enim ciuitatum species,maiorũ minorúmq;. maiores vrbes vocantur, domus verò minores.harum præfecturæ sorte obuenerũt,viris ma

maiorũ,hoc est respublica:mulieribus minorũ,hoc est res domestica.Absit igitur vt mulier aliquid extra familiæ curã sata gat,sed amet solitudinem,nec tanquam prostituta in publico in cõspectu virorũ operetur,nec nisi ad tẽplũ procedat,ac ne tũ quidem sine pudore per forũ frequentissimũ,sed turba iam domum reuersa,ita vt decet mulierẽ ingenuã & verè ciuilẽ, persolutis sine strepitu votis atq; precibus ad auertẽda mala & bona impetranda.Rixãtibus autẽ pugnantibúsq; viris mulieres audẽter procurrere velut in auxiliũ,nõ mediocris fuerit impudentiæ,quãdo etiã in bello vacationem habent militiæ, vbi de cõmunis patriæ salute agitur:adeò decorũ & honestas fuit curç legibus,vt semper & vbiq; immotũ seruaretur:quòd in hoc incomparabili bono sita videatur victoria, etiamsi cætera veniãt in periculum,quòd si qua tam impotenter amat maritũ,vt iniuriam ei factam dissimulare non valeat,tamẽ sexus memor sit etiam cũ opem ferre parat.periniquũ enim fuerit, si vt virũ cõtumeliis eximat,ipsa sibi faciat contumeliã,oblita pudoris fœminei,& probrũ sibi cõcilians ineluibile. itáne decet mulierẽ conuitiari per vias.& verbis vti nõ licitis,ac nõ potius si alius cõuitietur fugere obturatis auribus?at nunc nonnullæ procurrunt armatæ nõ lingua tantúm sed & manibus,natis exercitatísq; ad lanificium,nõ ad protrudendos pulssandósque obuios more pugilum,cætera tamen vtcunq, tolerari poterat: illud verò immanis audaciæ fuerit,mulierem inter rixandum inuolare aduersarij genitalia.Non debet enim hic valere causatio,q̃ marito ferre opem conata sit,seuerè potius cohibenda est audacia:vt nec ipsa posthac possit peccare similiter,nec aliæ petulãtiam hanc imitentur,exẽplo in eam edito deterriræ. Erit autẽ pœna,mutilatio manus ipsius, quæ nefaria licẽtia rẽ illicitam attigit.Laudãdi sanè gymnicorũ certaminũ præsides,qui fœminas arcẽt ab huius generis theatris,ne viros nudatos contẽplatæ,probitatem pudoris deprauarẽt contẽptis naturæ legibus, quæ insigniter discreuit vtrũq; sexũ nostri generis.nã ne viros quidem decet interuenire exutis veste mulieribus: sed vterque sexus debet ab altero nudato visum auertere, ita vt natura postulat.ergo si temerarius visus reprehẽditur,quãtò magis manus procaces culpandæ sunt?nam oculi nonnunquam incidunt in ea quæ videre nollent,si esset ipsis integrum.manus verò cẽsentur inter obsequentissimas partes corporis,promptę ad exhibenda nobis ministeria. Hæc est causa, quam vulgus affer-

re ſolet. aliam autem audiui à viris diuinis, qui pleraſq; leges autumnãt apertis verbis ſignificare obſcura myſteria. eſt autẽ illorũ ſentẽtia hæc. Duplex animæ vis, quaſi ſexu diſtincta, coniũcta genere, altera vt maſcula ad mares pertinet, altera ad fœminas, vt fœminea: maſcula ſoli Deo deuota, parẽti, factori, autoriq; omniũ: fœminea verò pendẽs à generatione corruptionéq;, & extendens tanquã manũ ſuam potentiam, vt in obſcuro apprehẽdat fortuita, generationi hęrẽs multis modis mutabili, cùm debuerit potius amplecti diuinã illam naturã nũquam mutabilem, ter beatã & feliciſsimã. Meritò igitur lex figuratè iubet reſecari quæ apprehẽdit teſticulos, non vt mutiletur corpus parte maximè neceſſaria: ſed vt ex anima excidãtur cogitationes impiæ, inſidentes omnibus rebus generationi obnoxiis. teſtes enim generationẽ ſignificãt. Addam & illud, vnitatẽ eſſe primæ cauſæ ſiue primi autoris imaginẽ, dualitatem verò, paſſibilis & diuiſibilis materiæ. quiſquis igitur dualitatem pluris quàm vnitatẽ faciẽs arripuerit, ſciat ſe Deo præferre materiã. ideo lex æquũ cenſet excidi hunc affectũ tanquã manũ ex anima. nulla enim maior eſt impietas, quàm reb⁹ paſsibilibus aſcribere illius ſummi agẽtis potentiã. Illi quoq; reprehẽdendi ſunt q nõ pro dignitate peccatis pœnas ſtatuũt, percuſſori mulctam pecuniariã, vulneratori ignominiã, homicidæ exiliũ, furi vincula. nã iſta inæqualitas & diſparitas inimica eſt rectæ inſtitutæ reipub. at noſtra lex æquitatẽ docet, vt quiſq; pro his quæ facit: patiatur ſimilia, ſi facultatibus ſui ciuis nocuit, luat de ꝓpriis: corpore verò, ſi mẽbra læſit aut inſtrumẽta ſenſuum, q ſi vitæ ſtruxit inſidias, ipſe vita mulctetur. nã aliã pro alia pœnã exigere in rebus toto genere diſsimilibus, ſoluere leges eſt nõ conſtabilire. hoc autẽ dico, ſi circũſtantiæ rem non variant. non enim perinde fuerit verberare parentẽ ac quẽvis aliũ, cõuitiari priuato ac magiſtratui, illicitũ aliquid in ſacro ac profano loco facere, aut ĩ celebritate feſtóq; publico, ac in alio quouis die non eximio: & in vniuerſum quæcũq; ſunt huiuſmodi differentiæ quæ crimẽ aut minuũt aut exaggerãt. Itẽ ſi quis, inquit, ſeruo ancillæ ve oculũ extuderit, manumittat eos liberos, quia ſicut in corpore principatũ natura dedit capiti cui ſummũ locũ tanquã regiam attribuit, reliquis mẽbris omnib⁹ quæ à ceruice vſq; ad imos pedes pertinẽt, ei pro baſi ſuppoſitis: ita inter cęteros ſenſus imperiũ penes oculos eſſevoluit. ideo hos quoq; in ſublimi collocauit vt principes, & quidẽ variis modis honoratos

tos, ſed præcipuè loco tã inſigni ac cõſpicuo. quantã verò vtilitatẽ ex his genus humanũ percipiat, recẽſere longũ fuerit. vnã tamẽ dicemus eximiã. Philoſophia defluxit quidem è cælo in hominũ animos, ſed oculis ſequeſtris deducta eſt id hoſpitiũ. nam hi primi conſpexerunt vias, quæ à cælo ad nos tendunt, regias. bonorũ autẽ omniũ, quæ verè bona ſunt, fons eſt philoſophia. ex eo ſi quis haurit vt virtutẽ ſibi quærat, laudãdus: cõtrà vituperãdus qui ſolam inde petit vafriciã. nam alter ſimilis eſt cõuiuæ exhilarãti & ſe ſodalitium: alter verò meribibo ingurgitãti ſe vſq; debacchationẽ tũ in ſeipſum, tum in cæteros. nũc dicẽdũ quomodo philoſophia per oculos deducta ſit in noſtrũ hoſpitiũ. ſublato vultu in ætherẽ viderũt illi ſolẽ, lunã, ſtellas ſixas & erraticas, ſarratã cæli militiã, & ipſũ⁹ mũdi ornatũ. adhęc ortus harũ occaſúsq;, choreas cõcinniſsimas, ſtatos circuitus, cõiũctiones, defectus, emerſiones. deinde incremẽta detrimẽtáq; lunæ, ſolis motus trãſuerſos à meridie ſeptẽtrionẽs petentis, ac rurſum recipiẽtis ſe ad partes auſtrinas à ſeptẽtrionalibus, atq; ita variantis annua tempora, ad abſoluẽda maturãdáq; omnia multósq; alios effectus mirificos. iiſdẽ colluſtrãtibus aërẽ, terras, maria, cũcta hęc mens percepit ipſorũ indicio: & quæ per ſe videre nõ potuerat, eorũ ope contẽplata, nõ hic ſubſtitit: ſed vlterius progreſſus diſcẽdi ſtudio, & ſpectandi dulcedine, rationibus cõiecturísq; aſſecuta eſt, hæc nõ temerè ferri ſuoptè impetu, ſed gubernari Dei prouidẽtia, quẽ patrẽ cõditorẽmq; rerũ nominare fas eſt. Item nõ eſſe hæc infinita, cũ circũſcribantur vnius mũdi terminis, orbe illo extremo ceu vrbem includẽte, ſtellis fixis cõſpicuo. porrò illũ ſummũ parentẽ lege naturæ curare ſuã progeniẽ, tũ vniuerſitatẽ ipſam, tũ partes eius ſingulas. amplius cõſiderauit quænã ſit eſſentia rerũ viſibiliũ. & nũ eadẽ omniũ quæ mũdo cõtinentur, an aliarũ alia: tum quæ ſingularũ materia, quæ've cauſa finalis, quæ vires quibus conſeruãtur, & vtrũ hæ corporeę an incorporeæ. nã horũ & ſimiliũ ſcrutatio, nihil aliud appellari poteſt q philoſophia, ſicut ipſe veſtigator ꝓpriè dicitur philoſophus. nã mũdi cõſideratio, & contentarũ in eo ſtirpium atq; animantium, tũ exẽplorũ intelligibiliũ & effectuum ſenſibiliũ, quídq; in his ſingulis inſit virtutis aut vitij, res eſt hominis ſtudioſi cognitionis, auidi contẽplationis, & verè philoſophi. at hoc ſummũ generis humani bonũ acceptũ fertur oculis: quos dignatos opinor eo priuilegio, quia ſunt dilucidiores cæteris ſenſibus & magis illuſtrãt animã. habẽt quidem

omnes familiaritatē quandam cū eo, verùm hic tanquā cognatione proximus primū locum obtinet, sicut multis argumentis licet colligere. quis enim nescit gaudēte animo subrideręocu los hilariter: sicut eodē mœrente ipsos quoq; submitti ac languescere. qp si grauior premat molestia, lacrymas etiam exprimit. iidem per irā tumescūt, & ignitum quiddam tuētes suffunduntur sanguine: remissiores verò præ se ferūt mansuetudinē. inter ratiocinandum considerandúmve stant immotæ pupillæ & ipse cogitabundę, quodāmodo: fatuorū autem oberrāt, quorū ne oculi quidem possunt quiescere præ stultitia. deniq; omnib' animi affectibus afficiuntur & oculi, variis mutationibus declarantes naturalem quandam cognationem. equidem nullam opinor inuisibilis rei tam euidentem imaginem à Deo factā, quàm rationis oculos. Ergo si quis conuictus fuerit hunc præcipuum sensum dolo malo impetisse, & extudisse oculū ingenuo homini, talionem feret. sin seruo, non it em. non quòd venia dignus sit, aut minus peccauerit: sed quoniā si talione ageret seruus, infestiorem herū esset habiturus, acceptæ calamitatis semper memorem, & implacabiliter vindictam meditantem quotidie, donec eum iniquis iussis vsq; magis ac magis grauatum ad mortem adigeret. Prospexit igitur lex ne vel maleficium sineretur impunitū, vel orbatus oculo grauiora pateretur insuper, statuens absque controuersia mancipium manumitti, cui herus extudisset oculū. Sic enim dupliciter mulctabitur, & pretio serui & ministerio: tū quod est vtroq; grauius, maximo afficiet beneficio quē maluisset habere semper obnoxiū suæ sæuitiæ. at læsus duplex habebit solatiū, libertatē lucratus, & erept' seruo imperio. eadem lex iubet vel pro dente excusso libertate donari mancipiū. cur ita? quia vita nihil pretiosius, cuius instrumentū natura dētes fabricauit ad ciborū dispositionē. his enim cōciuntur, dictis ab edendo detorto vocabulo, sicut molares dicūtur qui attritu frusta cōminuunt. quapropter ille rerum parens & conditor. cuius nullum opus est superuacuum, dētes nō vt cætera mēbra nascenti statim addidit, ne infantem lacte nutriendum grauarent inutiliter, & fontes vberū per quos alimēta derivantur, vexarent inter sugēdum: sed in tempus præstitutum, hoc est ablactandi, exortum eorū distulit, quos prius abderat: scilicet quia iam solidiores cibi hæc instrumenta postulant, cessante nutrimento lacteo. Si quis igitur præ nimia superbia dentem seruo excusserit, priuarit hominem instrumento ad

ad sustentandam vitam necessario, manumittat læsum tā grauiter, & mulctetur viuo instrumēto carituras eius ministeris. Dicet aliquis, Ergo pari pœna vindicatur dēs & oculus? Respōdebo, & meritò. par enim vtriusq; vsus est, in suo duntaxat officio, in aspectu oculi, dentis verò in edendo. imò si hæc diligenter inter se comparentur, apparebit oculum esse honestissimā partem corporis, vt contēplatorem cæli quo nihil in mūdo augustius: dentem verò nō minus vtilem, vt qui præmadendo cibos vitæ sit adminiculum. præterea visu orbatus potest nihilominus viuere: dentes verò extusos sequitur mors miserabilis. Hos igitur si quis infensus seruo adimat, sciat se ipsi famem in annona quantumlibet bona inuehere suis manibus, quid enim proderit ciborum copia per summā domini crudelitatem spoliato instrumentis ad vescēdum necessariis? & hæc est causa cur alibi interdicatur ne quis fœnerator à debitore molā superiorem inferiorémve sumat pro pignore, nō sine prefatione legis, quòd qui hoc facit, oppignorari sibi sinit vitam hominis: nam qui aufert vitæ sustentacula, fit homicidio proximus, non parcendo vel animę. Intātum autē solicitus fuit legislator, ne quis alteri necis causam præberet, vt eos etiam qui cadauer fatali morte defuncti hominis attigissent, impuros pronūtiet, tantisper dū se lauacro purificarint. à templo autem etiā post purificationem tales arcentur per septem dies, iubentúrq; tertia latere atque septima. præterea funestam domum ingressos lex vetat quicquam attingere prius quàm abluātur vnā cū suis vestibus. eo enim contactu vasa & quācunq; supellectilē pollui iudicat. nam anima facit hominē, qua demigrante reliqua cōtaminantur omnia, destituēte se diuina imagine. mens enim refert Dei similitudinem, formata iuxta exemplarem ideam illius supremæ sapientiæ. Addit lex impurū fieri quicquid ab impuro tangitur, per cōtagionem videlicet. Videtur autem latè patere hoc sacrū oraculū, nō consistens intra corpus, sed amplius inquirēs etiā in mores animæ. nā propriè loquēdo impurus dicitur quis quis est iniustus & impius, cui nulla iuris humani diuiniq; reuerentia, qui omnia miscet conturbātq; propter immoderatos suos affectus & vitia animia. proinde quæcūq; aggreditur negotia, omnia reprehensionē merētur, vt vitiata per autoris sui nequitiam. Sicut ediuersò actiones bonorū virorum laudātur, per virtutem eorum meliores redditæ: quandoquidem ita natura comparatum est, vt effectus similes fiant suis autoribus.

PHILONIS IVDAEI,
De circumcisione.

CAPITA legum specialium, id est decem præcepta quæ vocant decalogum, superiore libro diligenter tractauimus: nunc superest vt speciatim mandata consideremus, ordine quo in sacris literis sunt prodita. initium autē faciam à re iuxta multorum opinionem ridicula. Ridetur enim maiorum nostrorū circūcisio, quāuis in non mediocri honore habita etiam apud gētes alias præsertim Aegyptiacam, præcellentem hominū tam frequētia quàm sapientia. ideo conueniētius erat absq; cauillis puerilibus prudenter & serio quærere causas cur is mos inualuerit, q̄ præpropera sententia damnare facilitatē gentiū nobiliū, cùm verisimile sit nō temerè circumcidi tam multa hominū milia, perferréq; cruciatus mutilationis in suis & charissimorum pignorum corporibus: imò esse causas permultas quæ suadeant ab hoc priscorū instituto nō discedere, sed quatuor præcipuas. Vnam, vt caueatur morbus curatu difficilis. quē vocāt carbunculum, opinor ideo sit appellatū, q̄ vrat inflāmatione, quæ præputiatis facilius innascitur. alterā vt totū corpus sit purius, nec impediat officia sacerdotalis ordinis: quāobrem etiam radunt corpora Aegyptij sacrifici, ne quid sordiū vel sub pilis vel sub præputiis hæreat, quod posit obesse puritati sacris debitæ. tertiam, q̄ cordis similitudinē quandā habeat circumcisa hęc particula. ambę enim generationi seruiunt. nā ab altera spiritus animales, ab altera genituræ proficiscuntur. ideo prisci æquum censuerūt occultæ illi potioriq;, ceu fonti censuū animi, adsimilare hāc visibilem: vnde origo crassiorū sensuū corporis. quarta porrò causa summè necessaria, est cura fœcūditatis & numerosæ sobolis, aiūt enim ita semē recta eiaculari integrū nec diffluēs per sinus præputij: & ideo circūcisas gētes fœcūditate pollere, esséq; populosissimas. Hæc sunt quæ ad aures meas peruenerūt, tradita per manus à diuinis viris nostris maioribus, qui Mosis placita diligenter explicauerūt suis interpretationibus. equidē præter iam dictas rationes per circūcisionem significari arbitror duo quædā valde necessaria. vnū, excisionē voluptatū quæ mentē fascināt. quoniā enim inter omnes voluptatū illecebras

bras principatū tenet viri cōgressus cū muliere, instrumentum eius legislatores mutilari iusserūt, innuēdo resecādas voluptates superfluas, nō vnius tantū huius generis, sed omnes per vnā subindicātes, alterū verò, quo moneātur abiicere arrogātiam, grauē morbū animæ. quidā enim velut præclari fictores, iactāt se posse hominē animal pulcherrimū producere, & inflati hac superbia gerūt se pro diis, vero autore generationis dissimulato, cùm tamē eum errorē cōsideratis aliis quibuscū versantur: potuerint corrigere. multi enim sunt inter eos viri steriles, & infœcūdæ mulieres multæ, atq; ita vtriq; cōsenuerunt in orbitate. hæc igitur praua opinio excidenda est ex anima, sicut & cętera quæcunq; pietati repugnant. verùm de his hactenus. nunc vertendus est stylus ad leges speciatim proditas. ac primū ad eas quibus debetur initiū, pertinentes ad caput de monarchia.

PHILONIS IVDAEI,
De monarchia liber I.

QVIDAM solem, lunam cæteráq; sidera crediderunt esse deos rerum dominos, ad quos omnium quæ fiunt causas retulerūt. at Moses opinatur mūdum & creaturam esse, & more amplæ ciuitatis magistratus habere ac subditos: magistratus, quotquot in cælo sidera vel fixa vel erratica: subditorū vero loco naturas quæ lunā inter & terras degunt in aēre. cæterùm dictos magistratus nō esse potestatis liberæ: sed sub præfectos vnius patris rerū omniū, ad cuius imitationē iustè legitiméq; administrent singula negotia. sed hebetes quosdā qui summū illum rectorē non videant, inferioribus istis, quasi liberæ potestatis essent, causas rerum attribuere. quorum ignorantiam sacer legislator castigat verbis his: Caue ne conspicatus solem, lunā, sidera, omnémq; cæli ornatū, opinione falsus adores ea. Rectè admodū & pulchrè fallaciam vocat diuinum cultū rerum supradictarum. nam quidam animaduertētes solis processibus ac recessibus temperari anni tēpora, quibus animalia, stirpes, fruges, proueniāt matureścántq; lunam verò ministrā solis & absentis vicariam, vt quæ noctu præsit rebus quibus sol interdiu, alias itē stellas afficere variè

terrestria,in errorem inducti sunt inexplicabilē, suspicari nullos esse deos præter hos.quòd si studuissent per rectā viam incedere,statim didicissent,quod quemadmodum nostri sensus ministri mētis sunt,sic & sensibiles isti magistratus ministri sunt illius intelligibilis, boni cōsulentes cēteri se in secūdo ordine. ridiculū autem esset opinari,mentem in nobis,cùm sit parua & inuisibilis,præesse instrumentis sensuum:illam verò vniuersalē maximam perfectissimámq; non habere regnū in reges ipsos, inuisibilem in visibiles,ergo credēdum est omnes illos cælites qui percipiuntur sensibus,non esse sui iuris,nec habere potestatem propriam,sed subpræfectorū tenere ordinem,sic natura factos vt sint obnoxij,quamuis summus ille rector non reposcat ab eis rationem,propter virtutē ipsorum eximiā. Itaq; trāscensa per cogitationem omni visibili essentia, pergamus ad cultū illius inuisibilis qui sola mente percipitur,solus Deus deorū tā inteligibilium quàm sensibilium, atq; etiam rerum cūctarum opifex.quòd si quis religionem quę sempiterno conditori debetur,alteri iuniori aut creato tribuat,inter insanos referēdus est ac impios.Sunt item quidam qui aurum argētúmq; statuariis, quasi deos fingere scientibus,suppeditant. hi mox acceptam rudem materiā ad exemplar mortale formāt,vt (quòd est absurdissimum)talia simulacra pro diis colantur, fanis cōstructis & dedicatis altaribus: honorentúrq; pōpis,sacrificiis & cęteris ritibus atq; ceremoniis per sacrificos & sacrificas augustū in modum exquisitis cura quoad fieri potest maxima.id rerum pater vetat prædicens:Nō facietis vobis deos aureos & argēteos.tantùm non expresse docēs,ne ex alia quidē vlla materia deos manufaciendos esse,quando præcipuis duabus interdicitur.argentum enim & aurum primatū in metallis obtinent. Verùm prēter hoc apertum interdictum,videtur mihi subesse hic & aliud præceptum vtile moribus,auaros valde arguens,vndecunq; argentum & aurum sibi quęrētes,& acquisitum tanquam numen recōdentes in penetralibus, totam suam felicitatem acceptam illi ferendo,quin & illos qui cùm non possint proprias diuitias colere.quòd his careant,alienas mirātur,nō minus auari quàm illi priores:quos adoraturi manè ad ædes eorū tanquam ad sanctissima templa currītāt,bona petituri ab his quasi numinibus. Hos alibi quoq; lex admonet: Idola non cōsectabimini,nec facietis vobis deos fusiles:figuratè docēs,diuinos honores nō conuenire diuitiis.auro enim argētóq; fermè cōstant diuitiæ.quas vulgus

vulgus sectatur sub illi⁹ cæci Pluti nomine.cui soli se debere felicitatē existimat:hoc est simulacris,vt scriptura loquitur,vmbris & vanis imaginibus, nihil solidum firmúmve habētibus. feruntur enim vltro citróq; vētorum in morem. id verum esse argumēto certissimo colligitur: quia sicut interdū repentè aduolāt,ita prius quàm prehēdātur,possessore illuso rursum auolant.atq; etiam cùm adsunt maximè, speculares quasdā repræsentant imagines, præstigias sensuū,ludibriáq; instabilia. Sed quid opus est fastum istum & opulentiam, quam sibi homines fingunt,vanitatis coarguere, cùm non desint qui existimēt animalia stirpésq;,& quicquid gignitur ac corrumpitur,perpetuò fluere, detrimētis tamen obscurioribus quàm vt sensui pateāt, quòd naturæ velocitatē visus quantumvis acer assequi nequeat. Nec tantùm opulentia gloriáq; habent sua simulacra & inanes imagines, verùm & omnes isti fabulosi quos poētę commenti sunt contra veritatem propugnatores mēdacij,nouis diis velut è machina introductis, vt ille verus sempiternúsque obliuioni traderetur.&quo facilius homines allicerēt,carminibus,numeris metrisq; ornarunt mēdacium,rati se fucum facturos lectoribus.Nec hoc contenti assumpserunt in fraudis societatem pictores & statuarios,vt colorum specie figurisq; affabrè factis& expolitis spectatores inescatos subigerēt,iniectis in præcipuos sensus visum auditúmq; laqueis, alterum captū inanimis pulchritudinibus,alterum verò suaui incātatione poētica insinuāte se in animam & vires eius labefaciente atq; constantiā.Propterea legislator non ignarus ad quantam molē ista vanissima persuasio intumuerit,quātóq; stipata sit plerorūq; hominū imperitorū satellitio,sponte sua potentiā eius protegentium,veritus nequādo meditatores incorruptæ veræq; pietatis,ab ea tanquam torrente raperētur inuoluerētúrq;,profundos sanctitatis typos in auditorū mētes imprimit & inscalpit,ne vnquā deleātur confundantúrve iniuria temporū,cōtinuè cantionem eandē repetens:vnū esse Deū conditorē factorémq; rerū vniuersarū,& hunc dominari creaturis omnibus,quādoquidē verè firma constánsq; penes ipsum solum est autoritas. Dictū est autē omnes viuere,quicūq; Deo verò adhærēt. an non igitur felicissima & ter beata vita fuerit,vnū rerum autorē antiquissimū colere potius,quàm hoc rege posthabito venerari ianitores eius apparitorēsq;?nā vitæ huius immortalitas relata est in naturæ tabulas,duraturis in æternū vnà cum mūdo literis.Difficile quidem videtur

videtur quærere præciperéq; patrem & rectorem vniuersorũ, sed conandum tamen impigrè. occurrũt autem hic duo præcipuè quærẽda mẽti germanę philosophanti: Vnum, an sit Deus, quod negat quorũdam pessima impietas: alterũ, quid sit Deus, horum primũ non magno discitur negotio: secũdum verò non solùm difficilè est discere, sed etiam fortassis impossibile. cõsideremus vtrunq;. Opifices plerunq; noscuntur ex opificiis, quis enim inspecta statua vel tabula, nõ statim intelligit pictorem vel statuarium? quis vestibus, nauibus, domibus inspectis, nõ cogitat textorem, materiariũ cæmẽtarium? itẽ dum aliquis adit vrbem cuius bene constituta sit respub. ornatáq; pulchris legibus, quid aliud credet quàm bonos ei magistratus præesse? sic qui venit in hãc veram Megalopolim, mundũ videlicet, vidẽs terræ mõtana & campestria plena stirpibus & animalibus, amnibus perẽnibus & torrẽtibus, pabulis & maritimis subuectionibus, tum aëris temperiem & mutationes vicésq; annuas temporum, ad hæc solẽ lunámq; noctis & diei princeps, cæteráque sidera vel fixa vel erratica, totiúsque cæli choreas & ambages: nónne verisimilẽ atq; adeò necessariam cogitationẽ de horum patre, cõditore atq; rectore cõcipiet? nullũ enim artificiosum opus sponte prouenit. mũdus autẽ arte summa factus est, dubio procul à conditore optimo ac perfectissimo. Ita iam esse Deũ percepimus. Nunc essentiam huius, quãuis vestigatu inuentúq; perdifficilem, tamen quoad fieri potest scrutari libet. nihil em magis quàm verus Deus quærẽdum est, etiamsi eius inuẽtio supra vires humanas sit: quãdoquidem ipsum per se discendi studium incredibilem affert voluptatem ac lætitiam, sicut testantur quicunq; nõ summis labris degustarunt philosophiam, sed affatim oblectati sunt dogmatũ eius epulis, horũ enim ratio sublimis à terris rapta incedit per æthera, totũ cælum cum sole ac luna perlustrans studio visendi omnia, quãuis hebetiore visu vix ferat clarissimum synceriss imúmq; splendorẽ effusum obuiã, ita vt animæ oculis caliget ad eius radios, & quasi tentetur quadam vertigine. nec tamen ab incepto desistit præ lassitudine, sed inuicta contẽtione pergit cõtemplari pro viribus, vel ad secundam palmam aspirans, sicut in sacris certaminibus, quãdo non datur primam assequi. post imagitationẽ autẽ veri coniectura secundũ locũ obtinet, in quantũ non discrepat à bonis rationibus, ac probabilibus. Quẽadmodum igitur certo scire nõ possumus, cuiusq; stellę qualis sit essentia. quęrimus tũ alacrit

criter, oblectamúrq; rationibus verisimilibus propter genuinum discendi desiderium: ad eũdem modum licet verum illud ens Deum non valeamus cernere, debemus indefinenter eum quærere, quãdo hæc cõsideratio vel per seipsa citra inuentionẽ, res est summè desiderabilis. nam nec corporis oculis quisquã vertit vitio, quòd cùm non possint solem ipsum obtueri, radiorum ab eo in terram defluentium splẽdorem extremum aspiciunt. quapropter amicus Dei Moses & mysteriorũ eius interpres, supplex precatur: Ostende mihi teipsum: tantùm nõ discrẽ proclamare coactus, Esse te docente mundo didici, qui mevt filius de patre, vt opus docuit de artifice. quæ porrò tua sit essentia cùm scire cupiam, qui me hoc docere possit in vniuerso mũdo inuenio neminem. oro igitur vt exorari te patiaris ab amico supplice, & qui solus potes opẽ afferas. Sicut enim lux à nulla re illustratur, sed seipsa ostẽdit. sicut tu te solus potest ostendere. sit ergo venia confugere ad te audẽti propter penuriã magistrorũ in summo discẽdi desiderio. Ad hæc Deus: Ardorẽ discendi probo vt meretur, cęterùm quod peris, neminem natum impetrare fas est. tibi tãtum largiar quantũ conuenit. nec enim quicquid ego dare possum facilè, id & homo potest accipere. ideo cùm dignus sis mea gratia, donaberis omnibus quorũ capax es muneribus. mei verò notitiam tãtùm abest vt natura humana capiat, vt ne totum quidem cælum totúsve mũdus possit eam capere. Nosce teipsum, nec sinas te cupidine rerũ quibus impar es abripi, & sublimiora te noli plus ęquo appetere. potieris enim omnibus, quib⁹ potiri fas erit. His ille auditis preces iterat: Persuades inquit, mihi me nõ posse manifestam imaginationem tui mente cõcipere: oro tamẽ, vt saltẽ gloriam tuam videre liceat. gloriam dico potestates quarũ stiparis satellitio, quæ hactenus ignoratæ miro me torquent cognitionis desiderio. Tũ Deus: Quas quæris potestates, vtiq; intelligibiles sunt, non visibiles, sicut ipse sum inuisibilis & intelligibilis. intelligibiles inquã, non ꝙ iam intellectæ sint, sed quia si cõprehendi possent, duntaxat mente, non sensibus, essent comprehensibiles, cùm mentis natiuus vigor talium rerum sit capacior. attamen quãuis earũ essentia sit incõprehensibilis, videre licet sigillum quoddã & effigiẽ earum efficacię: quemadmodũ apud vos annulis in cerã impressis similémve materiam, exprimuntur figurę variæ, & quidẽ integræ omnibus sui partibus. tales cogitandæ sunt potestates, quę mihi astãt pro apparitoribus, & qualitates formásq;

formásq; addunt rebus qualitate formáq; carentibus,absq; vllo sempiternæ suæ naturæ detrimẽto,hæ nõ temerè ideæ nominantur à quibusdã vestratibus,quia singula ἰδιοτρόπως, hoc est suam cuiq; reddunt proprietatem,inordinata redigũt in certũ ordinem,infinita indeterminata,informia formãt,definiũt, terminant:& in vniuersum deteriora in melius reparant. Non est igitur quod speres te percepturũ vnquamvel meipsum,vel vllã è meis potestatibus,quorũ autẽ capax es,libẽter (vt dixi) facio tibi copiam.patebit tibi mũdi & eorum quæ in ipso cõtinentur spectaculum nõ corporis,sed mẽtis peruigili collustrãdũ compræhendendúmq; oculo.tu modò perge amare indesinẽter sapientiam quæ suos discipulos explet laudatissimis honestissimisq; placitis ac sententiis.His auditis confirmatũ est in eo sapientiæ studiũ,& hodiéq; ad rerũ inuisibilium amorem excitat omnes sui similes,cõplectens tum populares.tũ eos qui aliũde transitionẽ fecerunt ad meliorem ordinẽ:alteros vt à nobilitate nõ degeneres,alteros vt in generis societatem ascitos à nobilibus:qualesvocãtur proselyti seu aduenæ ꝙ postquã aliunde venere nouelli coloni sint ascripti in ciuitatem , qui cõtemptis figmentis fabularum,syncera instituta recipiũt.omnes autem æquo iure vti voluit tã aduenas quàm indigenas, veteres ciues admonens vt hos nouos nõ solùm honorent , verumetiam eximia prosequãtur beneuolentia:& meritò.Cùm reliquerint patriam,cognatos amicósq; pietatis ergò sanctitatísq;, nõ excludãtur ab aliis ciuitatibus,familiis,amicitiis,sed pateãt recepta cula hominibus.ad religionẽ veram trãsfugientibus. nã vnius Dei cultus est amoris mutuæq; beneuolentiæ vinculũ insolubile.exæquatis autẽ honore iuréq; cũ aliis ciuibus propter abdicatam superstitionem traditã sibi dudum à maioribus, nõ permittit effreni linguę petulãtia cõuitiari diis creditis falsa persuasione aliarũ gẽtium,ne & illæ irritatæ prorumpant in voces nefarias cõtra Deum optimũ maximum,nimirũ nõ docti verũ à falso discernere propter deprauatam institutionem & errorẽ iam inueteratum.interdum tamen reperiuntur quidam è ciuibus, qui omisso vnius Dei cultu à pietate deficiunt,& ordinem suum deserunt, plectendi pœna vltima.ꝙ tenebras præponant luci clarissimæ,& data opera mẽtẽ excæcant cùm potuerint verum cernere.permissum est autem cuivis bene nato educatóq; & maiorũ virtuis æmulo,à talibus sine mora pœnas sua manu exigere, nõ expectato assensu senatus & iudicũ , imò ne delato quidem

quidem nomine:& sequi animi amantis Deum infestíq; vitiis impetũ cõcitati aduersus impios nulla dignos clemẽtia, semel accepta potestate senatus,iudicum,prætorum,tribunorũ, accusatorum,testiũ,legum,populi,vt absq; omnibus impedimentis intrepidè pro pietate decertare liceat.& extat in sacris legũ volu minibus exẽplum tam præclari facinoris.Vir quidã conspicatus ciues suos in amplexus exterarũ ruere,pellíciq; harum blãditiis in ritus alienos à religione patria atq; etiã sacris earũ initiari,principem eius factionis& legũ contemptus autorẽ præferocem(iam enim propalam oftẽtabatur audacia nefaria,& sì mulacris mactabãtur victimæ)in cõspectu totius populi furore diuino percitus,dimotis turbis quæ ad spectãdũ cõuenerant, fortiter aggressus interemit vnà cũ muliere:ipsum quia facilẽ se discipulũ præbuerat ad discẽda quæ satius fuisset didiscere. illam verò quòd malitiæ nequitiæq; magistra fuerat.id tã calidum facinus repẽrè visum castigauit plurimos,& reuocauit ad officium.Quocirca Deus laudauit strenuè nauatã operã iniussu magistratuum,& promptã alacritatem honorauit duplici prẽmio,pace ac sacerdotio:tũ quia iudicauit immunẽ à militia debere esse in posterũ propugnatorem diuini cultus fortissimũ: tũ quia sacerdotalis honor pietati debeatur merces ꝓpria, quæ est professio seruiẽdi cælesti parenti optimo,cui seruire optabilius est quàm regnare,nedũ esse liberum.nõ desunt tamen quidam prolapsi eo insanię,vt ne receptum quidem ad pœnitentiã sibi reliquũ faciãt,ad cultum simulacrorum præcipites, confirmantes eã seruitutẽ literis, nõ in chartula scriptis sicut mos est mãcipiorum,sed inustis in corpus ferro ignito ne deleri queãt postea.nam hæ non obscurãtur vllo tempore. At legifer Moses vir sanctissimus idem propositũ per omnia cætera tenuit,vtpote veritatis amator atq; magister,cũctis suæ gentis hominibus cupiens hãc imprimere in præcordia,procul reiectis falsis opinionibus.proinde cùm sciret hũc errorẽ vitæ nõ mediocriter foueri prauis diuinationibus , totũ hoc genus auersatur maximè diuinos cũctos arcẽs in perpetuũ à sua republica,sacrificos , expiatores,auspices,prodigiorũ procuratores,incãtatores,sortilegos.omnes enim hi cõlecturis ducũtur in speciem ꝓbabilibus, easdẽ res aliter atq; aliter interpretando,tum quia subiectũ eorũ non habet naturam stabilẽ , tum quia ipsi carent ratione accurata examinandi conceptus suarum mentiũ.impietatis apparatus isti sunt: quare?quia qui attendit his & obsequitur,credẽs

hinc

hinc pẽdere bona maláq;,contemnítq; autorem rerũ omnium: nec intelligũt ſe vitæ curas cõmittere incertiſsimis alitum motibus per aërem vltro citróq; volitantiũ, & reptiliũ è terræ cauernis quærendi ſibi cauſa proreptãtium:item viſceribus pecudum,cruori & caſsis anima cadaueribus collapſis vt mutentur in deterius.requirit enim lex in huic ciuitati aſcripto abſolutã ſcientiam,nõ iſtarum artium quibus vulgus inſtituitur à teneris,quales ſunt diuinationũ ſortilegiorúmq; cõiecturis nitentium: ſed certæ perſuaſionis & veritatis indubitatiſsimæ qua Deus & pietas perdiſcitur.ſed quoniã à natura inſitũ eſt hominibus prænoſcẽdi futura deſideriũ,& ideo multi ſe ad aruſpicinam ſimilésq; diuinãdi artes applicãt,ſperántq; harũ ope ſe fore voti cõpotes,cùm tamẽ ſeipſe vanitatis coarguãt,ſeuerè vſus earum interdicitur.nec etiã defore pietatis veræ cultoribus futurorum præſcientiã,exoriturum repentè prophetã aliquẽ qui vaticinetur correptus numine,nihil de ſuo dicẽs(nec enim ſcit quid dicat qui verè diuinat)ſed quicquid proferet quaſi alio dictãte impetrãs.Deus enim per prophetas loquitur: quibus pro inſtrumentis vtitur ad ſignificãda quæcunq; voluerit. Hæc & ſimilia poſtquã de vno vero Deo cognoſcendo vates legifer nos præmonuit,deinceps præſcribit quo ritu eum coli oporteat.

PHILONIS IVDAEI, De monarchia liber II.

DEI templum alterũ ſummũ verúmq; exiſtimandum eſt,mũdus hic vniuerſus,cuius ſacrarium ſit cælum in tota rerum natura præſtantiſsimum,donaria verò ſidera,ſacerdotes & æditui poteſtates angelicę,animæ carentes corporibus,nõ quemadmodũ noſtræ contẽperatæ è ratioali brutaq; natura,ſed totæ quãtæ ſunt intellectu prædítæ,ratione ſynceritatis vnitati ſimiles: alterũ verò manufactũ. non erat enim reprimendus impetus hominũ ad pietatẽ properãtium,& grata ſarificia pro acceptis beneficiis reddere parantium,aut pacem veniámq; petentium,proſpectum eſt tamẽ ne vel paſsim vel vno loco plura tẽpla dedicarẽtur æquiſsima ratione, quandoquidẽ vnus Deus nõ niſi vnicũ ſibi dicari poſtulare videtur.ac ne apud priuatos quidẽ focos licet rem diuinã facere

facere,ſed vel ab extremis terris ab hoc templũ proficiſci iubẽtur ſacrificaturi, hac quoq; de cauſa quo morũ experimentũ de ſe præbeant.nemo enim niſi caſtè piéq; ſacra facturus ſuſtineat relictis cũ patria cognatis amicisq; peregrinari,& diuelli à neceſſariis coniunctiſsimisq. affectibus.id verũ eſſe apparet cuilibet.innumeri enim ex innumeris ciuitatibus terra marique abeũte,occidẽte,ſeptẽtrionibus,meridiéq; ſingulis feſtis ad templum hoc cõfluunt,quaſi ad quoddã cõmune refugiũ vitæ negotioſæ ac tumultuariæ:vt ibi trãquillitate inuenta remittant animum,ſepoſitisq; curis quibus per totã vitam grauãtur,reſpirẽt pauliſper degentes hilariter, cõceptáq; bona ſpe vacẽt rei cùm primis neceſſarię,ſanctitati religioniq;,inter ſe quoq; nouis cõiũcti amicitiis,& promiſcuis epulis ac libationibus inſtaurata firmatáq; cõcordia eius tẽpli extimus ambitus longè latéq; patens,munitur quatuor elegãtiſsimę ſtructuræ porticibus:quarũ ſingulæ duplici cõſtant ordine,materie,marmoribus,artificũq; ingenioſo labore architectorũq; cura ornatiſsimæ.ſed ordo interior eſt ſubmiſsior,& inapparatu plus auſteritatis prę ſe fert. in medio tẽplũ ipſum nullis verbis enarrabile, quantũ licet ex his quæ foris ſpectãtur cõiecturã facere. nã intima nemini videre fas eſt,præterquã ſoli ſacerdotũ principi,& id ei quoq; vno die dũtaxat anniuerſario permittitur,quo introſpicit omnia.infert autẽ odoramẽta & foculũ cũ ignitis carbonibus. ibi multo ſuffitu facto fumus circũquaq; offunditur.& viſum offuſcat,nec ſinit lõgius proſpicere. Cũ enim ſit ingens & in magnã ſubſtructum altitudinẽ quãuis in loco ſitũ nõ admodũ edito,iſtar celſorum montiũ attollitur.eius ſtructurę amplitudo eximia miraculo eſt omnibus ſpectatoribus,præſertim hoſpitibus viſentib' & cũ aliis publicis ædificiis cõferẽtib' vel pulchritudinẽ huius vel gentis in hoc opere magnificentiã.Lucus autẽ nullus eſt intra dictũ ambitũ,quia lex id multis de cauſis vetuit.primò quoniã verũ templũ nõ amœnitates poſtulat,ſed ſeueram caſtimoniam.deinde quia nõ eſt fas importare quæ faciũt ad virorẽ arborum,hoc eſt brutorũ excrementa &hominũ.tertiò quia ſiluſtris materię nullus eſt vſus,cũ ſit,vt poẽtę loquũtur,telluris inutile pondus:mitiores verò arbores quæ mites frnctus ferũt,parum cordatos à religione retraherẽt. præterea cõdenſa ſiluarũ maleficis cõueniũt, ex latebris ſecuritatẽ & inſidiarũ occaſionẽ quærentibus.at aperta loca & propatula proſpectũq; introreſſorum& obambulantiũ latè admittentia,ſacris ſunt aptiſsima.

reditur autem hoc templũ habet non solùm è latifundiis,sed & multò potiores alios, nullo vnquã interituros tempore. donec enim genus humanũ pmanebit, perpetuò reditus hi cũ mundo vniuerso ſtabunt incolumes.inſtitutũ eſt enim quotannis offerri primitias ab anno ætatis vigeſimo:has redemptionẽ vocant, ac proinde volentes libentes ſumma cũ alacritate offerũt,quaſi hoc pacto ſuam libertatem,ſanitatẽ, ſalutémq; redempturi in poſterum.cùm autẽ hæc gẽs ſit populoſiſsima,procul dubio hæ primitiæ maximam rerũ copiam ſuppeditãt.quocirca perẽ oppidatim ſunt ſacrata ærariа,vbi mos eſt deponi primitias, quã ſacram pecuniã certis temporibus legati ad templũ perferunt, delecti ex cuiuſq; ciuitatis optimatibus, cõmittentis huic legationi ſpes ſuas,quas in religione oblatísq; ritè primitiis collocant. Huius nationis cum tribus numerẽtur duodecim,vna ex omnibus ſelecta fungitur ſacerdotio,quod accepit prẽmiũ pietatis atq; fortitudinis,quo tẽpore plebeia multitudo viſa eſt ſeduci errore quorundã populariũ.ad Aegyptiacũ delirium & typhum illius regionis familiarem deſciſcẽtium,quæ brutis animãtibus præcipuè tauris miras affingit fabulas.huius igit dementiæ ſceleſtos autores cùm internecione deleuiſſent iniuſſu magiſtratuũ,cõprobatũ fuit eorũ facinus,& pietati nauata opera.Leges autẽ de ſacerdotibus extant hæ.integritas corporis in ſacerdote requiritur,ne quã labẽ mutilationémve habeat,néve vllam agnatã particulam ſuperuacaneã,ſiue in natiuitate, ſiue per morbũ poſtea : néve colorẽ mutatũ in leprã aut feram impetiginem, aut formicãtes verucas aliásve puſtulas & tuberculа.quæ omnia mihi videntur figuratè referenda ad perfectionẽ animę.nam ſi mortale corpus ſacerdotis inſpici oportet ne quo cõtactum ſit vitio,quantò magis immortalem animã formatã (vt creditur)ad Dei veri effigiẽ.ſermo autẽ eſt imago Dei, quo ille totũ mundũ cõdidit.poſt nobilitatẽ verò generis & integritatẽ animæ ſimul & corporis,de veſtitu quoq; præſcribitur,quẽ ſumi à ſacerdote ſacris operaturo decear. is eſt lintea tunica & ſubligar,alterũ quo tegantur partes pudendæ,quas apud altare nudari nefas eſt,altera verò vt expeditius obeatur miniſteria. abſq; amictu enim tunicati ſacra libationésq; peragũr,& quicquid ad rem diuinam opus eſt celeriter ac incunctanter ſuggerunt. pontifex autem iubetur & ipſe veſtem ſimilem ſumere, quando adyta ſubit vt aram odoramentis adoleat, quia lintea non conficiuntur è mortali materia ſicut veſtes laneæ : aſſumit tamen

tamen & aliam pictam, quæ videtur mundi referre quandam imaginem,quãtum è paratu eius apparet.primum enim indumentum eius rotũdum eſt totum hyacinthinum,talaris tunica ſignificans aërem : ſiquidem aër ſuapte natura nigricat & ipſe talaris quodãmodo ſupernè à lunari vicinia tenſus vſq; ad terrę infima.huic ſuperinduitur textum pectorale thoracis ſpecie, quo cælum ſubindicatur.nam duo ſmaragdi precioſiſsimi eminent in ſummis humeris,orbiculares,in ſingulis ſinguli,qui hemiſphæria duo nobis innuunt,alterum ſuperum,alterum ſubterraneum.in pectore ſunt gemmæ x i i.eximiis coloribus,ternæ ſerie quadruplici, ad exemplar ſigniferi circuli.nam & ille terna è ſuis x i i. ſignis in quatuor anni horas diſtribuit. cæterum tota hæc pars in qua ſitæ ſunt, rationale vocatur vero nomine, quoniam quicquid cælo continetur, fabrefactum ornatúmq; eſt certis rationibus inter ſe congruentibus. nam ibi nihil non ſua ratione nititur.id rationale geminus textus variat, quorum alter claritas appellatur,alter veritas.per hãc ſubindicatur non eſſe fas vlli mendacio cælum aſcendere, quòd totum inde ad terreſtria loca relegatũ ſit,& demigrarit in animos ſceleſtorum hominum.per claritatem verò,res noſtras clareſcere naturis cæleſtibus,aliàs in obſcuro futuras. liquet enim, quòd niſi ſole illuſtrante, non eſſent conſpicuæ tot qualitates corporum,nec tot colorum formarúmq; ſpecies,nec dierũ,noctium, mẽſium,annorúmq; diſcrimina: & in vniuerſum quis diſtinxit tempora,niſi ſolis,lunæ, cæterorúmq; ſiderũ curſus ac recurſus concinniores quàm vt enarrari poſsint humana facundia? vnde numerorũ natura niſi ex obſeruatione modò dictarum tẽporis partium ? quis in tãta maris latitudine ſimul & altitudine vias nautis aperuit,niſi ratio ſiderũ?alia quoq; innumera viri ſapiẽtes deprehenſa per eorũ notitiam retulerũt in literas,vt procellas & tranquillitates aëris,felices ac malignos frugũ prouẽtus, æſtus remiſſos & ardentiſsimos, hyemes aſperas aut vernãtes, ſiccitates & pluuuias,fœcũditatẽ animãtiũ & ſtirpiũ,aut ediuerſo ſterilitatẽ,& id genus alia.omniũ enim rerũ terreſtriũ in cælo ſigna notata ſunt.ex ima verò talari pendẽt aurea mala punica & tintinabula & floſculi,quæ terrã & aquam ſignificãt: terrã floſculi q; ex ea germinent floreántq; omnia:aquã verò punica, dicta ῥοαὶ παρὰ τὴν ῥύσιν, id eſt à fluxu iuxta græcam etymologiam.harmoniam porrò conſenſúmq; mundi partium tintinabula indicant. quæ omnia ſita ſunt decentiſsimè. in ſummo

gemmæ,pectorale illud cęli simulacrũ,quia& cælũ summũ est, sub hoc talaris tota hyacinthina,quia & aër nigricãs secundũ à cælo tenet ordinem.in extrema verò eius fimbria flores & mala punica, quia terra & aqua infimũ in vniuersso sint sortitæ ordinem.hoc cultu põtifex vtitur,totũ mundũ referẽs ornatu mirando vel menti vel oculis.Sicut enim hos aspectu ob pretiũ simul ac varietatem stupendo percellit magis quã vllũ textile in nostris regionib⁹: ita interpretationẽ sui partiũ habet sapientẽ ac philosophicã.admonet enim pontificẽ vt cõsiderata vniuersi quam gestat imagine,vitã præstet à natura nõ degenerẽ.deinde vt operãdo sacris totũ mundũ deprecatorẽ alleget. Decet enim vt patris sacerdos filiũ eius mundũ hunc ad preces votáq; adhibeat.Est & tertium huius sacræ vestis mysteriũ non prætereundum silẽtio.nam alij sacerdotes tantũ pro familiaribus amicis ciuibúsq; solẽt rem diuinã facere:at Iudæorũ pontifex nõ solũ pro toto humano genere,verumetiã pro naturę partibus,terra, aqua,aëre,igne, precatur & agit gratias: quippe qui existimat mũdum(vt re vera est)suam patriã, solitus supplicationibus ei reddere propitiũ parentem cõditorẽq; suũ.Post hæc legislator præcepit,vt qui accedit altare cõtrectaturus victimas redeuntibus ad se sacræ functionis vicibus,à vino temetóque abstineat, quatuor de causis,scilicet vt effugiat pigritiã,obliuionẽ,somnũ, amẽtiam.merum enim laxatis viribus corporis facit id minus agile,& in somnũ vẽlit nolit pertrahit:animi quoq; intentionẽ remittens,fit ei causa obliuionis ac desipientię.contrà sobriorũ & membra sunt leuiora habiliorâque, & sensus puriores syncriorésq;,& mens ipsa perspicacior, ad prospiciendũ futuris negotiis,& ad præteritorũ reminiscentiam.itaq; in vniuersum vi ni vsus censetur ad vitam inutilis,quondoquidẽ grauat animã, sensus hebetat,denique corpus onerat.nihil enim sinit in nobis liberũ,sed quicquid attigit,præpedit.At cũ puritati sacrisq; vacatur,tantò est hoc onus molestius,quantò grauius peccatur in Deũ quàm in hominem.Meritò igitur institutũ est sacrificium abstemium,vt discrimen sit inter sacra & profana, pura & impura,legitima & illegitima.Cęterũ quoniam nemo nisi vir cooptatur in sacerdotũ,nõ carituras amplexuum cupidine, quæruntur ei castæ virginis nuptiæ,sanctis prognatę parentibus ac honestis generosisq; maioribus.Meretricem enim pariter animo impuram atq; corpore,ne aspicere quidem ei licet, etiamsi quæstu relicto ad frugem rediit,eò quòd olim pollutũ vitę institutum

tutum secuta sit,ipsa verò de cætero quidem eximatur ignominiæ,propter propositũ mutatũ in melius:laudanda est enim nequitiæ pœnitentia,nec vetandus quo minus eã ducat quisquam alius:sacerdotem verò ne accedat quidam propius.huius enim est eximiũ priuilegium,quod requirit cõsensum mutuũ actionum eius omnium inculpabiliũ ab initio vitæ vsq; ad exitũ.Videtur enim à ratione bonisq; moribus alienissimũ, cicatricosos arceri sacerdotio propter notas infelicitatis nõ malitię:eas verò quæ nõ solùm coactè,verũetiam interdũ spõte formã venditarent,postquã vix tandem resipuerint.ab amatoribus diuulsas iungi mox sacerdotibus,& è lupanaribus migrare in sacra domicilia.manent enim nihilominus in animis pœnitentium cicatrices quædam & vestigia nequitiæ pristinæ. proinde rectè honestéq; vetitum est aliubi,ne merces meretricis inferatur in sacrarium.Atqui numi per se carent crimine,sed quæ hoc accepit vnà cũ suo quæstu est abominabilis.quomodo igitur admittetur in sacerdotis consortium mulier,cuius etiã pecunia profana habetur adulterináq;,quantũvis probatæ notæ ac materiæ?itaq; tãta requiritur in põtifice puritas,vt nec viduam sinatur ducere,siue mariti obitu desolatam, siue diuortio: primò vt sacrum semen intacto puróq; aruo capiatur,nec vllo modo misceantur huius natales cum aliis familiis:deinde vt inita cũ nõdũ deprauatis animis consuetudine,facilius eas suis moribus accõmodent.Sequaces enim & flexiles ad virtutẽ sunt mentes virginũ & ad disciplinam promptissimæ. At quæ iã experta est virum alium,probabiliter videtur ad institutionẽ difficilior,vt quæ non adeò puram habeat animã, nec instar ceræ leuigatã,sed iã ante inscriptis notis asperam,quæ ægrè delebiles vel non recipiunt figuras alias,vel receptas cõfundunt inæqualitate sua.Virginem igitur ducat pontifex castã à nuptiis:virginem in quam nõ solùm cũ qua nemo cõgressus est alius, sed nẽ desponsam quidem alteri,quãdo nõ sola hic requiritur castitas corporis. Reliquis sacerdotibus, quod ad nuptias attinet,præscribuntur eadem quæ põtificibus:verùm his ptæter virgines etiam viduas licet ducere,nõ quasvis tamẽ,sed quarum mariti defuncti sint.nõ vult enim lex materiã contentionũ præberi sacerdotibus,quas viuis priorib⁹ maritis posteriores vix possunt effugere propter zelotypiam:cæterùm illis extinctis,simul affectus talis extinguitur,& alloquin etiam æquum est pontificem puriorem sanctiorémq;,sicut in cæteris rebus omnibus, sic in

Universidad de Deusto Biblioteca

nuptiis quoq; se approbare, nec nisi virginem puellam ducere. Secundi autē ordinis sacerdotibus permittitur cum mulierib⁹ virum expertis cōnubium. Quin & de genere futurarū vxorū diligēter, pręscribitur, vt pōtifici despōdeatur nō solùm virgo, sed sacerdotalis generis, vt spōsus sponsáq; gentiles sint & quodammodo consanguinei, quo magis per totā vitam moribus cōueniant. cæteris cōceditur vt quāuis ipsi sacerdotes sint, possint tamen ducere nō sacerdotū filias: siue ꝙ leue sit hoc piaculum, siue ꝙ non expediat plebē in totū submoueri à sacerdotū affinitatibus. ideo licitū est sacerdotibus huiusmodi cōnubiū, vt cognationi proximū. nam generi loco filiorū sunt soceris, & hi vicissim loco parentū suis generis. Hactenus de cōiugio, & cura procreādi liberos. Quoniā autem generationem sequitur corruptio, etiā de vita functis leges sunt proditæ, quibus decernitur, sacerdotes nō funestari ob cuiusvis amici cognatíve interitū, sed tātùm sex cognationis proximæ, patris matrisq;, filij vel filiæ, germani germanéve virginis. at pōtifici invniuersum luctu interdicitur, nec fortasse immeritò. nā aliorū sacerdotū functiones habent suas vicissitudines vt pro aliis cessantibus ministrent sacris alij, & quibusdā luctu occupatis, nihil tamen omittatur è solēnibus ritibus atq; ceremoniis. pōtificis autem officia propria cōmittuntnr præter ipsum nemini. Quāobrem semper impollutus permanere debet cauēs, à contactu cadaueris, vt paratus sit tēporibus debitis vota sacráq; sine impedimēto facere. Cùm enim alioquin sit Deo dicatus ductórq; sacrati ordinis, oportet eum abdicari omnibus cognationis affectib⁹, vt charitatē erga parentes, liberos, fratres posthabeat, nec vnq̄ ea retardatus potiora negotia differat. idem vetatur in domestico luctu vestimēta scindere, & insigne sacerdotij suo capiti detrahere, aut è fano per occasionem luctus excedere, vt ob loci ornatúsq; reuerentiam resistat mœstitię, & fortis malit videri, quàm miserabilis. Postulat enim in eo viro lex præstantiorē homine indolem, quippe qui Deo sit familiaris præ cæteris, situs in quodā diuinæ humanæq́; naturæ (si verū fareri licet) cōfinio, vt hoc mediatore Deus propitietur hominibus, eiusdē ministerio porrigat eis largiatúrq; suam gratiam. Post hæc præcepit lex de iis ad quos primitiarū vsus fructus pertinet. Si quis inquit, sacerdos oculum, aut manū, aut pedem aliúdve mēbrū amiserit, aut maculam aliquā contraxerit, ad sacra quidem tractanda nō admittatur propter calamitates huiusmodi, fruatur tamen

tamen sacerdotū honoribus, propter dignitatē generis irreprehensibilem. Quòd si aut lepra sacerdotem occupet aut seminis profluuium, nec sacrā mensam attingito, nec portionē accipito honorariam, donec sistatur profluuium, & lepra decedens cutē relinquat concolorē. Quòd si sacedos rem quācunq; impuram attigerit, aut somnio venereo pollutus fuerit, ea die sacrificiis abstineat: sed sub vesperā ablutus sinatur partem suam capere. Accola verò sacerdotis & mercenarius arceat à primitiis. Accola ideo, quia non omnibus vicinis mensa cōmuuis est, & cauendum est ne sacra profanētur nimio humanitatis studio. Non omnibus enim danda omnia, sed quæ accipientibus conueniant. Alioquin ordo, quo nihil in vita melius, tolletur è medio, succedente confusione pernitiosissima. Si enim in nauibus onerariis nautæ gubernatoribus pares erūt, & in triremibus æquabūtur præfectis remiges naualésq; socij, in exercitu verò equites magistris suis, scutati ordinum ductoribus, centuriones legatis & imperatoribus, item in repub. cōcionatores senatoribus, rei iudicibus, & in vniuersum plebei magistratibus, tumultus, seditionésq; nascētur, & ista verbotenus æqualitas inæqualitatem rerū pariet. Nā æqualia dignitate imparibus tribuere, est inæqualitas: inæqualitas verò fons malorū, Quā ob rem honorariæ partes sacerdotum ne cum accolis quidem communicādæ sunt, ne propter vicinitatem attingant quæ nefas est tangere. Nā is honor non domui habetur, sed generi. Similiter merces è sacra portione nō est reddenda mercenario. Nam is si profanus sit, in profanum vsum vertet quæ honoris causa tributa sūt nobilissimo sacerdotum generi. Quapropter neminem alienigenam lex admittit in societatem sacratorū fructuum, etiamsi ex indigenarum nobilitate paterno maternóq; genere sit laudatissimus, vt hi honores incorrupti permaneāt penes sacerdotalem ordinem. Inconueniens enim fuerit, victimas, sacrificia, cæterásq; altaris ceremonias committi sacerdotibus. præterea nemini, honores verò eorum communicari quibuslibet: quasi deceat illos diuexari nocturnis diurnísque curis ac laboribus, præmia verò etiam otiosis promiscuè contingere. Vernæ autē, inquit, & emptitio dominus suus sacerdos impartiat cibum potúmq; de primitiis. Primùm quia seruus nihil lucratur nisi ex domino, cuius ipse est possessio, vt necesse sit seruum ali è sacris prouētibus. Deinde ne quod omnino futurum est, id inuiti faciamus: Nam serui, dum velimus nolimus nobiscū versantur

perpetuò,& cibum potúmq; parãdo menſas hilares inſtruunt, dum miniſtrãt veſcentibus & reliquias efferunt, ſi non aperte deſumunt,certè clam ſurripiunt,neceſsitate cogẽte:atq; itavni culpæ,ſi tamen culpa eſt vti cibis dominicis,alterã addunt furtum,videlicet,vt furtim ſacris fruantur ſine crimine, quod eſt abſurdiſsimum.Huc accedit cauſa tertia, q̃ nõ eſt periculũ ne primitiæ vileſcant ſeruis cõmunicatæ,quandoquidem hi cohibentur metu dominorũ,qui ne inſoleſcat poſſunt in officio continere familiam. Poſtremò ſequitur lex humanitatis pleniſsima,ſic præcipiens. Si filia ſacerdotis nupta ſacerdoti per mortẽ mariti fiat vidua,aut à viuo propter ſterilitatem deſeratur, retro in paternas ædes reuertatur,vt de primitiis viuat,ſicut quãdo virgo erat. Nam & nunc quodammodo virgo eſt potentia, ſiquidem deſtituta marito ac liberis,nullum præter parentem habet refugium.Vbi verò ſuperſunt filij filiæ, neceſſariò liberis ſuis mater attribuitur:qui cùm ad paternam domum pertineant,matrem quoq; ſecum adducent in idem domicilium.

PHILONIS IVDAEI, De præmiis ſacerdotum, & honoribus.

SAcerdotibvs nullã agri partẽ lex attribuit vnde more cæterorũ in vſum vitę fructus terræ colligant:ſed honoris cauſa Deũ ipſum fore ſortem ac poſſeſsionẽ eorum pronuntiat, ad res offerri Deo ſolitas reſpiciẽs, idq; duab⁹ de cauſis:primò quia ſummus honor eſt participes fieri eorũ quæ Deo ſacrantur à gratis hominibus: deinde vt circa ſolum Dei cultũ occuparẽtur,ceu curam & poſſeſsionẽ propriam.Huc accedunt & alij honores,virtutis ergò illis habiti,& ante omnia cibus abſq; ipſorum cura laboréq; paratus. Præcipit enim lex,vt quotieſcũq; panis à piſtoribus fermẽtatur ac ſubigitur,totius primitiæ ſeparẽtur in vſum ſacerdotũ: atq; hoc pacto etiam offerentium pietati proſpicitur. Dum enim aſſueſcũt ſemper alimẽti partem Deo decidere,nunquã in eius obliuionẽ veniunt,qua re nihil invita poteſt cõtingere felicius homini.Cùm autẽ hæc gens plurimũ abũdet numerovirorum, neceſſe

neceſſe eſt primitias afferre magnã copiam:vt nemo ſacerdos tam pauper ſit,quin diues videatur, ſed & è reliquis prouentibus imperãtur primitiæ,vinum in ſingula præla,triticum hordeúmq; in ſingulas areas.ſimiliter ex oliuetis oleum, cæteríq; mites fructus ex arboribus,nec contenti neceſſariis ſuſtentent vitam durius,aut delicatiore victu careant,ſed hilarius menſis fruantur cum munditie.tertium præmium ſunt primogenita maſcula,ex omni genere terreſtrium quæ in vſum hominũ veniunt.Nam hæc iure diuino debentur ſacerdotibus:ex armẽtis boum & ouium caprarũmq; gregibus ipſi inuẽci,hirci & arietes,quippe cibo puri & ſacrificio:pro equis verò,aſinis,camelis & ſimilibus æſtimationis non iniquæ pretiũ:eſt autẽ hic quoq; prouẽtus maximus.nã vetere gentis huius inſtituto paſcuntur multi greges armẽtáq; omnis generis animalium.hic lex non contenta primitiis omnium prouentuum, alias inſuper exigit animarum atq; corporum,nam liberi ſunt parẽtum partes ſeparabiles.imò(ſi verũ fateamur) inſeparabiles,propter cõmunem ſanguinem & latentẽ quandam rationem generis demanantem à maioribus,natiua beneuolentia coniũgente affectus mutuos.Attamen & horũ exiguntur primogenita primitiarum nomine:vt appareat gratam eſſe fœcũditatem vel præſentem vel quæ ſperetur in poſterum:id quod cedit in laudem coniugij,ſacrari primum eius fructũ,ſimúlq; coniuges admonet temperantiæ,curæ domeſticę atq; concordiæ vt mutuo cõſenſu in verã firmámq; ſocietatem cõueniant.Cæterùm ne filij primogeniti ſacratíq; diſiungãtur à parentibus,redimũtur certa pecunia,tãdidem pauper ac diues,nullo reſpectu vel dignitatis offerẽtium, vel recẽs natorum habitudinis,modò ne quis quãtumvis pauper grauetur.Quoniã enim liberi tam humilibus de plebe viris contingunt quàm clariſsimis proceribus,oblationem parem debere fieri iudicauit, facultatum (vt dixi) potiſsimùm ratione habita.Alios inſuper non mediocres reditus iura ſacerdotibus tribuunt,dum à ſingulis exiguntur decimæ frumenti,vini,olei,fœturæ pecudum ex armentis ac gregibus,quanta verò hinc quoq; proueniat copia,licet ex numeroſiſsimæ generis frequentia cõiecturam ſumere.ex his rebus liquet iuxta legis iudiciũ ſacerdotes æquiparari honore ac maieſtate regibus:ſiquidem illi ſtanquã principibus conferri tributa imperat, id quod fit longe aliter quàm in cæteris ciuitatibus ſub dynaſtis degẽtibus.nam hæ gementes & coactæ vix tã-

dem conferũt,perosæ quæstores ceu pestem publicã, nunc hã nunc illas causationes fingendo,ne ad præstitutum tempus tributa repræsentẽt.Ad hæc gẽs sacerdotibus debitã pecuniã libẽs gaudénsq; depromit,quasi non daret sed acciperet,addens fauitas ominationes & gratiarũ actiones populariter,idq; quotannis nec viris cessantibus nec mulieribus, sed alacritate spõtanea,quãta nullis verbis exprimi potest,cõferẽtibus.& hæc quidem contribuũtur ex priuatis possessionibus,nec desunt etiam alij redit⁹ è victimis,digni sacerdotib⁹.Nã de qualibet mactata pecude lex iubet duas certas partes eis decidi, armũ dextrũ & pectoris pinguedinẽ:quarũ altera significat reqri in eis fortitudinẽ in omni actione legitima,siue dandum siue capiendum siue operãdum sit quippiã:altera verò animũ placatum & alienum ab ira postulat.Hunc enim aiunt habitare in pectore,vbi natura collocauit vim irritabilẽ,ceu militem in præsidio,munito videlicet cõpage ossium firmissima,neruis adstricta validis.De pecudibus autem quæ aliàs mactãtur causa visceratio-nis,tria suo iure sacerdos accipit,armũ,maxillã,& quod omentum dicitur.Armũ ea ratione quã modò diximus. Maxillas verò,vt capitis,quod inter mẽbra præeminet, sermonisq; primitias.Nã hic promanare nõ potest nisi maxillis commotis,vnde διαγόνας ἀπὸ τῦ σείσθαι,hoc est ab huiusmodi cõmotione Græci has nominant.Nã his plectro linguæ percussis, omnia vocis instrumẽta consonant.Omentum verò vẽtris est protuberatio: vẽter porrò nil aliud quàm præsepe brutæ cõcupiscẽtiæ, qui potationibus rigatur & ingluuie,& inũdatur aliis post alias cibi potúsq; deliciis,suis more gaudens in cœni volutabro degere. Proinde locus excremẽtis dicatus,cõueniẽtissimus est illi turpi & intemperãti pecudi.Aduersatur autẽ ei temperãtia,quam exerceri & labore studióq; cõfirmari decet modis omnibus, vt bonũ maximum ac perfectissimum,priuatim & publicè vtile. Quocirca gulosa cõcupiscentia,cùm sit impura profanáq;,meritò extra virtutis fines exulat.Temperãtia verò pura virtus & immaculata,cibi potúsq; negligens,vt contẽptrix voluptatum ad vẽtrem pertinentiũ,ad sacrũ altare admittitur:auférq; illã ventris protuberãtiam , quo magis admoneatur despicere gulam insatiabilem.& quicquid accendit hanc concupiscentiam. Quin & holocautomatũ,quorum vix iniri potest numerus,tergora cedũt sacrificiis,vnde quæstus cùm primis opimus percipitur. Satis igitur apparet,quãuis tribus destinata diuino cultui

tui exsors agrorũ sit,alia tamẽ ratione prospectum ei honorificentius,vt sine,labore suo viuat è primitiis & oblationib⁹. Sed ne quis è conferentibus exprobret accipienti suum beneficiũ, iubẽtur prius in templum deferre munera,vt tum demũ inde sacerdotes desumant.Decebat enim pro diuinis beneficiis largissimis aliquam ex rebus victui necessariis deliberari gratiã: autorem verò eorum cùm ipse nulla egeat,ista largiri templi ministris & sacrorum curatoribus.Nam quisquis nõ ab hominibus,sed à Deo nunquã nõ in omnes benefico munus accipit, saluo pudore accipit.Itaque tot præmiis decretis sacerdotum ordini,si quis eorum eget honestè viuens sine crimine, vel tacitus nobis legum contemptum opprobrat.Nam si earum iussis pareremus,& oblationes debitas in quẽ oportet vsum verteremus, haberent illi non solùm victum necessarium , verũetiam cætera delicatioris vitæ subsidia. Sicut ediuersò victus sacerdotum lautior,argumentum euidens esse potest pietatis publicæ & legum semper seruatarum summa diligẽtia.Verùm qnorũdam incuria (nec enim tutũ est id imputare omnibus) sacratis viris affert pauperiem.imò (si verum fateri licet) illis ipsis ab officio decedentibus.Nam leges contemptæ nocent contẽptoribus,quamuis seductis & inescatis ad tẽpus aliqua illecebra. Cæterùm nihil vtilius, quàm sequi leges naturæ,vtcunque primus earum gustus austerus & immitis videtur. Tot lucrorum accessione vbi satis prospectum est sacerdotibus, etiam secũdi ordinis habita est ratio.Hi sunt æditui,pars fungentes ianitorum,pars verò atriensium officio,ne quis profanus volens nolénsve transcendat sacrata limina.Alij circumquaq; obuersantur noctu & interdiu,per vices sortiti diurnas nocturnásq; stationes atq; custodias.Rursum alij porticus atriúmque verrunt & exportant scobes ac quisquilias,curántq; mũditiem,& mercedem accipiunt victũ ex decimis,vt prouẽtu proprio. Verùm his ipsis decimis eis frui nõ licet,prius quàm harum quoq; decimas offerant primi ordinis sacerdotibus. Tũc enim demum liberę fruuntur,non antea.Oppida quoq; quadragintaocto acceperũt luge cõcedente & cuiusq; pomœria per duo milia cubitorum in circuitu pascẽdis pecudibus,& in reliquos vsus oppidis necessarios.Ex his selecta sunt sex,tria cis Iordanẽ, trãsamnana totidẽ,in refugiũ eorũ qui nolẽtes cædẽ fecerint. Quoniã enim qualemcunq; homicidam nefas erat fanum introgredi, vt se religione loci tueretur,iam dicta oppida sunt apertavelut

asyla

asyla secundaria, propter incolarum honorem ac priuilegium qui supplicibus contra vim futuri erant præsidio, non armorũ ope, sed dignitatis respectu, & iusta reuerẽtia sacerdotalis ordinis. Cæterùm profugus iubetur continere se intra septa oppidi quo receptus est, ne in vltores cæsi cognatos insidiat in homicidam quamuis non spontaneum sæuituros propter extincti desiderium, quod officit æquitatis examini. Quòd si oppido exire ausus fuerit, sciat se in manifestam ruere perniciem. Nec enim illius à se occisi cognatos latere poterit, sed confestim peribit interceptus eorum laqueis & casibus. Terminus autem huius exilij sit idem qui vitæ summi pontificis, quo defuncto impetrabit veniam, & ad patriam reditũ. His similibúsq; legibus perlatis de sacerdotio, deinceps docet de animalibus: quænam sit sacrificiis idonea.

PHILONIS IVDAEI, De animalibus idoneis sacrificio, déq; victimarũ generibus.

ANIMALIA quæ in sacris mactari solẽt, aut terrestria sunt aut volucria. sed volucriũ cùm sint innumeræ species, præteritis cæteris omnibus, duas tantùm selegit Moses legifer: quoniam colũba inter natura mãsuetas & gregatim volitãtes est mitissima, turtur verò inter solitarias cicuratu facilima. Terrestriũ quoq; innumeris gregibus omissis, tria præcipua secreuit genera, boum, ouium, caprúmq; vt mitiora mãsuetioráq;. Siquidẽ armenta magna boũ, magni greges caprarũ & ouium, ab vno quovis agũtur, nec solùm viro, sed & puero, dum exeũt in pascua, rursũmq; suo tẽpore decẽter ad septa redeũt. Quòd autem animalia hæc ingenio miti sint prædita, vel illud euidens est indicium, ꝙ omnia vescantur herbis nõ carnibus, nec vnguibus aduncis armata, nec cõtinua serie dentium: Nam gingiuæ dẽtibus aliquot destitutæ sunt. Præterea maximè vitã iuuãt hæc animalia. Arietes vestitum præbẽt tegẽdis corporibus. Boues arãdo terrã sementi præparãt, & fruges ipsas tritura reddũt alimento vtiles. Ex caprarum

prarũ pilis ac tergoribus cõtextis consutísq; fiunt penulæ viatoriæ, velaminaq; militibus, & aliis quos necessitas aliqua cogit extra vrbes sub diuo degere. Requirũtur autẽ integra hæc oĩa, illæsa partibus omnibus, & maculis etiã neuisq; carentia. Tanta enim cautela vtuntur in hoc negotio & qui offerũt victimas & ipsi sacrifici, vt probatissimi sacerdotum peritissimíq; ab extremis pedibus exorsi per totum corpus inquirant quæ sunt cõspicua, ne vẽtre fœminibúsq; celetur vel minima labecula. Adhibetur autem hæc cura non propter victimas, sed vt sine omni culpa sint qui eas mactandas offerunt. Submonentur enim his symbolis, vt quoties accedunt altaria, vel nuncupaturi vota vel redditurí, nullum vitium nullúmque morbum afferant in animã, sed conentur omnino nitidam & immaculatam in conspectum Dei producere, ne visam auersetur. Quoniam autẽ quædam sacrificia fiunt pro vniuersa gente, quædam pro vniuerso (si verum fatendum est) humano genere, quædam pro singulis rem diuinam facientibus, prius dicetur de publicis. Est enim in his ordo mirificus. Nam alia sunt quotidiana, alia recurrunt septimo quoque die, alia cum sacratis nouiluuiis, alia ieiuniorum tempore, alia tribus festis præcipuis. Itaque agni duo iussu legis mactantur quotidie, manè ac sub vesperam, vterque cum gratiarum actione, alter pro diurnis, alter pro nocturnis beneficiis, quæ indefinẽter Deus largitur humano generi. is numerus duplicatur septimo quoq; die, vt par pari addatur, in æternitatis honorem, quòd septimus dies mũdi natalis sit. Quapropter hebdomadarias victimas placuit esse similes quotidianis & cõtinuis. Institutum est etiam vt quotidie bis adolerentur odoramenta fragrantissima in ara quæ intra velũ est, oriente sole occidẽtéque, ante matutinum & post vespertinum sacrificium: vt sacra cum sanguine fiãt pro nobis qui cõstamus è sanguine, incruẽta verò pro principali nostri parte anima, ratione prædita, factáq; ad exẽplar diuinæ imaginis. panes item septimo quoq; die proponuntur in sacra mensa, pares numero mensiũ, in quaque serie seni pro ratione æquinoctiorum. Nam seni mẽses intersunt vernum inter autumnaléque. Post vernum fruges matureſcunt, quãdo fructus arborei se proferre incipiunt: qui mox post autumnale matureſcunt, quando sunt sementis initia. Sic natura sempiternis orbibus in sese recurrẽtibus alia post alia dona mortalibus per vices cumulat: quod significatur per bis senos panes propositos. iidem admonent nos temperãtiæ inter

omnes

omnes virtutes vtiliſsimę,quã comitãtur facilitas,ſimplicitas, frugalitas,hoſtes cupiditatis & intemperantiæ.panis enim alimento cõtentus eſſe poteſt ſectator ſapientiæ,habiturus ſanum corpus & mentem ſobriam.cupediæ verò,placentæ,bellaria,cõmentáq; alia curioſa piſtorum & coquorum,guſtui præ cæteris ſenſibus inerudito illiberaliq; ſeruientium ad nihil honeſtũ & ſpectatu vel auditu dignum,ſed ad miſeri ventris deſideria,cõciliant morbos tum corpori tũ animo plerunq; inſanabiles. cũ panibus autem ſal & tus menſæ imponitur: quorũ altero ſignificatur,nullum eſſe condimentum frugalitate ſuauius,ex ſapiẽtum ſententia:altero verò,videlicet ſale rerum omnium perpetuitas. nam hic conſeruat ea quibus inſpargitur,& ſufficit vice obſonij. Ridebunt hæc ſat ſcio, iſti qui nihil tractant præter epulas & conuiuia, lautarum ſectatores menſarum, ſeruiliter inhiantes auibus,piſcibus, carnibus & id genus cæteris, qui ne in ſomnis quidem vnquam veram libertatem guſtarunt. eos ego contemnendos iudico his qui Deo vitam ſuam approbare cupiunt,docti voluptates aſpernari, & aſſueti mentẽ oblectare naturæ cõtemplatione. Poſt hæc legiſlator diſtinguit ſacrificia trifariã,in holocautoma,&quod pro ſalute,&quod pro peccato vocatur.Deinde ſingula exequitur accuratiſsimè,ſeruato reſpectu decori pietatiſq;.Quin & ordo in hac diuiſione ſpectatur aptiſsimus.nã ſi quis examinare velit cauſas,cur illi priſci homines aggreſsi ſint ſacrificia,tres præcipuas inueniet.Vnam,cultũ Dei,vel per ſe honeſtum ac neceſſarium:alteram verò,vtilitatẽ ſacrificantium.ea duplex eſt,dum bona impetramus,& à malis eripimur. Cæterum primo illi generi,quod ſolũ Dei honorem ſibi proponit,lex aptè holocautoma tribuit, quãdo victima integra igne abſumitur, humana cupiditate nihil inde ſibi vſurpante. Alterũ genus quoniã ad homines pertinens ipſorum opinione diuiditur,etiã lex ſubdiſtinguit,vt alio bona quærantur, quod nominatur pro ſalute: alio fuga calamitatis, quod pro peccato dicitur. atq; ita holocautoma ſolius eſt Dei,cui ſemper debetur honor etiãſi nihil expectaremus ab eo gratiæ. reliquæ duæ ſpecies ad nos propriè pertinent:altera incolumitatem poſtulans & profectũ in melius:ea verò quæ pro peccato nuncupatur,veniam delictorum & medicinam languentis animę.Dicemus de ſingulis quæ lex ipſa p̃cipit,initio facto à ſpecie præſtãtiſsima,hoc eſt ab holocautomate. Ante omnia,inquit,ſeligat maſcula victima ex animalibus puris ad ſacrificiũ,iuuẽcus,aut agnus

agnus,aut hœdus. Hãc qui offert,ablutas manus imponat eius capiti. Tum aliquis ſacerdos accipiat eã & immolet,mox alius ſanguinem eius exceptum phiala fũdat per altaris circuitum, detractóq; tergore victimæ,artus in fruſta concidantur,& ablutis inteſtinis atq; pedibus,tota victima igni altaris tradatur.cõieſtis rurſum in vnum partibus quæ modò diſſectæ fuerãt.Hæc ſunt quæ diſertè lex præcipit.ſubeſt tamẽ intellectus obſcurior, qui è ſignis quibuſdam declaratis elicitur. primũ ſexus mas in victima requiritur,quia præſtãtior eſt quàm fœmina,& primæ cauſæ efficiẽti propinquior. nam quicquid fœmineum eſt imperfectum cenſetur & ſubditum,vt quod patiatur magis quàm agat. Porrò cùm anima noſtra conſtet è duabus partibus bruta rationaliq;,rationalis videlicet intellectus maſculini eſt generis,fœminini verò bruta illa quæ ſenſus ſortita eſt. Intellectus autem ſenſui tanquam vir mulieri præſtat toto genere, quippe purus inculpatúſq;,purificatus perfectis virtutibus. ipſa eſt rota Deo grata & ſanctiſsima hoſtia.cæterùm quòd manus imponuntur capiti victimæ,euidens indicium eſt innocentiæ,vitæq; ſine culpa exactæ iuxta naturæ leges & diuina oracula.poſtulat enim Deus à ſacrificante primũ bonam mentem,ſanctam & in pietate exercitam:deinde vitam benefactis ornatam, vt dũ manus imponit,poſsit libera cõſcientia dicere:manus hæ nec muneribus corruptæ,nec innocenti ſanguine pollutæ ſunt, noxam iniuriam vulnus vim intulerũt homini,nulli rei turpi præbuerunt miniſteriũ.ſed rebus honeſtis ac vtilibus, quæ viris iuſtis, honeſtis ſapientibúſq; probãtur. Sanguis autem circum altare fũditur,quia circulus figura eſt perfectiſsima.ne huius libationis exſors ſit vlla pars animæ. nam animam quodammodo libare videmur ſanguine. Figuratè igitur docemur,vt integra mente in orbem choreas agitante per omnes conſiliorũ dictorum factorúmque ſpecies Deum colamus. Nec myſterio caret quòd iubemur inteſtina & pedes abluere.per inteſtina enim lota ſubinnuitur oportere cupiditates ablui, abſtergíq; maculas cõtractas exebrietate ac crapula,vitiis humanæ vitæ valde nexiis.Pedum verò lotio ſignificat,non humi poſthac incedẽdum, ſed per æthera. Amãs enim Deum anima re vera in cælũ à terris emicat,ſumptíſq; alis petit ſublimia, cupida oberrãdi cum ſole,luna cæterarúmq; ſtellarũ ſacra militia,ipſo Deo duce atq; imperatore, cuius inexpugnabile regnũ iuſtè moderatur vniuerſa & ſingula. Quòd autem mẽbratim victima diuiditur,ſic

in erp

interprerātur,vel quòd ad vnum referātur omnia,vel quòd orta ex vno in vnum redeant;id quod nonnulli sufficientiā nominant,alij verò mutuum fomentū ornatúmq; elementorū quatuor. Mihi verisimilior cōiectura videtur,admoneri hoc pacto Dei cultricē animā,vt Ens illud non temerè colat, sed certa ratione atq; scientia.Ea ratio consistit in hoc,& diuidātur ac distinguantur Dei virtutes & potentiæ. Nā Deus est bonus conditor parénsq; huius rerum vniuersitatis,prouidēs suis operibus,seruator atq; benefactor, idē beatissimus omníq; felicitate refertissimus:quæ singula tum per se maiestatem habēt mirificam, tum collata cum aliis eiusdē generis.Idem dicēdum videtur & de rebus cæteris. Quoties subit tuum animum voluntas agēdi Deo gratias propter mundū conditū,age & pro vniuerso & pro integris eius partibus tāquā animalis perfectissimi:atq; vt clarius loquar,pro cælo,pro sole,pro luna cæterisq; vel fixis vel erraticis sideribus:deinde pro terra cùm suis animantibus & stirpibus,pro mari ac perēnibus torrētibúsq; fluuiis,& his quæ victū in eis sibi quærunt:deniq; pro aëre ac huius partibus.Nam hyems,æstas,ver,autumnus,anni tempora tuendæ vitæ necessaria,mutationes sunt aëris cōmodæ rebus sublunaribus. quòd si quando gratias agis pro hominibus,id non in genere tantū fieri oportet,sed speciatim iuxta distinctiones præcipuas,pro viris ac mulieribus,pro Græcis ac barbaris,pro insularibus æquè ac pro continentem colentibus. item si pro vno viro vota facis,diuidēda sunt nō in minutias,sed in ea quæ sunt potissima,vt res animi ac corporis,& rationis atq; sensuum.Nō est enim ingrata Deo pro his singulis gratiarum actio,vel deprecatio.Hactenus de holocautomatis:nunc sacrificium quod pro salute vocatur,cōsiderandum venit.In eo non refert vtrius sexus sit hostia, verùm ex ea tria hæc debētur sacrificis,adeps,fibra iecinoris,& renes duo. Cætera in epulum cedunt ei qui obtulit. Cur autem dictæ partes interaneorū sacratę sunt,nō obiter dispiciendū est. equidē sæpe de his rebus cogitās, miratus sum cur ex ea visceratiione lex desumens ceu primitias fibram iecinoris, & renes cum adipe,nec cor requirit nec cerebrum, vtranq; sedem principalis partis animæ:nec dubito aliis quoque nonnullis,sacras literas magis mēte quàm aspectu perlustrātibus,eandem quæstionem occurrere:qui si causam probabilem inuenerint,& sibi & nobis ptofuerint:sin minus, nostrum commentum iudicent, an videatur verisimile. est autem hoc, principalis nostri pars capax.

capax est iniustitiæ, timiditatis,imprudētiæ,cæterorùmq; vitiorū:habitat autem in duabus modò dictis sedibus,corde atq; cerebro.itaq; sacra lex æquum iudicat, non oportere ad altare Dei,vbi solet impetrari omnium peccatorū & iniquitatum remissio,inferrivas illud & cōceptaculum,in quo mens proclinauit ad iniustitiam ac insipientiā,deflectēs à via ducēte ad virtutem honestatémq;.stultū enim fuerit in ipso sacrificio refricari non aboleri peccatorū memoriā.& hoc est opinor,cur neutrum offeratur principalis partis conceptaculum,neq; cor neq; cerebrum.quæ autem iussu legis offerūtur,cōpetentem habent rationem. adeps propter pinguitudinem protrectricē extorū. est enim pro amictu,& multū ea iuuat sua mollitie.Renesverò propter neruos tendentes genitalia,qui tāquam boni vicini genituram adiuuant,quoties absq; impedimēto natura operatur feliciter.Sunt enim subcruentæ quædam lacunę,per quas se humida excrementa exonerant.Per neruos autem proximos (parastatas vocāt medici)genitura detiuatur.Fibra porrò iecinoris,est præstātissimi visceris delibatio,cuius opera cibus in sanguinem vertitur,móxq; per venas ad cor promanat,distribuēdus porrò in omnes partes corporis.stomachus eīn gulæ subiectus cibos dentibus præmandos excipit & præparat.ab hoc traditos vēter conficit secūdo ministerio, à natura sibi assignato, eos in succum mutans.è ventre duo caui tubuli enascūtur,facti ad digestionem & mutandum illum succum in sanguinē. digestiuus quicquid concoctu est difficile in fellis secernit vesicula.alter verò perpurgatum iam calore colatúmq; sanguinē vitalem ad cor trāsmittit,vnde(vt dixi) diriuatur in corporis totius venas sinuosis flexibus,alimentū ei suggerens.Accedit huc quòd iecinoris natura sublimis & leuigata refert instar politissimi speculi propter nitorem absolutissimum:vt mens quoties à diurnis curis cessat in somnū soluto corpore,nullis interturbata sensibus,seipsam suósq; intellectus in secessu purè dispiciat,intuendo iecur tanquam speculum:& in eo syncerè cōtemplata res intelligibiles,circūspiciat sibi obuersantes imagines, quo turpes fugiat,cōtrarias eligat,& ex imaginationum consideratione ceu vates coniecturam de futuro faciat. In hoc genere duobus tantùm diebus epulari fas est, ita vt nihil reliquiarum supersit in tertium, idque de causis pluribus.Vna,quia sacræ mensæ vsus tempestiuus debet esse,curādō ne quid corrūpatur mora temporis,cùm carnium vel conditarum natura sit

obnoxia putredini.altera,quia victimarum partes non sunt in penum retrudendæ,sed in mediũ proponẽdæ omnibus indigẽtibus.iam enim sunt nõ offerentis,sed eius cui litatũ est: qui cũ sit beneficus ac munificus,vult cõuiuis vocatis cõmunicari suũ epulum,nõ eius qui exibet:quem sic cogitare iubet,ministrum esse ipsum conuiuij nõ dominum.nam apparatus fit de liberalitate domini,quam dissimulari non decet, præferendo humanitati sordidam parsimoniam,postrema, quia sacrificium hoc pro salute duorũ offertur,corporis & animę:proinde suus cuiq; dies epularis tribuitur:quòd æquum videatur vt primæ diei cõuiuium admoneat nos salutis animæ,sicut postera dies sanitatis corporis.Quoniã autem tertiũ nihil est cui propriè quæratur salus.ferò vetitum est proferri epulum vsq; diem tertium, ita vt ne per obliuionẽ quidem liceat superesse reliquias absq; piaculo.Quòd si quis hos ritus negligat,seuerè diuina voce obiurgabitur: Hoccine homo ridẽde putas sacrificium?nihil moror tua sacra profana polluta execraráq;,carnes istas quas tibi ipse coxisti ventri seruiens, ne in somnis quidem doctus rationem veram sacrificij.Ad hoc genus pertinet illud etiam sacrificium quod laudis dicitur,& fit ad hũc modũ.Cùm aliquis in nullam aduersitatem incidit vel rerũ externarũ vel corporis, sed quieta tranquilláq; vita fruitur,prosperè degens & feliciter absque offensis.damnisq; omnibus longum vitæ cursum ceu nauim in alto dirigens in serenitate perpetua, secundæ fortunæ auris à puppi aspirantibus,necesse est vt Deo gubernatori debeat sanitatem cõtinuam & nõ interpellata cõmoda, atq; in vniuersum synceras felicitates nullis vitiatas calamitatibus: & horũ largitorem demereatur hymnis,laudationibus,sacrificiis,& aliis gratiarũ actionibus:quæ omnia cõprehẽduntur laudis nomine.hanc victimã non biduo,sicut priorẽ illã pro salute.sed ipsa prima die lex iubet absumi:vt qui experti sunt propẽsum,paratúmq; fauorem cælestis numinis,incũctanter de hoc sacrificio impertiãtur aliis.Sequitur quod pro peccato nuncupatum.Variatur & personis & hostiarũ genere:personis pontificis, totius populi,principis,plebeij:victimis verò vitulo,hirco,capra, vel agna.vacca quoq; offertur in hoc genere,ab iis qui vel per imprudẽtiam peccarunt.vel sciẽtes quidem & volentes,sed iã mutata voluntate factũ suum dãnant,& vitam melius instituunt. Pontificis peccata & populi simili expiantur victima,videlicet vitulo: principis verò minore,tamen & hac mascula. Hircus enim

enim cæditur.At priuati etiamnum deteriore. Fœmineũ enim non masculum pecus mactatur.Decebat autem principẽ priuato homini præferri vel in sacrificio:sicut principi populum, quandoquidem totum est sua parte potius. Pontificem verò æquiparari populo in expiatione impetrandáq; peccatorum venia.habetur tamen is honor pontifici non propter ipsum, sed quia minister est populi, publicè vota faciens soluenda totius gentis nomine.Præceptum autem quod ad sacra hęc attinet,est mirificum.Si,inquit,põtifex ignoranter peccauerit:móxq; addit,vt deliquat populus:tantumnon dicens, verum pontificem expertem peccati esse.Quòd si quando labatur, id ei non priuatim sed propter populum accidere,ita vt in promptu sit remedium.mactato enim vitulo iubetur digitum intingere in sanguinem, & septies eum aspergere cõtra velum sacrarij,quo loco sacra vasa sunt repositа:deinde,aræ quadrangulæ in qua solet suffitus fieri,cornua quatuor eodem vngere, reliquum verò profundere'ad basim altaris in atrio:ibi offerre illa tria quæ diximus in salutari sacrificio, adipem, renes, fibram iecinoris. tergus;verò atq; totum reliquum corpus ad pedes à capite vnà cum intestinis efferri in locum mundum quo solent deferri altaris cineres,atque ibi exuri strue lignorum suppositа.idem ritus est sacrificij quo totus expiatur populus.Quòd si quis princeps peccauerit,capro vt dixi expiabitur: priuatus verò ciuis aut capra,aut agna, si malit. nam huic fœmina conuenit,sicut mas magistratui.cætera fiunt ritu eodem ab vtroque, vngũtur altaris subdiualis cornua,offeruntur adipes,renes,& fibra iecinoris,reliqua cedunt sacerdotibus in epulas. Quoniam autem peccata quædam in homines,quædam in ceremonias committuntur,hactenus de peccatis in homines factis mandatum est. cæterùm si quis Deum & sacra eius offendat,expiabitur ariete, si prius luat pro damno dato pretium, quinta parte super iustã æstimationem addita. Hæc & similia postquam legislator prę scripsit de delictis ignorantiæ,deinceps transit ad ea quę admittuntur à volentibus ac scientibus.Si quis,inquit, mentitus fuerit de societate,aut depositо,aut rapina,aut inuentione rei perditæ,deinde ad vitandam suspicionem iurare non recusarit, & tandem arguente se intus conscientia periurium suum abnegationémque ipse damnans confessus fuerit, ac veniam petierit:merebitur delicti obliuionem,quãdoquidem veram pœnitentiam re magis quàm verbis approbat,dum reddit depositi

tum aut rapinã aut inuentum, aut in vniuersum quicquid alienum vsurpauit, superaddita quinta pretij parte in solatiũ eius cui fecit iniuriã. Cui postquã satisfecerit, eat, inquit, in templũ oraturus veniam & peccati remissionẽ, nõ contẽnandam aduocatam adducens curã animæ emergentis è calamitate grauissima, & à morbo penè letali redeuntis ad sanitatẽ pristinã. Hic quoq; iubetur immolare arietẽ, sicut ille præuaricatus ceremonias. Nã illud peccatũ inuoluntariũ lex æquat peccato in hominem volũtario, nisi huic quoq; religionis cõtemptus accedat, vt autem periurus pœnã effugiat, remediũ est vitæ correctio. Hic obseruandũ, quòd quæ pro peccato altari offerũtur ex victima, sunt eadem quæ in salutari sacrificio, adipes, renes, & fibra iecinoris. nam & pœnitẽtia genus quoddam salutis est, dum animę affectio quovis corporis morbo grauior effugitur. Reliqua viscera dãtur ad cibum, sed aliis, alióq; loco ac tempore. Nam locus epuli fanum est, tempus verò vnus dies nõ duo, & sacerdotes soli epulantur: ita vt nec eorum domesticæ fœminæ, nec ipsi qui offerũt, partes capiant. nihil enim exrra fanum effertur, videlicet ne pœnitenti exprobrentur peccata pristina, iactata in vulgum susurris inimicorũ & linguis petulantibus gaudentiũ aliena ignominia. præstat igitur ea contineri intra sacrata limina, vbi fit expiatio. à sacerdotibus autem absumiturvictima de causis cõpluribus. primò, in offerẽtis honorem. nam cõuiuarum dignitas ornat eum qui excipit conuiuio, deinde vt pœnitentes securius credant se habere Deum propitiũ: alioquin eius famuli hanc mensam non accederent, nisi anteactis omnibus obliuioni traditis. Tertia causa est, quia sacrificare nulli sacerdoti, nisi integro, permittitur, cui ne minima quidẽ insit labecula. Atq; ita monẽtur quotquot à delictorũ via decedunt, vt æmulentur puritatem sacerdotũ, qui de oblatione ipsorũ epulari non dedignati sunt. ideo sacrum hoc intra vnam diem absolui tur, quia peccantes cunctatio decet ac procrastinatio, in benefactis verò properandum est. Sed quæ pro pontificis aut totius populi peccato mactantur, damnata cibis exuruntur (vt dixi) in sacro sinere. nemo est enim aut pontifice aut gente potior, qui deprecator allegari possit pro his peccãtibus, meritò igitur viscera cõsumuntur incendio sicut fit in holocautomatis, idq; in honorẽ offerẽtium: non q; dignitatũ respectus habeatur in sacrificiis, sed quia hominũ excellẽti virture preditorũ veréq; sanctorũ peccata nõ multò deteriora sunt q̃ benefacta quorundam vulgar

vulgariũ. quemadmodũ enim vberes agri etiamsi spem coloni fallant, tamẽ plus ferunt fructuũ quã suapte natura malignisic proborũ piorúmq; quãtumuis modica officia nõ cedunt istorũ fortunatorũ sed malorũ amplis meritis, nonnunquam fortuitis magis quã voluntariis. His ita ordinatis speciatim de tribus sacrificiis, holocautomate, salutari, & pro peccato, addit aliud ex his cõstitutũ omnibus, vt eis bene inter se cõuenire nos doceat. id genus ita coniunctũ, votũ magnũ dicitur. Cur autẽ sic nominetur dicturi iã sumus: Cũ aliquis sacrarit omniũ suarũ rerum primitias ac decimas, tritici, hordei, olei, vini, pomorũ optimorum, primogenitorũ animaliũ, mactatis puris, impurorũ verò persoluto pretio, non habens amplius materiã in qua pietatem exerceat, seipsum dedicat, pietate ac sanctitate nullis verbis effabili. ideo magnũ hoc votũ appellatur. nihil enim quisquã possidet seipso pretiosius, qua possessione tũc ceditur. huius voti reo præcipiunrur hæc. primũ ne mero vtatur aliove potu ex vuis factitio, imò ne alio quidẽ vllo qui afferat temulentiam & mentẽ labefaciat, vt sacratus iam inde à voti nuncupati tempore. nam qui sacris operãtur, sitim aqua restinguunt, ne in ebrietatem vetitam incidant. deinde ad præstitutã diem, ritè offeret tres votiuas victimas, agnum, agnã, & arietem, illum in holocautosim, illam pro peccato, arietem verò in salutis hostiã. nã vouenti cõueniunt hæc omnia: holocautoma, quia non sua solũ, sed se quoque Deo dicat: pro peccato victima, quia homo cũ sit, quãtumlibet perfectus, peccato non caret: pro salute autẽ, quia salutẽ suã acceptã fert nõ homini medico, sed seruatori verò Deo, huiúsq; potentiis. nam mortales ne sibi quidẽ sanitatẽ cõferre valent. siquidẽ nec omnibus, nec iisdem semper prosunt, interdũ nocent etiam: quia negotiũ hoc aliunde pender, nempe à medicamentorum viribus. Mirandũ etiã quòd animalia tria quæ sacrificiis diuersis offeruntur, omnia sunt eiusdem generis, aries, agnus, agnáq;. significatur enim hoc pacto, sicut paulò ante diximus, hæc sacrificia esse sibi inuicẽ germanitate quadam cõiunctissima, quia & pœnitẽs seruatur, & seruatus recolligit se à morbis animæ, & vterq; properat ad integrã perfectámq; habitudinẽ, quæ subindicatur holocautomatis symbolo. Quoniam autẽ sic sacrificans offert seipsum, & sacrum altare nefas est pollui humano sanguine, & opus fuit omnino eius partẽ offerri aliquã, electa est quæ detracta nec dolorem afferret nec noxiam. Cùm enim corpus sit instar quoddam arboris, tanquam frondes su-

perfluæ capilli ex eo præfecti mittuntur in ignem, quo ritè coquuntur carnes salutaris hostiæ: vt quia votiuam partem inferre in altare non licet, saltem ignem sacratum lignis admixta nutriat. Hæc sunt sacra omnibus popularibus communia. Sunt & alia priuatim sacerdotum sacrificia, ne se putent immunes propter functionem sui ministerij. Nam & hi offerunt quæ decet offerri ab hoc ordine, non cruentas victimas, sed similam, cibum hominis purissimum, quod perpetuum & quotidianum est sacrificium, sacræ mensuræ decima pars in dies singulos, cuius dimidium manè, dimidiũ offertur vespere, frixum in oleo quod non estur tamen. mandat enim oraculum vt quævis oblatio sacerdotis exuratur ignibus, nullis ad cibum seruatis reliquiis. Hactenus de victimis, nunc dicemus de has offerentibus.

PHILONIS IVDAEI,
De victimas offerentibus.

OFFERENTI victimas lex præcipit, vt purus fiat corpore ac animo: animo quidẽ à morbis atq; vitiis tum dicta tum facta corrũpentibus: corpore verò à maculis, & aliis rebus id contaminare solitis. Vtriq; suæ lustrationes inuentę sunt, animo per hostias sacris idoneas, corpori per lauacra & aspersiones, de quibus paulò post dicturi sumus. æquũ est enim vt prius agamus de potiore nostri parte anima. quæ est igitur huius purificatio? Vide, inquit, tu quisquis es, vt victima quam offers sit integra, eximia, carens maculis omnibus, probata acri & incorrupto sacerdotum iudicio, haudquaquam fallendo propter cõtinuam experientiam. nisi enim eam tum mente tum oculis exploraueris, nõ elues peccata & contractas in omni vita maculas, siue oblatas inuito siue voluntarias. in hoc enim tam accurato examine victimæ inuenies figuratè significari morum tuorum emẽdationem & profectum in melius. Nec enim bruta legi curæ sunt, sed animæ rationis compotes. Itaque de offerentibus non de victimis est solicita, ne quod vitium eis insideat. De cætero corpus (vt dixi) lauacris & aspersionibus purificat, nec tamen aspersum semel aut ablutum mox intra fanum admittit, sed iubet foris expectare per

septem dies, & interim aspergi bis, tertia septimáq; die, ac tum demum post ablutionem ad sacrificandum ingredi. Nunc consideremus quàm prouidè hæc fiãt & quàm philosophicè. Cæteri ferè omnes aqua pura lustrãtur, marina pleriq; aut fluuiali, aut vrnis hausta è fontibus. At Moses cinere præparato è sacri ignis reliquiis (id quomodo fiat mox dicetur) de hoc nonnihil sumptum iubet in vas indere, & aquam superinfundere: deinde hyssopi ramo in hac temperatura tincto lustrandos aspergere. Eius rei causa non absurdè hęc colligitur. Admonet eos qui ad Dei cultum accedunt, vt ante omnia seipsos noscant & suam essentiam. Nam quisquis seipsum ignorat, qui potest summam illam & excellentissimam Dei potentiã percipere? Est igitur nostra, quãtum ad corpus, essentia terra & aqua, id quod docemur hac purificatione: quando hoc ipsum creditur ad purgandũ vtilissimum, nosse seipsum, ex quibus & quàm nihili rebus constemus, ex aqua & cinere. Nam hæc reputatio confestim arrogantiam insidiatricem animo eximit, simúlq; superbiam: atque ita Deum homini cõciliat infensum huiusmodi vitiis. Rectè enim aliubi dictũ est: Qui superbis dictis factisq; nõ abstinet, nõ homines solos sed & Deũ irritat, æquissimũ optimarũ rerũ opificem. itaq; aspersione hac sic excitamur & tangimur, quasi hæc ipsa elemẽta terra & aqua nos appellent in hunc modum: Nos sumus vestri corporis essentia, ex nobis natura, id est ars diuina contemperatis effinxit humanam speciem, ex nobis compacti prodistis in lucem, in nos rursum soluẽdi post obitũ. nihil enim in nihilum recidere natura patitur, sed vnde est initium, eodẽ finis redit. Nunc tẽpus est exhibere quod promisimus, quę nam sit huius cineris proprietas. nõ è solis lignis combustis sit, sed è victima etiam ad talem expiationẽ idonea. præcipit enim lex, vaccam rufam indomitam mactari extra pomœriũ: deinde põtificem desumpto huius sanguine septies eum cõtra templum aspergere, tum totã exurere vnà cũ pelle, cornibus atq; interaneis. iáq; subsidẽte paulatim flãma in mediã hęc tria superiniici, lignũ cedrinũ, hyssopum, cuminúmq;. vbi verò extincta fuerit, cinerem ab homine puro collectũ, reponi rursum in loco puro extra pomœriũ. Quid autem sibi velint hæ figuræ, alibi exposuimus in allegoriis. Necessum est igitur adituros templum sacrorũ gratia, & corpore nitidos esse, & multò magis anima. Hæc enim domina est regináq;, modis omnibus illo præstantior, vt diuinioris naturæ particeps. nitescit autem mens cogni

tione placitorum sapientiæ, deducentis se ad cõtemplationem mundi, rerúmq; contentarum in eo, & cõsuetudine cùm cæteris virtutibus, à quibus promanãt actiones honestæ ac laudabiles. his quisquis se perornauit, eat bono animo in templum, locum sibi cõnenientissimũ, seipsum oblaturus pro victima. sin adhuc pectus inseselsũ est iniustis cupiditatibus, præstat in abdito quiescere, nec temeritati adiungere impudentiã, religione posthabita. nam veri Dei tẽplum nõ patet profanis sacrificiis. Tali homini dicerẽ: ô bone, nõ gaudet Deus centenis boum victimis, cùm sit cũctarum rerum dominus, nec vllius indigeat: mauult pias mẽtes & viros sanctitatis meditatores, à quib⁹ popana pultésq; vilissimas vt gratissima munera libẽter accipit. imò etiãsi nil afferant, ipsos complectitur, absolutos in omni virtutum genere, pro victimis opimis adducentes hymnos in seruatorẽ suum ac benefactorem, partim vocales, partim absq; ore linguáq; cõceptos in animo, & sic quoq; penetrantes ad Deum, quãtumvis non sentiantur humanis auribus. Hæc vera esse, vt non à me autore sed à natura profecta, testatur vel ipsa euidentia manifestã fidẽ faciens non cõtentiosis hominibus. testatur etiã lex iubendo poni duo altaria, materia, loco, vsũq; differẽtia. Alterũ enim è saxis collectitiis impolitis exstruitur in atrio iuxta templi vestibulum, ad immolandas victimas. Alterum verò aureũ, situm est post primum velum in penetralibus, nemini conspicuũ nisi sacerdotibus functionis suæ tẽpore castitatẽ seruantibus, quod factũ est adolẽdis odoribus: vnde liquet, micam turis oblatam ab homine pio, Deo gratiorẽ esse multis hostiis, si offerenti nõ adsit probitas. quãtò enim aurum præstat lapidibus, & adytum vestibulo, tantò acceptior est suffitus gratiarum actionis quàm mactata victima. ideo nõ solùm materiæ pretio, artificũ opere, sanctitatéq; loci ara hæc augusta facta est, sed & hoc quod apud eam quotidie sacra exordiũ sumũt à gratiarũ actionibus, nõ est enim fas immolare foris, prius quàm intus summo mane suffitus factus sit. quo significatur nihil aliud, nisi Deum nõ delectari victimarũ multitudine, sed offerẽtis bona mente atq; puritate spiritus, nisi fortè cùm iudex religiosè iudicaturus aspernetur munera partium sententiã expectãtium, alioquin ipse corruptelæ reus futurus: imò cũ vir probus à malo ne diuite quidẽ dignetur munus accipere: tu putas largitionibus capi Deũ nullius creaturæ indigum? qui cùm sit primũ illud bonum perfectissimum, perennis fons prudentię, iustitię virtutúmq; omniũ,

auer

auersatur dona iniustorũ hominũ. ꝙ si quis talis offerat, nónne videtur impudentissimus, dei illicito quæstu, furtis, rapinis, abnegatis depositis, Deo tanquã iniquitatis socio partẽ decidens? equidem hunc pronũtiarim infelicissimũ, siue latere sperat, siue deprehendi metuit. si putat fore vt lateat, ignorat Dei potentiam videntis & audientis omnia. sin rem palàm fore cogitat, audacissimus est quẽ peccati nõ puder. itáne decet proferre iniustè partarum rerum specimina, & ostentare inter donaria tãquam primitias? an dubiũ est, neq; legem quicquã ab iniustis, neq; solem à tenebris, accipere? atqui Deus & legũ primitiuum exemplar est, & ipsius solis sol, illustrans sensibilem intelligibilis, & ex inuisibilibus fontibus ei splendorem visibilem imparties. Præterea de altari exteriore mandatũ extat, Ignis in altari ardebit perpetuus. meritò, vt equidẽ arbitror. Nam quia perennes Dei gratiæ nec deficiũt nec intermittuntur, sed interdiu noctúq; fruendas se præbẽt nobis hominibus, gratiarum actionem hæc sacra flãma figurat, semper instaurandam ne quando extinguatur. quin & illud fortasse hoc modo quæritur, vt vno eodémq; ignẽ continuato coaptentur noua sacra veteribus. quo sacrãtur vtraq;, vt approbetur perfecta gratiarum actio, quamuis pro variis occasionibus aliàs plures aliàs pauciores adducãtur victimæ. verùm sub hac verborum superficie sunt sensus reconditi, veritatis studiosis dispiciendi iuxta allegoriæ regulas. Dei altare intelligitur grata sapiẽtis viri anima, cõpacta è perfectis numeris solidis & indiuiduis. nulla enim sunt virtutum inutilia resegmina. in hac sacrum lumen inextinctũ ardet perpetuò. est autẽ mentis lumen sapiẽtia, sicut e diuerso insipientia tenebræ sunt animæ. sicut enim se habet sensibile lumẽ ad oculos, sic ad rationẽ scientia, prælucẽte semper hoc lumine contẽplationi rerum incorporearum & intelligibiliũ. Sequitur aliud præceptum: Omni oblationi salẽ adhibebitis, quo significatur (vt antea dixi) æterna durabilitas. sal enim cõseruator est corporum, secundo post animã ordine. Nam sicut anima causa est incorruptionis coporũ, sic sal quàm diutissimè tuetur ea, reddítq; quodãmodo immortalia. ideo scriptura vocat hic thysiasteriũ eximio nomine, παρὰ τὸ διατηρεῖν τὰς θυσίας, id est à conseruandis victimis. atqui carnes igne abluũtur, vnde certissimè colligitur, nõ victimam, sed mentem offerentis & alacritatem probari, cõfirmatã virtutibus. Illud quoq; legislator iubet, oblationem omnẽ sine fermẽto & melle fieri, neutrũ vt imponatur

altari dignũ existimans.mel fortasis ideo,quia collectrix eius apis animal est impurum,natum è putribus boum,vt fertur,ca daueribus,sicut vespas aiũt ex equinis prouenire,siue quòd hæc figura doceat, profanam ducendam quancunq; voluptatem nimiam,dulcẽ hausturu,sed cruciatus afferẽtem difficiles, à quibus animam concussam labefactari necessum est, fermentum verò propter tumiditatem quam efficit, æquè figurato præcepto, ne quis elatus altare accedat,tumidus fastu & arrogantia,sed aspiciens Dei magnitudinem,suam mortalitatẽ agnoscat,quãtumuis cæteris fortunatior,& vera æstimatione animos elatos reprimas,cauens insidiatricem superbiam. Enimuerò cùm ille rerũ conditor,nullius indigus,non immensam suam potentiam,sed tuam infirmitatem aspiciens.propitius de suo tuam egestatem suppleat:tibi quid agendũ censes erga homines natura coniunctos & ex eisdem elementis prognatos,cùm nihil in hunc mundum,ne teipsum quidem intuleris,nudus enim venisti vir egregie,nudus abibis itidẽ,post vsuram accepti à Deo tẽporis quod intercedit natiuitatem inter & obitũ:cui spatio quid magis cõuenit,quàm societatis.concordiæ,iuris exæquãdi,humanitatis, virtutisq; studiũ,abiectis iniustis,iniquis& inpacatis vitiis,quę hominem animal suopte ingenio mitissimũ,ferum & immansuetũ faciunt.Amplius præcipitur vt à vespere manè vsq; lumina intra velũ in sacro cãdelabro luceant multis de causis. Vna, vt diurnæ luci succedant illustratura sacrarium expers semper tenebrarum ad stellarum similitudinem. Nam & hæ post solis occasum lucem suam proferunt, non deserentes stationẽ quam in mũdo sortitæ sunt. Altera,vt noctu quoq; ad Dei cultum fiat oblatio,à diurnis nõ aliena, nec interrumpatur gratiarũ actio, nocturno tẽpori maximè idonea.Est enim genus quoddam sacrificij,clarissimus hic splẽdor in penetralibus.Tertia verò valde necessaria.Quoniã enim non solùm vigilantes,verumetiam dormiẽtes inuamur diuina beneficẽtia, relaxati à diurnis laboribus,& leuati curis, animo in seipsum secedente à turbis sensuum,& sibiipsi vacãte:meritò lex æquum indicauit gratiarum actiones ita distribui,vt sacra fiant pro vigilantibus,pro somno verò & prouenientibus inde commodis accendantur sacrata lumina.Hæc & huiusmodi sunt mandata interdictáq; ad ceremonias spectantia.Præcepta porrò ad sapientiam conducibilia sic inde licebit elicere.Videtur legislator dicere: Nihil ô anime à te Deus exigit graue multiplex & arduum, sed simplicia quædam

dam & facilia:videlicet vt eum tanquã bene meritum diligas. si nõ libet reuereri vt principem ac dominum:vtq; incedas per vias ei placitas,colásq; illum non obiter, sed ex tota mente referta piis opinionibus:tũ mandata pius retineas firmiter,& ius diuinum habeas in pretio:quæ cuncta si accuratè obseruaueris, nunquam degenerabis à natura propria.Quòd si quid in mundo promouetur.sol,aut luna,stellæ've cæteræ,aut cælum ipsum vniuersum,vel terra dum celsis attollitur mõtibus,aut in patẽtes cãpos liquidæ naturæ more diffunditur,vel mare, dum vertitur in dulcedinem,aut flumina restagnant tãquam maria,statim tamen singula redeunt ad pristinos terminos. Tuus autem profectus erit,si viuas innocẽs.Quid hic molestum est aut difficile?non iuberis maria nunquam prius rẽtata traiicere,& tempestate furente in mediis fluctibus sus que déque iactari procellis inter se cõflictantibus,non pedibus emetiri asperos calles& inuios,non itinera ingredi feris infestata& latronibus,nõ agere sub diuo excubias expositus insidiis hostium. Absint à bonis hæ molestiæ.Melius ominandum est in rebus tam vtilibus.Satis est si annuat animus,mox in promptu erunt omnia. An nescis Dei esse cælum, tum hoc sensibile, tum illud intelligibile quod cælum cæli dicere licet: terram item & quicquid ea continet, mundúmque vniuersum visibilem, atque alterum illum inuisibilem ac incorporeum,ad cuius exemplum hic noster est conditus? & tamen ex toto humano genere selegit sibi aliquot præcipuos verè homines, quos curare dignatus vocauit ad sui cultum & religionem, ceu perennem fontem vnde cæteræ virtutes promanant,ad fruendum iucundiores nectare,nec minus ad parandam immortalitatem vtiles.Miseri qui se alienant ab hoc virtutis epulo, miserrimi qui ne gustum quidem honestatis vnquam ceperunt,cùm liceat deliciari& hilariter degere in sanctitate ac iustitia. Verùm isti sunt corde incircumciso, sicut scriptura loquitur,& contumaces propter morum duritiem,petulantes & immorigeri,quos lex his verbis admonet: Circumcidimini cordis duritiem:hoc est,excidite superflua mẽtis germina,prognata ex immoderatis affectibus & coalita insitáq; in animum à malo agricola insipientia, quàm primùm excidẽda summo studio.Et cauete,inquit,ne ceruix vestra dura sit:hoc est ne sit refractaria, néve data opera duretur ad ruditatẽ noxiam: sed omissa intractabilitate natiua vt pernicioſa, flectatur ad ea quæ decent,obsequando naturæ legibus.An non vides.circa

ipsum

ipsum Ens primarias maximásq; potentias,beneficam & vltricem:beneficã Deum nominant,quoniam huius opera mundus conditus & ornatus est:alteram verò dominum,penes quem est rerum vniuersarum imperium. Deus non hominum tantùm, sed & deorum est Deus,magnus,verè ens,& pollens potensque. Attamen hic tam ingens virtute ac robore, miseretur egenorum inopiæ,nec dedignatur esse iudex in causa inquilini,pupilli, & viduæ: sed posthabitis regibus tyrannísque & magnatibus,humiles dignatur hoc priuilegio. inquilinos,quia relictis institutis patriis vanitate mendacióq; plenissimis,amore veritatis ad pietatem se transtulerunt,& versi ad eum, qui verè est, colendum,religiosi animi fruuntur priuilegio,ne frustra ad diuinam opem cõfugisse videantur.Pupillorũ autem viduarúmque tutelam profitetur,quia hæ maritis, illi parentibus orbati sunt:quibus humana ope destitutis nullũ præterea relinquitur auxiliũ.Ideo maxima in diuino spes superest:quia propitiũ numen non auersatur huius generis patrocinium. Sit, inquit, solus Deus tua gloriatio.Non diuitiis,non honoribus,non principatu,non pulchritudine corporis vel robore, aut similibus rebus,quibus homines vesani extolluntur,tibi placeas, cogitans primùm hęc ad bonorum naturam nõ pertinere:deinde mutari momento minimo,& simul ac efflоruerunt marcescere. Illi soli adhæreamus supplices,ac ne deuicti quidẽ ab hostib⁹ æmulemur impias eorum ceremonias,in honorem Deorum exurẽtes filios ac filias:non quòd is mos sit omnibus Barbaris: nec enim tam fero sunt ingenio,vt iniuriam,quam in bello ab infensissimis hostibus abstinẽt,in pace charissimis pignorib⁹ inferre sustineant, sed quia re vera concremant corrũpúntq; animas ex se prognatorũ,dum ab incunabulis in teneras etiamtum nõ insculpũt veritatis dogmata,vnde vnum verũ Deum discere valeant. cauendũ igitur ne vel deuicti prolabamur in superstitiones eorũ,quasi pietatis meritò adepti sint victoriã.multis enim insidiãtur præsentes felicitates,vt inescatos in calamitates maximas pertrahãt. & fieri potest vt quãuis indigni,potiantur victoria vt nos id malè habeat, qui educati in diuinitus instituta republica,vt innutriti legibus ad omnẽ virtutẽ incitantibus, à prima ætate doctrina imbuti quæ viros deceat, hæc contẽptim habemus,& nugas estimamus cuiusvis pretij,seria verò nihili. quòd si quis sumpto prophetæ habitu ac nomine,correptum se diuino spiritu simulet,atq; ita ad externorum deorum cultum inuitet

inuiter,cauendum est ne quis decipiatur à personato propheta. magus enim non vates est. qui quoniam mendacia cõmentus est & falsa oracula,etiamsi frater aut filius,vxor aut filia,familiaris aut amicus sit,si per speciem benevolẽtiæ seducere te ad impietatẽ suam studeat:necãdus est tanquã hostis publicus sine respectu priuatæ necessitudinis:& hortatio illius proferẽda est ad omnes pietatis amatores,qui absq; mora in sceleslũ irruẽt, rati sanctitatis officium,talem hominẽ occidere.debet cũ nobis esse vnica familiaritatis & amicitię tessera,deo placẽdi studium,& dicẽdi faciendíq; pro pietate omnia.Cæterũ cognatio nes,siue vt quidam vocãt consanguinitates descẽdentes à communibus maioribus,tum affinitates quæsitæ per cõnubia, reiiciendæ sunt,si non ad eũdem finem properãt,honorẽ Dei videlicet,quod est omnis cõiunctiuæ benevolentiæ vinculũ insolubile.nam talibus nõ deerit cognatio sanctior & honestior. attestatur mihi lex ipsa,quæ naturæ placita & virtutem seruãtes,filios Dei nominat,dicens:Filij estis domino Deo nostro:mirum ni quia sicut pater dignatur eos sua cura & prouidẽtia.quæ cura tãtùm ab humana differt,quantò curator ipse maior est hominibus.præterea profanas initiationes orgiáq; lex sacra omnino submouet è sua repub.quòd periniquũ censeat bene ac diligẽter educatos cõtempta veritate animũ applicare ad huiusmodi mysteria,& sectari pernoctationes tenebricosas, relicta luce actionibúsq; quales diem deceãt.nemo igitur ex Mosis discipulis initiet initietúrve:quãdo vel docere vel discere hæc iuxta est nefariũ.cur enim ô myste, si hæc pulchra sunt & vtilia, clausis profundis tenebris tribus tantùm quatuórve prodestis hominibus,cùm liceat corã omnibus in medio foro vtilitates istas proponere,vt omnes ad meliorẽ feliciorémq; vitã se conferrẽt intrepidè.nã à virtute diffũcta est inuidia.cælent se suâq; præ pudore qui tractant illicita,subeãt secessus terræ obscuros & abditos,ne quis eos videat,qui autẽ prosunt publicè omnib⁹, in clara luce versentur in foro medio,liberè se in cœtus hominum ingerant,in illustri vitã suam proponãt,& per præcipuos sensus iuuãt turbas mortaliũ,dum vident stupẽda,sed iucunda spectacula,&dulces sermones auribus hauriũt,mẽtes nõ prorsus indoctorũ exhilarare solitos. An-nõ vides nuturã quoq; haud occultare sua pulcherrima laudatissimáq; opera, sed in conspicuo posuisse cælũ cũ sideribus omnibus,vt visum allectaret ad philosophiæ desideriũ?maria quoque fontes,fluuios,aëris tẽperiem,

riem,ventos anni horas moderãtes suis vicibus, stirpium animantium frugúmq; innumeras species, prõpsisse in vsumfructum hominũ?& nõ oportebat vos quoq; illã imitatos omnia necessaria quibusvis dignis vtenda proponere?nunc sæpe fit vt nemo bonus initietur,sed latrones piratæq; ac mulierum probrosarum & impudicarũ sodalitia, modò pecunia numeretur, initiatorib⁹. Procul semoueãtur omnes isti extra fines bene cõstitutæ ciuitatis in qua virtus & veritas colitur.de his hactẽ⁹. Cæterùm quia societatẽ humanitatémq; maximè docet lex nostra,vtriq; virtuti honorẽ habet meritum,neminem deploratè malum ad eas admittens,sed quàm lõgissimè in rem malam ablegans.Cùm igitur sciret cõcionibus admisceri multos improbos,q⁹ se posse in turba latere autument,vt id caueret in posterũ,omnes indignos à sacro cœtu edicto prohibuit, exorsus à semiuiris obscœno morbo laborãtibus, qui naturæ monetam adulterãtes,in impudicarũ mulierum affectũ & formam spõte degenerãt.Spadones item & castratos arcet,q⁹ vt florem ætatis seruarẽt diutius,è masculino sexu transcribi se passi sint in fœmineam speciẽ.Pariter repellit nõ tantùm scorta,sed & natos è prostitutis,cõtactos materno dedecore,propter natales adulterinos.Qui locus,si quis alius,allegoriã recipit,plenam contemplatione philosophica. impiorũ enim & sceleſtorũ non vnum genus est,sed multa & varia.Quidam enim incorporeas ideas nomẽ inane aiunt rei veræ nullius,tollúntq; è rebus essentiam summè necessariam, quæ est archetypũ exemplar omniũ quæ specificantur & dimetiũtur qualitatibus,Hos sacræ legis tabulæ spadones nominãt.Quod enim cõuulsum est priuatur qualitate atq; specie,firq; nil aliud quàm(vt proprie loquar)informis materia.Eodem modo opinio quæ tollit ideas , confundit omnia,& super veterẽ illam informitatem quæ ante digesta in ordinem elementa fuerat,adducit scenica deliria:quo quid iniquius cogitari potest aut absurdius?nã ex materia creauit De⁹ omnia, licet eam nõ attigerit:nec enim fas erat rudem indigestãmq; cõtrectari ab illo beato ac omniscio,sed incorporeis potentiis,quarũ verum nomen est ideę,vsus fuit ad aptè formãda singula genera.at ista opinio valde perturbat omnẽ rerũ ordinem.sublatis enim ideis vnde qualitates sunt, qualitates ipsas tollit pariter.Alij verò quasi cõtendãt hos in impietatis stadio post se relinquere,addũt amplius,vt nõ solùm ideas sed & Deũ esse negent per summã impudẽtiam:quasi cõducat vitæ vel falso cred

so credi præsentiam inspectantis cũcta numinis, miseri & steriles sapientiæ,impietati malo maximo deuoti ac dediti. Tertiũ genus eorum est,qui viã ingressi cõtratiam.cõminiscũtur deorum multitudinem,mares & fœminas,seniores & iuniores,replendo mũdum multis præsidibus,vt de vno vero Deo persuasionem eximãt mentibus hominũ.Hi sunt quos lex figuratè dicit natos è meretricibus.quẽadmodum enim hæ verũ filiorum suorũ patrem nesciũt,nec possunt eis quẽquam assignare ex tãmultis amatoribus, cũ quibus habuerunt stupri consuetudinẽ: eodem modo qui vnũ verũ Deum ignorãt inter multos falsos cæcutiunt,neglecto præcipuo fine ad quẽ ab ipsis incunabulis tẽdere debueãt.Quæ enim disciplina est honestior,quàm veri Dei cognitio?Tertios autẽ quartósq; repellit,quãuis ad cũdem finem tẽdentes,non tamẽ eodem cũ cæteris cõsilio.vtriq; enim magnæ pesti obnoxij,hoc est amori sui,quasi cõmunem hæreditatem diuiserũt animã distributis inter se partibus eius bruta rationaliq;.nã alteri rationalẽ,hoc est mentẽ,sortiti sunt:alteri verò brutã,dissectam in sensus aliquot.qui à mente stãt,principatum & regnũ in res humanas ei tribuũt,aiúntq; idoneam retinendæ præteritorũ memoriæ.tractãdis præsentibus,& futuris per coniecturã assequendis.hæc enim campos mẽtésq; cõseuit plantis ac segetibus,inuẽto agriculturæ ad vitã vtilissimo.hæc è siderum obseruatione diuersis terris cõmercia nauigationis aperuit,ratione vix enarrabili.hæc literas,musicã & encyclopediam totã inuenit simul absoluítq;. hæc philosophiam rerum optimam excogitauit,vt eius partibus adiutaret genus mortalium:per rationalẽ vt sermo fallaciis careat:per moralẽ vt mores corrigãtur,per naturalem vt noscãtur mũdana & cælestia, Alias præterea permultas laudes mẽtis aceruatim congerunt, quæ possunt referri ad iam dictas species , nunc prætereundas breuitatis studio. Alteri verò qui patrocinantur sensibus, haud minus eos extollunt,enumerãdo vsus eorũ necessarios:aiúntq; duos ex his viuẽdi causam esse,gustũ & olfactũ,duos bene viuẽdi,visum auditúmq;.quoniã per gustũ alimẽta traiiciũtur , per nares aër,quo totũ sustẽtatur animal. Nã & is alimentũ est continuum,nõ vigilãtes solùm,sed & dormiẽtes cõseruãs atq; nutriens,id quod vel hoc argumẽto certissimè colligitur. Liquet em̃ si tẽpore breui cohibeatur respiratio,præciso spiritu qui solet externè influere,necessariò sequi animalis pernitiẽ.Verùm vnus è philosophicis sensibus per quos homini contingit bene

viuere

viuere,visus lumen videt rerum pulcherrimũ,& alia quoq; huius auxilio,solem,lunã,sidera cætera,cælum,terras,maria,stirpium animaliúmq; plurimas differentias,& in vniuersum corpora omnia qualia quãtáq; sunt, quorũ per cõtemplationẽ absoluta prudentia magnum scientiæ desiderium excitat. quãuis & aliæ visus vtilitates sint maximę,in dignoscẽdis alienis &domesticis,amicis & inimicis,vt caueãtur noxia,eligãtur cõmoda.Sic aliæ quoq; corporis partes suos vsus habẽt valde necessarios,vt pedes ad ambulãdum,& ad alia quæcunq; peraguntur crurũ ministerio:manus ad operandũ & dãdum accipiendũq;. At oculi, vt bonũ quoddã publicũ, & his & alijs partibus præstant facultatẽ perfungendi suis cuiq; officiis.id ita esse cæci testabuntur verissimè,qui reuera nec manus habent nec pedes, & ideo vel à petulãtibus vel à miserãtibus appellantur horum membrorũ impotes.Auditus porrò carmina,rhythmos,totãq; musicã iudicat. Cãtus enim verbáq; sanitatẽ & salutẽ afferunt. Cantus quidẽ excãtando perturbationes animi, & quicquid in nobis dissonat,in concentũ quendam redigendo reprimendóq; immodicos affectus certis modulis. Quibus in rebus singulis sunt varietates plurimæ,si musicis & poëtis credimus,haud cõtemnendis autoribus.Verba verò retũdendo impetus ruentes in vitia,& homines occupatos ab inscitia simul ac imprudẽtia liberãdo,perductis obsequẽtibus,pertractísq; renitẽtibus prosunt plurimũ.Hæc sunt quæ vel mẽtis vel sensuũ sodales ,p suis partibus tuẽdis vndecũq; colligunt,dum ex his exilláve deos faciunt,obliti veri Dei præ nimio cõtentioso; opinionũ suarũ studio.proinde omnes hi meritò pelluntur à sacris cœtibus : & spadones qui ideas negant:& qui omnino impij cùm sint, contemptorésq; numinis,exsecti dicũtur proprio vocabulo : & his contrarij qui genealogias deorũ asserũt,quos scriptura natos è meretrice nominat:postremò qui amore sui cęcati,pars rationem,pars sensum aliquẽ consecrãt.omnes enim hi ad eundem finem properant,& si nõ eodem consilio. At nos Mosis sacris auditores & discipuli nõ desinemus eum Qui est quærere, cùm sciamus esse felicitatis finem illius notitiam , & longæuã vitam eos qui Deo viuũt viuere:quod dogma è sacris literis discimus cùm primis necessarium,& philosophorum quoq; placitis consentaneum.certum enim est animi morbis laborãtes censendos pro mortuis,eos verò qui ordinem in quo adeò constituti sunt non deserunt,vitam immortalem viuere.

PHIL.

PHILONIS IVDAEI,
De mercede meretricis non accipienda in sacrarium.

EGREGIVM præceptum extat in sacro legũ codice,nõ decere meretricis mercedes inferri in ædem Deo sacratam,fœminæ formam florentem venditantis , & vitam probrosam professæ quæstus gratia.quòd si mulieris amatoribus suis obsequentis profana ducuntur munera,quantò magis scortãtis animæ,quæ se prostrauit constupradam vinolentiæ,gulæ,voluptatum studio,ambitioni,auaritiæ, aliísq; vitiis innumeris,quorum maculæ an vnquam elui possint nescio.Nam meretricum quæstui finem nonnunquam senectus imponit,quando pristina destitura pulchritudine adire nemo dignatur,postquam ætatis vigor floris in morem emarcuit.at animam fornicationi iam assuetam & eruditam ad intemperantiam,quæ tandem ætas in honestatem restituet?ætas certè nulla,sed solus Deus,cui facilia sunt,quænos efficere non possumus.oportet sanè sacrificaturum dispicere vt mens eius integra sit magis etiam quàm victima, videre itidem cur eam offerat.aut enim gratias agit pro acceptis beneficiis , aut præsentis status cõfirmationẽ futuráve sibi precatur cõmoda, aut deprecatur mala præsentia vel imminentia : quibus modis sanitas & salus rationi quæritur.nam aut pro ante donatis aguntur gratiæ,ad euitãdum ingratitudinis vitium.in bonos enim conferri solent beneficia.aut si quis præsentia bona precatur sibi perpetua,melioráq; vota cõcipit, si nõ est inciuilis,dignum expetitis felicitatibus se præbeat. Quòd si aduersitates effugere postulat,caueat ne quod admittat flagitium. duas enim nostrum quisq; vxores habet in suo contubernio, eásq; infensas si biinuicem,& animæ domum replentes contentionibus zelotypis.harum alteram diligimus,quasi amicam blandam & familiarem,quę voluptas dicitur:alteram odio prosequimur,vt immitem actetricam , & nobis minimè beneuolam,hæc virtus nominatur illa nos accedit cum ornatu meretricio , fracto incessu præ mollitie,obtutu lasciuo inecans animas iuuenum,te-

O merit

meritatem,& impudentiam præferens in oculis,elata ceruice, supra natiuam staturam assurgens,ridens cachinnabundáque,, calamistrata & cicinnatula, fucata faciem, pictis supercilliis recens lota,purpurissata pretioso floridóq; amicta palliolo, au reis gemmatisque armillis superba & murenulis mundóque muliebri cætero,spirans vnguenta fragrantissima,nõ tam domum suam quàm fora compitáque diligens,pernulans, suæ formæ prodiga,ascititiæ verò auida.& cũ ea pedissequæ domesticæ,vafritia,iniustitia,nequitia, quibus stipata more principis, sic pertentat animum:Heus tu, omnium bonorum humanorũ thesauri apud me sunt reconditi.diuinis enim fruũtur cælites. præterea nihil inuenies. ego meos, si mecum consuetudinem habere cupis,proferam, nec inuidebo quo minus vtenda fruẽdáque continuè depromas pro tuo arbitrio,eorum tibi recense bo mulcitudinem, vt aut libenter assentias, aut eis tuapte culpa careas.apud me est relaxatio,securitas,quies,laborum obliuio,vtensilium varietas,vocum modulamina, luxus in cibo potúq;,odorum suauissimorum plurimæ species, amores perpetui,lusus licentissimi,coitus liberrimi,sermones sine reprehensione,actiones sine castigatione,vita sine solicitudine, somnus mollissimus,satietas inexplebilis.Proinde si tibi placet meum contubernium,parata habebis in hac omni copia quæcunque delectant maximè:mihi erit curæ ne quid desideres esu potúve suaue,aut oculis,auribúsque gratum & naribus. potieris enim rebus omnibus quascunque concupiueris, pluribus in absumptarum locum subscrentibus.Sunt enim in thesauris modò dictis perpetuò virentes arbores feraces aliorum post alios fructuum, recentibus & matureſcentibus maturos iam ac vietos protrudentibus. Hæc arbusta nullo vnquam externo ciuilive bello cæsa sunt,sed ex quo primùm è terra fuerunt edita, ab ea tanquam bona nutrice aluntur,fundata profundè istis radicibus,eisque firmissimis,stirpes verò inde preminentes ad cælũ vsque attollentia:vnde rami enascuntur manibus pedibúsque animantium pro portione non absimiles, & in his frondes ad ornatum pro comis additę germinant,fructúsque quorum causa parati tibi cætera.His auditis altera in abdito stans, sed ita vt exaudire posset verba æmulæ,verita ne fortè illa mariti cõmunis animum ad se solam pertraheret corruptum donis vel oblatis vel ostentatis,néve speciosо aspectu emollitum deciperet,quando ascititio cultu & magicis eum allectari, demulcerique

rique animaduertebat præstigiis, repentè superuenit ingenio matronalique incessu grauis, vultu serena, genuino quodam pudoris colore suffusa, simplex moribus, vitæ integra, mente semper sui similis,verbis haud blanda sanam mentem veraciter exprimentibus, decora natiuo habitu, moderata gestu, vestitu modica, ornata non auro, sed longè pretiosioribus ornamentis,artibus virtutem decentibus. Comites eam sequebantur,pietas, sanctitas, veritas, religio, castitas, vtraque iustitia, tum quæ Deo debetur,tum quæ hominibus:iuris æqualitas, fides,liberalitas, taciturnitas, sobrietas, honestas,temperantia, mansuetudo,frugalitas,facilitas,reuerentia,fortitudo,generositas,securitas,prudentia, prouidentia, vis consulendi,diligentia, tranquillitas, comitas,bonitas, suauitas, humanitas,lenitas,clementia,magnanimitas,beatitas. dies me deficeret percensentem singularum nomina,protegentium latera dominæ suæ more satellitij. illa verò ad consuetam grauitatem composita,sic exorsa est:Video hanc impudicã nugatricem & præstigiatricem splendidè ac scenicè ornatam,blanditiis te aggredi.quãobrem cum odio natiuo malos prosequar: verita ne per imprudentiam deceptus mala maxima pro bonis eximiis eligas,non grauabor tibi qualis sit hæc mulier verissimè prædicere, ne stolidè reiectis rebus vtilioribus, inops consilij tibi accersas infortunium.Ergo totum istum apparatum quo se iactat,aio ascititium.nihil enim habet proprij natiuique decoris, sed assumpsit sibi adulterinam falsámque pulchritudinem, qua te in suos casses pertrahat.id prænonitus, si sapis, irritam eius venationem facies. delectat illa quidem aspectu oculos, aures voce demulcet: animam verò cuius præcipua habenda est ratio,non potest non lædere, per has aliásve partes se insinuans. de rebus suis quicquid auditu gratum sciebat narrauit: cætera innumera, vt iniucunda, malitiosè dissimulauit,quòd ea quemvis absterrere queant facilimè.at ego hæc quoque detecta in medium proferam, nec imitabor ipsius vaframenta, vt sola ostentem quæ pelliciunt, difficultates verò meas è conspectu submoueam: imò rebus lætis præteritis silentio, quòd ipses clamaturas sciam,tantùm onerosas nominabo suis vocabulis,vt nudæ in medium propositæ,vel hebetibus qualem singulæ naturam habeant sint conspicuæ. nam quæ ex voluptate cõmoda videtur præcipua,viliora deterioráq; sunt quàm si qua ex me accipiuntur incommoda, sicut vsu quotidiano comper-

tum est. Sed prius quàm loqui de me incipiam, quàtum potero memorabo quæ illa reticuit. postquã enim suos thesauros perceposuit, colores, voces, ac sonos, sapores odorésq;. & vires tactus cæterorúmq; sensuum varias, morbos noxásq; non indicauit, necessarios rerum ante dictarum comites, ita vt si aura quadã afflatus ipsas captaueris, mox tenearis laqueo. Scias velim ô tu si voluptatis amator fueris, eris & vafer, audax, incompositus, insociabilis, morosus, iniquus, difficilis, iracũdus, peruicax, molestus, inobediens, inuis. malitiosus, ineruditus, iniustus, nefarius, sibi viuens, infidus. fœdifragus, auarus, malè moratus, nemini amicus. exul, sine lare, seditiosus, perfidus, impius, profanus, incõstans, instabilis. execratus, piacularis, sceleratus, scurra, pestilẽs, noxius, illiberalis, refractarius, ferus, seruilis, pauidus, perditus, turpis, probrosus, propudiosus, immoderatus, immodicus, inexplebilis. arrogans. sibi placens, suo iudicio sapiens, sordidus, inuidus, calumniosus, contẽtiosus, delator, vanus, fallax, circulator, temerarius, indoctus, insensatus, nemini conueniens, inobsequens, contumax, præstigiator, dissimulator, simulatórq;. cercops, suspiciosus, infaustus, inscrutabilis, ineuitabilis, pernicios⁹, maleuolus, inconcinnus, importunus, locax, nugax, innaniloquus. assentator, piger, luctuosus, durus, meticulosus, infidiosus, incircumspectus, imprudens, improuidus, negligens, imparatus, bonarum rerum imperitus, superfluus, errabũdus, offensator, indispositus, inaccessus, gulosus, vagus, futilis, mobilis, dolosus, bilinguis, animi ambiguus, impostor, subsessor, petulans, incorrigibilis, semper indigus, incertus, circũforaneus, seductor, inconsultus, obnoxius, insanus, fastidiosus, vitæ auidus. gloriosus, iritabilis, iræ tenax, infensus, procraftinator, suspectus, implacabilis, suppuratus, malè sperans, lacrymosus, alienis gaudens, calamitatibus, rabidus, adulterinus, informis. machinator, turpis lucri cupidus, amans sui, seruitutis patiens, simultatis apperẽs, ambitiosus, de re domestica parũ solicitus, ceruicosus, effœminatus, inanis, profusus m, ordax, pugnax, fatuus, vinolẽtus, infortunatúsq;. Hæc sunt huius formosæ ac exoptatæ voluptatis magna mysteria, quæ libenter omnino tegeret, ne iis cognitis auerseris eius consuetudinem. meorum verò thesaurorum copiam & amplitudinem nulla lingua pro dignitate eloqui valeat.

PHIL

PHILONIS IVDAEI, Quòd liber sit quisquis virtuti studet.

SVPERIORE sermone docuimus Theodote, seruum esse omnem quicunq; peccet, idque multis probabilibus rationibus verũ cõfirmauimus. addem⁹ nũc alterũ illius cognatũ, imò germanũ gemellúmq;, per quẽ ostẽdemus omnem probũ esse liberũ. Extat sanè inter cætera sacrata Pythagoreorũ præcepta & illud egregiũ, quo monemur per viam publicã non ingredi, nõ vt feramur per rupes deuias: nec enim laborẽ pedibus imperat, sed figuratè subindicatur, nec dictis nec factis vtendũ protritis ac vulgaribꝰ. Id præceptũ diligẽter obseruarũt, haud aliter q̃ oraculũ, quotquot legitimè sunt cõplexi philosophiã: adeòvt deflectẽtes à gregariis opinionibus, nouã sibi viã aperuerint, inducta propria quadam specie dogmatũ, quã nefas sit aliis præterquã puris attingere. impuros autẽ cẽseo quotquot vel disciplinas nunquã gustarũt, vel eas perperã nõ rectè acceperũt, sapientię pulchritudinẽ dehonestãdo in specie sophistices. hi cũ propter hebetes animi oculos lumẽ intelligibile videre nequeant, quod nimio fulgore præstringit aciẽ, tanquã in tenebris degentes nõ credũt in die viuẽtibus, & quæcũq; illi perspiciũt adiuti radiis solaribus, pro spectris habẽt ac prodigiosis mẽdaciis. An nõ absurdũ & mirũ videtur, exules dici eos qui nõ solùm versantur in vrbe media, sed curias, tribunalia, rostra occupãt, & gerunt ædilitates reliquósq; magistratus curules etiã: ediuersò ciues haberi qui aut nunquã ascripti sunt in eũ numerũ, aut dãmnati exilio, sub interminatione supplicij, si nõ dico attigerint solũ patriũ, sed vel è lõginquo fuerint ausi prospicere. præsto sunt enim innumeri qui obseruent & animaduertãt, tũ spõte infensi, tum subministrantes legibus ex officio. An nõ etiã ab omni ratione alienũ, plenum impudẽtia & insania, aut quomodocunq; dicenda est: nõ enim succurrit propriũ tam indignæ rei vocabulũ: diuites dominati qui sunt omniũ egẽtissimi, & carẽtvictui necessariis, sordidè se sustentãtes ac miserè, vix quotidianũ cibum capientes, & vltro sibi famem indicentes in abundantia publica, aura

Universidad de Deusto Biblioteca

se nutrientes,sicut cicadas aiunt rore viuere:pauperes verò qui argẽto,auro,pecoribus,reditibus,aliisq; bonis ineffabilibus affluunt,quorũ opulẽtia prodest nõ solùm cognatis amicisq;,sed nõ continẽs se intra domesticos parietes, effunditur in turbas tribulium atq; populariũ:imò vlterius etiã se porrigẽs,ciuitati multa largitur belli pacisq; temporibus. Eadẽ somniatio patritiis,paterno maternóq; genere abauos atauósq; illustres memorãtibus,seruitutẽ audet obiicere:alios cõtrà inscripta frõte vernas,ex similibus oriũdos maioribus,ingenuos pronũtiat.In causa est,vt dixi,hebetudo mẽtis hominũ addictorũ opinionibus & sensibus,quorũ cõsistoriũ semper à rebus iudicatis corrũpitur propter ipsorũ incõstantiã.atqui debuerãt,si æmularẽtur veritatis studiũ,nõ minus sapere q̃ qui ægrotãt corporibus. nã illi desiderio sanitatis cõmittũt sui curã medicis: istos verò piget inscitiã depellere morbũ animi,accitis viris sapientib⁹:qui nõ solùm profligare possunt imperitiã,verũetiam scientiam in eius locũ inducere,rem omniũ pretiosissimã. Et quoniã, vt ait Plato suauiloquus,inuidia extra diuinũ chorũ sita est, nihil aũt sapientia diuinius & magis expositũ,nunquã claudit suũ auditorium,sed patẽtibus ianuis admittit sitientes sermonẽ dulcẽ ac potabilẽ,frequẽtatores suos fluentis doctrinarũ abundè proluens,vt inebriẽtur sobria temulẽtia.illi verò iam vt sacris initiati,furoréq; diuino perciti, damnãt pristinã suã negligentiã iacturámq; tẽporis,in rebus nihili cõtrita vita per imprudentiam.operæpretiũ igitur fecerint,si quotquot vbiq; sunt iuuenes,ætatis floridę primitias eruditioni dedicarint,tã in pręsens q̃ in futurũ paraturi sibi decus & præsidiũ.sicut enim vasa odorem,quo primũ fuere imbuta,referunt,sic iuuenũ animæ quas primũ formas imaginatione cõcipiũt,nunquã aboleri sinũt,ne aliis quidẽ insuper affluẽtibus.De his hactenus,nũc quæstionẽ nostrã dispiciamus accuratius,ne nos obscuritas nominũ decipiat.intellecto autẽ quid sit de quo disserimus, demõstrationes aptius adhibebimus.Seruitus quædã animi,quædã corporis dicitur.corporibus dominãtur homines,animis affectus & vitia. itidem libertas quędã est corporũ,nõ subiecta hominibus potẽtioribus:quædã animi,nullis affectibus obnoxia.de priore genere nũc nõ quæritur.innumeri em̃ boni viri libertatẽ amiserunt variis casibus.Nos agimus de moribus quos nõ cõcupiscẽtia,nõ timor,nõ gaudiũ,non dolor subigit,velut è carcere liberatos & vinculis.omissa igitur altera illa libertate fortuita & alien

alienis à natura,pendentibúsq; ex sola opinione vocabulis,vernarum,venalitiorum,captiuorum,quæramus verè liberũ, qui solus sui compos est,etiãsi multi se heros eius nuncupent.is em̃ exclamabit illud Sophocleum nihil differens à Pythiis oraculis:Deus mi princeps,nõ vllus mortaliũ.nã reuera solus liber est,qui solũ Deum sequitur:imò vt equidẽ sentio,imperium habet in terrestria,tanquã immortalis summíq; regis mortalis vicarius.sed præstat sermonẽ de principatu differre in tẽpus commodi⁹,& de libertate,vt cœpimus,disserere.certè si q̃s negotiũ penitius voluerit introspicere,liquidò noscet, nullas res tã cognatas esse inuicem,quàm libertatem,& curam sui. improbos enim multa impediunt auaritia,luxus,ambitio:probos omnino nihil,resistentes tanquam in certamine,cupidini,pauori,timiditati,dolori, & cæteris id genus.didicerunt enim cõtemnere iussa iniqua dominorum animis imperitare volentiũ.quippe libertatis amatores,cuiuspropia felicitas,hoc est,sua sponte facere quicquid placuerit,laudatur hoc senario:

Quis seruus est,mortem qui potest temnere?

Nimirũ intellexerat quisquis autor eius fuit, nihil æquè mentem in seruitutem redigere,vt mortis metũ: vsqueadeò sumus vitæ cupidi.cogitandum autem,immunem esse à seruitute nõ solùm cõtemptorem mortis,sed & paupertatis,& obscuritatis, & doloris:atq; cæterorum quæ vulgares inter mala numerant, cùm sint ipsi mali rerum iudices, qui seruum ex vsu suo æstimant,considerantes eius ministeria,cùm oporteat mores ingenuos respicere.nam qui humili seruiliq; animo humilibus seruilibúsq; negotiis inuitus dat operam,verè seruus est.cæterùm qui tempori se accommodans,suapte voluntate tolerat fortunę insolentiam,nihil humanum à se alienum putans,non ignarus diuinas res perpetuò seruare suæ felicitatis ordinẽ,& hac quoque parte humanis præcellere,agitatis iactatisq; fluctuatione continua: vtcunque momenta negotiorum hincinde prægrauant,fortiter ferens quicquid acciderit,philosophus mox eua, dit & ingenuus.proinde non cuiusvis audiet imperia: quòd si quis vrgeat tormenta minitans,reclamabit strenuè:

Combure carnem hanc,concrema,repleto te
Meo cruore.nam prius vel sidera
Terram subibunt,terra vel scandet polum,
Quàm mollis à me extorqueatur vox tibi.

Spectaui aliquando, certantes pancratio, alterum obtundentẽ

pugnis & calcibus,totísq; viribus,contẽdentem ad victoriam, tandem laſſum & incoronatum e ſtadio diſcedere:alterum carnoſum,neruoſum,muſculoſum,refertúmq; ſpiritu verè athletico,tanquã ſaxeum ferreúmve nihil plagis cedere, ſoláq; patientia ſuperare aduerſariũ,& ad extremum adipiſci victoriã. huic ſimilem bonũ virũ cenſeo,qui validè confirmatus certo animi propoſito,efficit vt aduerſarius prius delaſſetur inferẽdo iniurias,quã ipſe quicquam agat præter animi ſui ſentẽtiam. Sed hoc expertis videtur incredibile.nec mirũ, quãdo ne illud quidem quod de pãcratiaſtis diximus,quiſquam,niſi qui vidit, crediderit,nihilominus verum eſt quod diximus. Vnde profectum eſt Antiſthenis dicterium,virum bonum eſſe moleſtam ſarcinam.nam ſicut inſipientia bene fertur & leuiter,ſic prudẽtia grauiter incumbens,premit vehementer ſuopte pondere. nec facilè poteſt excuti.proinde Iudæorũ legislator ait ſapientem graues manus habere,actiones eius hoc ænigmate ſignificans,non ſuperficiem contractantes, ſed penetrantes in ſolidum,vtpotè ſubnixas non flectendo mentis propoſito. itaque à nemine cogitur,cùm ſit contemptor & mortis & cruciatuum, lege naturæ præpoſitus omnibus inſipientibus.Quemadmodũ enim capris,bubus,ouib⁹ præſunt caprarij, bubulci paſtorésq;, greges autem non poſſunt præeſſe opilionibus:ſic & vulgus pecori non abſimile,opus habet curatore principe, qui ordo eſt bonorum virorum,præfectorum ſuis gregibus. certè Homerus reges ſoletvocare paſtores populi.at natura bonis viris hoc nomen magis competere voluit. Illi paſcuntur magis quàm paſcunt,deditiamoribus,potationibus & cupediis,nequid dicam de auro argentóq;& aliis rebus pretioſioribus.quas expetunt.at hi nullis capiuntur illecebris,& inſuper alios monẽt,caueãt ſibi ab inſidioſis voluptatibus,q⁹ autẽ publicæ functiones non ſint ſeruitutis indicium,apparet belli tempore.tunc enim vniuerſi milites ſunt in opere,nõ ſolũ armis onerati,ſed & ſarcinis,comportantésq; in caſtra aquam,ligna,& iumentis pabulum:ne quid interim dicam de aliis laboribus militaribus,dũ vallum aut foſſam faciunt,mœnia reparant,triremes ædificãt, attibúsq; variis manus exercent cũ reliquo corpore.quin & in pace non deeſt alia nihilo ſegnior cõflictatio cum paupertate, obſcuritate,rerúmq; neceſſariatũ inopia, quæ mala inuitos ad eruiles labores adigunt,& foſſores,agricolas,ſordidósq; opifices faciunt victus parandi gratia,interdum etiã in medio foro cogunt

cogunt baiulare onera in cõſpectu condiſcipulorũ & æqualiũ. Alios ſeruili natos genere,benignitas fortunæ promouit ad ingenuorum officia.fiũt enim procuratores in amplis opibus, interdum etiam cõſeruis præficiuntur cæteris. quibuſdã vxorum pupillorúmq; herilium tutela cõmiſſa eſt,ob ſpectatã ipſorum fidem,poſthabitis amicis& neceſſariis:nihilominus tractãt ſeruilia,fœnerantur,emptitãt,reditus colligunt,patronos ſuos demerentur obſequiis.Quid igitur mirũ ſi aduerſus fortunæ fauorem inuoluũt ſe negotiis illiberalibus,& libertatem ſuam ipſi produnt,vltro ſe ſubiicientes aliis. ſic parentum mandata exequuntur pueri,ſic magiſtrorum iuſſa diſcipuli,nemo enim ſpõte ſeruus ſit.Sed parentes nunquam ſic obliuiſcuntur charitatis debitæ liberis,vt vllum miniſterium vel in ſpeciem ſeruile ſibi exhiberi ab eis ſuſtineant. Quòd ſi quis à mãgonibus vili venditos,ob id ipſum cẽſet in ſeruorum numero, prorſus fallitur. nam iſthæc vẽditio nec hunc ſeruum facit, nec emptorem eius dominum:quandoquidem & patres filios redimunt,& ſuos parentes filij,vel captos à latronibus,vel iure belli redactos in potestatem hoſtium, quos tamen ſummũ naturæ ius humanis legibus potẽtius ingenuitati reſtituit.quin & illud aliquoties accidit,vt vertis rerum vicibus,emptitij ſuis heris non tam ſeruirent quàm dominarẽtur.Ipſe vidi ancillas formoſas & naturali facundia præditas duplici gratia fretas ſermonum & pulchritudinis,plurimum pollere in expugnandis dominis.ſunt enim hæ præcipuæ machinæ contra infirmos & parum conſtabilitos animos,efficatiores multò quàm illæ quibus perfringũtur mœnia.id ita eſſe liquet animaduertentibus eos adamatis blandiri ſupplicaréq;, captantes eorum fauorem tanquã genij propitij: tum ſi putent ſe parum gratioſos,quaſi deſpiciantur,ferre indigniſsimè. rurſum ſi obtutũ hilarioré viderint,exilire præ gaudio.alioquin etiam leonis emptorem dicemus eius dominum: quẽ ille ſi vel torvè aſpexerit, ſtatim miſer ſuo male doctus ferociam eius ſentiet.& credimus ſapientẽ ſeruitutis patientioré quàm beluas?cùm maiorem ingenuitatẽ fortitudinémq; habeat in anima quàm cuius vllũ corpus capax ſit, vtpote à natura ſeruituti addictum,quantumvis recalcitret.Hanc probi viri libertatem & aliàs licet cernere quàm præclara ſit.

Miſer fiet profecto quiſque ſeruulus.

Quid enim miſerius quàm ne ſui quidem eſſe cõpotem? atqui ſapiens felix eſt,virtutis ſummariũ circũferens in quo ſita ſunt

O v omni

omnia, vt necessariò consequatur virũ bonum esse liberũ. præterea Dei amicos nónne liberos fatebimur? nisi forte regum amicis non modò libertatem, verùm & imperij societatẽ concedimus simul administrãtibus rempub. cælestì verò numini charis seruitutem exprobrabimus: qui amatores Dei redamatiq; iusto fauore honorantur ab incorrupto eius iudicio, suntq; poëtarum quoq; testimonio reges regum & rerum domini. At Iudæorum legislator audet quiddã maius dicere, vt simplicis meditator philosophiæ, amore Dei correptũ, & eius solius cultui deditũ, plus quàm hominẽ pronuntiãs, videlicet hominum Deum nõ item naturæ, qui honos vni Deo debetur patri regiq; rerum omnium. & postea tali priuilegio dignatũ seruum cẽsebimus potius quàm ingenuũ? qui licet ipse nõ est habẽdus pro Deo, tamẽ vt amicus Dei felix est procul dubio. Deus enim nec infirmus propugnator est, nec immemor iuris amicitiæ, cui tutor ipse præsidet, gaudétq; inuocari hoc cognomine. Adhec, sicut ciuitates dominatum paucorũ & tyrannidẽ ferẽtes seruiũt, oppressæ molesto imperio, cõtrà quæ legibus parent, degunt liberæ: non aliter etiã homines, quotquot in iræ, concupiscentiæ, aut cuiuscũq; vitij perturbationisve insidioſę potestatem deueniunt, omnes seruitutẽ seruiunt: sicut ediuerso liberi sunt quot quot viuunt sub legibus, est autẽ vera lex, recta ratio, nõ huius aut illius mortalis institutũ in tabellis chartulisve scriptũ inanimis, sed immortalis ipsa stylo naturę sempiternæ in mẽte immortali exarata. Proinde mirãda est hebetudo multorũ, tã manifestas rerum proprietates non considerantium: qui maximis populis Athenienſi Lacedæmonióq; aiunt ad libertatẽ sufficere leges latas à Solone Lycurgóq;, quarũ præscripta obseruãtur ab his ciuitatibus. viris aurem sapientibus negãt satis esse dictata rationis, ex qua ceu fonte leges nascuntur, liberum facturæ omnem qui aduersus eius imperata interdictáq; non est contumax. Est autem manifestum libertatis indicium, præter dicta superius, æquum ius disserendi de repub. quod omnibus liberis hominibus & probis est mutuum. quamobrem laudantur illi senarij, vt consoni philosophorum sententiæ:

Cum lege seruus nullũ habet commercium. rursum alius:
Es seruus, & rationis expers natus es.

Quemadmodũ igitur de musica ex æquo licet disserere peritis eius artis omnib⁹, & de grãmatica geometriáve grãticis geometrisve: ita de vita rectè instituẽda peritis rerũ ciuiliũ, circa quas

quas hominũ vita versatur quotidie. Domini autẽ sunt omnes periti rerũ taliũ, sicut etiam naturæ totius, & inter hos multi liberi. ergo hi quoq; quibus est ius loqui de reb⁹ huiusmodi. vnde sequitur, neminẽ probũ seruire, sed esse omnes liberos. quo argumẽto etiã insipientẽ seruũ esse colligitur. sicut enim amusis non est vis ex æquo disputare cũ musicis, nec illiteratis cùm literatoribus, & in vniuersum expertis artis cum artificibus: ita lex ad vitã instituẽdam pertinens nõ sinit de hac loqui peritos imperitósq; sine discrimine. vt liberis omnibus ex æquo ius loquẽdi cõceditur, inter quos probi nõnulli: & nulli minus sciunt vitã instituere quàm mali, sicut nulli melius quã sapiẽtes: ergo nemo malus liber est, sed omnes seruiũt. Zeno quoq; cũ cæteris virtutis admiratoribus fortiter pronuntiat, nõ oportere malos viros cũ probis cõtendere. ait enim: An nõ plorabit malus si bono aduersabitur? Ergo nullũ ius sinit malũ probo contradicere. Nec me latet fore qui subsannant hanc meã sententiã, & arrogãtẽ insensatamq; iudicẽt. verũ isti si risu cauillísq; sedatis voluerint penitius totã rem introspicere. sciẽt nõ alia de causa quenquam ploraturum citius, quàm si sapientis monita contẽpserit. nam pecuniarũ iactura, ignominia, exiliũ, verbera, similésq; iniuriæ, nõ sunt cõferendæ cũ vitiis, & cęteris calamitatibus quas vitia secum afferunt. at vulgus non animaduertẽs quàm perniciosa sit animis rationis cæcitas, tantũmodo externis angitur infortuniis, quãdoquidẽ caret iudicio. q⁹ si possent visum recipere, cõspicati tot insipiẽtiæ decipulas, tot dãna accepta per ignauiam debacchationésq; luxuriæ, iniquitatésq; iniustitiæ summæ felicitatis amissæ iacturã deplorarẽt ferìò, nec vllã in tãta calamitate cõsolationẽ admitterẽt. Cæterũ illa Zenonis sententia tanquam è fonte hausta videtur ex Iudæorũ legibus in quibus narratur de duobus fratribus, altero frugi, altero luxu perdito, q⁹ cõmunis amborũ pater miseratus eum qui à virtute defciuerat, precatur ei vt fratri seruiat, seruitutẽ quæ videtur malum maximũ, existimãs rem insipiẽti vtilissimãme si relinqueretur in sua potestate, plaberetur in omnẽ licentiã, sed p potioris curã emẽdatis moribus in melius proficeret. Hæc ad confirmationẽ rei de qua quæritur, mihi sanè sufficerent. sed quoniã medici solẽt variis morbis adhibere varia remedia, necessariũ duco istis vt videntur paradoxis propositionibus propter nouitatẽ alias insuper probationes apponere. quidam enim vix continuatis argumentationibus conuicti errorẽ suum agnoscunt.

Rectè

Rectè igitur vulgò dici audimus,eũ qui prudẽter agit, bene agere omnia:quisquis autem rectè agit omnia,peccatũ,reprehẽsionem culpam,mulctã euadit. itaq; licet ei quidlibet agere,& quomodolibet viuere.at bonus vir prudenter agit omnia:solus ergo liber est.quid ni? cũ nec cogi possit nec vetari.ergo nemo bon' seruus est.liquet autẽ quòd nec cogi nec vetari possit. vetatur enim qui à cõcupitis rebus cohibitus arcetur. at sapiens cupit virtutem,qua nõ potiri non potest.quòd si nõ cogitur, certè sua sponte agit.actiones verò aut bonę à virtute proficiscuntur, aut malæ à vitio,aut indifferentes sunt & mediæ. quæ ad virtutem attinent,non coactus agit sed volens.cùm virtute enim cõiũcta sunt facta eius omnia, quicquid autem vitiosum est,vt fugiẽdum ne in somnis quidem attingit. idem credibile videtur & de indifferentibus,circa quæ animus pendet tanquã in æquilibrio,doctus nec trahi ab eis vt põdus habẽtibus,nec eis offendi vt auersandis.Vndę satis apparet nihil inuictũ coactúmq; facere. q̃ si seruus esset, cogeretur vtriq;. ergo liber erit quisquis bonus est. Quoniam autem quidã inerudiri argumentationes tales non intelligũt, quibus in vniuersum de rebus decernitur, solent percontari.ecquando fuerunt viri quales fingitis,aut vbi reperiuntur?respondere licet.nulli seculo defuisse viros virtute præstantes,qui facti ope Dei solius, & iuxta rectum naturæ ius viuentes,nõ modò ipsi fuere liberi, verumetiã familiares suos repleuerunt ingenuo generosõque spiritu:& sunt nunc quoque imagines quæ iam viuæ expressæ ad illorum sapientũ effigiem quamuisaim aduersarij fateãtur se carere libertate huiusmodi,pertractos in seruitutem ab imprudentia vitiisq; cęteris,nõ statim id existimã lum est de vniuerso hominum genere.quòd si non videmus prodire horum agmina,nil mirum.primũ quia quę pulchra,ea rara sunt.deĩ de quia semoti à turba domesticorum vacant naturæ contẽplationibus,cupientes quidem si quomodo queant, vitam ciuiũ corrigere:virtus enim libenter prodest publicè omnibus:sed videntes id onus suas vires excedere, propter absurdos mores receptos in ciuitatibus,& morbos animi auctos vitiorũ consuetudine.resiliunt ne velut torrentis impetu trãsuersi abripiãtur. Nos verò si qua cura esset mutationis in melius,deberemus vestigare latebras eorum,& orare suppliciter,vt efferarum vitam nostram ad mitiorem statũ reducant, & pro bello ac seruitute pacem inducant, libertatémque huius comitem,nunc pecunię causa scrutamur intima quæque,aperimus

mus terræ venas duras & refractarias:metallarij puteos fodiũt in planis atque mõtanis,quærendo aurum,argentum,cuprum, ferrum,cæteras species. Vanitas fastum colẽs pro numine profunda maris penetrat,quęrẽs varia lapillorum pretiosorum genera,vel saxis latẽtibus adnata vel ostreis,& ob hoc ipsum preciosiora,quãtum oculi deliciis ac luxu corrupti iudicãt. at prudentiæ,temperantiæ,fortitudinis, iustitiæq; causa nemo peregrinatur,ne in peruiis quidẽ regionibus & hospitalibus:nemo enauigat maria,naucleris alioqui patẽtia per totum annum vltro citróque cursitantibus.Quamuis non,habemus opus virtutem in lõginquas aut transmarinas regiones petere,cuius radices autor naturæ in proximo deposuit,sicut ille sapiens Iudæorum legislator testatur dicens:In ore tuo,in corde tuo,in manibus tuis.subinnuens dicta,facta consiliáque,quę omnia cultura indigent,ergo qui labori præferunt otium,nõ solùm germinibus officiunt,sed & radices ipsas exsiccando interimunt.contrà qui otiũ vt noxium fugiẽtes,ad laborem se applicant,velut generosarum plantarum cultores, continua cura præcelsas virtutum stirpes educunt in æthera. immortales virentésque perpetuò,ferentes felicitatis fructum nunquam interiturum:quãdoquidem iuxta quorundam opinionem nõ tam felicitatem afferunt,quàm ipsæ sunt felicitas,& vt Moses vocare solet composito vocabulo εὐκαρπώματα, quasi dicas frugem solidã.siquidẽ terrestres plantæ interdũ nullum fructum suo cultori afferunt. at quæ inseruntur in anima, totæ quantæ sunt in fructus abeũt, prudentiæ,iustitiæ,fortitudinis,temperantiæ.Cùm igitur tales occasiones vltro nobis se præbeãt,non pudet querelarũ quasi negata sũt hominũ generi sapientia?quam poteramus ceu scintillam in fomite fumãte redaccẽdere. nos verò vbi res diligentiã postulat ad nos propriè pertinens,segnes & supini sumus, corrumpimus virtutũ seminaria:quæ autem fugienda sunt desideramus & requirimus.propterea diuitum,illustriũ, voluptariorum,terra mariq; plena sunt omnia. prudẽtum autem,iustorũ, proborũ exiguus numerus.pauca verò sunt quidem rara, tamẽ reperiuntur,attestante Græcia simul & barbaria,nam in illa septem meriti sunt cognomen sapiẽtiæ,quamuis alij quoq; præcesserunt eos aut secuti sunt:illorum memoriam vetustas obliterauit,recẽtiores nõ fuerũt in pretio apud sui seculi homines, ideo minus inclaruerunt.at in barbarico solo frequẽtior nume rus celebratur eorum quibus egregia dicta factáq; pepererũt

tam

tam insignem gloriam: quales apud Persas magi naturæ scrutatores præ veritatis cognoscēdæ studio, qui per otium diuinas virtutes contemplantur clarius, & alios eisdem initiant mysteriis: apud Indos gymnosophistæ, qui cū naturali moralem coniungūt philosophiā, honestatis probitatisq; amorem tota vita præ se ferēdo. nec Palæstinæ Syriæq; deest hoc genus hominū virtutē sectantium, cuius regionis nō paruam partē populosa Iudæorū gens incolit. in his quidam nominātur Essæi, circiter quatuor milia, à sanctitate dicti, qa summa religione Deo seruiunt, nō mactando victimas, sed suas metipsorum mentes componendo ad sanctimoniam. hi vicatim habitant, vrbes fugiunt. propter familiaria ciuibus earum vitia, gnari non minus periculi esse ab eorum conuictu quàm ab aëris intēperie pestifera, propter cōtagium incurabile: viuúntq; partim ex agricultura, partim ex opificiis in pace florētibus, benefici erga suos & proximos, nullam cōdentes pecuniam, nec parantes ampli reditus latifundia, sed quotidianis necessitatibus quærentes remediū: nam penè soli hominum degunt sine prædiis, sine pecuniis, & propter vitæ institutum diuites habentur magis quàm ob rerū copiam, frugalitatē non vana existimatione ducētes esse quæstum maximū, tela, iacula, gladios, galeas, thoraces, scuta, nemo apud eos fabricat, sicut nec arma cætera, nec machinas, aut aliud quicquā bello vtile: imò ne ea quidem studia reperias ibi, qbus in pace facilè abutūtur homines. negotiatores, institores, naucleros ne in somnis quidē viderunt, subtrahēdo materiam auaritiæ. nemo ex illis seruit, omnes liberi ministrāt sibiinuicem: dominationē damnāt vt iniustā atq; impiam, repugnantē iuri naturæ, quæ omnes ex æquo genuit educauítq; tanquā mater germanos fratres re vera, nō solo nomine. eam cognationē labefactā conuulsāmq; insidiis auaritiæ, huius opera inductam pro familiaritate abalienationē animi, & odium pro beneuolentia. philosophiæ partē ratiocinatoriam, vt parādę virtuti nō necessariam, relinquunt verborum captatoribus: eam verò quę naturam scrutatur, disputatoribus, vt humano captu sublimiores, nisi quatenus de creatore mundi & eius creatione disserit. in sola morali se exercent sub pædotribis legibus patriis, quas nō potest cōcipere humanus animus absq; afflatu numinis. has ediscunt & alio tempore, sed præcipuè recurrente die septimo, quem sacratum existimant, feriantúrq; tunc ab omnibus aliis negotiis: quoties sacras ædes, quas synagogas vocant, adeunt,

pro

pro ætatis ordine iuniores ad seniorum pedes considunt, & ad audiendum se componūt. ibi alius ex libro prælegit, alius quispiam vnus ò peritioribus accedens, quæ obscura sunt, explicat. nam pleraq; per figuras more veterum philosophorū eis sunt tradita. discunt autem sanctitatem, iusticiam curam rei vel domesticæ vel publicæ, verorum bonorum malorúmq; scientiam atq; rerum indifferentium insuper, quid expetendum, quid cōtrà fugiendū, quæ triplici regula examinant, amore Dei, & virtutis, & hominum. pietatis erga Deum argumēta præ se ferunt plurima, castitatem in tota vita perpetuam, à iureiurando mēdacióq; abstinentiam, & quòd ad Deum autorem bona omnia, malum verò nullum referunt. virtutem quoq; sibi esse cordi satis declarāt, dum pecunias, honores, voluptatésq; contemnunt fortiter, viuúntq; continenter in laboribus complexi frugalitatem, simplicitatem, facilitatem, modestiam, legum reuerentiam, constantiam, & id genus cætera. charitatem porrò eorum erga homines indicat beneuolentia, mira dictu æquabilitas & omnium rerū societas, de qua non intempestiuū fuerit nūc paucis dicere. Patēt eorū sodalitia hominibus etiā aduenis idē institutū seruātibus. omnibus vnū est prōptuarium, vnde vestitus & mensa cōmuni sumitur. nam contuberniū victúsq; ac mensæ societas apud alios laudatur magis quàm recipitur: nec mirū. quicquid enim lucrātur è quotidianis operæ mercedibus, nō sibi quisq; seruat, sed in mediū conferendo cuicunq; volenti fruē di potestatē faciunt. tū si qui valetudinarij nequeunt victū quærere, non negliguntur, pararum habentes è publico insi mitati subsidium, quam securè sustentāt ex cōmuni copia. Senioribus iuniores debitā curam, honorem, reuerentiā exhibent tāquam germani filij, labantem eorū ætatem fulciētes modis omnibus tā cōsiliis quàm ministeriis. Tales virtutis athletas reddit philosophia absq; omnibus curiosis & ambitiosis Græcorū vocabulis, exercens eos in laude dignis actionibus, quibus certa perpetuáq; libertas cōstabilitur. id cōpertū est in multis & variis tēporum difficultatibus, sub tyrannide potentiorū diuersis prædatorū ingeniis. ex quibus alij conati feroces bestias immanitate superare, nullā omiserūt crudelitatis speciē, gregatim mactādo subditos, aut laniorū more viuos frustatim cōcidendo: nec prius finis fuit quàm in easdē calamitates incidere vindicāte diuina prouidentia. alij verò suā rabiē celātes diuerso malitiæ genere, acerbas clades dederūt, placido sermone susurrísq; clāculariis

dissim

dissimulantes odium, canum maleficorum more blandiendo, móxq; infigendo morsus insanabiles, vt oppidatim monumeta impietatis suæ relinquerãt ad perpetuam afflictionum memoriam. nemo tamẽ vel è crudelibus illis, vel ex alteris fucatis ac subdolis, valuit modò dictos cœtus Essæorũ siue sanctorum in culpam inducere, sed omnes discesserũt victi virtute horum virorum, laudantes eos vt liberos ciues & suo iure viuentes accepto à natura, prædicátésq; illorũ sodalitia, societatémq; inenarrabilem, in qua exemplũ felicis & perfectæ vitæ videre liceat. sed quoniã sunt qui putant perfectas virtutes nõ cadere in multitudinem, verùm eas tantummodo quæ suboleuerũt etiamnum augentúrq;. testes citabo vitas singulares bonorum virorum, libertatis indicia manifestissima. Calanus erat Indus genere vn' gymnosophistarũ. is patientissimus omnium eius seculi hominum habitus seu indigenarũ seu exterorum, quod rarissimum est in admiratione fuit apud reges etiam hostium ob virtutem coniũctam cum eruditione. proinde Alexãder Macedo volens ostentare Græciæ barbarorum sapientiam, & exhibere aliquod eius specimẽ. primò hortatus est Calanum proficisceretur secũ paratutus magnam gloriam in tota Europa simul & Asia. quod cùm non impetrarer, ait inuitum id facturũ. tum ille valde apposítè generosé q;: Et quid magnum Græcis ostẽdes Alexander, si potes me cogere vt quæ nolo faciã? Quid hac voce & hac mẽte liberius? nisi quod hoc dictum liberiore facto cõfirmauit, reliquítq; sempiternã cõstantis in libertate ingenij memoriã, vt literæ ad regẽ missæ indicãt. CALANVS ALEXANDRO, Amici tibi suadent vt cogas Indorum philosophos, ne per somnum quidem conspicati nostras res & nostra negotia, corpora de loco ad locum trãsferes, animis inuitis nullam vim inferes, nihilo magis quàm si lateres & ligna cogas vocẽ mittere. Ignis corporib' viuis maximos dolores excitat nõ sine pernitie, hũc tamen nos despicimus dum viui cõburimur. nullus rex, nullus princeps potest efficere vt quicquam agamus præter animi sententiam. nõ sumus Græcorum philosophorum similes, qui diu meditatas orationes recitant in celebritatum conuentibus. sed res à verbis apud nos non discrepant. breui momento & beatitatem & libertatem adipiscimur. Talibus sententiis nónne decet illud Zenonium succinere: Facilius esse vtrem inflatum mergere: quàm quemvis virum probum inuitum ad aliquid agendum cogere. nam inuictus animus, rationis rectæ placitis confirm

confirmatus, cedit nemini. Extant de hac bonorum virorum libertate multa poëtarum & historicorum testimonia: quorum sententiis Græci simul & Barbari penè ab ipsis incunabulis innutriti proficiũt in bonis moribus, quicquid vitiorum ex mala educatione aut deprauata victus ratione contraxit anima, recudendo in melius. Vide quid apud Euripidẽ loquatur Hercules:

Combure carnem hanc, concrema repleto te
Meo cruore, nam prius vel sidera
Terram subibunt, terra vel scandet polum,
Quàm mollis à me extorqueatur vox tibi.

Reuera enim seruilis est adulatio simulatióq;, quoties à mente verba dissident. Cæterùm ingenuè sine fuco è syncera cõscientia liberam sententiam depromere decet generosos animos. Rursum is ipse vir probus, vide vt ne sub hasta quidem inter venalia mancipia seruus sibi videtur, stupefaciens spectatores, quasi non solũ ingenuus, sed & emptori suo dominaturus. Mercurius enim rogatus de hoc ipso an malus sit, respondet:

Non vilis est, contráq; prorsus est graui
Forma, nec abiectus, nec vt serui solent,
Facilis agi: quin splendidè vestitus est,
Clauáq; dexter. Nemo vult domi sua
Seruum, seipso qui fiet præstantior.
At te vel aspectu paueſcat quilibet.
Nam plena fers ardentis ignis lumina,
Qualis leonem taurus aggredi parat.

Deinde subiungit mores eius cuius incusat silentium.

parêre namque non feres.
Nec subiici, sed imperare cogitas.

Idem mox emptus à Syleo missúsque ad opus rusticum, re ipsa declarauit satis quantum à seruili abesset ingenio. nam opimo tauro Ioui mactato prætextu festi epulatus est: haustáque meri magna vi decoquebat id cubans. Tum superueniẽti Syleo grauiter ferenti rerum iacturam & serui socordiam contemnentis dominum, nihil mutato frontis colore, nec ob perpetrata demissior, confidenter dicit:

Accumbe, potemus, mei periculum
Sic protinus fac, proderit res hæc tibi.

Seruúmne hũc dicemus an herum domini, qui seipsum manumittens, hero insuper imperitat, & nõ obsequenti intentat verbera: quòd si quiritetur, vult eum vnà cum opitulantibus per-

dere. Nugas igitur agit qui emptionis instrumentum siue cautionem per notarium curat fieri, quando emptitij nolūt ita se obligari freti viribus potioribus quàm sint literatæ chartulæ, à tineis sitúve corrumpēdæ, aut certè ab iniuria diuturni temporis. Sed negabit aliquis adducendas ad nostræ sententiæ confirmationem virtutes heroum, videlicet supra naturam humanā positas & cæli æmulas propter genus mixtum è mortali & immortali semine, vt merirò semidei vocentur, prævalēte immortali genitura, ne cui mirum videatur hos vindicias secundum seruitutem contemnere. Esto, quid Anaxarchus à Zeno Eleates, num hi quoque sunt heroës diis geniti? attamen à tyrannis & suaptè natura sæuis, & tū aduersum se iritatis excruciati tormentis inauditis antea, sic ea contempserunt quasi aut alienis aut etiam ipsorum inimicorum adhiberentur corporibus. nam olim assuefecerant animum, ex quo eum ad disciplinas applicuerant, vt semotus à perturbationibus aspiraret ad scientiā & sapientiam: & quasi demigrassent è corpore, in prudentiæ fortitudinisque agebant contubernio, virtutúmque cæterarum. Itaque alter sublimis pendens & distensus, vt arcanum quoddam proderet, ignis ferrique vim superauit: præcisáque mordicus lingua, in tortorē suum eam expuit, ne vlla vox inuito extorqueretur. alter verò stupenda verba protulit: Tunde Anaxarchi follem, Anaxarchum enim non potes. Hac confidens audacia heroicam generositatem longè à tergo reliquit: quandoquidem alteris decus traditum est à maioribꝰ, citra omnem ipsorum operam: alteri sua sponte subeūtes laborem in virtutis studio. sedulo quærunt immortalitatem. & videre memini pancratiastas tanta obstinatione ad victoriam rendere, vt lassato corpore sola animositate persisterent in certamine: quòd assueti contemnere terricula, vsque ad vitæ finem durarent intrepidi. quæ cùm ita se habeant, putamus eos qui corporis robur exercendo confirmant, metum mortis calcare spe victoriæ, aut ne victorem aspiciant: eos verò qui exercent mentem suam inuisibilem, quæ verè homo est domicilium hoc sensibile circumferens, & verbis philosophiam, factis virtutem excolunt, grauatim moriturus pro libertate, vt libero spiritu fatalē viam pertranseant? fertur in quodam sacro certamine athletas duos robore pari præditos, non prius destitisse ab inferendis excipiendisq; ictibꝰ, quàm vterq; expiraret in vestigio. Dicat aliquis tali cupiā. Ah miser, virtus te perdet tua. Sed iuuat glorioſe pro apio

apio frondéve oleastri certantem occūbere. at sapiētem multò magis pro tuenda libertate, quam solam, si verum fatendū est, animus desiderat, vt agnatā non ascititiam, qua resecta tota hominis compages dissoluitur. Celebratur Laconis pueri, quo in genere præcipuū est virtutis studium, mira quædā ingenuitas. Captiuus enim abductus à quodam Antigoni milite, liberalia quidem non recusauit ministeria, seruilia verò negauit se exhibiturum, quòd abhorreret à seruitio. atqui nōdum per ætatem legibus Lycurgi potuerat institui, quas vix degustauerat: tamē præsenti vitæ violentam mortem prætulit vt feliciorem, & desperata redemptione libens sibimet manus intulit. Narrāt Macedones etiam Dardanas mulieres, quæ seruitutem credebant miseriam turpissimā, suos pueros quos in vlnis baiulabāt proiecisse in fluminis gurgitem, acclamando, Vos certè non seruietis, sed priusquam infelicem vitæ cursum aggrediamini, salua libertate compendiariam atque necessariam viam decurretis vltimam, Polyxenam quoque tragicus Euripides inducit contempta morte curam libertatis gerere, dum sic loquitur:

Defungor vltro: nemo tangat corpus hoc:
Præbebo collum fortiter: liceat mori Me liberam.

Ergo cū pueri ac mulierculæ, illi ætate, hæ sexu fragiles, natiuo libertatis amore teneantur, adeò vt ne hanc amittāt, ad mortē tanquam ad immortalitatē properent: credimus viros merè sapientes non hoc ipso esse liberos, fruiq; syncera felicitate dum virtutes secum circumferunt, quas nulla importuna vis potest eis eripere, quippe quæ perpetuum regnū suis cultoribus conciliant? quin & integros populos accepimus pro libertate fidéque erga defunctos principes bene meritos, vltro subiisse pernicie, sicut Xanthios recenti adhuc memoria. Cū enim vnus è coniuratis in Iulium Cæsarē Brutus eos obsedisset, odio nō tam partium quàm ipsius ducis, qui amicū & imperatorē suum interemerat, repugnauerūt proviribus, donec eos paulatim deficerēt. postremò in totum his exhausti, concluserunt suæ quisq; domi vxores, parentes, liberos, atq; ita mactarunt, congestisq; in aceruos ignem subdiderunt, & seipsos insuper iugularunt, vt fatali necessitati salua libertate magnanimitatéq; satisfacerent. Sic illi acerbitatem tyrannicam fugiendo prætulerunt glorioſam mortem vitæ coniunctæ cū ignominia, qui autē seruati sunt fortunæ beneficio, patiētia se muniuerūt, imitati animositatē Herculis. nā & ille imperatis Eurysthei non succūbuit. Proinde Cy-

nicus Diogenes tam vasto fuit animo, vt cùm ei capto latrones maligne cibum præberent, nec præsenti fortuna, nec illorum immanitate deterritus diceret, iniquissimum esse cùm porcelli agniq; venales saginentur diligẽtius, hominem præstantissimum animal inedia macerari, quasi hoc pacto non redderetur vilior. itaq; accepto quantum sat erat, cùm iam esset vẽdendus inter cæteros, sedit & prandebat bono animo, impartiẽs etiam proximis: cúmq; vnus ex his valde mœstus cunctanter sumeret: Desine, inquit tristari, & vtere præsentibus.

Nec formosa cibum Niobe non sumpsit, & eius
Pignora sub tectis letho bis scena iacebant,
Sex natæ, totidem pubenti corpore nati.

Et cũ ei licitatores illuderent iuueniliter, percontando quid sciret, respõdit, Præesse hominibus. Qua voce prodebat ingenuũ, generosum veréq; regiũ animũ. tandem & ipse ad iocos est versus ex more suo, conseruis demisso vultu mœrentibus. cùm igitur inter licitatores animaduertisset quendã effœminatũ quantum ex aspectu apparebat, accedens inquit: Tu me emito, viro enim opus habere videris. Sic ille pudefactus cauillo, quod non esse vanũ erat sibi cõscius, in turbam se abdidit, cæteris audacẽ cõiectorem, sed veridicũ, stupentibus. Hunccine seruum appellabimus, ac non potius liberũ, imò etiam summo dignũ magistratu atq; imperio? huius in dicẽdo libertatis æmulus fuit Chæreas quidã vir eruditus. habitabat is Alexãdriæ: cui cũ aliquãdo iratus Ptolemæus minaretur nõ mediocriter, ille suam libertatem nõ minoris faciens quàm potentiã regiam, respondit: Aegyptiis impera, ego te tuámq; iram nil moror. habẽs enim regiũ quiddã generosæ animæ, quarũ splendorẽ nec fortunæ obscurat iniuria, quod decet opponi amplis dignitatibus, ad retũdendam liberis dictis superbiam. Fertur cũ Theodorus cognomento Impius Athenis profugus venisset ad Lysimacũ, & quidam ex optimatibus eam fugã exprobrasset, simúlq; fugæ causam, qp negaret deos, & iuuentutem corrumperet, respondisse: Non profugi, sed idem mihi accidit quod Herculi. nam & ille ab Argonautis fuit expositus, nõ ob crimen vllum, sed quòd vel solus esset iustum onus nauis, & cæteri vectores vererentur ne prægrauata subsideret; ita ego quoq; migraui propter magnanimitatem, quam cùm Athenienſiũ rectores nõ valerent assequi, inuidere maluerunt. cúmq; Lysimachus amplius rogasset, num & è patria excidisset per inuidiam ciuium, respõdisse: Nequa

quanquam, sed propter excellentiam ingenij, quod nõ capiebat patria. sicut eñ Semele Baccho grauida cùm nõ potuisset perferre vterum, Iupiter eam miseratus abortiuũ ambussit, & inter Deos retulit: sic cùm patria mea minor esset quàm vt caperet philosophum, bonus quispiam siue Deus siue genius Athenas in locum fortunatiorem cõmodiorémq; me transtulit. ad hanc sapientum libertatem, sicut & ad cætera bona hominum, videmus aspirare quædam animalia, certè gallinacei tam audacter certare solent, vt non animositate vincãtur sed viribus. quod intelligens Miltiades imperator Athenienſium, quando rex Persarum excito Asiæ robore tam multa milia traiecit in Europam, quasi ad primum clamorem oppressurus Græciam, conuocatis in panathenaicũ conuentum sociis pugnãtes ostendit has lites, ratus hoc spectaculum maiorẽ vim habiturum ad permouẽdos quàm orationem, nec eum fefellit sua opinio. spectata enim in brutis patientia pertinacique contentione, vsque ad necem pugnantibus inuicto pectore, correptis armis eam expeditionem susceperunt, quasi debellaturi cum ingenti strage hostium, contemptis mortibus & vulneribus, vt saltem inse pelirentur libero solo patriæ. nihil enim æquè ad rem gnauiter gerendam excitat, ac deteriorum victoria maior quàm sperari poterat. cæterùm solennis gallorum gallinaceorum certaminis etiam Ion poëta tragicus meminit his versibus:

Nec iam corpore, vtroq; & ocello
Ictibus obtuso, ille fathiscit,
Robore sed labente gemiscit,
Et viuus seruire recusat.

Et putamus viros sapientes non libẽtissimè seruituti prælaturos interitum? aut æquum censemus iuuentutem magnanimã in virtutis certamine cedere gallinaceis, vt vix secundum gradum obtineat? atqui nẽ illud quidem quisquam ignorat, qui modò leuiter literas attigit, libertatem esse rem egregiã, sicut e diuerso seruitutem longè turpissimã: & quod pulchra bonos deceant, malos verò turpia: vnde colligitur euidentissimè, neq; probum quẽquam seruum esse, licet innumeri tabulas de huius possessione proferant: neq; insipientem vllum esse liberum, etiam si Crœsus sit aut Midas aut magnus rex. cæterùm de celebrata libertatis pulchritudine, seruitutis verò execrabili turpitudine, testimonia multa extant ciuitatum & gẽtium quarum consecratæ sunt origines, & quas mẽtiri nefas est. senatus enim

& cõciones habẽtur penè quotidie,nulla magis de causa quàm ob tuendam præsentem libertatem,aut recipiẽdam si iam periit.Græci barbariq; conflictantur bellis continuis, quid aliud volentes quàm seruitutem effugere, libertatẽ acquirere? ideo centuriones,tribuni & imperatores ipsi nullam cohortationẽ habent efficatiorem in preliis quàm Este viri, libertas agitur, qua nihil hominibus optabilius,vt quæ sit fons felicitatũ cunctarum,priuatarum etiam.quapropter Athenienses me iudice Acutissimi hominũ(quod enim in oculo pupilla, in anima ratio,hoc Athenæ sunt in Græcia)quando pompã ducunt Eumenidibus,neminem seruum admittũt,sed per ingenuos viros ac fœminas peragũt omnia solennia, & ne eos quidem vulgares, sed inculpatæ vitæ homines.nam & bellaria in id festum parant adolescentes honestissimi,putántq; honorificum hoc ministerium.Nuper etiam tragœdis fabulam Euripidis in theatro agentibus,& hos senarios pronuntiantibus:

Nam liberum esse maximum dico bonum:
Quòd si quis est pauper,putet se diuitem.

vidi omnes spectatores arrectos in summos digitos præ admiratione sententiæ laudatæ acclamantes magnis vocibus & ipsum poetam certatim laudantes,qui libertatis vel nomen magni faciat.Quin & Argonautas admiror,qui nullum inter nauales socios receperunt nisi liberum,ingenuorũ contenti ministeriis libertati non officientibus.si poetis fidem habere debemus.sed cur non habeamus, cùm sint eruditores omniũ hominum,instituendo populos,sicut patres proprios liberos. itaque nauclerus Iason,vir& natus & educatus liberaliter,amatórque ingenuorum,nauem suam neminem seruum permisit ascendere:quamobrem Aeschylus sic loquitur:

Argus vbi sint sacra ligna dicito.

Minis autem quas quidam intentãt sapiẽtibus,minimè terreri conuenit:sed eludendæ sunt exemplo Antigenidæ tibicinis. aiunt enim cùm quidam eiusdem artis æmulus ira cõmotus ei dixisset:Abi,emam te pro mãcipio:eum respondisse: Tum ego te docebo tibiis canere.Ergo & vir probus contumelioso & gerenti se heriliter,potest dicere,docendus es sobrietatem atque temperantiam.exilium verò minanti respondebit:Omne solũ forti patria,item territãti mulcta pecuniaria:Mihi mediocris victus sufficit.intentãti mortem ac verbera:Nil istis terriculis moueor,nec sum inferior pugilibus,qui cùm tenuẽ modò habeant

beant virtutis imaginem præ oculis,& corporis tantũ habitudine polleant,vtrumq; perferunt fortiter.animus enim rector mei corporis ita confirmatus est fortitudine,vt quẽvis dolorẽ superare queat.cauẽdũ igitur ne quis talem ferã capiat, nõ robore solo verũ & aspectu ipso formidabilem,& præ se ferẽtem quàm nõ sit despicabilis,sæpe asyla hanc securitatẽ præstãt supplicibus eò cõfugientibus,vt ex æquo liceat eis cõtendere cum aduersariis:& qui per successionem in proauita vel antiquiore seruitute inueterauerũt,quãdo ad aras sedent habitu supplicũ magna linguę libertate vtuntur.nec desunt qui nõ tantũ heris ex æquo respondeant,sed vt in causa meliore suũ ius tuentur fortiter.at quos sua redarguit conscientia, etiãsi præclaris natalibus fulgeant,suopte ingenio se gerũt seruiliter.illi contrà qui corpori nõ timent freti asylorum priuilegio, miram animi libertatẽ exerũt,quem solũ Deus creauit extra seruitutis aleã. & quis est tam insipiens vt credat loca conferre fiduciam, atq; in dicendo audaciam,virtutem verò qua Deo similes reddimur, nõ valere tantũdem existimet.per quã & locis & ratione prædi tis mentibus accedit sanctitas ac religio?atqui asylis sua securitas non semper manet inuiolabilis, vel arte mulierũ corruptarum muneribus,fauoréq; captorum talibus illecebris, vel liberorum negligentia,suos inde abstrahi sustinentium.at virtus velut arx munitissima, cõtemnit omnes machinas quibus eminus impetitur:huius robore quisquis se communiit, potest confidenter dicere,alij facilè sunt expugnabiles:

Ast ego meipsum soluere,imperatéq;
Noui mihi:virtute namq; metior
Omnia.

Hoc est quod de Biante Prienẽsi fertur,qui appellatus à Crœso contẽptim & minaciter,iussit eum cepas edere, fletũ ciuiliter subiudicãs,quãdoquidẽ harũ esus ciet lacrymas. adeò sapiẽtes arbitrabãtur nihil esse æquè regium ac virtutẽ, cuius instituta per totam vitam sequuntur: imperatis aliorum nõ terrentur: quo factum est vt omnes vafri ambiguæq; fidei homines vulgò nominentur illiberales & parum ingenui.inde illud:

Erectum seruile caput vidisse nefas est,
Semper id obliquum colla retorta gerit.

Quod enim tortum est degeneres mores arguit, sicut erectus habitus apertos & minimè fucatos,quãdo dicta cum cogitatis consonant.Illi ridendi sunt qui manumissi à dominis putãt se

Universidad de Deusto Biblioteca

factos liberos sunt enim famuli, quamuis meliore conditione. serui autem & verberones sunt omnes quotquot nō hominib⁹, quod leuius est, sed rebus vilissimis, mero, holeribus, seminib⁹, aliisq; coquorū ac cupediariorum curiositatibus in gratiā ventris dant operā. Quapropter Diogenes conspicatus quēdam liberum iactantē se hac noua felicitate, fauorémq; gratulantiū, miratus est fatuum eorū iudicium, perinde ac si præconis voce declararetur seruū aliquē ī posterū fore grāmaticū aut geometram aut musicū, qui ne in somnis quidē has artes didicisset, nā præconium sicut doctiorē potest reddere neminē, ita nec liberiorē: alioqui mactū felicitate diceretur: sed in seruitutē tātùm vindicat. Sublata igitur vana opinione à qua pendet vulgus hominum, veritatē rem sanctissimā complexi, nec libertatem tribuamus his qui se ciues nomināt, nec emptitiis mācipiis, seruitutem obiiciamus. sed omissis natalibus & tabulis & in totum rebus corporeis scrutemur naturā animi, qui si concupiscētiis agitatur, aut ab inopia ceruice obtorta trahitur, & ipse seruit, & totū hominē heris innumeris seruire adigit. sin autē inscitiā prudētia, luxum tēperantia, formidinē fortitudine, auaritiam æquitate superat, imperat etiā, tātùm abest vt seruiat. cæterùm qui nōdum ad harū alterū accesserūt speciem, nec serui omnino nec liberi, qua sunt in prima pueritia puri synceríq;, præceptis nutricādi sunt, & ante omnia ceu lacte alēdi cibis teneris, scilicet disciplinis encyclicis, mox alimenta solidiora suggerēda sūt, quorū opifex habet philosophia, vt ad virilē habitudinē firmitatémq; prouecti, ad finē optimū perueniāt: quod est secūdum naturæ ductū viuere iuxta nō Pythij sed Zenonis oraculū.

PHILONIS IVDAEI,

De vita contemplatiua, siue supplicum virtutibus.

POSTQVAM de Essæis disseruimus, qui vitā actiuam exercēt omnibus, aut quod minus inuidiosum dictu est, plerisq; felici⁹: ordo postulat vt deinceps dicamus quæ dicēda sunt de cōtemplationi deditis, nihil affingēdo rei ornāda gratia, sicut poëtæ scriptorésq; solēt destituti vera honestáq; materia, sed simplicissimè veritatē sectando, quam

quam vix vlla eloquētia potest assequi. conabimur tamē & operam ei nauabimus pro viribus. nō debet enim huiusmodi virorum virtus eximia causam præbere silentij his qui nihil honestum putāt tacendū dissimulandúmq;. institutum autem huius philosophiæ mox apparet ex ipsis appellationibus. vocātur eñ therapeutæ theurapeutridésq;, hoc est curatores & curatrices, siue cultores & cultrices, vero nomine: vel quia profitētur medicinam præstantiorē ista vulgata per oppida omnia. hæc eñ medetur solis corporibus: illa & animas liberat morbis grauibus & aduersus medelas cōtumacibus, quos inflixerūt voluptates, cōcupiscentiæ, dolores, timores, auaritiæ, insipientiæ, iniustitię, & cæteræ perturbationes, vitiorúmq; agmē innumerabile: vel quia didicerunt à natura & è sacris legibus colere illud Ens & bono melius & vno syncerius. & vnitate in generādo antiquius atq;, vt ita dicā, principalius. horum pietati quos tandē meritò cōparabimus? istósne qui pro diis venerātur elemēta, terram, aquā, aërē, ignēq; aliâs aliis notata nominib⁹: qualia sunt apud Cræcos, ignis ἥφαιστος παρὰ τὴν ἔξαψιν, id est ab accedēdo: aër ἥρα παρὰ τὸ ἄιρεσθαι, ꝙ in sublime sit elatus: aqua ποσειδῶν, à potu fortasse: terra δημήτηρ, ꝙ mater videatur omniū stirpiū & animalium. Latini Vulcanū, Iunonem, Neptunum, Cererem nomināt. Verùm ista nomina sophistarū commēta sunt. elemēta autem sunt inanimis materia à seipsa immobilis subiecta opifici suo à quo transformatur in omnia qualitatū genera. sed fortasse illos cōferemus qui alias creaturas colunt, solem, lunā sidera vel fixa vel erratica, aut cælum ipsum vel mundum quantus est. atqui ne hæc quidem ex seipsis habent originem, ab alio quodam opifice tāta arte condita. quid si illos, qui semideos heroas adorāt? id quidem ridiculum fuerit. qui potest idem mortalis esse immortalísq;, nequid dicā de illorū maculosis natalibus, iuuenili plenis lasciuia, quā homines impiis audent affingere beatæ illi diuinæq; potentiæ, tanquā illa in cōplexus muliebres insaniat, cùm sit felicissima & expers affectuū omniū. statuas enim & simulacra memorare quorsum attinet? quorū materia saxū aut trūcus est paulò antè informis vexatus fabrorum iniuriis, cuius cognatæ partes versæ sunt in serias & pelluuia cæteráq; vasa sordida adhibēda secretis vsibus. multo verò magis silenda sunt Aegyptiorū numina, qui bruta colunt nō solùm mansueta sed & seuissima, consecrādo quæcunq; sub luna sunt. leonē è terrestribus immanissimū, crocodilū ex aquaticis,

miluium è volucribus & ibim domesticam. hæc quãuis videnť quibus nascãtur originibus, quibus alimẽtis sustentẽtur, quàm sint insatiabilia pleoãq; excremẽtorũ sordibus, venefica etiã & humanę carnis auida, variis morbis ac morti deniq; obnoxia, violentæ quoq; interdũ non modò fatali, adorãt tamen ipsi mites immitia incicurabiliã ;;, rationales bruta, Deo cognati vix conferenda cũ bestiis, naturaliter subiecta principes ac domini. Verùm isti qui nõ modò suos, sed etiã propinquos inficiunt talibus deliriis, relinquãtur morbo suo, priuati visu præstãtissimo sensuũ, visu inquã non corporeo, sed quo verum à falsis discernit animus. at illud hominũ genus therapeuticũ semper in contẽplatione diuinitatis proficiet, etiã sole hoc sensibili prætecto, nec vnquam suum ordinẽ deseret tendentem ad felicitatẽ perfectissimã. huic vitę instituto qui se addicũt, nõ ex more aut rogati id faciunt, sed amore correpti rerũ cęlestium, & quasi furore diuino perciti, donec ad contẽplationem illam derideratissimam perueniãt. deinde præ immortalis beatæq; vitæ cupidine, quasi iam hac mortali defuncti, facultates suas relinquũt liberis, aut cognatis, vltro eis possessione cedẽdo, atq; etiam sociis & amicis, si cognati desint. oportet enim vt qui perspicaces diuitias adeptus est, cæcas illas relinquat mẽtibus cæcutientibus. Anaxagorã & Democritum celebrãt Græci, q̃ præ amore philosophię prædia sua pecori cõpascua reliquerint. probo hos viros contẽptores pecunię. at quantò præstãtiores qui non pecoribus suas possessiones depascãdas permiserunt, sed impẽderũt ad subleuãdam egestatẽ hominũ cognatorum amicorum ;;, vt egere desinerent. illud enim inconsideratũ, ne dicam insanũ, factum fuit virorum Græcis laudatorum sapientiæ nomine: hoc verò sobrium & magnæ prudentiæ. quid aliud hostis faceret, excisis arbustis agrõq; vasto redigẽs aduersarios ad inopiam, quàm quod suis cognatis fecit Democritus, vltro illis cõsciscẽs pauperiem, non tam malo animo, quàm per inconsiderantiam & alienæ vtilitatis negligẽtiam. hi certè multò prudẽtiores & magis suspiciendi, vt non minus philosophiæ cupidi, sed prouidi magis quàm negligẽtes: quippe qui sua donare maluerũt quàm perdere, quo & sibi prodessent & alijs, dum alios opibus iuuant se philosophia studio. nam cura pecuniæ possessionũq; affert dispendium temporis, cuius præcipua nos docet parsimonia, iuxta illud Hippoc. medici monitũ: Vita breuis, ars longa. idem mihi videtur Homerus subinnuere in Iliade circa initia

rhap

rhapsodiæ decimætertiæ his versibus:

Mysorum terram aspiciens, queis prælia cordi,
Et facilis victus: liquidem lac pascit equinum
Egregios homines, nullis virtute secundos.

ac si cura victus parãdi sit causa iniustitiæ propter disparitatẽ: iustitiam verò gignat diuersum studium, qua naturæ opulẽtia cernitur, non contẽta vulgaribus felicitatibus. Relictis igitur facultatibus & auocamẽtis omnibus, fugiunt sine respectu fratrum, liberorũ, parentũ vxorúmq;, & deserũt numerosas cognationes, societates, amicitias, ipsas deniq; patrias in quibus geniti educatiq; sunt, quandoquidẽ consuetudo magnũ momẽtum habet ad allectãdos animos. demigrant autẽ non in aliam ciuitatem, sicut serui qui se vẽdi heris aliis impetrãt, miseri vt qui seruitutẽ mutant, non effugiunt. quæuis enim ciuitas vel optimis ornata legibus, plena est tumultu plurimo, quem nemo sapientiæ sectator sustineat, sed extra mœnia degũt in hortis aut villis solitariis, amãtes solitudinẽ non hominũ odio, sed ad cauendos congressus cum dissimilibus, quos sciunt moribus bonis officere. hoc genus reperitur in multis orbis regionib⁹, meritò vt absolutæ probitatis receptũ à Græcis atq; barbaris. maximè tamen in Aegypto frequẽtatur per præfecturas singulas, præsertim circũ Alexãdriam. ex omnibus autem locis optimus quisq; therapeutarũ tanquã in huius generis patriam colonus mittitur in locũ quẽdã aptissimũ, situm ad stagnũ Mariã in tereno colle accliui leniter, tutũ simul & laudatũ ab aëris temperie. securitatẽ enim ei præstãt villæ vicíq; proximitas. ęrem verò temperat emissoriũ stagni exonerãtis se in mare. & auræ nunq̃ non ex alto aspirãtes tenuiter, sicut crassiores ferũtur è stagno quibus permixtis temperamentũ existit saluberrimũ. domicilia verò conuenarũ sunt admodũ frugalia, parata cõtra æstum tantũmodo & frigora, nõ contigua vt in vrbibus, nõ enim placet id amãtibus solitudinẽ: nec tamẽ longè remota, quia societatẽ diligunt, vt sibi possint inuicẽ succurrere cõtra latronũ incursus fortuitos. singuli autẽ habent sacras ædiculas, quæ semnea vocant siue monasteria, vbi solitarij sanctæ vitæ mysteriis dãt operã, nec cibi potúsve quicquã eò inferũt, aliúdve in vsum corporis, sed legẽ tantùm & prophetarũ oracula diuinitus ;;dita, hymnósq; & quædã alia pietati sciętiq; promouẽdæ vtilia. itaq; perpetuam habent Dei memoriã, vt ne in somnis quidẽ aliud eis obuersetur quàm imagines diuinarũ pulchritudinũ &

sunt

sunt in his qui somniãdo produnt præclaras sacræ philosophiæ sentẽtias. Quotidie bis precari solẽ, manè ac sub vesperã, oriente sole petentes diem verè felicem, vtq; mẽtes eorũ cælesti repleantur lumine: occidente verò, vt anima in totum exonerata sensibus moléq; rerum sensibilium veritatem vestiget in consi storio domestico. medium verò matutini vespertiniq; tẽporis interstitium totum meditationi attribuitur. Versantes enim sacra volumina, dãt operã philosophiæ per manus acceptæ à maioribus, scrutãdo eius allegorias, quoniam sub apertis verbis latere credũt secreta naturæ cõiecturis explicãda probabilib⁹. habent etiam priscorum cõmentarios, qui huius sectæ autores multa monumẽta reliquerunt de allegoriis eiusmodi, ad quorum imitationem posteri se accõmodant. itaq; non solùm contemplantur, sed etiam cãtica hymnósq; in Dei laudem compo nunt vario metrorum carminúmq; genere, rythmis concinnatos in augustiorem ac religiosam speciẽ, per sex dies seorsum quisq; in suis illis modò dictis monasteriis philosophantur, nõ progredientes foras, imò ne prospicientes quidẽ. septima verò conueniunt in cœtum communem, & iuxta ætatis ordinem cõsidunt decẽti habitu, manus continẽtes sub pallio, dextrã inter pectus barbámq;, siniſtram applicatam lateri, tum progressus in medium natu maximus, & dogmatũ eius sectę peritissimus disserit vultu ad grauitatem composito, voce moderata, non sine magna prudentia, secus quàm oratores aut ætatis nostræ sophistæ, ostentatores eloquentiæ, vt quibus magis cordi sunt exquisitæ sentẽtiæ diligénsq; & accurata harũ enarratio, quæ non summis incidat auris⁹, sed per auditũ penetret in animũ, ibiq; firmiter inhæreat. reliqui omnes auscultant per summũ silentium, annutãtes oculistantùm aut capite, id cõmune semneum in quod septimo quoq; die conueniũt, sepio clauditur duplici, separatis virorum & mulierũ cœtibus. nam mulieres quoq; simul auscultãt ex more, duntaxat quæ institutũ idem sectantur, medius autem paries à solo surgit tribus quatuórve cubitis, in modum loriculæ, superiora vsq; ad tectum patẽt: vnde gemina prouenit cõmoditas, & q⁹ pudori fœminei sexus consulitur, & quòd verba doctoris exaudiũtur facilè absque vllis obstaculis quæ vocẽ eius intercipiãt. Tẽperantiæ tanquã fundamento in anima iacto virtutes cæteras superstruũt. Nec cibum nec potũ quisquam sumit ante solis occasum, quòd sapientiæ studiũ luci cõuenire iudicẽt, tenebris verò curam corporis. ideo totos dies alteri

alteri, alteri verò exiguam noctis partem tribuũt. nonnulli ex his vix tertio quoq; die famẽ sentiunt, attenti magis ad disciplinarũ scientiã. nec desunt qui prælautè accepti epulo sapientiæ copioſè præbentis sua placita, perdurant duplum eius temporis, & vix sexto die deguſtant cibũ necessarium, assueti sicut cicadæ rore viuere, canticis opinor solantes inediam. septimũ verò diem vt festum sacratúmq; honore dignãtur eximio, quo post curam animi corpus quoq; reficiunt, sicut iumẽta relaxantes laborẽ continuũ, in cibatu vtuntur pane simplici, sal vicem supplet obsonij, qui delicatiores sunt hyssopũ pro condimento adiiciunt, potum è fluentis hauriunt, contenti placare dominas à natura mortalibus additas, famẽ sitímq;, absq; omnibus leno ciniis fruendo rebus sine quibus non licet viuere. edunt igitur ne esuriant, bibunt ne sitiant, saturitatem cauẽdo vt inimicam animo pariter ac corpori, & quoniam tegminis quoq; duæ sunt species, vestis tectúmq;, de ẽdibus iam dixi, esse incultas & extẽ poraneas, factas ad præsentem vsum tantũmodo. in veste autem eadẽ apparet simplicitas, ad arcẽdos calores & frigora, pro pelliceis crassa tunica in hyeme, æstate verò exomis aut interula linea, in vniuersum enim exercent modestiam, vt fontẽ veritatis. sicut è fastu mendaciũ prognatum autumãt. profluunt enim è mendacio varię malorum species, cõtrà ex veritate omniũ felicitatum bumanarũ diuinarúmq; copia. Dicam aliquid & de sodalitiis eorum, quoties hilarius conuiuia celebrant, quo magis eluceſcãt collata cum aliorũ epulis. Vulgus enim vbi se mero expleuit, ac si non vinum bibisset, sed insaniæ poculum ad rationem penitus profligandam ex animo, offensat & canũ ferocium more in rabiem vertitur: móxq; coorti se inuicẽ morsib⁹ appetunt, abrodendo nasos, auriculas, digitos, cæterásq; partes corporis, vt fabula de Cyclope Vlixisq; sociis fidẽ inueniat: quẽ poëta solitum ait mandere frusta humanarũ carnium, quem tamen immanitate isti lõge superãt: nã ille inimicos ratus tractauit hostiliter. isti verò cum familiaribus & amicis, interdũ etiã cognatis, cõmuni sali menséq; adhibitis, cõtra iura hospitalitatis omnia, nihil reueriti sacra libamina quib⁹ cõciliari debuissent, sic cõfligantur tanquã in harena vel pãcratio: laudatã illã cõtentionẽ quasi monetã deprauantes in deterius, athletis ipsis erũnosiores miseriorésq;. Reuera enim eos licet appellare miseros. nã illi athletæ in stadiis Græcorũ interdiu captant spectatorum applausus atq; gratiã, expectantes artis ac victoriæ præmium

mium coronam olympiacam. at isti adulterini athletarũ simij, noctu in tenebris ebrij debacchãtésq; , sine ĩdustria malitiosas artes exercẽt in aliorũ iniuriã atq; contumeliam: quos si nemo tanquam præses dirimat, maiore licẽtia ruunt in mutuã pernicie̅m. nõ minus enim lædũtur quàm lædũt, vt mentis impotes præ vino nimio, quòd (sicut inquit Comicus) non tã alieno malo bibunt quàm proprio. itaque qui modò ad conuiuium venerant amici & integri paulò post exeũt inimici & mulctati mẽbris quibusdã, aut certè horum extremitatibus: móxq; alij quęrunt sibi aduocatos & iudices, alij petunt à chirurgis opẽ & medicis. qui verò videntur modestiores cæteris, quasi pro mero bibissent succum mandragoræ, incũbunt læuo cubito, & obliquata ceruice ructãtes inter pocula, stertunt altũ nihil videntes audientésve interim, ac si vnicum gustus sensum haberẽt, & eum quidẽ illiberalissimũ. noui quosdã qui hilariores facti potãdo, prius quàm penitus se obruãt crebris inuitationibus, iam tum in crastinũ prospiciunt de symbolis, quia putant spem ebrietatis futuræ non mediocriter cõducere ad præsentẽ lætitiam. atq; ita semper extra domesticos parietes victitãt dissidẽtes à parẽtibus, vxoribus, atq; liberis, patrię quoq; inimici & sibiipsis deniq;. nam vita luxu diffluens malũ affert omnibus. Sed fortasse probabit aliquis morem hunc cõuiuiorũ iam vulgò receptum apud Græcos atq; Barbaros, à Romanis inuentũ non tam ad hilaritatem quàm ad ostentationẽ deliciarũ & opulẽtiæ. triclinia lectos habẽt eburnos aut testudineos, aut pretiosioris materiæ, gẽmatos plerosq;, stratos auro intertexta purpura, vel aliis floridis coloribus variis oculos allicientibus, poculorũ etiam vim magnam, digestorum per suas species. præsto sunt enim cyphi, calices, phialæ, thericlea, toreumatáq; clarorũ artificũ, ministrãtibus formosis mãcipiis, non tã ad præsens ministeriũ quæsitis, quàm ad exhilarandos aspectu conuiuis oculos. ex his minores pueri pincernas agũt, grãdiores aquã afferũt, loti & nididiti, fucatiq; ac cincinnatuli. alunt enim capillitium, vel omnino intõsi, vel à fronte tantũ præsectis in orbẽ crinibus, tenuissimas candidásq; præcĩcti tunicas, anteriore parte ad genua demissas, posteriore ad poplites, vtrinq; mollibus teniis astricti cõmissuras tunicæ, propẽdentibus ad latera sinibus. sic ornati astãt nutus obseruãdo, quid quisq; postulet. adsunt & alij adolescẽtes prima lanugine malas vestiti, qui paulò antè amatorũ suorũ delitiæ fuerãt. curiosè docti grauioris momẽti ministeria, mera ostẽtatio magnæ

magnæ opulentiæ, vt cõuiuæ splendore stupefacti facilè intelligant à quãto viro quámq; magnifico sint ad mẽsam cõmunem adhibiti: cùm tamẽ totum hoc negotiũ vera æstimatione nihil aliud sit quàm stolidus luxus hominis abutẽtis fortunæ beneficio, sicut testari possunt quibus cõperta sunt talia. huc accedunt variæ bellariorũ, obsoniorum, cõdimentorúmq; species, elaboratæ à pistoribus & cupediariis, quorũ est cura non tantũ gustui satisfacere, verumetiã oculos exhilarare munditiis, sic fit vt septem vel etiã plures mensæ inferãtur, plenæ omnium quæ terra, mare, amnes, aërq; ferũt. selectis suauissimis carnibus terrestrium, aquaticorũ, & volucriũ, paratura simul ac conditura variantibus. ac ne quid prætermittatur naturæ munerũ, tandẽ apponuntur poma nucésq; dapsiliter, seruatis aliis eiusdẽ generis ad cõmessationes quas vocãt. dein aliæ patinæ efferũtur vacuatæ à conuiuis voracibus, more fulicarũ explẽtibus se in tãtum vt ossa etiã arrodãt, aliæ cũ fœde discerptis semesisq; reliquiis. vbi verò vsq; fauces expleti nil possũt amplius, edẽdo lassati appetitu esuriunt, oculos pascẽdo carniũ opimarum copia, nidorem verò exhalantẽ attrahẽdo naribus. postremò his quoq; sensibus saturatis, faciunt mẽtionem de abitu, egregiè collaudata cõuiuatoris magnificẽtia. Sed quorsum attinet ista narrare prolixius, quę multis moderatioribus displicẽt, vt cupiditates accẽdentia, quas minui præstaret. quis enim sobrius nõ mallet famẽ & sitim, quàm in talibus epulis nimiam cibi potúsq; abundantiam. in Græcia duo cõuiuia præcipuè celebrãtur, quibus & Socrates interfuit: alterum in ædibus Calliæ, quando is coronato Autolyco amicis epulum victoriale præbuit, alterũ in Agathonis: quæ literis mãdare dignati sunt morib⁹ ac professione philosophi, Plato & Xenophon, visa sunt enim eis digna memoratu, vt essent exemplo posteris, quid & quomodo agendum sit in conuiuiis. Veruntamen hæc quoque si conferantur cum nostris contemplatiuæ vitæ sectatoribus, erunt ridicula. habet quidẽ suas voluptates vtrumque, sed magis decoras homini quod Xenophon prodidit. nam tibicinæ, mimi, præstigiatores, balatrones, iocis tantùm placent scurrilibus ad exhilarandos animos. Platonicum verò penè totũ disputationi de amore impẽditur, non illo quo viri in mulieres insaniunt, aut hæ in viros, sed quo viri in masculos ætate tantũ minores. nã si quid ibi de amore veneréq; cælesti dictum videtur elegãtius, pro cõdimento modò est additũ. cæterùm maiorẽ partem vulgaris & promiscuus amor

amor occupat, fortitudinem virtutem bello pacéq; vtiliſsimã tollens è medio,& pro hac morbum muliebrẽ inducens in animas,&homines reddens androgynos,quos oportebat potius omni contenſione exerceri ad confirmandum robur tam corporis quàm animi.at iſti qui pueros transferunt in amicarũ habitum& ordinem cum ſumma ętatis iniuria,ne amatoribus quidem eorum melius cõſulunt, magnis detrimentis afficiẽdo eorum facultates,animos,atq; corpora.neceſſe eſt enim vt puerorum amator animum habeat in ſuis deliciis,& huc tantũ aeres intendat oculos,cæteris in rebus tum priuatis tum publicis cęcutiat haberatus cupidinibus,tunc præcipuè cõtabeſcens quando impos voti fruſtratur, facultates autẽ duobus modis decreſcunt,partim per rei familiaris incuriã, partim per ſumptus & profuſiones quæ fiunt in adamati gratiã. huc accedit & maius aliud malũ totis populis peſtiferum.deſolationẽ enim vrbium & raritatem optimi generis hominũ ſterilitatémq; meditãtur iſti,qui more imperitorum agricolarũ præteritis aruis campeſtribus & feracibus in aſpreta ſaxoſa ſalebroſãq; ſementẽ faciũt mox perituram,nec vnquam ad frugem peruenturã. taceo nũc illos fabuloſos bicorpores,olim cõcretos vi amatoria,dein diſiunctos,ſoluto nexu quo antea cohæſerant. habent hæc nouitatem quandam & illecebram aurium ac mentiũ,ſed vt ſuperuacanea faſtidiũtur à Moſis diſcipulis,à prima ętate veritati aſſuetis,vt decipi nequeant.ergo cùm illa celebrata conuiuia tãtum nugarum cõtineant,vt ipſa ſe coarguant,ſi quis rem magis ſpectet quàm aliorum pręiudiciũ,ex aduerſo his opponam quæ ex inſtituto Moſis prophetæ agitãtur certis temporibus apud eos qui totam vitam dedicarũt cognitioni naturę contẽplationiq;. hi numeros in primis obſeruãdo poſt ſeptem hebdomadas elapſas conuentus ſuos inſtaurant, venerati non ſolùm ſimplicem ſeptenarium,ſed & vim eius multiplicem. caſtam enim ſciunt hebdomada & ſemper virginẽ.is dies profeſtus eſt maximę feſtiuitatis incidẽtis in numerũ quinquagenariũ ſanctiſsimum, & naturæ gratiſsimum, cõſtantem ex vi rectangularis triangu li,quod eſt initium generationis rerum omnium.vbi verò conuenere cãdidati & læti cùm ſumma grauite, ad ſignum datum à quopiam ephemereuta (ſic huiuſmodi miniſtros nominant) prius quàm diſcumbãt ſtantes vna ſerie decentes,ſublatisq; ad cælum manibus atq. oculis, his quoniã didicerunt ſpectare cæleſtia,illis vtpote incorruptis à muneribus & à quæſtu illicito.

precantur

precantur vt Deo placeat id cõuium.abſolutis precibus ſeniores diſcũbunt,ac mox alij pro cuiuſq; dignitate.nec enim ſenes res ex annis æſtimant,ſed quãtumlibet grand æuos habent pro pueris,ſi ſerò inſtitutũ hoc complexi ſunt:honorẽ verò ſenectutis tribuunt his qui exercuerũt ſe à iuuentute in hac pulcherrima diuinãq; parte cõtemplatiuæ philoſophiæ.Adhibẽtur mẽſę fœminæ quoq;,anus pleræq; ſed virgines,nõ coactæ caſtitatis, ſicut apud Græcos quædam ſarificulæ,ſed ſponte continẽtes prę amore ſapientiæ.cuius ſtudio per totam vitã contempſerũt voluptates corporis,nimirũ diuinæ non mortalis prolis cupidæ, quam ſolæ Deo charæ animæ ex ſeipſis pariunt,excipiẽtes pro ſemine intelligibiles patris radios,vt decreta ſapientiæ contẽplando percipere valeãt,diſcubitus ita diſtribuitur,vt ſeorſum viri dextrum latus,ſeorſum fœminæ ſiniſtrum teneant,quòd ſi quis ſuſpicatur lectiſternia,& ſi non ſumptuoſa, certè molliuſcula parari hominibus ingenuis & philoſophiæ deditis, ſciat eſſe tegetes rudes è vili contextas materia, videlicet è papyro indigena,ſic humi aggeſtas vt eminendo fulciant cubitos. remittunt enim paululum illam Laconicam diſciplinæ duritiã, ſemper & vbiq; probantes liberalem frugalitatẽ,totis viribus auerſando voluptatis illecebras.in miniſterio non vtũtur mancipiis,quandoquidem ſeruitutem cum natura omnino pugnare autumant.nam ea liberos omnes genuit,ſed huius legũ contemptrix auaritia,fontem malorum inæqualitatem ei præferens,infirmioribus neceſsitatem impoſuit,vt iuſſa potentiorum facerent.cæterùm in hoc ſacro conuiuio nemo,vt dixi,ſeruus adeſt,miniſtrãt ingenui,& ſpõte quicquid opus eſt faciũt, iuſſa non expectãdo ſed præueniendo alacritate voluntaria.nõ enim quibuſlibet ingenuis delegatur id officiũ.ſed habito delectu ex omni ſodalitatis huius iuuentute,vt quiſq; aliquod præclarum indolis ac virtutis ſpecimen edidit.hi tanquã germani filij libenter & certatim miniſtrant haud ſecus ac parentibus publicis,hanc coniunctionem arctiorem ducentes quàm ſanguinis,quandoquidẽ rectè ſapiẽtibus virtute nihil eſt antiquus. diſcincti autem & promiſsis tunicis accedũt ad adminſtrandũ, vt abſit omnis ſeruilis ſpecies ab hoc conuiuio. Scio quoſdam his auditis riſuros,duntaxat eos qui deflenda ipſi lamentis que digna faciunt.Vinum per illos dies non prębetur,ſed aqua limpidiſsima,cæteris frigida, calda verò his inter ſe ſeniores traſtantur delicatius,menſa pura eſt à cruentis dapibus,pro cibo

panis apponitur,sal pro obsonio, & pro condimento hyssopus in delicatorum gratiam. operantur enim vt sacerdotes sacris abstemiis,tota victus ratione castigata ad eandē frugalitatem. nam vinum habent pro veneno afferente dementiam:opiparis autem obsoniis aiunt irritati concupiscentiam,beluam insaturabilem. hæc sunt exordia conuiuij. Dicat aliquis: Quid tum posteà quàm conuiuis ordine suo discumbentibus adstiterunt ministri decenter parati ad obsequium, nullane sequitur compotatio? imò silentiū maius quàm antea,ita vt ne mutire quidē cuiquam liceat aut respirare vehementius. proponit quispiam quæstionem è sacris literis,aut soluit ab alio propositam, nihil de solutione solicitus.nec enim captat laudem argutiarum aut eloquentiæ.hoc tantū agit vt rem diligentius perspiciat, tum perspectam non inuideat minus perspicacibus, sed non minus discēdi cupidis.atq; ita immoratur doctrinæ, subinde inculcās imprimēsq; animis præclaras sententias.nam expeditā elocutionem,& vna serie continuā,auditorū mens non valēs assequi, à tergo relinquitur,nec satis audita percipit. totum verò auditorium attentum auscultat in vno eodémq; habitu,intelligere sē nutu vultúq; indicās,probare verò,hilaritate ac exporrectis frontibus:interdum & dubitare hæreréq;, moto leniter capite summóq; dextræ digito. Nec minore attentione iuniores qui adstant audiunt.enarrationes autem sacrarum literarum constant ex allegoriis.nam hi viri totam legem existimant habere animalis similitudinem, quòd præcepta corpus referant, animam verò sententiæ retrusiores sub velamine verborū abditæ, in quibus rationalis anima egregiè seipsam contemplatur tanquam in speculo,sub his ipsis verbis miram sententiarum pulchritudinem conspiciens,& explicans è figurarum inuolucris, atq; ita penitiorem intellectum in lucem producens,duntaxat apud eos qui per occasionem admoniti sciunt obscura ex apertis colligere.vbi verò præses visus est rē bene tractando satis secisse auditorum desiderio,plausus propalā editur ab omnibus. tum ille assurgens hymnum in laudem Dei primus canit aut recens à se compositum,aut desumptum ab aliquo vatum veterum.extāt enim huius generis carmina prisca versu trimetro, & hymni cum suis accētibus inter sacra canēdi ante altaria,vel à stantibus vel à choreas ducentibus moderatas variis flexibus atq; reflexibus.præsulē mox imitātur cæteri decēti ordine omnibus intentè quietéq; auscultantibus præterquā in fine hymni extremáq;

extremáq; clausula.tūc enim vniuersi vocē extollunt sine sexus discrimine,absolutis hymnis singulorū,iuniores paulò antè dictam mensam efferūt,in qua ritè cibus ille sacratissimus,panis fermentatus cū sale apponitur & hyssopo,ob reuerentiam mensæ dedicatæ in templi vestibulo.nam & in ea solent proponi panes cū sale absq; condimento alio:sed panes non fermētati, sal sine vlla mixtura.cōuenit enim sacris pura simplicitas,egregiū diuini cultus præmiū.eam vulgus imitari debet, abstinere tamen ab his panibus,vt potiores priuilegiū habeant.cœnā verò sequitur sacrum peruigilium his ritibus.Vbi omnes consurrexere,duo chori fiunt in medio cœnaculo,alter virorū, alter fœminarum.cuiq; suus incentor præficitur.honore præstans & canendi peritia.deinde cantant hymnos in laudem Dei cōpositos variis metrorum carminúmq; generibus, nunc ore vno, nunc alternis,non sine decoris & religiosis gestibus atq; accentibus, modò stantes,modò prorsum retrorsúmve gradum mouentes, vtcumque res postulat.Deinde postquam vterque chorus seorsum expleuit se his deliciis,velut amore diuino ebrij vnū chorum faciunt promiscuum,ad imitationem illius olim instituti in rubri sinus littore post mirandum prodigium,quando marē Deo iubente alteris salutem,alteris perniciem attulit.diductis enim violenter aquis & vtrinq; consolidatis in parietum speciem,medium interstitium latam viam & siccam populo præbuit,per quam ad continentis aduersæ loca editiora traiicerer. aquis deinde in suam regionem pristinam hinc illinc refluentibus,& medium solum paulò antè nudatum inundātibus, ausus eos persequi hostis mersus internecione periit.acceepto autem hoc tā insigni & insperato beneficio, correpti numine viri pariter ac mulieres,& in vnam choream conglomerati, hymnis gratias seruatori Deo canebant,præcinnēte viris Mose propheta, Mariamme verò prophetide fœminis,ad horū maximè imitationē hic therapeutarū therapeutridúmq; chorus cōpositus,& mixtis ad graues virorū acutis fœmineis vocib⁹ cōcinnè tēperatus,concentū reddit suauissimū veréq; musicū,pulcherrimis enim verbis includuntur sentētiæ pulcherrimæ, religiosis choreis accedentibus. horum porrò vniuersorum finis vnus & idē est pietas:itaq; ꝓducta vsq; ad matutinū hac comessatione honestissima,neq; grauati crapula,neq; nictātes, sed excitatiores,quàm cùm venirēt ad conuiuium, verso ad auroram vultu totóque corpore,quamprimùm solem orientem aspiciūt, feli-

cem diem & veritatem perſpicacémq; mẽtem ſibi comprecan tur.atque ita precationibus abſolutis ad ſuum quiſq; ſemneũ ſecedit, & ad negotiationẽ culturámq; conſuetæ philoſophiæ. Hactenus de therapeutis naturæ contemplatoribus,& huic tãtùm ſtudio curandæq; animæ per totam vitam deditis, cæli & mundi ciuibus,patri conditoríq; rerum propter ſuam virtutẽ cõmendatiſsimis:qua conciliante adepti cæleſtis numinis ami citiam,præmium conuenientiſsimum,fortuna virtuti poſthabita,euaſerunt ad ſupremum felicitatis faſtigium.

PHILONIS IVDAEI, De nobilitate.

QVI laudibus extollunt nobilitatẽ, vt bonum maximũ & cauſam magnorũ bonorum.ipſi re prehendendi ſunt vel ob hoc quòd nobiles cen ſent naros è familiis iamdudum claris & diui tibus.cùm ne maiores quidem illi quos iactãt, propter opulentiam felices fuerint:quãdoquidem verũ bonũ in nulla externa re, nec in corpore, imò nec in qua vis parte animæ.ſed in principali tantùm.ſitum eſſe natura voluit.poſtquã enim Deus pro ſua bonitate charitatéq; etiam inter nos hoc collocare decreuit.nullum tẽplum inuenit ei dignius quàm mẽtem hominis,mens enim circũfert illius boni effigiem.quãuis id perſuaderi nõ poſsit his qui ne ſummis qui dem labris deguſtarũt ſapiẽtiam.caligãtib⁹ in luce clariſsima. nam aurum,agẽtum,honores,dignitates,valẽtudo,forma,ſunt in virtutis tanquã reginæ miniſteriis.quoniã igitur nobilitas expiatæ purgatæque mentis ſors eſt præcipua,nobiles dicendi ſunt ſoli prudentes & iuſti.etiamſi è vernis aut emptitiis nati ſint:malis verò prognatis ex honeſtis maioribus nullus locus eſto inter nobiles.nam nequã ne inter ciues quidem cenſendus eſt.cùm virtutis exul ſit.veræ bonorũ virorum patriæ.talis fieri nõ poteſt,quin ſit ignobilis,etiãſi auos proauósq; laudatos memoret.ipſe tota vita non minus alienus à nobilitate, quàm ab illorum ſtudiis.nec ſatis eſt malis q̃ ſint ſuapte natura ignobiles,niſi omnes,vt video,perpetuum bellũ gerãt cum verè nobilibus,vel contra maiorũ ſuorũ dignitatẽ, obſcurantes extinguentésq; ſi quid ſupereſt ſplendoris gentilitij.Et hoc eſt, vt opinor cur parentes liberorũ amantiſsimi interdũ exhæredant filios,& à familia gentéq; ablegant, quoties natiuã parentum charitatem degeneres nimia nequitia ſuperant.id ita eſſe,etiã aliis argumentis facilè colligitur.quid enim prodeſt oculis orbato ſuorum maiorum perſpicacitas,nequaquam hereditaria? quid prodeſt ad dicendũ elingui paterna vel anita eloquentia? quid cõferunt ad vires tabe diuturna ex ſucci aridiq; & vix eſsi bus hærẽtis,principes generis propter athleticũ robur adſcripti faſtis olympiacis?imò quid etiãſi fuere victores in omnib⁹ ſacris Græciæ certaminibus?certè nihil ea de cauſa decedit vitiis corporis,nullam opem ex præterita familiæ felicitate ſentientibus.ad eundem ſanè modũ iniuſtis liberis iuſti parentes, luxu perditis ſobrij,& in vniuerſum malis boni vtilitatẽ nullam adferunt,ſicut nec iura iuris violatoribus, ad quorum contumaciam penis coërcendam inuenta ſunt.& ſunt etiam leges non ſcriptæ,nimirum vitæ exemplâque ſectantium virtutem hominum.ideo puto ipſam Nobilitatem,ſi Deus ei formã vocémq; daret humanam,ſic allocuturam iſtos cõtumaces poſteros.Gentilitas non ſanguine ſolo æſtimatur apud veritatem iudicem,ſed factis ſtudiisq; ſimilibus.At vos in contrarium tenditis,quæ odi amatis,quæ,pbo improbatis & auerſamini.apud me honor eſt pudori,veritati,moderationi,modeſtiæ,innocentiæ,apud vos in nullo pretio habitis.impudentiam odi.mendacium,impietiam,ſuperbiam,malitiã.vobis familiariſsimas. cur igitur factis alieniſsimi,verbis fucatis fictísq; vultis obrepere & inſinuare vos in amicitiam?nec moror,nec fero veſtras fraudes ac offucias.facile eſt cuivis cõminiſci ſermones bonos in ſpeciem: ſed pro malis moribus bonos adſciſcere,difficile. hæc conſideràs & nunc inimicos exiſtimo,& poſthac exiſtimabo,quicunq; inſtaurant cauſas odij:quos equidem ſuſpectiores habebo,quàm eos quibus probro datur generis obſcuritas. nã hi poſſunt excuſari,quia nullum cum virtute fuit eis commerciũ:vos eſtis inexcuſabiles, qui præclaris prognati familiis iactatis maiorum ſplendorem ac gloriam:& cùm abeuntis exemplis domeſticis nulla vobis inhærent maiorum decora per veſtram negligentiam. atqui ſatis liquet vos quoq; nobilitatem virtuti potius tribuere quàm illuſtri generi. iamprimùm illos è terrigenis natos quis neget generoſos, cùm ab hac ſtirpe deſcendat omnis patritia nobilitas,videlicet eximiis poſteritatis

autoribus ortis è coniugio quod primum liberorum causa generisq; propagandi conuenit:& tamen eorum alter maior minorem dolo malo interimere sustinuit,admissóq; maximo scelere fratricidij primus terram polluit humano sanguine. quid huic profuit nobilitas generis, ignobilẽ præ se ferenti animũ? quem ipse rerum humanarũ inspector Deus vt vidit auersatus damnauit,nõ præsenti quidem supplicio quod cõfestim ei calamitatis sensum adimeret,sed mille mortes intentando,vt sentiret alios super alios pauores & aceruatas molestias, atq; ita dignam pro maleficio pœnã reciperet. Aliquantò post fuit quidã vir valde sanctus probatúsq;,cuius pietas digna visa est legislatori quæ mandaretur sacris literis. hic tẽpore diluuij quod omnes ciuitates deleuit funditus, inundatis nimia vi aquarũ montibus etiã celsissimis,solus vnà cum familia seruatus est, ferẽs virtutis præmium longè maximum.attamẽ è tribus eius filiis, collati in patrẽ diuinitus beneficiis consortibus,vnus ausus est parentem cui salutem debebat,irridere, à decoro nonnihil per imprudentiam prolapsum in dedecus,atque etiam nesciẽtibus fratribus nudata ostendit quæ non est fas in genitore aspici. eã ob rem nobilitate clara excidit execrationem meritus, autor infelicitatis etiam suis posteris, vt dignus erat ob neglectum debitæ patri reuerẽtiæ.Sed quid opus est hos in medium adducere potius quàm ipsum primũ terrigenam?qui nulli nõ mortali præferẽdus est quantũ ad nobilitatem attinet,artificio summo formatus Dei manibus in statuam corpoream:animã verò adeptus non vllius creaturæ beneficio, sed inspirante ipso numine quantũ natura humana capere poterat.an-non igitur nobilissimus, cui ne conferre quidẽ licet hac parte quenquã aliũ? nam cæterorũ decus descẽdit à maioribus: maiores autem eorum fuere homines,animalia mortalia,temporis momento felicitatẽ si qua fuerat amittentia:illi verò nemo parens autór vitæ,nisi Deus fuit. cuius imaginem quodãmodo referens mẽte animi parte præcipua,cùm debuisset eam seruare immaculatam, pro viribus imitando creatoris sui virtutes ceu exemplar propositas,fugeréq; his contraria vitia,dedecus & mendacium veritati honestatiq; prætulit: atq; ita suo merito pro immortalitate mortalem vitã accepit.excussus è felicitate,prolapsúsque in erumnas ac miserias.verùm hæc lex communis esto mortalium omnium, qua præscribitur ne quis virtutis expers claro genere natalibúsq; splẽdidis magnopere sibi placeat. cæterum

Iudæi

Iudæi habent & alia exempla peculiaria.oriundi sunt enim ab illis,quos maiorum suorum virtutes nihil iuuerunt, obnoxios grauibus criminibus, etiamsi nemo argueret præter conscientiam,cuius solius tribunal nullis verborum technis circumscribitur. primus gentis conditor multos liberos suscepit è tribus mulieribus,nõ indulgens libidini, sed spe ampliendæ familiæ. vnus tamen è multis solus successit in patrimonium:reliqui omnes sicut à pietate degenerarũt, ita separati sunt ab eius gẽtilitate,cuius nullas virtutes expresserant,excidérũtq; ab illa nobilitate celebratissima.Rursum ex hoc ipso probato herede nati sunt gemelli,nihil præter manus,idque certa quadam prouidentia,habẽtes simile,diuersi corporibus atq; animis. nam minor vtriusq; parentis beneuolentiam demerebat obsequiis, laudatus ob id Dei testimonio: maior verò ventri libidiniq; addictior quàm parentibus,minori cessit ius primogeniti,móxque cessisse pœnitens,fratri molitus est perniciem,nihil aliud agitans animo,quàm quòd ad patris matrisq; mœstitiam faceret. atque ita euenit vt illi vota pro minore facerent amplissima, quæ Deus absque vlla exceptione rata esse voluit:alterum verò miserati hoc afficerent beneficio,vt fratri eum subiicerent, existimantes id ei fore vtile,si homo nequam in sua potestate non relinqueretur. qui si hanc seruitutem libenter tulisset, poterat mereri secunda virtutis præmia. Nunc quoniam iugũ excussit contumax, sibi posterisq; lucratus est magnam ignominiam, vt vita eius nulli optanda literarum monumentis sit prodita, quò magis liqueret nobilitatẽ nihil prodesse inidgnis hac prærogatiua generis:quia mali è bonis prognati, nihil aduiti sunt paternis virtutibus,ꝙ ipsorũ anima sit multimodis oblæsa vitiis.Ediuersõ possũ quosdã memorare viros melioris ordinis, qui orti ex illaudatis maioribꝰ vitã vixerũt laudatissimã,adeò vt,ꝓbitatis exẽplar de se præbuerint posteris.primus parẽs Iudæorũ Chaldæus erat natione,patre prognatus dedito siderali sciẽtiæ,vno ex eorũ numero qui sidera,cælum,mũdum pro diis habẽtes his accepta ferunt fata hominum, ac proinde nullum rerum autorẽ esse credẽre præter eos qui percipiũtur sensibus. & quid indignius aut magis alienum à generoso animo,quàm studio noscẽdæ creaturæ prolabi in vnius antiquissimi rerum cõditoris ignorãtiam,vel hoc solo nomine venerandi etiamsi abessent cætera beneficia plurima, quorũ iniri nõ potest ratio? horum reputatione vir ille tactus non sine numine, patriam,

cognatos,familiam deserit:sciens,ni faciat,instare sibi à multorum deorum superstitione periculum, impeditura vnius Dei quærendi studium,à quo vt sempiterno parente originem habet quicquid vel mente vel sensu percipitur:quòd si demigret, migraturam & mentem è fallaciis transituramq; adveritatem à mendacio.id cognoscendi veri Dei desiderium magis accensum est oraculo,à quo impigerrimum quærendi studium induxtus est:nec prius vestigare destitit,quã manifestius conciperet animo quandam imaginem,non essentiæ(id enim nõ est possibile)sed prouidentiæ,quatenus homini fas est concipere. ideo primus credidisse Deo dicitur,qui primus inconcussam fidem tenuit.esse vnum supremum rerum autorem,cuius prouidẽtia mundus regatur & quæ mũdo continẽtur omnia .adeptus autẽ hanc sciẽtiam virtutem præstantissimã,simul acquisiuit cũctas alias,vt apud hospites suos autoritatem haberet regiam: non propter apparatũ(priuatus enim erat)sed propter regiam magnitudinem animi.itaq; honorabãt eum quasi suum principẽ, suspiciẽtes ingenium augustius humano fastigio.nec enim seruonibus vtebatur vulgaribus:sed diuinitatẽ quandam præ se ferẽtibus.quoties enim arripiebatur numine, modis omnibus mutabatur in melius, vultu, colore,statura,motu,habitu,voce deniq;,spiritu diuino supernè inspirante animã,& addente decorem eximium corpori,sermoni efficaciam,intellectum verò auditoribus.quis nunc negabit hunc profugũ,destitutũ amicis & familiaribus.esse nobilissimũ,postquã desiderio veræ nobilitatis, quæ ad Deum parentem refertur, toto conatu quæsiuit eius amicitiam?quo factũ est vt ascisceretur in præcipuum ordinem propheticũ,quia posthabitis creaturis maluit ingenito patri omniporenti credere. regiam verò autoritatem adeptus fuit(vt dixi)apud eos quorũ vtebatur hospitio, nõ armis fretus neq; copiis,sicut quidam solent imperium sibi quærere,sed suffragio Dei optimi maximi,piis hominibus honoris causa dantis tantã potentiam ad vtilitatem eorũ quibuscum versantur. hic vir est nobilitatis regula omnibus fugientibus ignobilitatem externorum profanorúmq; rituum,marmori lignóque,& inuniuersum surdis materiis numen tribuẽtium,migrantibus verò ad viuam rempub.cui præest prospiciteq; ipsa veritas. hãc nobilitatem non solùm viri Deo chari,sed etiã mulieres æmulatæ sunt,oblitę ruditatis pristinæ ac simulacrorum quæ colue rant,institutæ verò ad vnius monarchæ notitiam: cuius solius imper

imperio mundus regitur.Thamat nata fuit in Palæstina Syrię, muliercula educata in patria cultrice multorum numinũ, vbi omnia plena erãt statuis delubris & id genus cæteris superstitionibus:sed postquã ei contigit velut e profundissima caligine paruum quendam splẽdorem veritatis aspicere,capitis periculo ad pietatem transfugit,nihili pendẽs vitam si nõ daretur bene viuere.rectam autẽ vitam in eo sitã censebat,si daretur colere adoraréq; vnum autorem rerũ omnium.quamuis duobus deinceps fratribus ambob⁹ sceleſtis nupserat,priori puella,posteriori ex decreto iudicum,quia prior liberis nullis susceptis decesserat:& tamen seruata vitæ integritate, tum ipsa in bona existimatione fuit, tum posteris suis omnibus nobilitatis exordiũ præbuit.Verùm hæc licet extera ingenua tamen & fortasse nõ obscuris natalibus.aliæ trãs Euphratem natæ in Babylonis finibus,dotales ancillæ suas alũnas secutæ,receptæq; in viri sapiẽtis thalamum, & ipsæ peruenerũt à pellicatu in dignitatem vxoriam,heras suas æquando propemodũ illis (incredibile dictu)fauentibus:sapientum enim animos non subit inuidia,quę si absit,bona fiunt communia: & earum filij habiti sunt pro legitimis,non solùm à patre,quem non mirum erat agnoscere omnes ex se genitos,sed à nouercis etiam.nam hę depositò priuignorum odio curam eorum gesserunt:priuigni vicissim vt beneuolentiæ referrent gratiã. illis exhibuerũt reuerentiam quæ debetur matribus.Fratres quoq; tametsi dimidia tantùm parte coniuncti fraternum affectum seruarunt integrum,imò conduplicatum etiam,videlicet amando redamandoq;, & diligentia supplendo quod deerat natalibus.dum nothi legitimis nolunt virtute cedere. non sunt igitur audiendi qui bonum alienum nobilitatem sibi vsurpant,cùm exceptis paucis quos memoramus,hostes sint non Iudæorum tantùm, verumetiam totius humani generis,quàm latè patet orbis habitabilis:illorũ,quia non sinunt eam gentem securè imitari virtutes maiorum suorum:huius,quia etiamsi aliqui euaserint ad probitatis fastigiũ, negant eis prosore, eo quòd non sint prognati è probatis auis atque parentibus.qua opinione nulla potest excogitari nocentior,si neque bonorum degenerem sobolem sua pœna sequetur,neque bonis malo genere prognatis reddetur debitũ præmium,cùm lex vnumquemque non pro maiorum meritis,sed suis propriis,vel honoret vel puniat.

PHILONIS IVDAEI,
De præmiis & pœnis.

QRACVLA per Mosem prophetam mandata sacris literis in tres diuidũtur species: quarum prima ad mundi opificium, altera ad historiã, tertia ad leges latas pertinet. Totũ mundi opificium ex dignitate opificis descriptũ est, à creato cælo vsq; ad formatũ hominem: quorũ alterum inter incorruptibiles res perfectissimũ est sicut alter inter corruptioni mortiq; obnoxias. siquidem mortalia cõtexens immortalibus cõditor vnum mundum fecit, & hoc alterũ principum, alterum subditorum ordinem. pars autem historica vitas malorum bonorúmq; continet, præterea vtriusq; generis tum pœnas tum præmia. cæterũ quod ad leges attinet, partim præceptis cõstat vniuersalibus, partim institutis particularib⁹. fertur ipsa legis decem capita. nõ per hominem interpretẽ, sed ex æthere pronuntiata diuinæ vocis oraculo, articulatæ & ad captum rationis compositę cæteras leges speciatim ab eodẽ Deo, sed per propheta proditas. quæ omnia quoniam tractaui libris superioribus, atque etiam virtutes bello pacíq; necessarias, nũc series rerum postulat vt transeam ad proposita bonis præmia, pœnásq; maleficis debitas. nam legislator postquã tum præceptis monitísq; blãdioribus tũ minis castigationibúsq; seueris suos instituit, aduocata concione leges eis consideraturis promulgauit. populus verò quasi ad sacrum certamẽ inuitatus, suam voluntatẽ non dissimulãter aperuit. Deinde alij ceu probi virtutis athletæ, spe sua non sunt frustrati. legibus certamen huius stadij moderantibus. alij molles effœminatíq; ac degenere animo prius quàm validius resisterent conciderunt, risus & ludibriũ facti spectatoribus. Quapropter illi victores præmia tulerunt præconia cum cæteris honoribus: hi verò nõ solùm sine corona discesserunt, verumetiã cum ignominia molestiore quàm sit vllum certamen gymnicũ, in illo enim genere succũbunt athletarum corpora. quę rursum assurgũt facilè: in hoc verò tota vita collabitur, quàm semel subuersam ęgrè possis restituere, cæterũ priuilegia honorésq;. & ediuersò pœnæ decernuntur ordine cõuenientissimo, pro ratione virorum, familiarum, ciuitatum, regionum, gentium, magnorúmq; terræ tractuum, sed

sed prius honores considerandi veniunt, vel quòd vtiliores, vel quòd auditu iucundiores, addetur tamẽ suum cuiq; parti exordium. Fertur apud Græcos antiquũ illum Triptolemum sublimem vectum alatis draconibus, fruges in vniuersum terrã seminasse, vt pro esu glandium alimẽta mitiora genus humanũ capesseret. id vt alia pleraq, figmẽta relinquatur penes autores fabularum taliũ, nugis sophisticis pręstigiisq; magis quàm veritate gaudentium. nam mox à rebus conditis Deus è terra victũ produxit animãtibus omnibus, præcipuè hominibus, quibus in omnia quæ terra fert dedit imperiũ. nã in operibus Dei nullum est serotinum, sed quicquid arte curáq; postea videtur absolutũ, vtriq; semiperfectũ iam antea fuerat per naturæ prouidentiam, vt non temerè artes inuẽtas existimare debeamus. verùm hæc aliò differẽda sunt, nunc cõsideremus sementem cũ primis necessariam, quam fecit cõditor ille in agro bono, scilicet rationali anima. in hac præcipuũ semen est spes, à quo fonte victus ratio promanat. nã spe lucri negotiator varios quæstus aggreditur, nauclerus secundum cursum sperãs maria traiicit, ambitiosus spe bonorum accedit ad tractãdam rempub. spe coronarum athleta subit certamina: spe felicitatis ad philosophiã animũ applicant quicunq; sunt dediti virtutũ studio: quòd eius ope se putent peruẽturos tum ad naturæ notitiam, tum ad vitæ actiuæ cõtemplatiuæq; perfectionem, quibus in rebus felicitatem sitam existimant. ea spe semina nonnulli hostiliter exurũt incensis natiuis animæ vitiis, aut velut negligẽtes agricolæ corrumpunt per secordiã: nec desunt qui cùm diligẽtes coloni videãtur, sui magis quàm pietatis studiosi, benefactorum causas sibiipsis tribuunt: omnes hi culpandi meritò: solus laudẽ meretur qui suam spem in Deo collocat, cui hoc ipsum quod est debet, conseruaturo munus suum gratuito. Quod igitur præmiũ est propositum victori in hoc certamine? mixtum quoddam ex mortali ac immortali natura animal, homo videlicet, nõ is ipse qui præmium accipit, nec alius tamen. Hunc Chaldęi nominãt Enos, quod interpretatur homo. eam communem generis appellationem victor accipit eximiũ præmium, quasi nemo prorsus hoc nomine dignus sit, nisi qui in Deo sperat, post hanc spei victoriã superest alterum certamen in stadio pœnitentiæ: quæ vbi è bene constitutæ naturæ statu excidit, accensa repẽtè amore melioris propositi, à familiari cupiditate iniquitatéq; properat transire ad tẽperantiam, iustitiã, virtutésq; cæteras. Nam duobus

duobus præmiis pẽsantur duo merita, discessus à turpib⁹ & accessus ad honesta, migratione & solitudine. Sic em̃ scriptura loquitur de eo qui relictis corporis affectibus rerũ nouarum auidis, transfugit ad animã: Non est inuentus, quia Deus eum trãstulerat. per hanc enim translationẽ manifestè significatur migratio: per id verò quod non inuentus dicitur, solitudinẽ intelligimus, & quidem valde propriè. Nam ũ ex animo decreuit homo affectibus & perturbationibus omnibus superior euadere, contemptis cõcupiscentiis ac voluptatibus, expediat se fugiátq; continuato cursu familiam, patriã, cognatos & amicos pariter. Nam consuetudo vim attrahẽdi habet, vt timendum sit, ne hac captus hæreat, inclusus tanta illecebrarum multitudine, quarũ imaginationibus excitantur sopita iã rerum turpiũ studia, refricata memoria rerũ quas præstabat oblitioni tradere. Sic em̃ multis accidit, vt peregrinando ad sanam mẽtem redirent excussis præferuidis amorib⁹, postquã aspectus representare imagines voluptatis desiit. Nam sublatis irritamẽtis per inane incedit cogitatio. Quin & post migrationẽ satius est vitare sodalitia & amare solitudinẽ. nam & apud exteros presto sunt laquei similes domesticis, in quos necesse est incidere, ũ quis sit improuidus & delectetur multorũ cõsuetudine. vulgus enim est enorme, inconditum, immodicũ, culpabile, cum quo versari tendẽti ad virtutẽ non expedit. sicut enim à longo morbo se recolligentium corpora leui momento relabuntur in deterius: ita quorũ anima nunc primũ sanitatem recipit, nutat mẽte inualida, vt timendum sit ne in morbũ recidat, irritamẽtis ex incauto cõuictu accedentibus. Cæterùm post pœnitentiæ certamina, tria proponũtur præmia iustitiæ, cuius sectator geminos honores accipit: alterũ salutem in pernicie publica, alterum custodiã ac tutelã omnis generis animalium, ad propagandã eorum posteritatẽ copulatorum per cõiugia. Voluit enim cõditor rerũ omnium, vt idem homo & damnati generis esset finis, & initiũ innoxij, eos qui negant prouidentiã, docens rebus magis quàm verbis, quòd iuxta legem naturæ sa autore proditã, vnus vir iustus potior sit innumeris iniustis mortalibus, eius conuictu indigniſsimis. Hunc Græci Deucalionem, Chaldæi Noam nominãt, cuius ætate ingens illud diluuium acciderit. Post eius tres filios alter sequutus est tertio sanctior & Deo charior in vna familia. Nã pater, filius, nepõsq;, ad eundem finem vitæ cõtenderunt, vt conditori parentiq; rerũ placerent, contẽptis quas vulgus miratur opibus

opibus atq; voluptatibus vnà cum honoribus. calcata etiam vanitate, quæ se ornari gaudet mendaciis, spectatoribus fucum solita facere. Hæc est illa præstigiatrix, res inanimas in numerũ deorum referẽs. arx magna, expugnatu perdifficilis, cuius versutiis quælibet vrbs capitur, adeò subrepit in iuuẽtutis animos. Occupatos enim iam inde à pueritia, vsq; senectutẽ insidet, niſi quibus Deus splẽdorẽ veritatis affulgere voluit. Veritatis autem aduersaria vanitas est, quę licet ægrè, cedit tamẽ victa viribus efficatioribus. Verùm hoc genus exiguũ quidem numero, pollet tamẽ potẽstq; plurimum: & quoniam eius amplitudinẽ totus orbis non capit, ad cælum vsq; pertinet: & cupiditate contemplandi post exquisitam cognitionem naturæ rerum visibilium, mox transit ad incorporeas & intelligibiles. sensoris sensibus vt ministris brutę partis animæ, mẽte verò & ratione in cõsilium adhibita. cęterùm princeps ille assertor piæ sentẽtiæ, qui primus à vanitate se totum ad veritatẽ magno conatu cõtulit, ad sui perfectionem vsus doctrina eximia, præmiũ accepit certam in Deum fiduciã. ei verò qui ingenio tã felici præditus fuerat, vt seipse magistro virtutem perdidicerit, præmium obtigit gaudium. At illi meditatori, conatu magno ac pertinacia virtutẽ assecuto, videre Deum fuit operæ premiũ palmariũ. ea fiducia, lætitiáq; perpetua, cum visione Dei coniuncta, quid cogitari potest in vita vtilius aut honestius? Inspiciamus singula diligẽti⁹, & res ipsas penitius contẽplemur nõ cõtenti vocabulis. Quisq; Deo credit ex animo, in nulla re creata corruptibiliq; collocat fiduciam, ne in his quidem quibus sibi placet maximè, vi rationali sensitiuáq;. nam vtraq; habet suum consistorium, sed rationalis intelligibilia solùm cõsiderat, cuius finis est opinatio. cæterùm opinionũ instabilitas & vacillatio vel hinc liquet, quòd probabilibus tantũ argumentis nituntur & verisimilibus: omnis autem similitudo fallax est, cùm sit imago tãrùm rei quam simulat. itaq; fit vt ratio dux sensuum, dum putat eodem modo tractanda intelligibilia, subinde offenset decipiatúrq;. dũ enim aggreditur tot indiuidua, inualidior sit destituta viribus, & deficit sicut athleta oppressus à robustiore aduersario: at cui cõtigit omnia corpora de sublimi despicere, & soli Deo cõstãter inniti certissima fiducia, is vere felix & ter beatus censendus est: secũdum præmium natiuam virtutem sectãti, & sine pulueris tactu palmam auferenti, contigit gaudiũ. Hunc enim Isaacum Chaldæi, Latini risum nominãt, risus autẽ est signũ quo sese profert occult

occultum mentis gaudiũ,qui affectus est inter omnes alios bonestissimus,replens trãquillitate ac securitate totã animam,lętam & Deo patre conditoréq; rerum omnium, & innocentibus actionibus ac cùm virtute cõiunctis,etiamsi nulla voluptas accedat,modò salus in tuto sit. nam quemadmodũ in periculosis morbis medicus interdũ corporis partẽ resecat, vt ad sanitatẽ id perducat, gubernator quoque tempestate occupatus iacturã facit,dum saluti nauigantium prospicit, nemo tamen vel hunc vel illum incusat quasi noxium, imò vterq; re bene gesta laudatur quòd vtile dulci prętulerit:eodem modo rerum natura semper suspicienda est contentis statu rerum presentiũ,modò absit malitia voluntaria.nec inquirendũ quàm iucũda sint quæ obueniunt,sed an more bene constitutæ reipublicę mundus regatur ac gubernetur salutari ordine.itaq; hic etiã non minus quã ille prior mactus virtute viuit lætus,quippe immunis ab omni mœstitia,ne in somnis quidem expertus vitã durã & tetricam, eò quòd anima tota occupata sit gaudio.post hũc per naturæ benignitatem prædituũ genuinis dotibus tertius sequitur ille absolutus meditator,cui præmiũ eximiũ,videre Deũ contigit.expertus enim omnia quæ humana vita fert,& in his omnib⁹ versatus non obiter,laboribus nullis vitatis nec periculis,si quo pacto posset optatem veritatem assequi,apud mortale genus multam inuenit caliginẽ,terra & mari, per aërem ac æthera. nam in ęthere,atq; adeò toto cęlo,noctis vidit quandam imaginem: quãdoquidẽ tota sensibilis natura infinita est, quicquid autem infinitum est,cognationẽ propinquã habet cum tenebris. itaq; prima ætate conniuentibus oculis animæ,præ cõtinuis laboribus vix eos potuit diducere, vt per offusam caliginẽ cerneret: sed repentè affulsit ei purior splendor incorporeus ex æthere,& aperuit gubernari mundum intelligibilem. verũ is gubernator circũfusus luce purissima,nec videri nec palpari facilè poterat radiisvisum hebetẽtibus.restitit tamẽ vir egregius cõtra tantam vim igneã immẽso amore videndi percitus,quam generosam cupiditatem animaduertens pater miseratúsq;, addidit robur visui,nec inuidit sui cernẽdi copiã,quantũ natura humana capax fuit eius spectaculi,videlicet vt sciret esse Deũ,non qs sit etiãnã is & bonitate ipsa melior,& vnitate antiquior ac syncerior.nõ potest spectari à quoquã alio,ideo ipsi soli fas est à seipso percipi.cæterũ esse eum percipitur,si non ab omnibus,certè ab his qui per potiorẽ viã incedunt. sunt enim quidã qui esse vllum

vllum numen pernegant:alij sit ne an non sit ambigunt. alij secuti maiorum ritus potius quàm certam rationẽ aliquã,talem Deum cogitãt qualem didicerunt à suis educatoribus: atq; ita se egregiè pios existimãt,si superstitionẽ pro pietate amplectãtur.quod si qui adiuti sciẽtia valuerunt imaginari rectorẽ atq; conditorẽ huius rerũ vniuersitatis,ab inferis(vt aiunt) promouerũt ad supera.introgressi enim hunc mundũ,velut bene cõsti tutam rempublicã, & conspicati cãpos mõtésq; plenos segetibus atq; arboribus frugiferis,variisq; generibus animantiũ:& hos rigari stagnis,amnibus ac torrentibus,afflari vẽtis aurisq; miro tẽperamẽto quatuor annuarũ vicissitudinũ, prætérq; hęc omnia solẽ,lunã,erratica fixáve sidera,vniuersámq; cęli militiã obeuntẽ ordine mirifico hunc mundum dictum vero nomine: tracti admiratione cœperũt cogitare,tam bene ornatas ordinatásq; res non moueri temerè:vnde necessariò colligebãt eas ab aliquo mundi opifice regi magna prouidẽtia. Nam lex naturæ iubet opificẽ operis sui curã gerere. Verũ hi diuiniores cæteris (vt dixi)ab inferis progressi sunt ad supera, quasi per quasdam cælestes scalas rationibus probabilibus tendẽtes ad ipsum opificẽ.Quòd si qui absq; vllo externo auxilio potuerũt ad hoc spectaculũ euadere,inter sanctos veréq; pios Dei cultores referẽdi sunt.in iis est Chaldaicè nominatus Israël.quæ vox interpretatur,videns Deũ,Deum inquam,nõ qualis Deus sit. id enim iam dixi esse impossibile,Sed eũ esse, à nullo alio didicit terrestriũ vel cælestium,mortaliũ vel immortaliũ quęcunq; elementa incolentiũ:sed ab ipso solo attractus,nec tamẽ dignato aperire suã essentiam.id quemadmodum contigerit,operæpretium fuerit contemplari per quandã similitudinẽ. Solem hunc visibilem, num alia re,q̃ sole ipso,adiuti cernimus?quid stellas,an nõ sola stellarum ope aspicimus?lucis aspectum nónne luci debemus? ad eundẽ sanè modũ etiãDeus per seipsum illustrat sui notitiã, cooperãte nemine, quòd ea res excedat vires omniũ. cæterùm coniectores isti qui dant operam,vt per creaturas perueniãt ad creatoris cognitionẽ.perinde faciunt ac si cognito binario seruentur vnitatis naturã,cùm debuissent ab hac initiũ facere. ab hac enim binarius incipit,veritatis autem studiosi Deũ adiuti Deo quærunt,& lumen ope luminis. hoc igitur quod diximus, maximum fuit præmiũ.sed & aliud accepit meditator,ominosum dictu,si tamẽ rectè intelligatur,optimũ.id figuratè torpor nominatur.nã arrogãtia superbiáq; per latitudinẽ significatur.

dum

dum se anima diffundit quò non debet: per torporẽ verò fastus tumentis & magnificè de se sentientis contractio. Nihil autem vtilius, quàm effusos impetus & animosas cõtentiones torpore quodam retũdere: vt immodicum affectuũ robur debilitatum, latum spatium præbeat potiori parti animæ. Hic cõsiderandũ insuper, quàm conueniens cuiq; redditum sit præmium. ei, qui discendo absolutus vir euasit, fides: quoniam discẽtem oportet doctori credere de his quæ docetur. alioqui difficile imò impossibile est non credente erudiri. ei verò qui felici ingenio virtutem adeptus est, gaudium. læta enim res est generositas dotib' naturæ ornata, gaudens acumine mentis & coniectationibus certissimis, quibus quęsita sine labore assequitur, vsa monitore domestico. est enim gratissima inuentio rerum dubiarum cõpendiaria. cæterùm illi qui meditãdo sibi parauit prudentiam, datur vísio. Post exactam enim inuentam actiuam in senectute vita contemplatiua succedit, optima & sanctissima, cælitus demissa, vt quasi gubernator in puppi ad clauũ sedeat, & cursum rerum terrenarum moderetur. Nam absq; cõtemplatione iuncta cum scientia nihil præclarũ geritur. Vnius adhuc viri mentionem apponam coronati in sacris certaminibus, ne sim æquò prolixior, ac mox reuertar ad cœptam seriem. Voco autem sacra certamina, haudquaquam ea quæ vulgus nominat. Profana enim sunt ista, vbi violentiis, iuuriis, iniustitiis, nõ meritę pœnæ, sed honores & præmia sunt proposita. ego loquor de animæ certaminibus, dum à prudentia stat cõtra vafriciem & stultitiam, à frugalitate contra luxum & sorditiem, à fortitudine contra temeritatem ac timiditatem, & ab aliis virtutibus cõtra aduersaria vitia, & cum his & inter se pugnantia. Sunt quidem virtutes omnes virgines, sed harũ choros ductat pulcherrima coniuncta cũ iustitia pietas, quæ præcipua sorte theologo Mosi obuenit. Ideo præter alia plurima præmia, quæ in eius vita indicauimus, quatuor adsequutus est eximia. factus idem rex, legislator, propheta & pontifex. Regnauit enim non more aliorũ fretus copiis pedestribus, equestribus & naualibus, sed Deo, cuius autoritate regnum acceperat, subditis volentibus ac libẽtibus, qui numinis cælestis instinctu eum sibi principem optauerant. Hunc solum memoriæ proditum est sine auro argẽtóq; ac reliquis opibus regnum administrasse, confisum perspicaci, non cæca opulentia, & vt nil dissimulem, pro suo censu habentẽ quicquid Deus possidet. idẽ & legislator factus est. Regis enim est

est iubere vetaríq;. Lex porrò nihil est aliud, quàm iubẽs agenda, & vitanda prohibens. Et quoniam vtrobiq; incertũ est quid conducat: accidit enim plerunque per ignorantiam, vt vitanda iubeamus, agenda vetemus: ideo cõueniebat tertiam adhiberi prophetiam, ne quid erretur. Nam propheta interpres est Dei, dictantis intus oracula. Quicquid autem fit diuinitus, non est reprehẽsibile. Postremò quartus accessit põtificatus, vt pro sua facultate prophetica sciret eum Qui est colere, & quãdo subditis res prosperè cedũt, gratias illi ageret: quòd si vlla incideret offensio, supplex impetraret veniã. Hæc cũ ad idem genus pertineant, debent contineri cooptaríq; mutuis vinculis, & in eodẽ requiruntur homine, vt si cui quodvis desit horũ quatuor, claudicantis reipub. imperfectus princeps censendus sit. Hactenus de præmiis viritim propositis: eodem modo proponũtur & familiis integris, & numerosis gentibus. Iam inde ex quo populus noster in duodecim tribus distributus est, totidem cõstituti sunt tribuũ principes, non solũ ex eadem gẽte ac familia, sed & germanitate iunctissimi. Vnus enim cõmunis pater fuit omnibus, cõditores verò totius gentis, auus horũ & proauus. Is primus omniũ postquã à vanitate transiuit ad veritatẽ, valere iussis disciplinis Chaldaicis & præstigiis, vt perfectiore contẽplatione frueretur qua facilè captus est, nõ aliter quàm ferrũ magnete trahitur, ex sophista sapiens factus est. Hic multorũ filiorum pater, vnum probauit ex omnibus, ancorã sui generis, cui fidere tutò poterat. Ex eo prognatus filius generosæ & suapte natura eruditæ indolis duos suscepit liberos: alterũ ferũ & indomitum, totũ iræ cupiditatíq; obnoxiũ. & in vniuersum pro bruta parte animæ pugnantẽ contra rationẽ præditam: alterũ verò mitem, humanũ, virtuti deditũ & æquitati veritatíq;, potiores partes secutũ, rationis propugnatorem, aduersariũ imprudẽtię. hic est inter primos gentis cõditores tertius ordine, solus prole numerosa felix, quam ei totam incolumẽ seruare cõtigit: haud secus ac fortunatus agricola tota segete salua, & ad frugẽ matura spectando fruitur. Verũ quæ de horũ trium singulis narrãtur, latentẽ sensum in se continẽt, qui nobis nunc introspiciendus venit. quisquis incipit discere, statim à ruditate migrat ad scientiam. ruditas autẽ est multiplex. ideo primus ille quãuis multorum pater, vnicũ ex his fertur agnouisse pro filio. nam & qui discit, sobolem è ruditate susceptã abdicat, & vt inimicam recusat. quandoquidem sic nati sumus homines, vt priusquam

absoluatur in nobis ratio in collimitio siti virtutis & vitij,neu trodum verganus.Vbi verò mẽti succreuerunt pinnulæ,& anima concepit illius summi boni quandã imaginẽ,iam volucris facta vltro id appetit,à tergo relicta cognata malitia: quã perpetuo cursu fugiens, vertit se ad viã cõtrariam.& hoc est quod sacra scriptura subinnuit,dũ ait illũ bona natura præditum genuisse geminos filios,omnis enim hominis ab ipsa natiuitate anima gemellis est grauida,quippe quæ malum(vt dixi)& bonum concepit ex vtriusq; imaginatione.Vbi verò in beatã felicémq; partem incidit,ad bonũ proclinat perpetuò, nõ amplius ambigua pendens in æquilibrio.At cui præter bonũ ingenium institutio quoq; bona contigit,& insuper tertia in virtute contemplanda exercitatio,ita vt hæc omnia non in superficie hæreant,sed impressa sint altius,& sibi inuicem velut neruis quibusdam adstrictatis cum viribus sanitatem adipiscitur,pudore tinctã,& bonũ habitũ præ se ferentẽ pulchritudine. Sic anima per naturam, disciplinam,meditationem,res optimas,cõpleta virtutibus,& nihil sibi ad incrementũ faciens reliquũ, gignit perfectum numerũ,bis senos filios,ad similitudinem signiferi circuli,vt hic degat felicius.Hæc est illa integra familia, perfecta & cohærẽs tum in apertis scripturis,tum in significatis sub eis latentibus,cui præmium contigit vt gentis tribus cõderet: quæ processu temporis aucta in multitudinem maximã,constitutis legitimis ciuitatibus & disciplina prudentiæ,iustitiæ,sanctitatis,cæterarúmq; virtutum,propagata est amplissimè.Hęc sunt præmia priscis illis viris laudatis publicè priuatímq; redita,sicut nõ sine figuris dictum est,ex quibus etiam reliqua facilè possint intelligi:supereſt vt deinceps pœnas malis propositas dicamus in genere,quandoquidẽ vt singulatim scribãtur, tempus non patitur. Extitit quidem fratricida mox ab initio, nondum multiplicato humano genere.hic est ille primus sceleſtus,qui primus puram terram cruore hominis imbuit, qui primus effusam eius fœcunditatẽ vbertatémq; florẽtissimam inhibuit,qui primus corruptionem generationi,morem vitæ, luctũ gaudio, mala bonis opposuit. quas igitur dignas pœnas luere potuit, qui in vno facinore nihil prætermisit impietatis ac violẽtiæ:respõdeat forsan aliquis:si capitali plecteretur supplicio.Verùm ista hominũ est cogitatio,magnũ illud tribunal non respiciens.Homines enim vltimum supplicium mortem existimant:at hæc in diuino iudicio vix est pœnarum initium.

Quo

Quoniam igitur nouum erat facinus,oportebat nc nã pœnam in id statui. & quam tandemẽ vt semper moribundus viueret, damnatus morte infinita quodãmodo. Sunt enim duæ mortis species:altera,mortuum esse,quæquidem bona est aut indifferens: altera, ipsum emori, mala omnino, & quò diuturnior eò grauior.Cõsidera igitur quomodo sit is in morte perpetua. cùm sint quatuor affectus animæ,duo circa bonum præsens aut futurum,gaudium & concupiscentia,duo circa malum instans aut venturum,dolor & timor,altera illa bona copula radicitus excisa est,ne vnquam vel gauderet,vel aliquid boni cuperet,altera verò mala incita est ei penitus, mœstitia tranquillitatis expers,& timor nulla securitate dilutus.ait enim sacra scriptura,eam execrationem inflictam fratricidæ,vt semper gemeret ac tremeret.& signo eum notatum ne interficeretur à quoquã, néve semel morte defungeretur,sed vt ætatem totam moriẽdo exigeret,vt diximus in doloribus, molestiis, calamitatibúsq; indesinẽtibus,idq; sine intermissione:& quod est omnium grauissimum,mala sua sentiret,cruciatúsq; præsentibus,atq; prospiciens imminentia,præcauere non posset,omni spe sibi abscisa,quam Deus generi humano indidit,vt habentes intus consolatricem domesticam,leuius ferrent molestias quicunq; nõ patrarunt inexpiabilia.& quemadmodum torrente correptus timet aquas quibus trahitur,atq; magis etiam quę superne inũdant:eodem modo mala præsentia maiorum metum afferunt. metus enim tanquã è fonte molestias exhibet.ira in fratricidã animaduersum est.extant & exempla in totas familias edita, coniuratas in societatem sceleris.hi fastu insano turgidi,aduersus sacerdotes coorti sunt,non contẽti æduorum, in quo tum censebantur, ordine, quòd ad primum aspirarent & amplissimum.itaq; autore cõiurationis viro inter ipsos natu maximo, qui se cæteris ab officio decedentibus ducem præbuerat,deserto fano & sacri tabernaculi vestibulo,ruebant in ipsa penetralia,iubendo sacerdotes loco sibi cedere.quo facto,tumultus, vt par erat,excitus est in vniuerso populo,cùm temerarentur quæ turbari nefas est,& valde confunderentur cæremoniæ, adeò vt præfectus genti rem ferret ægerrimè.ac primũ quidem pro solita grauitate iram cõpescuit,erat enim ingenio mitissimo,conatus eos verbis ad meliorẽ mentem traducere,ne transgrederentur præfixos termiuos,néve nouitates inducerent in religionem sanctissimam.à qua penderet salus reipubli.sed quoniam

R ij nihil

nihil proficiebat apud surdos ad omnia, qp putarẽt eum domẽstico affectu victũ, fratri pontificatũ, fratris verò filiis sacerdotiũ dedisse, non grauatim hoc quãuis graue ferebat: illud verò grauissimè, qp videretur oraculis, ex quorũ sentẽtia sacerdotes optabantur, illudere. Quòd autẽ faustæ imprecationes quas propheta benedictiones vocare solet, priores sint, liquet è sacrarum literarũ testimonio: Si, inquit, diuinis mãdatis obedientes fueritis, nec tantũ in aures hæc admiseritis, sed per omnem vitã factis expresseritis, dabo vobis de inimicis vestris victoriã. Non sunt enim nimia præcepta, nec grauiora quàm vt perferri possint viribus accipientiũ: nec longè bonũ illud abest, aut trãs mare, aut in extremis orbis finib⁹, vt opus sit diuturna laborio sáque peregrinatione: nec iubemur hinc repentè sublimes in cælum migrare, quod nõ nisi pẽnatis alatisq; potest cõtingere: sed in proximo est situm in tribus cuiusq; nostrũ partibus, ore, corde ac manibus, verbis, cogitationibus atq; operibus. nã si nõ discrepẽt sermones à cõsiliis, si dictis facta consonent, omniáq; hæc inter se respondeant cõiuncta coaptatáq; insolubili vinculo, præsto erit felicitas, hoc est veracissima sapiẽtia prudẽtiáq;, quarũ altera Deũ colimus, altera dispẽsamus humana negotia. ergo donec legũ præcepta intra verba consistunt, parui & penè nullius momenti sunt. quòd si accesserint facta his consentanea in omnibus vitæ studiis, tum verò tanquã è profunda caligine in lucem subducta, illustrabuntur egregia fama simul atq; gloria. Quis enim nisi natura malignus & inuidus nõ fateatur, hoc solũ genus pollere scientia sapientiáq;, cui datũ est diuina mandata non in cassum accepta suis actionibus exequi, & cũ laudãdis dictis paria facta coniungere? hoc genus propè Deum habitans imaginãt semper æthereas pulchritudines, & cælesti amore ducitur: vt roganti quę nam sit gens magna, nõ ineptè respõderi possit: cuius preces sanctissimas Deus exaudit, & exoratur ab inuocãtibus se pura cõscientia. Quoniã autem inimicorum duæ sunt species, vel hominũ per cupiditatẽ immodicã de lucris contẽdentiũ, vel ferorũ animaliũ suapte natura nobis infestorum, de vtroq; separatim dicã, incipiẽs à bestiis naturalibus hostibus. Nã hæ nõ erga vnã quampiã ciuitatem gentémve affectæ sunt hostiliter, neq; ad certũ temporis spatiũ, sed per infinita secula. Harum pars hominẽ vt herum metuens, odio timori mixto prosequitur: pars verò audacior per occasionẽ eum aggreditur, quæ infirmiores sunt, ex insidiis, fortiores verò aperta vi &

vi & propalam. perpetuũ enim hoc bellũ nullas admittit inducias, quale lupis cũ agnis, omnibus hominibns, & omnibus bestiis vel terrestribus vel aquaticis mutuò se infestãtibus: quod dissidiũ mortalis nemo, sed solus Deus potest tollere: quoties aliquem salute dignũ æstimat, mitibus sedatisq; præditũ moribus, societatis amatorem & concordiæ, qui aut prorsus nesciat inuidiam, aut eã maturè reliquerit, bona sua libenter cõmunicantem in vtilitatem publicã. nam si tale bonũ exoriretur in vita, possemus etiam sperare tẽpus illud quo feræ mãsuescerent, & ante omnia ferini affectus qui stabulãtur in anima, quo quid esse possit felicius? alioquin nónne stultitia sit, credere fore vt effugiamus bestias noxias, cũ in nobis ipsis feritatẽ augeamus indies? non desperandũ igitur mãsuefactis nostris moribus posse cicurari & animalia? tum demũ opinor leones, vrsos, pardos, & Indicos elephãtos atq; tigrides, cæteráq; inuicti roboris, à solitario victu trãsitura ad sociabilem paulatim deposita ferocia, & more gregaliũ latura consuetudinem hominũ cum quadam velut erga dominos magistrósq; suos reuerentia: nõnulla etiã eò processura, vt heris gestu caudáq; adblãdiantur in morẽ catellarum Melitensiũ. tunc & scorpiorũ serpentũq; venena cessatura, cæterorúmq; reptiliũ. habet Aegyptiũ quoq; flumẽ animalia carnes accolarum hominũ appetentia, quos crocodilos vocant & hippopotamos, habent & maria multas huiusmodi species: quæ omnia bonũ virum tanquam sacrũ vererentur violare, virtutis ergò à deo susceptũ in tutelam suam & gratiã. hac ratione sedari posset antiquum illud bellũ à natura insitum & auctum longa odiorũ assuetudine, bestiis etiam cicuratis & mutatis in mitius ingenium. aliud verò illud posterius natum ex auaritia cupiditatéq; immodica, tolleretur opinor facilè, si homines naturæ ac dignitatis suæ memores puderet hac parte haud ita multũ differre à brutis animalibus, à quorũ vi tutiores sunt quàm à suo genere. Viderent enim quàm sit turpe ac dedecorosum, illa quidem venenis armata & carnium humanarum auida, insociabilia solitariáq;, non aspernari pacem, nec abhorrere ab induciis: hominem verò suapte natura mite animal, natum ad societatem ac concordiã, peruicaciter sæuire in vitam sui similium, ac fortasse bellum nunquam penetrabit regiones piorum, sed in ipso conatu corruet, hostibus sentiẽtibus aduersus quales viros certandum sit firmatos inuictis auxiliis iustitiæ. virtus enim augustã & reuerendã præ se fert speciem,

& sola potest sedendo magnas calamitates imminentes repellere. aut si præ insania rabidi ruant in bellum pertinaciter, tantisper dũ cõgrediantur durabit audax superbia: vbi verò ad cõflictũ venerint, discent inanem fuisse suam iactantiã, & frustra conceptam spem victoriæ. reiecti enim maioribus viribus effugissimè fugient qui nos centeni, cẽtenos decies milleni, dispalati per multas vias qui per vnam venerant. Nonnulli etiã nemine persequente suopte metu per æqua iniqua ruent. vt facilè internecione deleri queant. Egredietur homo, inquit oraculum, qui bellando imperitãdóq; multas ac magnas gentes subiugabit, Deo factis suis submittente debitum auxiliũ. Hoc autẽ est imperterritũ robur animi, & vires corporis firmissimæ, quorũ vel alterum hostibus incutiat formidinem: ambobus verò coniunctis haudquaquam resisti potest. Eadem oracula pollicẽtur, quosdam hostes indignos qui pereant manibus hominũ, opprimẽdos à crabronum examinibus, vt ad internecionem eorum accedat ignominia fœdissima, pro sanctis cõtra impios bestiolis pugnantibus. Nec solũ incruenta potituros victoria, verumetiam longè latéq; fines imperij prolaturos in vtilitatem subiectarum gentiũ, deinctarũ vel metu, vel pudore, vel gratia. Hęc enim tria plurimũ faciunt ad constabiliendũ imperium, maiestas, grauitas, & beneficentia, quibus artibus facilè perficiuntur ea quæ modò diximus. Nam maiestas parit reuerẽtiam, grauitas metum, beneficia beneuolentiam, quæ res quoties in vnum pectus conueniunt, egregiè continent subditos in officio. Hæc sunt quæ in primis promittuntur Deũ sequentibus, & eius mandata semper obseruantibus, accommodantibúsq; ad hæc partes vitæ singulas, ne qua pestis aberrantibus obrepat. Secundũ pollicitum est opulẽtia, quæ necessariò pacem & principatũ sequitur. sunt autẽ frugales opes, quas natura postulat, alimento contenta & tegmine. alimenta præbet panis & aqua fontana, quæ nusquam terrarum deficiunt. tegminum duo sunt genera, tectũ & vestimentum, quibus arcentur tempestatum iniuriæ, vtrũq; paratu facilè, modò absit superuacanei luxus curiositas. ergo qui naturæ dona boni cõsulunt abdicatis vanitatibus, parsimoniam sectantes & continentiam, in ampla rerum necessariarũ copia nõ desiderabunt delicias diuitum. nam verę opes fastidita familiaritate illorũ improborum & petulantium, migrabũt ad homines qui bonis suis vti sciunt, non vt illi abutuntur in damna ciuium neglecta vtilitate publica. oraculũ sic loquitur:

Quicunq

Quicunq; sacra mandata custodient, his cælum demittet tempestiuas pluuias, terra verò fundet prouẽtus frugum omnis generis, colles quoq; horum vestientur arbustis fertilissimis, nec vllum tempus præteribit vacuum beneficiis, sed alia super aliã gratia diuina cumulabitur, redeũte post messẽ vindemia, post vindemiam semente, vt sine intermissione vel cõportentur fructus vel sperentur, alios aliis excipientibus, & priorũ fine attingente posteriorum initia, in modum circularis cuiusdã choreę boni nullius indigæ. nam copiosi prouẽtus & ad præsentes vsus & ad reponendum in futurum sufficient, nouis fructibus superuenientibus & veterũ detrimenta sartientibus. interdum tanta erit fertilitas, vt veteres pro derelictis habeãtur, nemine vsum eorum inuidẽte cuilibet. nam quibus veræ diuitiæ sunt in cælo reconditæ per meditationem sanctitatis ac sapientiæ, hi res familiaris in terra supereſt, penũ replente Dei prouidẽtia, ne mẽtis cogitationes & manuũ conatus impediãtur, quo minus gnauiter se geraut in seriis studiis. cæterũ qui exortes sunt rerũ cælestium propter impietatem aut iniustitiã, his ne in terra quidem feliciter succedunt opes domesticę: quòd si aliquo casu obueniant, celeriter se proripiunt, quippe quæ non vt prodessent venerant, sed vt amissæ grauiorem (sicut fieri solet) afferrẽt molestiam. at tunc, inquit, præ nimia fertilitate facies contrarium. nunc enim absq; omni legum consuetudinúmq; patriarum reuerentia propter inopiam teris fœneratorum & mensariorum limina, præsius ære alieno vsurísq; grauibus. Tũc autem (vt dixi) facies contrarium. Nam præ nimia rerum affluentia dabis aliis mutuũ, idq; nec paucis nec exiguum, Deo fortunante congerentéq; tibi domi honores, magistratus & bonam existimationem rectè piéq; sentienti & promouenti rempublicam: foris verò agros tuos cumulante annuis prouentibus frumenti, vini, olei, cæterorúmq; ad vitam delicatiorem conferentium; quales sunt varii fructus arborum, & fœturæ gregum armentorúmq;. Verùm quid ista iuuant, dixerit aliquis, si desit cui relinquatur hęreditas? addit igitur velut obsignans sua beneficia: nullus prole carebit; nulla erit sterilis: sed omnes ritè Deum colentes satisfacient naturæ legibus quærendo sibi liberos. nam viri sient patres & quidem fortunatæ sobolis, mulieres quoque mactæ liberorum numero, res plurimũ conducens ad familiarum frequentiam, cessante nulla parte cognationis appellationéque, dum maiores salutantur parentes, patrui, aui, auunculi,

paritérq; minores germani,fratrũ ſororúmve filij, nepotes,cõſobriniq;,omnes ſibi inuicẽ conſanguinei.nec poteſt quiſquam imperfectus aut breuis æui eſſe q iuxta naturæ leges naſcitur, nec carebit ætate illa ex his quas Deus tribuit humano generi: ſed ab infantia certis deinceps aſcẽdens gradibus emẽſus præfinita ætatũ curricula,maturus ad mortem extremã perueniet immortalitati vicinã,felicẽ domũ relinquens liberis ſucceſſoribus.& hoc eſt quod alicubi vates diuinus canit dicens:Numerum dierum tuorum explebis. perpulchrè vſus propriis ſimul & aptiſsimis vocabulis.Nam eorũ qui nec diſciplinis inſtituti ſunt,nec legibus,nec numerus initur, nec habetur ratio iuxta vetus prouerbiũ:Quiſquis autẽ diſciplinã & ſacras leges nõ negligit,hac prima dignus habetur gratia,quòd in numerũ & ordinẽ recipitur,ita vt vir bonus ſingulis diebus nullũ ſinat peccatis patere aditum,ſed ab omni parte virtutibus interſtitia cõpleat.Nam virtus & honeſtas in qualitate cõſiſtit non in quantitate.Vnde vel vnus dies ſine culpa tranſactus integræ vitæ ſapiẽtis æquiparatur,quod etiã aliubi ſcriptura ſubindicat, dicẽs fauſtũ felicémq; viri talis tam introitũ quã exitũ : quia bonorũ virorũ motus omnes & habitus ſunt laudabiles, domi foriſq; in rebus tum priuatis tũ publicis,domi ſe gerentiũ ex arte œconomica,foris verò ex vtilitate publica.Ergo ſi vnus vir talis in ciuitate extiterit,facilè princeps euadet,itẽ ciuitas talis, facilè circũuicinæ regionis potietur imperio,q; ſi tota natio talis fuerit,ſuperior fiet omnibus aliis,velut caput eminẽs in corpore, non tam ſuæ gloriæ priuatim,quã bono publico conſulẽs.nam continua præclarorũ exemplorũ cogitatio ſimulacra quædam in animis non admodum duris exprimit:quod dictum volo honeſta laudandáq; imitari cupiẽtibus,ne deſperẽt mutationẽ in melius, & velut poſtliminio redditũ à vitiis ad virtutẽ & ſapiẽtiam.Nã Deo fauẽte ac propitio facilia reddũtur omnia. fauet autem ille verentibus ſe,& ab intemperãtia proficientibus ad continentiam ,damnantibus errata vitæ præteritæ, & quicquid imaginum turpiũ fuerat in animã impreſſum expiãtibus:affectuum verò tranquilliratẽ ſectãtibus, & ad paccatã quietámq; vitam recurrẽtibus.quemadmodũ igitur homines in extremis terrarũ finibus habitantes facilè Deus in vnum quencunq; vellet locum vel nutu contraheret:eodem modo & mentẽ diuturnis erroribus paſsim circumuagatã ſectatámq; voluptates ac concupiſcentias moleſtas dominas,miſeratus ſeruator ex auiis in viam

in viã facilè poſſet reducere,ita vt continuato curſu fugam capeſſeret,non illã ignominioſam,ſed ſalutarẽ,& quam ab exilio reditum appellare liceat.Hæc ſunt externa bona,victoria cõtra inimicos,vires bellicæ,pacis diuturnitas,& copia rerum quam ſecum pax afferre ſolet,diuitiæ,honores,magiſtratus,& laudes quæ fortunatos ſequuntur ex ore amicorũ inimicorúmq; , has metu eliciente,illas beneuolentia.nunc dicendũ de magis propriis,ad corpus ſpectãtibus.hęc quoq; promittũtur virtutẽ exercentibus,& ductu ſacrarũ legum per totã vitam dicta factáque dirigẽtibus,fore tum familias tũ ciuitates immunes à morbis & peſtibus.q; ſi qua infirmitas inciderit,venturam non lædẽdi ſed admonẽdi cauſa,vt mortales ſe mortales meminerint.néve nimium ſuperbiãt.emẽdatos autem mores ſecuturã ſanitatem & integritatẽ ſenſuũ ab omni parte corporis , ita vt cunctæ ſuo perfungi poſsint officio.æquum enim cẽſet Deus,probis repẽdi præmium,do micilium bene cõſtructum compunctúmq; à fundamẽtis vſq; ſumma culmina(nã corpus domus eſt animæ cõgenita)idq; multis de cauſis vtilibus ac neceſſariis:maximè quãmẽs expiata &diuinis initiata myſteriis,digna videtur requie, vt expers ſit omniũ malorũ corporis , quæ ſolent prouenire ex immoderatis affectionibus vires eius infeſtãtibus & corrũpentibus.aut enim perfrigeratur,aut ſquallidũ exſuccúmq;,aut diuerſo vitio fluidũ redditur, quæ omnia menti officiũt,ne poſsit inoffenſum vitæ iter peragere.quòd ſi in corpore ſano domicilio habeat,minimo negotio vacabit ſapiẽtiæ; ſortita virã beatã & feliciſsimã.huiuſmodi eſt mẽs inebriata mero beneficæ Dei potẽtiæ , & ſatiata ſacrorũ dogmatum epulis. in hac propheta Deum ait inambulare tanquã in aula quadã regia:mens enim viri ſapiẽtis eſt reuera Dei regia.huius propriè Deus dicitur q eſt Deus rerũ omniũ:ſicut popul⁹ eius eximius, nõ qui huic aut illi paret principi,ſed q ſanctificatus vnicũ agnoſcit verũ principẽ ſanctiſsimũ,hæc antea multis oppreſſa fuerat cõcupiſcẽtiis, plurimis neceſsitatib⁹ adigebatur ad vitia.huius miſeræ Deus cõtriuit ſeruiles cõpedes,ipſãq; in libertatẽ reſtituit:hęc libertate dicẽdi agẽdiq; potita per ſui benefactoris fauorẽ inclytũ, non in caudã collapſa eſt,ſed aſſurrexit ad verticẽ capitis, quod figuratè dictũ ſit.ſicut enim in animãtibus caput pręcipua pars eſt & optima,cauda verò vltima viliſsimáq; nõ tã neceſsaria ad explẽdum membrorum numerum, quàm muſcariũ quoddam abigendis volucribus beſtiolis corpus infeſtãtibus: ſic caput &

fastigium humani generis tribuitur bono viro aut bono popu lo:cæteri omnes tanquam membra corporis,vires animales su pernè desumunt a suo capite.Hęc sunt vota bonorum hominũ, leges opere perficientium,quas vates noster pollicetur perficiẽ das per diuinam gratiam, Deo res honestas augente honorantéq; vt ipsi similes. Superest,vt consideremus execrationes his qui nec ius nec fas colunt propositas in sacris literis.

PHILONIS IVDAEI,
De execrationibus.

PRIMA execratio quasi leuissimũ malum intentatur,inopia,pauperies, & rerum victui necessariarũ penuria.Tuæ segetes,inquit propheta,partim ante maturitatem vastabuntur,partim maturę demetentur ab hostibus subito irruentibus,duplicato infortunio,dum eadẽ opera quod interceptum famem affert amicis,in vsus hostiũ proficit,ita vt etiã his infestare desinentibus,rerũ naturæ sustentãdę necessariarũ inopia grauius molestare nõ desinat. euenit enim vt post sementẽ industria tua probè curatam in solo pinguissimo,locustarum nubes repentè deuolantium demetant eam,ita vt minus colligatur in horrea, quam quantum in sationem insumptum sit.Sic & vineta plãtabis largis sumptibus,labore indefesso, ita vt bonum colonũ decet:in quibus iam maturo fructu onustis vermes & bestiolæ facient vindemiã. Cùm videris oliueta polliceri & ostentare magnã copiã,ibis lætus spe oliuationis felicissimæ:at vbi colligere cœperis,non propitium numen, sed infortunium senties. nam oleum euanescet cum tota pinguitudine,remanente tantummodo externa illa specie,quæ inanis inanem animã falsa spe deceperat.& in vniuersum cunctæ segetes arbustáq; absumentur à rubigine vnà cum suis fructibus. Nec desunt aliæ calamitates latentes in insidiis, vt inuehant egestatem & inopiam. Nam cælum ac terra,quorũ ministerio natura solebat succurrere humanis necessitatib⁹,abortiuos fœtus dabunt cùm eos nequeant absoluere,hęc facta è fœcunda sterilis,illud propter quadripartitas anni vices perturbatas,non hyeme,non vere,nõ æstate,non autumno seruãte suum ordi

ordinem,sed his singulis ad cõfusionem quandam tendentibus iussu illius omnipotẽtis domini:quando nõ imber,non pluuia, ne minuta quidem,nõ ros,non guttula vel minutissima destilabit rigandis alendisq; satis ac stirpibus,sed ediuersò pestes frugum tam maturarũ quàm maturescentiũ. Faciam,inquit,cælũ vobis aheneum,& terram ferream,subindicans neutrũ horum perfuncturum officio suo.Quisenim vnquã audiuit aut è ferro enatas segetes,aut ex ære descendisse pluuiam.in vsum animalium:præsertim hominis,quo nullũ miserius & egentius.minatur autem hoc oraculũ non solùm frugum inopiã ex perturbatione quatuor anni tẽporum,sed & bella,& quę inde sequuntur mala innumera:nam ære ferróq; constat armorũ fabrica.è terra quoq; futurum est vt excitetur ingens vis pulueris,quę mox supernè relapsa pro fructu pręfocationẽ afferat,nequid desit ad perniciem.atq; ita interituræ sunt numerosę familiæ,vrbes repentè fient habitatoribus vacuæ monumẽta pristinę felicitatis, & sequuti mox infortunij, ad emẽdationem eorum qui possunt moniti resipiscere.tãta autem erit rerum victui necessariarum penuria,vt ne ab humanis quidem abstineãt carnibus,iisq; vel charissimorum coniunctissimorúmq;,nedum exterorum alienorúmq;. nam & pater gustabit de filio,& mater vescetur filiæ visceribus,& fratres fratrum,& parentum filij:sempérq; fortiorem pascet infirmior cibo execrabili:quales ferũtur epulæ mactatis Thyestæ filiis,redeuntibus calamitatũ priscarum temporibus. quemadmodum enim felicia secula desiderium viuendi afferunt,quo præsentibus bonis frui liceat: sic illos miseros dira cupido vitæ capiet,quo diutius torqueantur malis indesinentibus.alioqui leuius esset præ tædio vitam abrũpere, quod quidam nescio quàm sana mente faciunt.hi certé manifesta laborant insania qui ætatem sibi diutius prorogari cupiunt,nec capiuntur vlla satietate infortunij. Hæc sunt incõmoda immissæ diuinitus inopiæ,vtcũq; videtur cæteris execrationibus leuior. quamuis enim molestũ sit frigus,molesta sitis famésve, interdum tamẽ optari possunt,modò sine mora enecent: sed eisdem malis diu corpus ac animã tabescere,idverò tragicas omnes calamitates superat. seruitus ingenuis est vehemẽter intolerabilis,quia pro libertate tuẽda libenter subeũt vitæ periculũ quotquot sapiunt, nullum certamen recusando aduersus affectantes dominium:grauis est etiam hostis inexpugnabilis.Quoties autem idem & hostis simul& dominus imminet,quis sustinere queat?

queat? quãdo potestas ei præbet lædendi licentiã, nec voluntas deest propter inueteratum odium. quamobrẽ Deus populo suo minatur infensos dominos, qui tractẽt contẽptores diuini iuris inclementissimè, nõ solùm subactos ipsorũ viribus verumetiã vltro deditos metu malorũ inopinatorũ, famis atq; necessitatum similium. quidã enim minora mala eligũt, vt maiora effugiant, si tamen minus incõmodum cẽsendum est post amissam libertatẽ imperata immitium dominorũ facere, & afflicto corpore subire dura ministeria, & quotidie vidẽdo ingrata spectacula, etiam animo deficere. videbũt enim in ædificiorũ & plantationum, possessionúmq; partarum suis laboribus hæreditatẽ succedere gentes hostiles, in aliena inuasuras prædia, & apparatu alieno frusturas: videbũt pĩguissimas quasq; pecudes mactari instruẽdis eorũ epulis, nec parci cõdimẽtis, vt inimici ex alieno viuant suauius: videbunt vxores, quas puellas duxerãt quærendorum liberorũ gratia, sobrias, bene curantes rem domesticam, maritorũ amantes, abduci pro meretriculis, & cupiẽt quidem vim vi repellere, sed præter inanem tumultuationẽ nihil efficere poterũt, nimirũ eneruati destitutíq; viribus, erunt etiã expositi quibuslibet ad omnes iniurias direptiones, abactiones, contumelias, damna, cruciatus, vulnera, perniciem, ita vt nullũ hostile telum innoxium intercidat, sed omnia destinatũ feriãt. execrati erũt in vrbibus & oppidis, execrati in villis & domib⁹, execrati campi etiam aruáq; cum suis segetibus, & quantũ fertilis soli collibus assurgit, vestitúrq; arbustis mitiorũ stirpium, execrati greges pecorum non supplẽdi nouis fœturis, execrati fructus omnes, in ipso articulo maturitatis euanidi. euacuabuntur & ipsæ cellæ penuariæ, quamuis alimẽtis refertissimæ. nullus quæstus prosperabitur, artificia cuncta variaq; negotiationes & victus quærendi rationes nihil proderunt. Frustrabuntur enim spes studiorum omnium, & in vniuersum nihil earũ rerũ succedet prosperè. quæ solent feliciter euenire pietatis cultoribus. hæc est enim iniquitatis merces impietatísq;, & insuper varia genera morborum corporis, singulas eius partes exedẽtia vel debilitantia, aut totum quantum est excruciantia, febribus, rigoribus, tabe, impetigine, morbo regio, sideratione, vomicis, serpiginibus totam cutem occupantibus, intestinorũ vitiis, stomachi subuersionibus, pulmonis obturationibus, & respirationis impedimẽtis. Huc accedit linguæ paralysis, auriũ surditas, oculorum cæcitas, hebetudo confusióq; aliorum sensuum, grauissima

uissima incõmoda, dilapso è sanguine venis contẽto quicquid vitale in se habuerat, & spiritu qui inest arteriis, non amplius admittẽte externi aëris sibi cognati tẽperiẽ: neruis quoq; laxatis & contentionem remittentibus, vnde sequitur coaptationis consensusq; membrorũ dissolutio, defatigatorũ prius salsuginosi amarulentíq; fluxus impetu latẽter insinuati, & postquam semel inclusus est angustis meatibus, non inuenientis facilem exitum, & per hanc conflictationem inducentis dolores intolerabiles: vnde proueniunt morbi articulares & podagrici, cõtumaces aduersus omnia remedia, & proinde ope humana incurabiles. huiusmodi calamitates quoties accidũt, miraculo sunt plurimis, reputantib⁹ quomodo qui paulò ante obesi, carnosi, luculentáq; habitudine conspicui fuerant, tam repentina tabe collicati sint, rugosi redditi, & vix neruis hærẽtes atq; ossibus, opertíq; tenui cuticula, tum quomodo mulierculæ delicatæ ac tenerrimæ, ab ipso ætatis primordio assuefactę delicijs & voluptatibus, præ afflictione graui redactæ sint ad ferinã quãdam animi simul ac corporis speciem, tum verò imminebũt hostes etiam intentando vltores gladios. At illi miserè in oppida cõpulsi, cùm séq; suáq; in tuto esse credent, spe frustrati cadent internecione quotquot erunt puberes, ex insidiis oppressi ab hostibus: q⁹ si ne sic quidem emẽdati fuerint, nec ab erroribus in veram viam redire voluerint, tãta innascetur animis superstitum pauiditas, vt nemine persequẽte fugiant, solis vt ignaui solent profligati rumoribus: & vel leuissimæ frõdis vẽto agitatæ strepitus tãtum metũ incutiet, quãtum grauissima victore tergis hærẽte pericula, vt nec filij parẽtibus opitulentur, nec parẽtes liberis, nec germani fratribus, ne fortè dum aliis parant succurrere, amissa fugæ occasione in potestatẽ hostium ipsi veniãt. Sunt autẽ malorum hominũ spes irritæ: nam fugiẽtes non magis quàm manentes euadãt. quòd si qui abdiderint se in latebras, in hostes sibi naturaliter infensos incident, videlicet in feras agnatis armis horrẽdas, quas Deus à mundo cõdito præparauit ad terrorẽ contumacium hominũ, & ad exigẽdas pœnas ab inemendabilibus. hæc non credent qui non spectaueruntvrbes euersas funditus, quæ quondam habitatæ nunc abierunt in fabulam, post ingentem felicitatem repẽtinis obrutæ calamitatibus, partim obliuioni traditæ, partim relatæ in literas. huc accedẽt tabes, & corruptis interaneis anhelit⁹ difficiles: quę tædium pressurámq; inducẽdo, vitã incertã faciẽt ceu in sublimi

pend

pendentium.nam terrores alij post alios interdiu noctúq; succedentes sibi inuicem sursum ac deorsum exagitabunt animã, vt mane vesperam optet,vespere verò auroram,ob erumnas vigilantium,& eas quæ dormiẽtibus in somnis obuersantur abominandas imagines.atq; ita eueniet vt nouelli coloni Deo fortunante fiant conspicui,prædicentúrq; beati duobus nominib⁹, vel q⁹ ad Deum transfugerint,vel q⁹ ab eo cæleste præmium acceperint,nõ enũtiandum profanis auribus.at veteres ciues sed degeneres pessum ibunt prolapsi ad imum tartarũ tenebrásq; profundissimas:vt hisce exemplis genus humanum admonitũ sapiat,nõ ignarum quàm libenter Deus amplectatur virtutem vel ignobilium,qui radices nihil moratur,sed solas stirpes suscipit mutatas ad frugem meliorẽ.atq; ita vrbibus absumptis velut incendio,desolatisq; agris,respirabit tandem terra vexata exercitáq; non ferẽdis incolarũ iniuriis,qui virgines hebdomadas & è sua ditione,& ex ipsis animis eiecerãt.solum enim, aut vt cautius loquar,primum festũ natura parens protulit, septimi cuiusq; anni & diei,vt his homines,illis agri, interquiescerent.cæterùm qui hanc legẽ violarunt, simúlq; fœdera,salẽ, aram misericordiæ, cõmunémq; larem,omnia hæc ad hebdomadam pertinentia cõtempserũt,tum homines ipsis infirmiores grauauerunt continuis laborũ exactionibus,tũ agros ipsos, lucris ex his indesinenter quæsitis per auaritiã, nullum modũ imponẽdo iniquæ cupiditati nunquã satiabili.cùm enim debuissent hominibus,iuxta verã æstimationem germanis fratrib⁹ cõmuni parẽte natura prognatis,inducias ad septimũ quemq; diem prescriptas cõcedere,agris itidẽ quoties annus septimus recurreret,nec sationibus eos vexando nec insitionibus, ne exhaurirẽtur laboribus continuis:neglexerũt hæc præcepta humanissima,& animos corporáq; quorũcunq; poterãt,non ferẽdis erumnis oppresserũt,terræ quoq; vires & vbertatẽ extenuauerunt iniquis exactionibus,tributa non modò quotannis, sed & quotidiana extorquendo, quemadmodũ inhumani creditores exprimunt à suis debitoribus.quapropter illos quidem vindicta manet (vt diximus) & execratio: hæc verò debilitata,& mille modis vexata,exonerabitur tandem colonis impiis,tanq̃ sarcinis iniquis & superuacuis.Vbi verò circũspectis rebus omnibus per circuitũ, nihil se indignum superesse animaduerrit, sed sublatis è foro strepitibus,iniuriis,litib⁹,florere pacẽ,quiem atq; iustitiam:tum demũ vigorem pristinum recipiet, re-

uoca

uocatisq; in vsum sacris sabbatis festisq; solennibus, per quietem reficietur,tanquam athleta vires colligẽs à lassitudine.deinde vt mater amãtissima miserabitur amissos filios ac filias, qui magis viui quàm defuncti suos parẽtes contristassent:mox tamen renouata fœcũditate, pariet progeniem inculpabilem, quæ prioris iacturã sartiat.nam desolata,vt ait propheta, felix erit numerosa sobole:quod oraculum etiam de anima figuratè intelligitur.Sunt enim quæ refertæ vitiis & affectibus,tãquam circũfusæ sua progenie,voluptatibus,cõcupiscentiis,imprudentia,intẽperantia,iniustitia,malè valent & ægrotãt moribundæ: vbi verò desierũt tales fœtus parere,aut iam natis orbatæ sunt, continò restituũtur in castitatem virginitatémq; pristinam, & conceptũ diuinum semen formãt ac viuificant, vt inde nascãtur res mirandæ pulchritudinis,prudentia,fortitudo, temperãtia,iustitia,sanctitas,pietas,cæteræq; virtutes ac felicitates:quarum nõ modò natiuitas mactam prole facit parentem,verumetiam spes natiuitatis gaudio magno afficit.spes autem est lætitia futuræ lætitiæ prænuntia,licet imperfecta,tamẽ hactenus potior,q⁹ & præsentibus curis laxatis remissisq; hilarat,& futuræ felicitatis cõplementum prænũtiat.Hæ sunt execrationes & pœnæ quibus obnoxij sunt sacrarũ legum & pietatis cõtemptores,cultorésq; multorũ numinum, quorũ finis est impietas & obliuio disciplinæ patriæ,ab ætate prima insitæ,vnum illud sũ premum Ens Deum credentis:at cuius sortem pertinẽt veritatis cultores& derisores fabularũ,quemadmodum nihil reticẽs docui.attamẽ si qui has castigationes non vt perẽptorias,sed vt ad emendationẽ incitãtes acceperint,mutatiq; suum errorem damnauerint,& perpurgata mente culpas agnouerint ex animo,primũ syncera cõscientia,deinde lingua quoq; ad profectũ audientiũ,veniam consequẽtur apud seruatorem & Deum propitium:qui generi humano hanc eximiã largitur gratiã, quòd id suo verbo cognatũ esse vult,ad cuius similitudinẽ factus est hominis animus.nam etiãsi qui extremas oras terræ incolant, seruiẽtes eis à quib⁹ captiui abducti sunt victoribus, velut vno edicto vna die liberabũtur omnes,dñis mirãtibus eorũ cõsensum in deserendis vitiis & sectãdis virtutibss.pudebit eñ eos dominari meliorib⁹.tũ verò potiti hac inexpectata libertate q antea dispersi fuerãt per Græcię Barbariæq; cõtinentes & insulas,eodẽ momẽto tẽporis exciti è diuersis sedibus cõtendẽt ad locũ destinatũ,deducẽte quodã spectro augustiore diuinioréq;

quàm

quàm quæ obuersari solent humanis oculis, cæterorũ quidem nemini, sed solis seruandis cõspicuo: tribus freti apud patrẽ intercessoribus, aduocatisq;, vno æquitate siue bonitate ipsius patris, q̃ semper ad pœnã tardior est q̃ ad veniã. altero, priscis gentis cõditoribus, qui etiã exẽpti corpore nudis animis syncerum suo principi cultũ exhibẽt, pro filiis filiabúsq; indesinẽter efficacibus precibus supplices, hoc honore digni ab eo habiti, vt exaudiãtur facilè. tertio verò eo, propter quẽ maximè à prioribus captatur beneuolẽtia. is est profectus eorũ qui reconciliantur, alioquin nunquã aberrore in viã redeuntium, cui⁹ viæ haud alius finis est, quã ita Deo placere, vt patri probãtur filij. vbi verò quò volebãt peruenerint, resurgẽt ædificia quæ modò in ruinis & ruderibus iacuerãt, & coletur deserta regio, & terra prius ad sterilitatẽ redacta fiet denuo fertilis: tam priscæ illæ maiorũ felicitates nihili reputabũtur collatæ ad præsentẽ copiã, velut è perenni gratiarũ Dei fonte manantẽ, ita vt omnibus priuatim publicéq; cõtingãt diuitiæ sine inuidia. erit enim repẽtina rerum cunctarũ mutatio. auertet enim Deus diras in hostes resipiscentiũ, qui calamitatibus eius gẽtis lætati fuerãt, cauillãtes illudentésq; cõuitiis, quasi futuri perpetuò felices, & eã felicitatẽ per manus tradituri posteris, aduersarios verò semper visuri in miseria cõtinua duratura vsq; ad ipsorũ progeniẽ: prę vsania nõ intelligẽtes quod præteritũ fortunæ splendorẽ nõ sibi suę ve industriæ ferre acceptũ deberent, qui tantũ in hoc eis cõcessus sit, vt esset remediũ patriarum legum desertoribus, dum eos vrit hostium felicitas. postquã igitur suum lapsum ploratu gemitúque damnauerint, postliminio restituẽtur ad maiorum felicitatẽ pristinã, nisi quo omnino exorbitarunt in perniciem: cæterùm qui prius eorũ dolorẽ riserant, nefastos luctuosósque dies epulis celebrare soliti, & in vniuersum lætari calamitatibus, cùm primũ incipiẽt mercedẽ crudelitatis accipere, sentiẽt se peccasse non in contemptos ac humiles, sed claris oriundos maioribus, quorũ æmulatione excitari queant ad decus capessendum quod extinctum putabatur. sicut enim excisis stirpibus si radices maneant, nouæ plantæ pullulantes leuant veterum desiderium: sic in anima relicto exili virtutis semine, quamuis desint bona cætera, nihilominus inde nascẽtur res omnium humanarum pretiosissimæ atq; pulcherrimæ, quarũ ope ciuitates instaurantur & frequentantur ciuibus, gentes quoque ad miram populorum proficiunt multitudinem.

PHIL

PHILONIS IVDAEI, Quòd mundus sit incorruptibilis.

CVM in omni serio negotio Deus inuocandus est, vt genitor optimus, cuius exactissimã sciẽtiam nihil omnino fugiat: tũ verò de incorruptibilitate mundi tractaturo id fuerit prorsus necessarium. nam nec inter ea quæ sensu comprehenduntur quicquã est mundo absolutius, nec inter ea quæ intellectu percipiuntur, quicquam Deo perfectius. semper autem intellectus dux est sensui, sicut intelligibile sensibili, & decet vt de rebus subditis scitentur ex magistro earum ac præside, quicunq; præ cæteris tenentur natiuo cognoscendæ veritatis desiderio. Ergo si exerciti in placitis temperãtiæ, prudentiæ virtutúmq; aliarum, absterſimus perturbationũ & ægritudinũ maculas, nõ dedignabitur Deus puris serenisq; precibus corã compellatus impartiri nobis scientiam rerũ cælestiũ per insomnia, vel oracula, vel signa & prodigia, sed quoniam nondũ abolita sunt imprudentiæ, iniustitiæ, cæterorúmq; vitiorũ stigmata vix eluibilia, contẽti fuerimus si vel vmbrã quãdam & imaginẽ veritatis inuenire dabitur. in hac autẽ quæstione, an incorruptibilis sit mũdus, ante omnia dispiciẽdum est de significato huius vocabuli, in scriptura sæpe occurrẽtis, vt quid sibi velit certò sciamus. ostendemus autẽ tantùm ea significata quæ ad præsentem tractatũ faciunt. Primò dicitur mundus ambitus cæli stellati, complexus terrã cum stirpibus suis & animãtibus. Secũdò cælum tantũmodo, quod intueri solitus Anaxagoras, cuidam scitanti cur ita libenter ferret subdiualia peruigilia, respondit, vt cæli aspectu fruar: cursus & recursus siderum in orbem redeuntes subindicans. Tertiò, sicut placet Stoicis, essentia quædã digesta indigestáve, vsq; ad exustionẽ duratura, cuius motus spatia tempus esse definiunt. Nunc autẽ consideratur mundus iuxta primũ significatũ, hic qui è celo terrãq; constat, & cæteris quæ intra hæc continentur. Corruptio quoq; dicitur, nũc in deterius mutatio, nũc interitus, ita vt nihil fiat reliquum, quæ nulla ratione potest subsistere. Nam sicut è nihilo nihil fit, sic nihil corruptione redigitur in nihilum. nam ex nõ

S existen

existente impossibile est quicquã fieri, & Ens prorsus interire impossibile creditur. & vt Tragicus ait, Genitum nihil emori tur: Sed transpositũ vltro citróq; Formã priorem alterat: adeò stultum est solicitũ esse de mundi interitu. sed in quæstionẽ venit tantùm hoc, possitne mundus præsenti ornatu amisso, & variis formis elementorũ temperaturisq;, dissolui in vnam & eãdem speciẽ, an velut confractus omnimodã fragmentorũ confusionem capiat. hic tres opiniones dissentiũt: alij mundũ sempiternum aiunt, nec ortũ vnquam nec interiturũ. ediuersò alij & ortũ & corruptioni obnoxiũ. nonnulli vtrãq; sententiam diuidunt, ortũ sentiunt cũ posterioribus, corruptibilem negãt cũ prioribus. atq; ita mixtũ dogma reliquerunt, creatũ esse, sed incorruptibilem. Democritus, Epicurus, & Stoicorum turba philosophorum, aiunt mundos nascibiles ac corruptibiles, verùm nõ similiter. illi multos mũdus imaginãtur, quorũ generationem cõflictationibus & cõnexionibus atomorũ tribuunt, corruptionem repercussionibus & dissultibus. Stoici vnum mũdum asserunt, & Deum autorẽ eius generationis: corruptionis verò nõ item Deũ. sed indefessam vim ignis rebus insitã, post lõgas temporũ ambages absumpturã & in semet mutaturã omnia: ex qua denuo mundũ instauraturã opificis prouidẽtiam. iuxta horum opinionẽ potest dici alter mũdus sempiternus, alter corruptibilis: corruptibilis, vt nunc est ornatus & dispositus: sempiternus, post exustionẽ reparabilis, vt nunquã desinat. Aristoteles, nescio quàm piè sanctéq; doctus, ingenitũ & incorruptibilẽ mundum pronuntiat, & impietatis damnat quotquot contrarium asserunt, qui manufactis præstantiorem nõ existiment solem tam magnũ: Deum visibilem, & lunã cæteráq; vel fixa vel vaga sidera, omnia verè plena numine. Fertur etiam cauillatus olim se timuisse, ne sua domus vt procellarũ ac tempestatũ, aut vetustate, aut architecti incuria, contracto vitio corrueret: iam maiorẽ metum impẽdere ab istis qui conentur verbis mundũ destruere. alij negãt Aristotelem autorem huius dogmatis, & Pythagoreis quibusdam id tribuunt. ipse fortè fortuna in commentarium Ocelli hominis Lucani incidi, cui De vniuersi natura titulus, in quo mundum incorruptibilem nõ tantũ asserit, verumetiam argumentis conatur ostendere. genitũ autem sed incorruptilem aiunt à Platone in Timæo dici pro cõcione deorum, vbi iuniores deos natu maximus & princeps sic alloquitur: Dij deorum, quorum opifex ego & pater sum, attẽdite: quæ

à me

à me facta sunt, me ita volente indissolubilia sunt. Omne siquidem quod vinctũ est, solui potest. sed mali est quod pulchrè cõpositum est, séque habet bene, velle dissoluere. quapropter quia generati estis, immortales quidem & indissolubiles non estis. nec tamen vnquam dissoluemini, nec mortis fatum subibitis. nam voluntas mea maius præstantiúsq; vobis est vinculum ad vitæ custodiam quàm nexus illi, quibus estis tunc cùm gignebamini colligati. Quidam autẽ sophisticè interpretantur, apud Platonem genitum dici mũdum, non quo habuerit generationis principiũ, sed quo, si factus est, non aliter quàm dictum est confieri potuerit: quandoquidem partes eius generari & mutari videmus. melior tamen & verior est prior sententia, non solùm quia toto hoc libro patrem & conditorem & opificem illũ deorum fictorem ait, mundum verò hunc opus eius & progeniem, archetypi exemplaris intelligibilis imaginem sensibilem, quicquid in illo intelligitur in se continentem, perfectè expressam vt sensu percipiatur, sicut illud perfectum intelligitur, verumetiam quia hoc de Platone testatur Aristoteles, quẽ puderet mentiri vt philosophum, & quia fide dignum creditur testimonium amici de amico, præsertim eius qui non fastidiuit doctrinam, sed superare conatus veteres necessariis commẽtis, quædã nouauit per singulas partes philosophiæ. huius autẽ Platonici dogmatis parentem quidam Hesiodum autumant, docere illum rati mundum esse genitum & incorruptibilem: genitum quidem, dum sic canit:

Principio chaos est genitum, mox deinde patentis
Telluris spatia, & molis fundamina tantæ.

incorruptibilem verò, quia dissolutionis eius & corruptionis nusquam meminit. chaos autẽ Aristoteles locũ putat, quia pri' parari oportet id quod capiat corpora. Stoici verò aliquot aquã intelligunt hoc nomine, παρὰ τὴν χύσιν, id est, à fusione dictã. vtcunq; est, genitum esse mundum Hesiodus manifestissimè prodidit, sed longè antiquior Moses legifer docuit Iudæos, mũdum esse genitum & incorruptibilem, quod scriptum reliquit in sacris voluminibus, sunt autẽ quinq;, quorũ primum inscripsit Genesim, sic exordius eam: In principio fecit Deus cælum & terram, terra autem erat rudis & inuisibilis. deinde progressus aliquantum docet, quòd dies & noctes, horæ annique, sol & luna mensores temporum, vnà cum toto cælo pro immortali sua natura permanebũt in sempiternũ. Rationes eorũ qui ingenitũ

incorruptibilémq; asserunt attoniti contemplatione tanti operis,ponemus prius, sumẽdo hinc initiũ.omnia quæcunq; sunt corruptioni obnoxia,duas habent causas interitus,internam & externam.ferrũ & æs aliásq; huiusmodi materias videmus absumi ex ipsis enato malo,quãdo rubigine exceduntur, occupata quadam impetigine. externa vero clade perit vrbs aut domus,quãdo conflagrat incendio.Ad eundem modum animalibus mors obuenit,aut interno morbo extorto, aut externa vi, dum iugulantur,lapidantur,exuruntur,aut fœdo suspendio pereunt.Si & mũdus interibit,necessum est vt aut externè ab aliquo,aut ab aliqua intestina causa perimatur.sed neutrũ est possibile.nam extra mundũ nihil est, quandoquidẽ is cõstat è congerie rerũ omnium,eapropter vnus & integer, & expers senij. vnus, quia si quis excluſum esset, posset inde fieri alius huic similis.integer,quia in eum insumpta est vniuersa essentia.morbi expers atq; senij, quoniã corpora quæ morbis lædi possunt aut senio,caloribus & frigoribus aliisq; cõtrarietatibus externè infestãtibus subuertũtur:è quibus rebus nullũ mundo est periculũ,quãdoquidem inclusis omnibus,foris nulla relinquitur. ꝙ si vtiq; aliqd est exterius,omnino inane erit,aut otiosa quædam natura,quæ nec pati possit nec agere.Atqui ne ab interna quidem causa dissoluetur,primũ quia sic pars esset toto maior ac potentior,quod est absurdissimũ.nam mundus insuperabili robore præditus partes suas mouet, ipse à nulla earũ mobilis. deíde cũ duæ sint causæ corruptionis,interior & exterior, quęcunq; vnam admittũt, eadem & alterã.id in equo,boue,homine,similibusq; animalibus deprehenditur,quæ quoniam ferro possunt interimi,morbo quoq; intereũt,difficile enim est,imò impossibile,inuenire quod intelligibili externæ causæ obnoxium,corruptionem non capiat,per se subsistẽs antequam mũdus esset.nam quod non est,ne mouetur quidem.demõstratum autẽ est,tempus esse motus interstitium,vnde sequitur vt sempiternum vtrũq; sit,careátq; initio,ac proinde sit incorruptibile.Dicat fortasse aliquis Stoicus disputator verbosior, fateri se tempus esse mundani motus interstitium,sed non huius tantũmodo præsentis,verùm & eius qui post exustionem fore intelligitur.cui sic respondendum cẽseo: ô bone,peruertis nomina, mũdum vocas qui inornatus sit.nam si hic quem videmus,verè aptéq; mundus vocatur,ornatus ordinatúsq; summo & diuino artificio eius in ignẽ mutatio meritò nominari potest perturbatio

batio.at Critolaus musarũ amator & peripateticæ sectator philosophiæ,dogma de sempiternitate mundi approbans.talibus argumentis vtitur:Si mundus est genitus,ergo & terra:si terra, ergo & humanũ genus. at homo ingenitus ab æterno subsistit sicut declarabitur,si tamen demonstratione in re tam euidenti opus est.sed opus videtur propter fabularum autores,qui mendaciis vitam replent,veritate profligata è domibus & vrbibus, atq; etiam è singulorum pectoribus,excogitatisq; speciosis versibus ac metris ad illiciendos fatuos, quorũ aures incãtant fallúntq;,sicut oculos deformes meretriculæ, adscititio adulterinóq; decore eos præstringẽtes,cũ natiuo careant.aiũt enim hominum ex hominibus generationẽ esse naturę opus recentius: antiquius autem ex terra,quandoquidẽ hæc creditur mater cõmunis omnium.& illos Græcis decantatos satiuos homines,ex terra prognatos sicut nũc nasci solent arbores, perfectos armatósq; terræ filios. id verò figmẽtũ esse fabulosum liquet multis modis,iam primùm ex quo humani generis prĩceps natus est, opportuit eum statis temporib' crescere. gradus enim quosdã ætatum natura cõdidit,per quos ille ascenderet ac descenderet: crescendo ascenderet,decrescendo verò descenderet. terminus summus ascendenti est vigor,quò vbi quis peruenit, non progreditur amplius, sed quemadmodũ cursores in diaulo quem vocant,cursu retrorsum flexo decurrit iterum per eadem vestigia, donec in senectute deficiat. quosdam autẽ perfectos natos opinatur nemo, nisi forte ignarus legum naturæ inuiolabiliũ. mentes enim nostræ vitiatæ contagione adiuncti sibi mortalis corporis, non mirum si sunt mutabiles: sed vniuersi natura omnipotens,quæcunq; semel decreuit ab initio, constanter seruat intra præscriptos terminos.ergo si vnquam placuisset ei nasci perfectos homines, nunc quoque sic nascerentur, nusquam infans,nusquam puer,nusquam esset adolescens, sed vir confestim,& fortasse nec senio nec morti obnoxius. nam cui nullum incrementum,ei ne detrimentum quidem accidit.proinde mutationes quæ virilem ætatem antecedunt, proficiunt in melius: quæ verò deinceps sequuntur vsq; senectam & obitum,deteriores fiunt in dies,cæterùm cui non insunt priora, ne posteriora quidem inesse, probabiliter creditur. quid enim obstaret quo minus nunc quoq; sic vt olim gignerentur homines? terra certè nondũ senuit,vt videri possit effœta præ senio,viget illa semper sui similis,cũ sit vniuersitatis quarta pars,& ad totius salutẽ

pertineat manere hanc incolumẽ,quando & germana eius elementa nunquã seneſcũt. id verũ esse apparet ex indefessa continuũq; huius fœcũditate.irrigata enim vel fluminũ restagnationibus,sicut Aegyptus,vel annuis imbrib⁹,exhaustas feracitate vires reficit,& quiete modica se refouet,móxq; vt ante alimẽta largiter animãtib⁹ suppeditat.quapropter opinor poëtis nõ temere Pandorã vocari,quasi πάντα δῶρα,id est omnia largiẽtem vel iucunda vel necessaria,nõ his aut illis,sed omnibus quæcũq; sortita sunt animã. certè sicui daretur adulto verè pinnas alásq; sumere,& è sublimi cãpos collésq; inspicere:quomodo illi herbas ferant & pabulũ,hordeũ & triticũ,aliásq; species varias,vel fatas agricolarũ industria,vel sua sponte prouenientes:hi verò folia frondésq; quibus densent arbores, simùlq; fructuum copiam,quibus nõ solũ arcetur inedia.sed & lassitudini succurritur(nam oleę fructus medetur defatigatis corporibus, vinum modicè potũ remittit vehementes dolores animi) præterea suaues auras exhalantes è floribus, eorũq, colores ineffabiles arte diuina picturatorũ: móxq; deflexis oculis ad arbores infrugiferas,cõtemplari seorsum siluestres populos,cedros,piceas,abietes.quercuũ robora procerissima, cæterásq; id genus materies, quæ tum mõtes maximos tũ plerósq; pingues agros radicibus eorũ subiectos opacant:agnoscerer indefessum terræ semper iuuenescentis vigorẽ,quã nihil diminutũ sit è pristinis eius viribus.ergo nunc quoq;.si vnquã antea pareret homines, duabus de causis necessariis:primũ,ne ab officio suo decederet, maximè in generatione hominis,animalis omniũ præstantissimi.deinde vt sublcuaret mulieres,quæ grauidæ valde onerãtur per menses fermè decem continuos,interdũ etiam parturiẽtes in ipso nixu emoriũtur. ꝓfectò magna est stultitia, credere vluam aliquam latere in terræ sinibus,quæ hominẽ concipiat.nã vulua est is locus in quo animal vitale gignitur, quam naturæ officinã licet dicere,aptam formãdis animantibus.ea nõ terræ pars est,sed fœminæ,facta ad generationẽ,alioquĩ illa etiã vberibus opus haberet ad alendos recens editos fœtus alimẽto cõuenientissimo.atqui nec amnis nec fons vllus in toto orbe memoratur,qui pro aqua exundet fluẽtis lacteis.adhæc sicut lactis egent infantes modò geniti,sic amictus & tegminis, ad arcendos æstus atq; frigora ne quid noceant tenellis etiam tum & facilè sentientibus iniuriam.quamobrem obstetrices matrésque ad quas ea cura pertiner,inuoluunt eos fasciis.at terrigenæ qui

fieri

fieri potuit vt nudi relicti non statim perirẽt,vel præsolis ardore,vel præ frigore. nam vtrunq; solet morbos & mortes accersere.sed quoniam semel cõtemptserunt veritatem isti fabulatores,ausi sunt armatos è terra producere.Quis enim erat sub terra faber,quis nouus vlcanus,vt mox armaturas excuderet?aut quid cũ armatura illis primigenis,cũ homo animal mãsuetissimum,rationem à natura munus eximium acceperit,à qua etiã ferini affectus incantati mansuefiunt. satius erat pro armis eis dare caduceum, cùm rationali naturæ cõueniret insigne pacis denuntiandæ omnibus,quos armis territari nõ oportebat.itaq; satis conuictæ sunt nugæ hominũ, veritatem mendaciis oppugnantiũ.cęterũ nosse debemus,perpetua successione prognatos ex hominibus homines,viro in vuluã tanquã in aruũ semẽ mittente,muliere verò id excipiente salubriter,& natura modò inuisibili formante partes tũ corporis,tũ animæ,donantéq; genere humano immortalitatẽ quã nõ donauit singulis. illud enim semper durat(mirũ dictu)indiuiduis pereũtibus.quòd ũ homo est æternus,pars vniuersitatis minima,vtiq; mũdus quoq; ingenitus est,ac proinde incorruptibilis.Pergit Critolaus ratiocinari:quicquid sibiipsi sanitatis causa est,morbis caret, sicut quicquid sibiipsi vigiliæ causa est,peruigilat.inde colligitur sempiternum esse id,quod suamet causa est essentiæ. mũdus porrò sibiipsi causa est essentiæ sicut & cęteris rebus omnibus:ergo mũdus æternus est.illud quoq; considerare debemus,quicquid nascitur vtiq; imperfectum esse à principio, processu verò temporis augeri donec omnino absoluatur. itaq; ũ mundus est genitus,fuit aliquando(liceat mihi vti ætatum nominibus)puer admodum,& post multos annos euolutus,multáq; secula,vix tandem absolutus est.nã quod est lõgæuissimũ,necessariò tardè ad vigorẽ suũ peruenit.tales autẽ mutationes ũquis credit in mundum cadere,habẽdus videtur pro insaniss̃imo,atq; adeò pro insanabili. sic enim probaretur eũ nõ tantũ corpore sed & animo proficere.quandoquidẽ etiã qui aiũt interiturũ,credũt tamẽ ratione præditũ. ergo more hominũ brutus erit in generationis suæ principio,adulta ætate compos rationis. quod vel cogitare nefas fuerit,nedũ proloqui.qui enim possumus hũc perfectissimum visibilem ambitũ,contentásq; in eo partes singulas, nou credere perfectũ semper corpore simul & animo,expertẽ malorũ quibus genita corruptibiliáq; sunt obnoxia? Addit tres causas absq; externis afferre pernicie animalibus,morbũ, senium,

inopiam,quarũ nulli mundus sit expugnabilis.nam id quod ex elementis constat ad vnum omnibus,robustius esse,quàm vt vi vlla infirmum reddi queat.vbi porrò nulla sit infirmitas,ibi sanitatem vigorémq; permanere tutum à senio. sufficere etiã,sibiipsi mũdum,cũ nulla re careat, inanitionis repletionisq; nescius,quę sunt vitia particularia,& crasis animalibus mortem afferunt propter appetitũ eorũ insatiabilẽ:aut vtverius loquar, vitam quavis'morte miseriorẽ. proinde si nullã naturam æternam videremus,minus peccarent qui aiunt mundũ incorrupti bilem, quandoquidem nullum æternitatis exẽplum existeret. sed quoniam fatorum series iuxta præcipuam physiologorum sectã caret fine simul & principio,causas sine intermissione cõtexens:cur non etiam mundi naturam dicamus lõgæuam, quæ rerum indigestarum ordo est,incompositarum cõgruentia, inconcinnarum cõcinnitas,distantiũ vnitas,lignorum saxorúmq; habitus,satorũ & stirpium indoles, anima omnium animaliũ. hominũ mens& ratio,bonorum virorum virtus perfectissima. Quòd si mũdi natura ingenita est & incorruptibilis,liquet mũ dum quoq; contineri sempiterno vinculo,quod fateri etiam di uersi dogmatis assertores quidam vi veritatis coacti sunt,vt est diuina pulchritudo veritatis, sicut mendacij fœda deformitas. Sic Boethus,Posidonius,Panętius,viri Stoica doctrina valẽtissimi,tãquã correpti numine,omissis exustionibus & instauratio nibus,trãsfugerũt ad diuinius de incorruptibilitate mũdi placitũ. Quin & Diogenes etiãtũ iuuenis fertur subscripsisse huic sententiæ.Ergo cùm cõstet nihil extra mundũ relictũ vnde immineat ei periculũ, ne intra ipsum quidem tale quicquã inuenietur,vt supradictis rationibus demõstratũ est, quòd alteri ex his causis nõ sit,ne alteri quidẽ esse obnoxium.testantur & quæ in Timæo legimus,mũdum nec corrumpi,nec morbis tentari. Ex his quatuor singula integra mũdus recipit in suam substantiã.ex omni quippe igni,aëre,aqua,terra, ipsius faber ita eũ cõposuit,vt nullam cuiusquam istorũ partem aut vim extra relin queret:idq; hac ratione fecit, primũ vt totũ hoc animal quàm maximè perfectũ ex perfectis partibus esset. dein vt esset vnũ, cùm nihil extra relictũ fuerit,ex quo generetur alterũ,denique nequis id morbus,nequod senio attingeret,videbat enim eã natura esse corporis,vt importuna caloris aut frigoris,aliarúmve rerum nimis vehemẽtium accessione lædatur,& in morbos seniúmq; impulsum deficiat.quam ob causam rationémq; vnum totum

totum ex omnibus totis & perfectis absolutum,expertem morbi seniq; Deus mundum cõstituit. Hactenus Platonis de incorruptibilitate mundi testimonium.quòd autem non sit genitus, naturalis attestatur veritas.nam quicquid est genitum,necessariò dissoluitur:quicquid autem non est corruptibile, ne genitũ quidem fuit. nam & autor huius trimetri, Neci debetur quicquid vsquam nascitur:videtur nõ malè colligere.& aliàs sic argumentari licet. quæcunque composita corrumpuntur,dissoluuntur in id vnde fuere composita. dissolutio porrò nihil est aliud quàm rerum singularum in pristinam naturã reditus. ergo à contrario compositio præter naturam res in vnum cogit, id quod videtur verisimum,homines enim ex quatuor elemẽtis,quæ tota in vniuerso sunt,cælo,tetra,igne, aëre, particulas quasdam mutuati,ex ea temperatura mixti cõfectiq; sunt.quæ autem permiscentur,naturali situ priuantur,caliditas sublimi, frigiditas humili,dũ posita grauitate subleuatur & in summũ locum demigrat, quem caput maximè terrea nostri pars occupat.violẽto autem vinculo nullũ inutilius aut minus durabile. celeriter enim à vinctis rũpitur, reluctantibus & naturalẽ motum desiderantibus ad quem properant.nam vt ait tragicus:

E terris orta,terra rursus accipit.
In cælum quicquid est suum reuertitur.
Genitum nihil emoritur:
Sed transpositum vltro citróq;,
Formam priorem alterat.

omnibus certé quæ corrũpuntur lex præfinita est hæc vt quando contemperantur discedant à naturali ordine,demigrántque in loca contraria,& peregrinentur quodammodo.quando verò dissoluuntur,in natiuas suas sedes ceu postliminio reuertantur. at mundus expers est perturbationis de qua loquimur. nã si esset corruptibilis,videremus nunc partes eius nõ suo loco naturali cõsistere,id quod cogitare nefas est.optimum enim & aptissimum situ cunctæ mundi partes sortitæ sunt, ita vt singulæ sede sua tanquam patria contentæ non requirant mutationem in melius.propterea terræ attribut' est locus medius, quò feruntur omnia terrestria,etiamsi in altũ iacias:quod est natiui situs indicium.Vbi enim quidque sponte nõ coactum sistit quiescitq;, ibi habet locum propriũ. dein aqua super terram diffunditur, aër verò ignisq; sursum secessiũt à meditullio:aër quidem sortitus ignis & aquæ cõfinium,ignis autem quæ sunt editissima.

proinde quamuis accẽsam facem ad terras deferas, flãma nihilominus tendet in cõtrarium, & naturali motu ignis subleuata recurret retro vnde venerat. Ergo si præternaturalis motus in aliis animalibus corruptionem efficit, in mũdo autem singulæ partes ordinem suum & naturalẽ situm retinẽt, iure possumus eum incorruptibilẽ dicere. illud quoq; liquet cuivis, naturã singulaquorũ natura est, cupere conseruare, atq; adeò si liceat immortalia reddere: vt stirpes natura stirpiũ, animãtium verò natura animantes singulas: sed cũ sit particularis necessariò deficit, nec potest ad æternitatẽ perducere. nam aut defectus, aut æstus, aut frigus, aut aliæ noxæ plurimæ lædere solitæ inuadunt, cõcutiunt, & tãdem abrũput vinculum. quæ nisi externę infestarent, quãtum in ipsa natura est paruas æquè ac magnas res seruaret incolumes. ergo necesse est mũdi quoq; naturã salutis eius esse cupidã. nec enim particulari est deterior, vt nõ fungatur officio & morbum pro sanitate, interitum pro salute afferat, quãdo humeris supereminet ingẽs, Agnosci facilis forma, pulchræ licet omnes, id si verũ est mũdus corruptionem non recipit. Cur ita? quia natura eum continens inuicti est roboris, & omnibus rebꝰ noxiis potẽtior. ideo rectè Plato: Nulla, inquit, decessio fieri poterat, nulla accessio. quó enim aut vnde? cũ ipse seipsum alat de suo, ipse in seipsum agat, & à seipso patiatur. nam tali arte autoris sui conditus est, vt sufficiat sibi potius quàm indigeat. Egregiè tamẽ eãdem sentẽtiam astruit illa quoq; ratio, qua multos sibi placere video, vt exacta & incõuincibili. quærunt enim, cur Deus mundum perderet? vt nullum posthac cõderet? an vt repararet alium? primũ illud Deo non cõuenit, cuius est è perturbatione ordinem, nõ ex ordine perturbationẽ facere. præterea videbitur capax pœnitentiæ, quod est animi vitiũ. debuerat enim aut non cõdere mundum, aut postquam semel condere placuit, gaudere condito. posterius verò nõ exigua scrutatione dignum est. si enim pro hoc prȩsente reparabit alium, is fiet aut deterior aut similis aut melior, quę singula sunt reprehensibilia. nam siquidem mundus deterior, opifex quoq; deterior. atqui nec vituperium, nec reprehensio, nec correctio cadit in absolutissima diuinæ artis opera. nam vt est in prouerbio:

Nec mulier tam mentis inops, vt recta relinquens,
Deteriora malit, illáq; posthabeat.

magis decet Deum formare informia, & turpibus addere mirã pulchritudinẽ. sin autem similis, incassum laborat artifex nihil

à par

à paruulis pueris differens, qui sæpe in littore per lusũ tumulos arenæ excitãt, móxq; manibus eisdem diruũt. præstat enim nihil demendo addendóve, nec in melius deteriúsve mutando, sic eum vt ab initio factus fuerat immotũ sinere. quòd si meliorẽ fabricabit, melior fiet etiam opifex, ideóq; cùm priorẽ pararet imperfectus arte ac proposito: quod ne cogitare quidem fas est. Deus enim semper est sibi par & sui similis, nec in deterius nec in melius proficiẽs. hominũ est hæc inæqualiras, tum incremẽta tum detrimẽta in vtramvis partem recipientiũ, sicut & alias mutationes in cõtrarium. Adhæc cùm mortalium opera conueniat esse corruptibilia, probabiliter creditur illius immortalis opus incorruptibile: quandoquidẽ rationis cõsentaneũ est opera similitudinẽ referre sui opificis. Quĩ & illud cuilibet est perspicuum, terra pereũte, necessariò perire totũ genus terrestriũ animaliũ, aquatilia verò aqua pereunte sicut post aëris ignisq; interitum sequi internecionem ex igne genitorum & volucriũ. eadem ratione si cælum interit, peribit sol & luna, peribũt reliqua sidera tum fixa tum erratica, totáque illa sensibilium deorum, vt olim creditũ est, militia beatissima. id verò nihil esset aliud, quàm opinari mortalia numina: quod æquè absurdũ fuerit, atq; hominum immortalitatem credere. atqui in hac digni tatum collatione posterius hoc fit verisimilius, vt quod contingat per Dei gratiam. nam fieri potest vt mortalis immortalitate potiatur, sed deos hanc amittere non est posibile. quicquid delirent homines. Certè qui mũdi exustiones instaurationésq; inducunt, deos fatentur sidera, quæ tamẽ imprudenter suis verbis enecãt. satius fuisset ea lapides ignitos dicere, sicut quidam de cælo nugãtur quasi de carcere, quàm diuinis cælestibúsq; naturis adimere immortalitatem debitam. nunc in tantũ aberrarunt à vera sentẽtia, vt non sentiant se prouidentiam quoq; (ea est mundi anima) tollere atq; pessundare tam friuolis rationibus. Certè Chrysippus inter suæ sectæ homines laudatissimus, in tractatu De crescente, talia quædã portẽta cõminiscitur: prefatúsq; impossibile esse duo specifica cõsistere in eadẽ substantia: subdit: Fingamus verbi gratia quempiam integrum, alterũ verò vno pede mutilum. hũc Theonem, illum Dionem vocari. postea Dioni pedem abscisum. si quæratur vter corruptus sit, de Theone dicetur id magis proprie. Atqui hæc mira magis quã vera sunt, qui fit eñ vt Theon illæsus perierit, Dion abscíso pede non perierit? Rectè, inquit, Dion enim præcíso pede recurrit

ad

ad imperfectã Theonis substãtiam,& duo specifica in vno subiecto esse non possunt.vnde necessariò cõsequitur, Dionem permanere.Theonẽ verò perisse.hic tragicus diceret:non ab aliis, sed nostrismet pennis capimur. hanc enim ratiocinationis formam aliquis ad modum trãsferens,posset colligere corruptioni obnoxiam prouidentiam.aduerte quomodo.ponamus mundum quasi Dionẽ:integer enim.mundi verò animã quasi Theonem:quoniã pars toto minor est.adimatur nũc sicut Dioni pes, ita mundo quicquid inest ei corporeũ.ergo necesse habebimus dicere,mũdum quidem non perisse adempto corpore, sicut nec Dionem resecto pede:sed mundi animã,sicut Theonẽ illæsum. mũdus enim ad minorem substãtiam recurrit,adepta sibi parte corporea:anima verò eius periit,quia nõ possunt eidem subiecto inesse duo specifica. nefas est autẽ dicere mortalem prouidentiam.quòd si hęc immortalis est,mũdus quoq; incorruptibilis erit necessariò. maximũ tamen æternitatis eius argumentũ est tempus.nã si tempus ingenitũ,necessariò mundus quoq; ingenitus.cur ita?quia vt ait magnus ille Plato.dies & noctes,mẽses & annorum circuli tẽpus indicant.id autem nõ potest consistere sine solis motu & totius cęli ambitu.itaq; definitores rerũ rectè statuunt,tempus esse mundi motus interstitiũ,sed ne hoc quidem sanum est.fit enim mũdus genitor & autor tẽporis. inconuenientissimum autem fuerit cogitare,fuisse aliquando tẽpus quãdo mundus non erat. caret enim huius natura tam sine quàm principio.nã ex his ipsis.Erat,Olim,Quando,tẽpus cõtexitur.iuxta hoc autẽ dogma cõsequitur, ne exustionis quidẽ tẽpus tandem fore.non iuuentuti enim sed senectuti maiestas cõtingit,præsertim in rebus quas nõ brutus & fallax sensus iudicat,sed mẽs purissima & vigẽtissima.id declarabit Boethus argumentis mox dicẽdis.Si est,inquit,mũdus genitus & corruptibilis, de nihilo fiet aliquid , quod & Stoicis videtur absurdissimum.quare?quia nõ potest inueniri vlla causa corruptionis,interna externáve,quæ mundũ destruat. extra enim nihil est,nisi fortè inane,elemẽtis totis intra eũ cõprehensis.intus quoq; nullus talis morbus est vt possit tantã molẽ dissoluere. quòd si sine causa corrũpitur,liquet de nihilo corruptionẽ fieri,quod omnino ratio respuit.atqui aiunt tribus modis corruptionẽ fieri,per diuisionem per ablationem præsentis qualitatis,& per cõfusionem.quæ ex discretis cõstant,greges,armenta,chori,exercitus, tum quæ è cohærentibus corpora cõpacta sunt, disiunctione & diuisi

diuisione soluuntur.per ablationem autẽ præsentis qualitatis, cera trãsformata,vel cõplanata priusquàm refingatur in aliam speciem,postremò per confusionem , sicut medicamentũ quod vocatur tetrapharmacum.vires enim simplicium pharmacorũ in vnum congestorũ abolitæ sunt, vt ex his vna vis efficeretur eximia.quonam ex his modo mundũ corrũpi dicemus? per diuisionem? at non cõstat ex discretis,vt partes dispergantur:nec ex cohærentibus,vt dissoluãtur.sicut nostra corpora,multis pestibus obnoxia se potẽtioribus.ille verò inuicto pollet robore, & omnia longè superat.quid si per ablationẽ qualitatis?id quidem est impossibile. manet enim, vt aiunt aduersarij,qualitas & ornatus huius mũdi vsq; ad exustionẽ.quid si per confusionẽ? apage.tum enim fatendum esset corruptionẽ in nihilum redigi,quam ob rem? quia si vnũquodq; elementũ separatim corrũperetur,posset mutationem in aliud capere,quòd verò simul omnia confusa pereãt,cogitatio est rerum impossibilium.Præterea si exurẽtur,inquit,omnia,qd interim Deus faciet,nihilne omnino?quod meritò miretur aliquis.nũc enim inspicit singula,paternam curã gerens rerum omnium:& vt vera fateamur, aurigæ more gubernatorisq; regit & gubernat vniuersa , soli, lunæ cæterisq; sideribus,aëri quoq; ac reliquis mũdi partibus assistẽs,cooperãdo quicquid ad vniuersitatis perpetuitatem rectámq; & inculpabilem dispensationẽ pertinet. quòd si cuncta perierint,segnis & otiosus vitã iniucũdam viuet:quo quid dici potest absurdius?piget me vlterius nefariis verbis procedere: mortem etiã in Deum cadere, si cadit otium. nã si sempiternũ motum adimas animæ,ipsam quoq; rebus eximes.est autẽ aduersariorũ opinione Deus mũdi anima.Quid illud nónne quęsitu dignũ,quomodo reparatio sequatur omnib⁹ rebus absumptis incendio?exusta enim substantia,necesse est & ignẽ extingui destitutũ fomẽto.qui si maneret,seruari poterat scintilla seminalis ad ornãdam instruendámq; aliã materiã: sublato autẽ illo,hæc quoq; vna tollitur.id verò asserere,iã duplex fuerit impietas,nõ modò mũdum infamare vt corruptibilem, sed & instaurationẽ eius negare,quasi Deus perturbatione , cessatione ac erratis gaudeat.Inspiciamus hãc rationem diligẽtius.Ignis dicitur tripliciter,vel pruna,vel flamma,vel splẽdor: pruna est ignis in materia terrea,spirituali quadam habitudine peruadens totã vsq; extremitatẽ.flamma est id quod è fomite fertur in sublimia.splendor verò q à flãma emittitur,oculos adiuuãs

ad

ad percipienda visibilia, splendorẽ inter & prunam flamma est media. in prunas enim subsidit, excitata habet splendorem, qui fulget sine vi vrendi, ergo si exustione dissolui mũdum placet, prunæ inde non fient, alioqui multum terreni relinquetur post incendium, placuit autem prius sententia que negat vllum corpus posse tum subsistere, sed terræ, aquæ, aëris elementa in merum ignem abitura. at nec flamma alimẽto destituta, quod ni relinquatur, ipsa extinguetur continuò. Vnde colligitur ne splẽdorem quidem inde posse fieri: quandoquidẽ is per se non subsistit, quippe qui à priorib⁹ procedit, pruna flãmáq;, ab hac maior, ab illa minor. à flãma enim longè latéq; diffunditur, ergo cùm illa priora demõstratum sit in exustione nusquam existere, nec splendor ibi aderit. nam diurnus ille splendor egregius, sole subterraneũ circulum emetiẽte noctu mox euanescit, præsertim si luna fileat. ergo mũdus non exuritur, sed est incorruptibilis. quòd si exureretur, non reparabitur alius. ideo quidã è Stoicis acutius prospiciẽtes fore vt conuincãtur, conati sunt tãquam morbũdæ huic propositioni medicinam facere, sed frustra. cùm enim motus causas sit ignis, ex motuverò sumatur generationis principium, & sine motu gigni quicquã sit impossibile, negarunt post exustionẽ ante mundi principium extinctũ iri vniuersum ignem. nã aliquantũ superfore. vehemẽter enim meruebãt ne toto extincto cessarẽt omnia sine spe instaurationis, rerum autore motu sublato. Verùm ista figmenta sunt hominum, technas & vaniloquia contra veritatẽ querẽtium, quare? quia mundũ exustione fieri prunæ similẽ docuimus impossibile, nisi supersit multa terrena substãtia quæ ignem capiat. sed ita nõ vinceret exustio, si quid residuũ maneret è terra elemento grauissimo. necesse est igitur vt in flammam aut in splendorem abeat. in flammam, vt Cleanthes opinatur: in splẽdorẽ, vt Chrysippus. sed in flãma fiet, vbi deficere inceperit, simul & semel non paulatim extinguetur. nam cum alimento viget, quo fota diffunditur, eodẽ destituta minuitur. id ex quotidiano vsu licet colligere. lucerna quãdiu rigatur oleo, flammã emittit lucidam, quo absumpto statim extinguitur, ac ne tãtillũ quidẽ ex ea fit reliquũ, quòd si dicas mundum in splendorẽ non in flammam abire, rursum simul & semel mutabitur. quare? quia per se nõ subsistit, sed è flamma nascitur, qua prorsus extincta splẽdor eodem momẽto interit. sicut enim flamma se habet ad fomitem, sic splẽdor ad flammam. ergo sicut flamma deficit cum fomite

fomite, sic splendor cum flãma. itaq; impossibilis est mũdi reparatio, nulla scintilla seminali reliqua, omnibus igne absumptis, ipso verò igne alimentorum inopia. Vnde liquet cum esse ingenitũ & incorruptibilem. ergo secũdum Chrysippũ mũdus reparabitur ipso igne præbẽte vicẽ seminis, si vera est eius philosophi sentẽtia, primũ quia è semine generatio fit, & in semen resolutio. deinde quia physici aiunt mũdum esse rationalẽ naturã, nõ solùm animatũ sed intelligentẽ atq; prudẽtem etiam. hinc contrarium quàm ipse proponit colligitur, quòd mundus nũquã corrumpatur. argumẽta in prompru sunt, si rem examinare nõ pigeat. Aut arbori similis est mundus, aut animali, sed siue arbor est siue animal, per exustionẽ corruptus nunquam sibiipse erit pro semine, attestãtur iste species quæ semper nobis in vsu sunt. ex quibus nulla semel corrupta, seu parua seu magna sit, habet vim proseminãdi corporis. Nónne vides q̃ multę per singulos dies exoriantur mites arbores, quàm multæ siluestres. in quibuslibet terræ partibus? harũ singulæ quãdiu stirps sana est, cum fructu pariunt & eius sustentaculum. tandẽ vetustate aut quavis iniuria perditæ radicitus, nunquam in semen dissolutæ sunt, eodẽ modo & animalium species, quas nemo facilè numerauerit, quàm diu viuũt & vigẽt, emittũt genitalia semina: post obitũ nusquãvllum semen fit reliquũ. stulta enim est opinio, hominẽ viuum octaua parte animæ quæ pars genitalis dicitur, vti ad proseminãdum quiddã sui simile: defunctũ verò toto seipso. nam mors nõ est vita efficacior: & alioqui nulla res è solo semine absq; propriis alimẽtis perficitur. semẽ enim est simile principio. principium autẽ per se solũ nullos perfectos fœtus edit. Caue putes spicas è solo frumẽto in aruũ iacto prouenire: plurimũ iuuantur à terra duplex nutrimentũ subministrante, humidũ & aridũ. in vuluis quoq; fœtus formati nõ è solo viuificant semine, sed & externis alimẽtis rigãtur, quæ à prægnante suggerũtur. quor sum ista memoro? quoniã in exustione semen solùm absq; alimento supererit, igne absumptis cæteris. itaq; in regeneratione mũdi claudicabit ista imperfecta generatio, sublato quo seminale principiũ sustẽtetur adminiculo: quodquidẽ absurdũ & incõsistens esse ipse rerũ effectus indicat. Itẽ quæcũq; generationẽ sumũt è semine, in maiorẽ eo molem excrescũt, & maiorẽ locũ occupãt. videmus sæpe arbores, procerissimas ortas è minimo granulo, & vastas beluas è liquore natas exiguo, & hęc vt ante dixim⁹, statĩ à natiuitate parua sũt,

crescẽ

creſcunt autem donec ad perfectionẽ veniant. at in mundo eue niet contrarium. ſemen & maius erit, & maiorem locũ occupa bit. quod autem inde prouenit, minus & loco minore circũſcri ptum. præterea mundus ex ſemine conſtãs non paulatim lẽtis incremẽtis augebitur, ſed è maiore mole in minorem cõtrahe tur. id ita eſſe quivis facilè perſpexerit: omne corpus quod igne diſſoluitur. latè diffunditur, poſt extinctã verò flammam con trahitur. nec eſt in re tam manifeſta opus vllis teſtibus aut pro bationibus, proinde mũdus ignitus fiet maior, vtpote vniuerſa eius ſubſtantia reſoluta in ætherem tenuiſsimum. quod vt opi nor, proſpicientes Stoici, extra mundum aiunt eſſe inane infini tum, ne cùm diffuſionem infinitã admittat, locum eius diffuſio nis capacem non habeat. ergo quãdo intantum augetur, vt infi nitam inanis naturam extenſione ſua propemodum exæquet, ita ſe habet vt ſemen, iuxta tationes ipſorũ. quando verò partes eius ritè perficiuntur. extinctus ignis in aërẽ craſſum vertitur, aër contractus in aquã ſubſidit, aqua item magis craſſata mu tatur in terram elementum omnium denſiſsimũ; hæc & ſenſu communi percipiuntur, & colliguntur ex ipſa rerũ ſerie. Quin & alio poſſumus vti argumento ſatis efficaci ad perſuadẽdum hominibus vel difficilibus, modò ne nimis contentioſi ſint. In his quæ iugatim inter ſe ſunt contraria, alterũ eſſe, alterum nõ eſſe, apparet impoſsibile. nam ſi eſt album, eſt & nigrum: ſi ma gnum, & paruum: ſi par, & impar: ſi dulce, & amarum: ſi dies, & nox: & cætera ſimiliter. quòd ſi fiat exuſtio, fiet aliquid impoſsi bile. nam ex coniugatis alterum erit, alterum non. Age conſide remus rem ad hunc modum. omnibus in ignẽ reſolutis erit ali quid leue, rarũ, calidum: graue nihil, aut denſum, aut frigidũ, prædictis cõtraria. & quomodo poteſt validius improbari iſta exuſtionis perplexitas, quàm ſi perſuaſum ſit natura cõiugatio nes has cohærere. at iſta noua opinio parti alteræ æternitatem aſtruẽs, omnino tollit alterã. Illud quoq; nõ alienũ à ſcopo vi detur veritatis inueſtigatorib⁹. Mũdus ſi corrũpetur, aut ab ali qua externa cauſa corrũpetur, aut à Deo: ab externa cauſa non: nihil eñ eſt quod nõ cõtineat, cõtentũ autẽ continẽtevtiq; infir mius eſt, à quo cõprehenditur. cæterũ à Deo corrumpi eũ, nefas eſt dicere. nã Deus nõ perturbationis, fœditatis, corruptionis, ſed ordinis, ornatus, vitæ, omniſq; boni autor creditur apud ve ris opinionibus deditos. meritò igit mireris aſſertoresexuſtio num regenerationũq;, nõ tantũ quia pro falſis reiiciũtur cõui-

ctæ

ctæ argumentis quibus diximus, ſed & hãc ob cauſam. Cũ ſint quatuor elementa ex quibus mundus conſtat, terra, aqua, aër, ignis, cur ignẽ à cæteris ſeparando aiunt in eũ reſolui omnia? cur nõ (dicat aliquis) in aërem, aut aquã, aut terram? inſunt eñ & his vires potentiſsimæ. nemo tamen dixit mũdum abire in aquam, aut in terrã, aut in aërem. itaq; ne igniri quidem totus veriſimiliter dicitur. nec minus oportet conſiderantes æquum ius mũdi partium, religione reuerẽtiáq; deterreri quò minus tam diuinã rem dicamus morti obnoxiam. nam egregia quæ dam eſt harum quaternarũ virium compenſatio, æqualibus iu ſtisq; tegulis ac terminis vices ſuas diſpenſantium. ſicut enim anni circulus quaternis vicibus diſtinguitur, aliis partib⁹ poſt alias ſuccedẽtibus, & per ambitus eoſdẽ vſq; recurrẽte tempo re: pari modo & elemẽta mundi viciſsim ſibi ſuccedentia mu tantur, & (quod diceres incredibile) dum mori videntur, reddũ tur immortalia, iterum atq; iterũ metiendo idem ſtadium, & ſurſum atq; deorſum per eandẽ viam curſitãdo continuè. à ter ra enim accliuis via incipit, quæ liqueſcens in aquã mutatur. aqua porrò euaporat in aërem, aër in ignem extenuatur. at de cliuis altera deorſum tẽdit à capite, igne per extinctionẽ ſubſi dente in aërẽ, aëre verò in aquã ſe denſante, aqueo quoq; liquo re in terrã craſſeſcente. Vnde laudatur Heraclitus dum ait: Ani marum mors, aquã fieri: aquæ mors, terram fieri. cũ enim ani mam opinaretur eſſe ſpiritũ, aëris exitiũ generationẽ aquæ, & ex aqua pereunte gigni terram ſubindicat, non prorſus interi re dicens elementa, ſed mutari ex aliis in alia, æquo iure ſem per incolumi, non ſolũ vt par eſt, verũetiam vt neceſsitas poſtu lat, quoniam imparitas iniuſta eſt, quod autẽ iniuſtum, idem & origo vitij. vitium porrò exulat ex immortalitatis ſedibus. mũ dus autẽ diuinũ quiddam eſt, & Dei domicilium ſenſibile: quod corrũpi affirmare nõ eſt hominis intelligẽtis rerum naturę ſe riem. Quidam autem ſubtilius aſſerẽtes mundi æternitatem, hac quoq; ratiocinatione vtuntur. corruptionis quatuor modi ſunt in genere, additio, ſubtractio, tranſpoſitio, alteratio. bina rius addita vnitate in ternariũ corrũpitur, nec manet binarius: ſic in ternionẽ vnitate dempta quaternio. tràſpoſitione verò z & h Græcæ literæ, quarũ alteram æquidiſtãtes lineæ rectæ, al teram obliquæ efficiunt, tranſuerſa quoq; linea hic recta, illic obliqua, alteratione porrò vinũ in acetũ corrũpitur, ex his mo dis nullus in mũdum cõpetit. dicemúsne illum additione cor-

T rumpi

rumpi?sed quid addas cùm nihil extra sit, quod non sit huius vniuersi pars,inclusa comprehensáq; in eo.auferemus fortè ali quid?primùm si quid auferatur,fiet inde nouus mundus alius priore minor:deinde impossibile est corpus aliquod ab vniuer so pendens diuelli separariq;.quid si partes transponantur?ma nent immotæ,nec mutant locum.nec enim terra super aquam attolletur,nec aqua super aërem, nec super ignem aër.sed quæ natura sunt grauia terram,aqua medium locũ occupabit, terra pro fundamento subdita, aqua verò superfluente. porrò aër ignísq; ambo natura leuissimi,locũ superiorem, sed non pariter. nam aër igni est pro vehiculo, quo ille sublimis vehitur. atqui ne per alterationem quidem corrũpi eum sit verisimile. æquipollens est enim elementorum mutatio,ea verò æquipollentia causa inconcussæ firmitatis est,vtpote cùm nihil vel superetur,vel exuperet.itaque dum tantũ virium recipitur quantum redditur,exequatum ad proportionis regulam,sanitas infinitæ salutis opifex inde prouenit:quod æternitatis mundi argumentum est.Theophrastus eos qui generationẽ corruptionémq; mundi asserunt, ait quatuor rebus falli præcipuè, inæqualitate soli,maris decessionibus,corruptione singularũ vniuersi partium,& speciatim interitu terrestriũ animaliũ. primũ demonstrat hoc modo:nisi aliquãdo terra habuisset generationis initium,nulla pars emineret in ea:solo æquari fuissent mõtes omnes,nec in campis extarẽt tumuli.si enim ab æterno delata fuisset quotannis tanta vis imbrium, probabiliter editiora subsedissent abrepta torrentibus,& ediuersò assurgentibus campestribus complanata fuissent omnia.nunc verò tot asperitates locorũ,& multorum montium ætheriq; celsitudines,terrã non esse æternam indicãt.alioqui (vt dixi) per tempus infinitũ superficies eius fuisset æquata in modum viæ regiæ. nam aquæ præsertim supernè labentis ea natura est, vt quædã obstacula vi protrudat,alia guttatim excauet,nec minus quàm fossores durum saxosúmq; solum subruat.mare certè(aiunt)iam decreuit,vt testãtur Rodus ac Delus insularũ clarissimæ,nã hæ quõdam sub marinis vndis latuerãt,procedente verò tempore hispaulatim decedentibus exortæ sunt,sicut proditur earũ annalibus.Delũ verò etiam Anaphẽ aliquãdo nominatã,vt ex vtroq; nomine fides facti fieret,quoniã ἀναφανεῖσα δῆλα,id est exorta clara est reddita,quæ antea latuerat,præterea magnorũ mariũ magnos profundósq; sinus exsiccatos cõtinenti additos.cũ incremen

cremento non contẽnando oræ proximæ,satis arbustísq; consitæ.supereséq; in his signa inundationis pristinæ,conchas marinósq; calculos,& id genus alia quæ fluctus solent eiicere in littora,ideo Delum sic canit Pindarus:Salue diis chara,pulchricomæ Latonæ stirpis gemellæ patria,Ponti filia, miraculum terrarum immobile:quam mortales Delon nominant,cælites verò beati,sidus telluris nigræ lucidissimum. Ponti filiam eam vocat,subindicãs quod diximus.quòd si minuitur mare,minuetur etiam terra,& tandem post multos annos euolutos omnino absumetur in elementum aliud.sic aër quoq; per continua detrimenta paulatim euanescet.postremò in vnũ ignem abibunt omnia.tertij capitis ratiocinatio talis est.Cuiuscunq; rei partes sunt corruptibiles,ipsa quoq; corrumpitur,mundi partes omnes sunt corruptibiles,ergo mũdus est corruptibilis, id iam considerãdum est,quod in hunc locũ distulimus:quæ'nam pars terræ(vt inde incipiamus)minuatur,& tandem absumatur vetustate nimia,saxa durissima nónne putrescunt per imbecillitatem sui habitus?qui est intẽsi spiritus tenor quidam,vinculum haud sanè rumpi facilè,quod tamen tandem rũpitur.fiunt primùm friabilia,resoluũtúrq; in tenuem puluerem:dein absumuntur & omninò intereunt.aqua quoq; torpescit otio,ni vẽtis iactetur,& fœtorẽ non aliter quàm cadauer contrahit.aëris porrò corruptionẽ ignorat nemo,quãdoquidem & ipse tũ morbum tum mortẽ potest recipere.quoniã si vera magis placent quàm speciosa nomina,quid aliud pestẽ licet dicere,quã mortẽ aëris malũ suũ diffundentis in animãtiũ pernitiẽ?de igne quid opus est multa dicere?destitutus alimento confestim extinguitur,claudus si poëtis credimus,& ex seipso genitus.ideo subnititur incensa materia,qua durãte durat,deficiẽte disperit.idem aiunt accidere draconibus Indiæ.subrepere illos elephantis vastis beluis,ac terga ventrémq;,totum nexu obuoluere,móxque aliqua vena aperta bibere sanguinẽ exsugendo & exsorbendo auidè.illos verò aliquãtisper resistere subsultaréq; anxios,& latera pulsare promuscidè si quo modo queant draconũ vim depellere,sed deficiẽte vitali spiritu non posse salire diu:stare tantùm & cutem concutere.paulò pòst deficientibus etiã cruribus exhalare animã.quibus collapsis etiam interẽptores eorũ vnà perire ad hunc modum. Dracones absumpto alimẽto conãtur nexus illos suos dissoluere,& expedire se cupiunt:sed elephãtorum põdere premuntur grauiter,præsertim quoties inciderũt

in terram saxosam & solidam. Torquentes enim se & nihil nō tentantes vt dissoluātur, nihil proficiunt tanta mole tardante: donec post multos conatus irritos destituuntur viribus, & velut rupis parietí sve ruina occupati, ne caput quidem valent attollere, atq; ita suffocati pereunt. Quòd si partes mundi corrūpuntur singulæ, liquet ipsum quoque compositum ex his non esse incorruptibilem. Restat quarta ratio diligenter excutienda. Si mundus (aiunt) esset sempiternus, æterna essent & animalia, præsertim humanum genus, vt cæteris præstantius. at hunc videri, serò genitum, siquis rerum naturam examinet. est enim probabile, imò necessarium, vnà cum hominibus artes fuisse æquæuas ipsis: non solùm quia his est familiare compendium earum, verumetiam quia sine his nō licet viuere. Videamus igitur singularum tempora, omissis tragicorum fabulis, num æternus sit homo aut aliud quodvis animal, quando ne loca quidem in quibus degunt, æterna sunt, terra, aqua, aër: vnde apparet mundum esse corruptibilem. Sed occurrendum est his argutationibus, ne quis imperitior cedat temerè, & inde incipiendum contradicere, vnde sophistæ cœperunt decipere. Terra (aiunt) non fuisset inæqualis & aspera, si mundus æternus esset. Cur ô boni? potest enim responderi, prominentias ipsas montium nil differre ab arboribus: & quomodo ille certis temporibus nunc frondent nunc amittunt folia, rursúmq; repubescunt: vnde illud poëticum:

Quorum hæc ventus humi fundit, rursum illa virescens
Profert sylua, simul veris iam afflauerit aura.

sic de montibus quasdam partes defringi, & rursum adnasci alias. sed hæc incrementa vix tandem deprehendi, quòd arborum natura sit velocior, & augescat celerius: montes verò tardius, & ideo non nisi tardè augmenta eorum sentiantur. Videntur isti nescire quomodo ipsi sunt geniti, alioqui fortasse tacerent. Sed quid vetat eos admoneri? præsertim non è nostra, verùm è priscorum sapientum sententia, qui nihil scitu dignum inscrutatum reliquerunt. Quando ignis ille terræ inclusus suapte vi sursum fertur, ascendit ad locum sibi proprium: & quoties ei datur interspirare, secum rapit plurimum terrenæ substantiæ, conuerrens externè quantum potest: quæ deinde aut propius consistit, aut procedit vlterius, donec in summum apicata fastigium, acutum ad formam ignis attollit verticem. sit enim tunc quædam violenta rerum grauissimarū & leuis

leuissimarum contentio, naturaliter discidentium, dum vtræq; suum locum petunt, & concitantur ipso certamine. siquidem ignis terram secum trahens degrauatur eius pondere: terra verò deorsum vergens ab igne cælum petente subleuatur, atque in sublime attollitur, & vi maiore propulsa versus ignis domicilium tandem subsistit. Quid igitur mirum si montes tanta vi sustentati non sunt absumpti impetu imbrium, cùm illam ineluctam & tam solidè insultam haberent. Solutis enim vinculis quibus continentur, verisimiliter putarentur posse dissolui aquarum violentia: sed quoniam ignis vi adstringuntur, solidiores sunt quàm vt nequeant pluuias aquas sustinere. Hactenus contra hoc argumentum de terræ superficie, quo quidam volūt euincere, mundum vt genitum, ita etiam esse corruptibilem. Ad illud autem quod de maris incremento adferunt, respondere possumus, Non esse considerandos solos exortus insularum, aut si quæ terræ portiones olim inundatæ, processu temporum continenti sunt redditæ: id enim nihil ad naturæ cognitionem facere, nisi veritatis studio disquiramus etiam effectus contrarios, quantum terrarum non modò in ora, verumetiam procul à mari absorptum sit, obrutúmq; pelago enauigetur onerariis. ignoratis celebrem de Siculo freto historiam, quomodo Italiæ continenti Sicilia quōdam adnexa fuerit? sed cùm vastū vtrinq; mare violentis incitatum concurreret, medium spatium ruptū & inundatum est, vnde Græci vrbem in proximo sitam nominauerunt Rhegium, mutatis rerum vicibus. nam maria prius disiuncta confluxerunt in vnum: terra verò quæ in medio continuabatur, interuentu freti scissa est, & Siciliam continenti abruptam fecit insulam. aliæ quoq; multæ ciuitates mari oppressæ deletæq; feruntur, & in his tres Peloponnesiacæ, Aegira, Bura, Helice, quondam fortunatæ, vndis absumptæ vnà cum ipsis mœnibus. Iam verò Atlantis insula, maior quàm Asia simul & Africa, vt Plato in Timæo prodit, intra vnius diei noctisq; spatium ingenti terræ motu inundationéq; mersa in mare mutata fuit, non quidem nauigabile, sed cœnosum voraginosúmq;. Ergo nihil ad mundi corruptionem facit istud fabulosum maris detrimentum: quod vt apparet, aliubi crescit, decrescit aliubi. oportet autem non alterum tantum horum accidentium considerare, sed vtrunq;, atq; ita demum pronuntiare sententiā: sicut legitimi iudices in causis ciuilibus vtrasque partes prius examinant. Tertium argumentum seipsum coarguit, quando-

quidem non rectè proponitur. non enim cuiuscunque partes omnes corrumpuntur, id corruptibile est, sed cuius omnes partes simul & semel corrumpuntur eodem tempore: quoniam etiam hominem præciso digito nihil vetat viuere: quòd si totus membratim frustatímq; concidatur, confestim interit. eodem modo si vniuersa simul elementa delerentur eodem tempore, fatenda esset mundi corruptibilitas. at dum singula seorsum in naturam vicinam alterantur, immortalitatem magis quàm corruptionem adipiscuntur, iuxta illud philosophicè dictum à tragico:

Genitum nihil emoritur:
Sed transpositum vltro citróq;,
Formam priorem alterat.

Stultissimum autem est de genere humano coniecturam ex artibus sumere. nam siquis hanc tam absurdam rationem sequatur, valde nouum mundum asseuerabit, vix ante mille annos conditum, quando inuentores scientiarum duntaxat quorũ nomina sint prodita, non excedunt hunc annorum numerũ. quod si libet dicere artes æquæuas hominũ generi, nõ temerè id asserendum est, sed ex naturali historia. ea verò quid narrat? corrumpi res terrenas, nõ vniuersas simul sed pleraſq;, duabus de causis præcipuè, aquæ ignísq; nimia violentia. nam vtriusq; vehemẽtes impetus fieri alternis vicibus post reuoluta multa secula. & quando ingruat exustio, ex æthere deorsum ferri flumina ignea, quæ deriuata discurrant per diuersos tractus orbis habitabilis. è diuerso per diluuium naturam humidã vniuersam ruere in terras, stagnare torrentes perennésq; fluuios, atq; etiã lacus ac maria tumescere, perruptísq; aut superatis riparũ aggeribus, in magnam altitudinem excrescere: occupatísq; campestribus locis omnibus, primùm in vastos sinus diffundi, vergente aqua in cauitates vallium: dein disruptis terrarum angustiis hos ipsos dirimentibus, omnia confundi in vnam immensam colluuiem. atq; ita diuersa vi perire habitatores nunc horum nunc illorũ terræ tractuum: igne quidem monticolas inaquosa tenentes, carentésque naturali contra incendia remedio: rursum aqua, fluuiorum, lacuum, marísq; accolas. vicinos enim aut solos aut potissimùm infestari calamitatibus. ita duobus his modis absq; infinitis aliis casibus leuioribus, cùm maximæ partis hominum interitu artes quoq; necessariò deficere. nam nisi tractetur, non licet inueniri vllam scientiam. quãdo autem publicæ

publicæ illæ pestes se remiserint, ita vt hominum genus vires paulatim recipiat, & è reliquiis cladi superstitibus ceu repullulet, tũc artes quoq; instaurari, nõ tum primũ prouenire, quæ pre paucitate se tractantium ad rariratem miram peruenerãt. Hactenus quæ de incorruptibilitate mundi accepi, vt potui prodidi. quid autẽ singulatim contradici queat aliàs demõstrabitur.

PHILONIS IVDAEI, In Flaccum.

SECVNDVS post Seianum Flaccus Auillius Iudæos ex insidiis adortus est, cũ infestare totam gentẽ, vt ille, nõ valuisset, videlicet minus quàm alter ad hoc instructus. quotquot autem potuit, vniuersos cladibus affecit grauissimis. imò cùm videretur partẽ eorum exagitare ac persequi omnibus vbivis terrarum degẽtibus molitus est pernitiem arte magis quàm viribus. hominibus enim sæuo tyrannicoq; ingenio natis vaframẽta pro viribus ad nocendum sufficiunt. Flaccus iste receptus à Tiberio Cæsare in amicorum cohortem: post Seueri obitum Aegypti prẽfidis, ei regioni & Alexandriæ fuit præpositus, vir, vt iudicabatur ex edito initio magistratus specimine, honestissimus. erat enim in sua functione assiduus, prudens consiliis, & in his exequendis industrius: in summa, vel nemine indicante quidvis sentiebat sagaciter. itaq; breui negotiorum Aegypti euasit peritissimus, varia sint licet multipliciáque, ita vt vix pernoscantur ab his qui totam ætatem eis impenderunt. superuacua iam erat turba scribarum, cùm parua æquè ac magna exactè ipse teneret, tantò melius, vt ad ostentationem diligentiæ vltro doceret eos à quibus modò didicerat. verùm ista quæ ad accipiendas reddendásq; rationes pertinent, vel ad dispensationem redituum, tametsi necessaria, nullum specimen ostendunt animi digni qui præsit aliis: sed quæ magnificam regiámque declarant indolem, elucebant manifestius. gerebat se pro dignitate, fastu non indecoro nec inutili magistratui. grauiores causas iudicabat cùm optimatibus, superbos deprimebat, vetabat cœtus promiscuę multitudinis, sublatis etiam sodalitiis quæ prætextu sacrorum vacabant

mero & crapulæ,contumacibus ſeuerus ac rigidus.deinde indu ctis in vrbẽ totámq; regionẽ bonis legibus, ſeorſum recẽſebat copias,deligens,ordinans,exercénsq; pedites,equites ac velites cum ſuis ducibus,curánsq; ne quis miles fraudatus ſtipẽdio cõ ferret ſe ad rapinas ac latrocinia,vt'q; ſinguli occupati muniis militaribus de cætero non ſatagerent, memor pacis rationem habẽdam præcipuam ex mãdato principis. Dicat aliquis:Heus tu,accuſatorem profeſſus,omiſsis criminibus,lõgam producis laudum ſeriem.ſatin ſanus es? Non inſanio bone vir,non ſum tam fatuus,vt non videam quid deceat.Laudo Flaccũ, nõ quòd inimicus laudandus ſit,ſed quo apertius noſcatur eius malitia. nam qui per ignorantiã peccat,meretur veniam. qui verò prudens ſciénsq; facit iniuriam,excuſationẽ non habet,prædamnatus iudicio conſcientiæ.Cùm enim in ſex annos accepiſſet prouinciam,per quinq; priores viuo Tiberio Cæſare pacẽ ſeruauit tanta conſtantia,vt ſuperiores præſides omnes vinceret.vltimo autem anno poſt obitum Tiberij Caio admoto ad habenas imperij,iam remiſsior ſinebat peſſum ire omnia,ſiue ob luctũ defuncti Cęſaris amiciſsimi,quem perpetuo mœrore lacrymisq; continenter manãtibus proſequebatur:ſiue quòd ſucceſſori male vellet,quippe propenſior in germanum filium quàm in adoptiuum:ſiue quòd eſſet vnus ex his quorum inſidiis Caij mater delata perierat,propter metum diſsimulatus:aliquantiſper tamen reſiſtebat dolori, non omnino ceſſans ab adminiſtratione reipub. vt verò audiuit Tiberij nepotẽ,Caij cõſortẽ,ipſo iubente interẽptum,perculſus caſu grauiſsimo,humi proſtratus diu mutus iacuit paſſus animi deliquium. viuo enim adoleſcẽtulo ſpes ſalutis nõ omnino extincta fuerat, defuncto autẽ etiam de ſua incolumitate actũ exiſtimabat, niſi q̃ modicũ quiddã eius ſpei ſupererat in Macronis amicitia, qui nihil nõ apud Caium recens imperium adeptũ poterat,quippe qui præcipuus(vt fertur)autor principatus atq; adeò ſalutis fuit: quia ſæpenumero Tiberius decreuerat è medio tollere Caiũ vt malitioſum & indignum prĩcipatu:ſimúlq; ab eo nepoti ſuo metuebat, ne fortè ſe defuncto ille quoq; mactaretur inſuper, & fieret ſuæ mortis acceſsio.ſed Macro nunquã nõ eximere conabatur eis ſuſpitiones huiuſmodi, laudãs Caium vt ſimplicem & minimè fucatis moribus iuuenem,adhæc ſui patruelis amantiſsimũ,cui libenter vel totum prĩcipatum cederet,vel partem eius potiorẽ, qua ſpe ille deceptus, inimicum infenſiſsimũ reliquit & ſibi & nepoti

poti & familię,& deprecatori Macroni,deniq; omnibus mortalibus.nam cùm eum Macro à recta via deflectentẽ & impotenter ſeruientẽ ſuis cupiditatibus reuocaret admonerétq;, ratus eſſe priſtinũ illum Caium,dũ Tiberius viueret mitẽ obſequentẽq;:miſer dedit extremas pœnas amicitiæ nimiæ funditus exciſus vnà cum vxore atq; liberis, tanquã onus & impedimentũ ſuperuacaneũ.quoties enim eum procul aduentantem videret, ſic præſẽtes alloquebatur:ne rideamus,ſumamus vultus ſerios, magiſter adeſt moroſus,imperatoris adulti nouus pędagogus, quãdo tẽpus ipſum ablegauit illos veteres.Poſtquã igitur Flaccus hũc quoq; in quo reliqua ſpes fuerat,interfectũ audiit,omnino collapſus nõ amplius res moderari valebat,deſtitutus viribus animi.cùm enim magiſtratus impos regendi ſit, neceſsũ eſt cõtumaces reddi ſubditos,pręſertim qui ſunt natura irritabiles.quo in genere primas ferũt Aegyptij, è minima ſcintilla ſueti magnas ſeditiones accendere.cùmq; hęreret inops cõſilij, trepidabat & mutabat priora inſtituta omnia, ipſe mutatus in deterius,cœpitq; à familiariſsimis.vt enim quiſq; fuit ei cõiunctiſsimus,ſuſpectus repellebatur:eos verò quos prius pro cõfeſſis inimicis habuerat,cõciliatos adhibebat omnibus conſultationibus:at illi pertinaciter irati,& verbis tantũ ſimulantes fœdera,alebant re ipſa odiũ:ac velut in theatro fingẽdo amicitiã, totũ in poteſtatẽ ſuam redegerunt.atq; ita ipſe factus eſt è præſide ſubditus,illi cõtrà è ſubditis rectores, autores decretorum inutilium,quæ ipſi mox obſignabant.executores enim erant omnium conſiliorum.illum tãquam mutam in ſcena perſonam aſſumendo prętextus gratia,quod magiſtratũ gereret.Dionyſij quidã popularis auræ captatores,Lampones ſcribæ ſedentarij, Iſidori ſeditionũ incentores,inuentores curioſi rerum malarũ, ciuitatis perturbatores,& vt vulgò vocantur,Taraxipolides.hi omnes coniurati decreuerunt contra Iudæos decretum duriſsimum,tum priuatim Flaccum aggreſsi eum ſic compellant:Periit tua ſpes Tib. Nero iunior,periit etiã cui poſt hũc maximè fidebas,Macro amicus,imperator verò tibi parũ ęquus eſt:oportet nos aduocatum potentem quærere,qui tibi Caium reconciliet,is aduocatus erit Alexãdrina ciuitas,ſemper apud Auguſti familiam in honore habita,præcipuè verò apud præſẽtem noſtrum dominum.ſuſcipiet autem aduocationem,conſecuta à te aliquod beneficiũ.ſed nihil potes illis gratius facere, quã ſi eos ſinas in Iudæos ſæuire. tũ præſes cũ debuiſſet eos vt turbatores

pacis & publicos hostes reiicere,subscripsit eorum sentẽtiæ.Ac primùm quidem occultè insidiabatur,nec pariter cognoscẽs lites partium, sed in alteram propensior, nec ius æquum habere sinens in cæteris:imò quoties Iudæus aliquis accederet,auersabatur hos solos data opera:deinde propalam se inimicũ declarauit. hanc eius nõ tam natiuã quàm adscititiam insolentiam, auxit etiam casus quidã huiusmodi.Caius Cæsar Agrippæ Herodis regis nepoti regnũ dedit auitæ ditionis partem tertiam, quamPhilippus noui regis patruus possederat.Discedenti autẽ in suum regnum suasit, ne à Brũdisio solueret petiturus Syriã, quòd ea nauigatio longa esset ac difficilis:vteretur potius compendiaria per Alexandriam,expectatis eteſiis.aiebat enim Aegyptias onerarias celerrimas, & gubernatores harũ egregios, qui more aurigarum certantiũ rectum cursum teneant. Paruit ille vt domino consulenti vtilia, cúmq; descendisset Puteolos, & naues Alexandrinas in portu paratas ad soluendum inuenisset prospera nauigatione vsus post paucos dies inexpectatus & improuisus appulit: iussis gubernatoribus,cúm sub vesperam Pharus se proferret,vela contrahere, & ibi circa ipsum in salo manere vsq; crepusculum,ac noctu demum portum subire, vt exscẽdens omnibus iam dormientibus, nemini cõspectus perueniret ad suum hospitẽ.tanta ille venit cum modestia, volens si fieri posset,omnibus insciis vrbe excedere.non enim visendæ huius causa venerat, quã ante adierat Romam nauigaturus ad Tiberium,sed quærebat cõpendiosum ad suos reditum. At Aegyptij rumpebãtur inuidia, quod ipsis est natiuumvitium & alienam felicitatem suum interpretabantur infortunium: tum etiam ob inuereratã cum Iudæis simultatem ægrè ferebant extitisse Iudæorum regem quẽpiam.haud aliter quàm si ipsi auito regno exturbarentur singuli.rursúmq; miserum Flaccum familiares iritabant, incitãdo ad eandem inuidiam his vocibus: Tua pernities erit hic a luena.maiore quàm tu splendore ac fastu septus est.omnes in se conuertit spectantes satellitiũ argenteis clypeis& inauratis armis nitidum,&quid opus erat venire in alienam prouinciam,cùm posset in suam ditionẽ tutò deduci classibus? nam etiamsi Caius permitteret,atq; adeò cogeret, debuerat deprecari hanc profectionem,ne sua felicitate officeret præsidi,suo splendore obscurando eius gloriã.His ille auditis magis etiam turgebat quàm antea, palam quidem sociũ & amicum simulans,quòd timeret imperatorẽ à quo missus erat: priuat

priuatim autem odium & æmulationem aperiẽs,& ex obliquo eum cõtumeliis appetens,quando id non audebat in faciẽ.nam vrbanam multitudinẽ otiosam segnémq;, nec alia re occupatã quam garrulitate,cõuitiis atq; calumniis,passus est regi maledicere,siue ab ipso præside fuit exortum obloquendi principiũ, siue alios etiã huc impulit per eos qui nõ grauatim offerunt ad talia suum ministerium.qui occasionẽ nacti totos dies traducebant regẽ in gymnasio sermonibus scurrilibus, iactantes in eũ dicteria.nõnunquam etiam mimographorum & id genus poëtarum ludicris carminibus abutebantur ad prodendã obscœnitatẽ ingenij, ad talia magis quàm ad honestas artes prõpti ac dociles.alioqui præses indignatus obiurgasset mulctasséq; arrogantẽ maledicẽtiam.imò etiã si rex nõ fuisset,familiaris tamen Cæsaris, nõ debuerat habere aliquod honoris priuilegiũ? quæ certè argumẽta sunt manifestissima,Flaccũ eius maledicẽtiæ fuisse conscriũ. nam qui castigare,aut saltem cohibere valẽs non cohibuit,satis apparet quòd pmiserit. Vbi verò vulgus incõpositum occasionẽ peccandi accepit, non facilè desistit nouis erratis priora cumulãs. Erat quidam insanus nomine Carabas, non ex illo conspicuo furiosorum genere,sed leuiore correptus insania.is interdiu noctúq; nudus oberrabat p cõpita, nec æstũ nec frigus deuitans,puerorum & adolescentum ludibriũ.hunc miserum propulsum ad gymnasium in superiore loco statuũt, vt spectari posset ab omnibus. móxq; capiti diadema imponũt papyraceum, pro paludamento corpori stoream induunt, pro sceptro frustum harũdinis humi sublatum quidam ei dedit in manum.Sic ornatum regiis insigniis,& in regẽ trãsformatum more histrionico,adolescentes perticas in humeris gestãtes stipabant pro satellitio:tum alij salutatũ accedebant,alij sibi reddi iura petebant,alij cõsulebant eum de republica,post hæc acclamatum est à circumstantibus,magna voce marim appellãti bus,quod nomen Syris significat dominum,norãt enim Agrippã Syrũ genere,& regnare in bona portione Syriç.His auditis, imò visis Flaccus,cùm debuisset illum insanũ conijcere in carcerem,ne illusoribus præberet materiam petulãtiæ:atq; etiam ipsos subornatores,quòd regẽ Cæsaris amicũ, à senatu Romano honoratũ ornamentis prætorijs, ausi sint apertis obliquisq; cõtumeliis lacessere:non solũ eos non castigauit,sed ne cohibere quidẽ dignatus est,licentiã dãs malitiosis & inuidis,& quicquid videbat audiebatq; dissimulans.Quod vbi sensit populus, non

non dico vllum ciuilẽ & bene moratum, ſed vulgus curioſum, otio ſegnitiæq; per totam vitam deditũ, tumultibus omnia miſcere ſolitum, aggreſsi rem inſidioſam, cõfluxerũt ſummo mane in theatrũ, redẽpto iam Flacci fauore, quẽ ille miſer ambitione corruptus vẽditabat nullo reſpectu ſecuritatis vel ſuę vel publicæ: & vnanimiter cõclamaueruut, dedicandas eſſe in proſeuchis ſtatuas, petentes licentiam nunquã prius auditi facinoris. Quod intelligẽtes (ſunt enim ad nequitiam ingenioſiſsimi) commenti ſunt ad prætextum nomen Cæſaris, quod hunc non liceat in ius vocari. Quid igitur tũ egit præſes prouinciæ? cùm ſciret ciuitatẽ habere incolarum duo genera, noſtros homines, & illos alteros, totámq; Aegyptum ſimiliter: & quòd nõ minus quàm decies centena milia Iudæorum habitent Alexandriã totâmq; regionem quãta patet à Catabathmo Libyæ vſq; ad terminos Aethiopię: & hunc conatũ aduerſari his omnib⁹ nec eſſe è rep. moueri patrias cõſuetudines, neglectis his omnibus permiſit dedicationẽ fieri, cùm liceret ei pro poteſtate afferre plurima remedia, vel ſaltem expedire amica cõcilia. at ille vt iniuriarum conſcius ac ſocius, quò plus poterat, eò magis ſeditionẽ accẽdebat, & quantũ in ſe fuit, orbem repleuit bellis ciuilibus. nec enim obſcurum erat, quòd fama occupatarũ proſeucharũ apud Alexandriam exorta ſpargenda eſſet per omnes Aegypti præfecturas, inde propaganda ad gẽtes orientales: paritérq; ab ora maritima & Mareotide, quod eſt initiũ Libyæ, vſq; occidẽtem & nationes tractus illius. Iudęos enim vna regio non capit propter hominũ multitudinem: quamobrem plurimas ac fortunatiſsimas vrbes in Europæ Aſięq; prouinciis ac inſulis incolunt, pro metropoli habẽtes ſanctam ciuitatẽ in qua templum altiſsimo Deo ſacratum eſt: auitas autẽ proauitásq; ſedes colentes tãquam patriam, vbi nati educatiq; ſint. in quibuſdã etiam mox vt conditæ ſunt immigrarunt, in cõditoris cuiuſq; gratiã. & metuendum erat ne per hanc occaſionem Iudæi vbiq; molestarentur à ſuis ciuibus, ſiquid nouaretur circa proſeuchas & ritus patrios. Et quia res adeò non contemnenda commouere poterat eos, quamuis ingenij pacati homines, non ſolùm quoniã vbi de religione, ibi de vita quoq; agitur: verumetiã quod ſub cælo cùm proſeuchis adimebatur pietatis erga benemeritos facultas per iniuriam quavis morte grauiorem, nõ habẽtibus ſacra loca vbi declararẽt ſuam gratitudinem: dicere poterãt aduerſariis, Non animaduertitis hoc pacto vos honorem auferre dominis

dominis magis quàm tribuere. vbiq; Iudæi habent proſeuchas ſuæ pietatis erga familiam auguſtã publica domicilia, quibus ſublatis quem nobis alium modũ eos honorãdi relinquitis? ſi enim eos qui nos ſinũt noſtro iure viuere, neglexerimus, extrema pœna digni erimus, nõ referendo eis parem gratiam. quod ſi nobis licet frui patriis legibus ab Auguſto quoq; approbatis, neſcio quod noſtrũ paruũ magnúmve delictũ ſit, niſi quis vitio vertat quòd nõ vtro legẽ violamus, & ad externos ritus deſciſcimus, quod ſcelus ſæpius expiatur autorũ capite. ſed Flaccus tum dicenda ſilendo, tum ſilenda dicẽdo, nobis erat iniquus, qd illi quibus gratificabatur, quomodo affecti erãt? num honorare volebãt Cęſarẽ? ſcilicet deerant fana in vrbe, cuius pleræq; partes opportuniſsimæ ſacratæ ſunt, vbi ſtatuas quaſcunq; liberet ponerent. imò techna fuit hæc hoſtiliter inſidiantiũ, vt lædẽdo non viderentur iniuriam facere, læſi verò non poſſent tutò reſiſtere ſe moleſtantibus, niſi fortè ad imperatoris honorem pertinet, leges abrogari, patrios ritus antiquari, vicinis nocere, cõcordiæ perturbandæ exemplũ præbere aliis quoq; ciuitatibus. Ergo poſtquam is contra legem conatus viſus eſt præſidi ſuccedere, proſeuchas tollenti, vt ne nomen quidem reliquũ ſineret, rurſum aggreſſus eſt omnia noſtra inſtituta peſſũ dare: vt his abſciſis quibus ſolis noſtra vita ſuſtinetur tanquã ſacra anchora, adẽptóq; iure ciuitatis, in calamitates inſiderem⁹ maximas, deſtituti omni præſidio. poſt paucos em̃ dies edictũ propoſuit, in quo nos appellabat inquillinos & exteros, ne cauſæ quidem dicendæ poteſtatẽ faciens, ſed iniudicatos condẽnans: quo quid poſſet eſſe magis tyrãnicum? ipſe ſibi vſurpabat partes, delatoris, inimici, teſtis, iudicis, pœnarum exactoris. Tertium quoq; ſcelus addidit non cõtentus duobus prioribus paſſus quoſlibet in Iudæos tanquã bello captos ſæuire. qui nacti licentiã quid fecerunt? quinq; ſunt vrbis regiones, denominatæ à primoribus literis: harũ duæ dicũtur Iudaicæ, quod in his plurimi Iudęi habitent, quamuis & in aliis nõ pauci ſparſim habeãt domicilia. Quid igitur fecerunt? è quatuor literis expulſos Iudæos cõtruſerunt in vnius partem anguſtiſsimã. at illi quòd plures eſſent quàm vt is locus eos caperet, egrediebantur in littora, & monumenta, & ſterquillinia, exuti rebus ſuis omnibus. inimici verò facto in deſertas domos impetu, prædas tanquã iure belli partas diuidebant, effractíſq; Iudæorũ officinis, quæ tum propter luctũ mortis Druſillæ clauſæ fuerãt: hinc quoq; plurima egeſſe

runt

runt,quæ per medium forũ translata verterũt in vsus proprios. sed minus nocebant rapinæ quàm abrupta negotiatio,cùm creditores amisissent pignora,nec sineretur vllus agricola, nauta, negotiator,opifex exercere artes consuetas.ita non simplex eis parabatur pauperies,vel quòd vna die spoliabãtur suis facultatibus,vel quòd nõ dabatur quæstũ facere more solito. Hæc quãuis permolesta,videbãtur tamen tolerabilia collata cum cæteris.nam paupertas grauis quidem est,præsertim oblata ab inimico,leuior tamen quàm corporis læsio vel minima. at nostri homines tantis afflicti fuerũt calamitatibus,vt si quis dicat eos torměta cruciatúsq; perpessos,minus quàm pro re videatur dicere,& destitui propriis vocabulis propter inauditã sæuitiam: vt ad hanc collata quæ victores in victos hostes iure belli solent perpetrare, existimari possint plena clementiæ.Illi pecunias auferunt & captiuorũ multitudinẽ, sed periclitati de sua libertate suisq; opibus,plurimos etiam sinunt à cognatis amicisq; redimi,si nõ miseratione,moti saltẽ auaritia.quid tũ postea?seruati non putãt sua referre quonã modo sibi salus cõtigerit.tum si quis in bello cadat,sepelitur ab hostibus, vel ipsorũ sumptu, si sint humanitatis æquitatisq; memores. q̃ si odium etiam in mortuos retineãt,licet per inducias repetere corpora, ne vltimi honores eis desint & iusta funebria.hæc sunt in bello cõmercia hostiũ. nunc age inspiciamus quomodo in pace tractati simus ab his q̃ paulò ante esse amici desierãt. Post domos direptas,exactis habitatoribus,atq; ita desolatas partes vrbis pleraſq;,tanquã obsessi vndiq; ab amicis,& oppressi graui rerum victui necessariarũ inopia,inspectãtésq; paruos liberos & vxores ante ora sua fame deficere inducta per aduersarios (nã de cætero felix annona erat vbiq;,& flumẽ stagnationib⁹ iustis arua inundarat largiter,& cãpi frugiferi magnam frumẽti copiam protulerãt)iam egestatis impatientes quidã ad cognatorum & quõdam amicorũ ædes ibant præter solitũ, petituri stipem necessariam.alij generosiores aspernati mẽdicorum fortunam vt illiberalẽ,in forum prodibãt,tãtùm vt sibi suísq; cibos emerent miseri:mox enim à vulgo seditioso correpti sunt occisiq;,corpora quoq; horum per totã vrbem raptata,vt ne ad sepulturã quidem vllum membrũ fieret reliquũ, eadem rabie perierũt & alij plurimi,nouis crudelitatis formis excogitatis per efferatã in mores beluinos plebeculã.nã vbicũq; Iudæi cõspicerentur, aut saxis conjectis enecabantur,aut inflictis fustibus:

bus:nec statim plagis letalibus appetebãtur,ne accelerata morte cito eriperẽtur cruciatibus.alij ferociores abusi præsenti licentia,contẽptis hebetioribus arma sumpserunt efficacissima, ignem ferrumq;,& multos gladiis confecerunt, nec pauciores cõcremauerũt.interdum familias integras,maritos cũ vxoribus,paruulos cũ parentibus in medio foro exurebãt immaniter,nec senium,nec tenerã ætatem miserati, nec eius innocentiam.& quoties ligna deerãt,sarmentis collectis non tam igne quã fumo enecabãt eos,quo diuti⁹ morerẽtur & miserius, quorum cadauera semiustulata cõfertim iacebãt & promiscué,triste horrẽdúmq; spectaculũ:quod si lignatores sarmẽta cõferrẽt tardius,impositos ligneæ supellectili vrebãt eius dominos,sub tracta pretiosiore viliorivtẽdo pro lignis vulgaribus ad rogos extruendos.multos etiã viuos in alterũ pedem fune iniecto trahebant interim insultãdo calcibus, excogitato genere mortis crudelissimo:nec in extinctos remittebãt irã grauius sæuiẽdo in,cadauera,propemodum per omnes vrbis angiportus raptata,donec lacerata cute cũ neruis & carnibus, & frustis sparsim in aspero solo hærẽtibus,minutim cõcerperentur. Interea quidam eorũ tanquã in theatro se indolescere simulabant ad talia spectacula.cæterùm qui verè dolebãt suorũ vicem cognati amici q;,confestim pœnas dabãt,intẽpestiuæ, vt inimicis videbãt, misericordiæ,arreptíq; flagris cædebãtur & post omnia tormẽta quæ poterãt excipere corporibus,tandẽ in crucẽ agebantur. Postquã autẽ Flaccus perfodit omnes Iudęorũ parietes,& nihil intentatũ reliquit in eorũ pernitiẽ, immane quiddã cõmentus est inuentor nouarum semper iniuriarum.nam è senatu nostro quẽ Augustus seruator optimẽ de nobis meritus instituit ceu publicũ Iudæorũ cõsilium,missis super ea re literis ad Maniũ Maximũ designatũ Aegypti præsidẽ,trigintaocto comprehensos in suis priuatis ædibus cõfestim vinciri iussit:traductósq; egregia põpa per mediũ forũ senes reductis in tergũ manibus, ligatos partim loris,partim catenis ferreis,induxit in theatrũ, spectaculum miserabile,nec illi tempori aut loco debitum,statutósq; corã inimicis eorum sedentibus,ad maiorem ignominiam iussit nudatos flagellari tãquam scelestos & nocentissimos,vt concisi verberibus aliquot mox vt inde sunt elati exhalarint animã,reliqui desperata salute cum dinturno morbo cõflictati sint.quod facinus etsi aliàs deprehẽsum est, nihilomin⁹ hic quoq; declarabitur.Ex dicto senatu tres,Euodius,Triphon,

Andron

Andron,bonis ſpoliati fuerãt, direptis eorũ ædibus vno impetu,nec id latuit præſidem,didicerat enim accitis noſtris magiſtratibus,quaſi acturus de cõcordia.& tamẽ quamuis ſciret ſpoliatos fuiſſe,verberabat in conſpectu eorũ qui ſpoliarãt:vt alteris calamitatẽ geminaret addito ad paupertatem cruciatu corporis:alteri duplicẽ voluptatem caperent ex conceſsis ſibi alienis opibus,& inimicorum ignominia.dicam paruum quiddã, quod an inter tanta mala dicendũ ſit dubito,ſed quãuis paruũ, non paruam tamen indicat malitiam.Eſt in illa vrbe flagrorũ differentia pro eorum cõditione qui cæduntur.aliter Aegyptij flagellantur ab aliis,Alexandrini verò virgis cæduntur ab Alexandrinis lictoribus,quos vocãt Spathephoros. hũc morem & in noſtris hominib⁹ ſeruarũt ſuperiores præſides,& ipſe quoq; Flaccus primis magiſtratus ſui temporibus:eſt certè & in pœna paruũ quoddã ſolatium,& in cruciatu remiſsionis nõnihil, quando res ita vt ſunt ſinũtur,nec augetur malitioſẽ moleſtia: ſed cùm accedit odiũ,nihil æquitatis relinquitur.an-non igitur fuit iniquiſsimum,cùm de plebe Alexandrina Iudęi liberalib⁹ & ciuilibus flagris punirenrur,ſiquãdo viderentur commeriti, magiſtratus ſenatorésq;,honoratos vel ipſis appellationibus, hac parte inferiores haberi ſuis ſubditis,& exæquali Aegyptiorum obſcuriſsimis,maximorũ flagitiorũ pœnas luẽtibus corpore?omitto dicere,q⁹ etiã ſi peccaſſent grauiſsimè, debuerat habere tẽporis rationẽ atq; reuerẽtiam , & differre mulctationem in aliud.nam bonis præſidibus,& rectè non inſolenter adminiſtrãtibus rempub.mos eſt in neminem damnatũ animaduertere,donec ſolennes celebritates natalitiáq; auguſtorum feſta prętereãt.at ille per eos ipſos dies iniuſtis pœnis affligebat homines innoxios.an-nõ poterat poſtea,ſi voluiſſet,eaſdem ab illis exigere?ſed properabat vrgebátq; negotium, vt turbis aduerſariorũ gratificaretur,ratus eo modo ſe imperaturum eorũ fauorem ad exequenda conſilia quæ agitabat animo.atqui noui quoſdam iam crucifixos , inſtante tali feſto de cruce depoſitos,& ad ſepulturam ex more cognatis redditos:quãdoquidem decebat vel ad mortuos redire aliquẽ fructũ ex imperatorisna talibus,ſimúlq; celebritati ſuũ ſacrũ honorẽ ſeruari. at iſte nõ mortuos deponi de crucibus,ſed viuos crucifigi iubebat.quib⁹ ipſum tempus non quidem abſolutionẽ,breuem tamen dabat veniã,& pœnæ procraſtinationẽ.nihilominus ante flagellabatur in medio theatro,& igne ferróq; torquebantur,ſpectaculis diſtri-

diſtributis.ad hunc modũ.Manè vſq; horã tertiam quartámve Iudæi flagellabantur,ſuſpendebãtur,rotis alligabantur,damnabantur,per mediam orcheſtrã ducebantur ad ſuppliciũ.deinde poſt hæc tam præclara exempla edita inducebantur ſaltatores, mimi,tibicines,aliáq; ludicra ſcenicorũ certaminũ.quid multis?excogitata eſt ſecũda vaſtatio,vt militaris quoq; multitudo in nos armaretur per occaſionem nouæ calumniæ,quaſi Iudæi haberẽt arma in ædibus.Accitus igitur à præſide Caſtus cẽturionum fidiſsimus,iubetur aſſumpto è ſua cohorte audaciſsimo quoq; in domos eorũ irrũpere,ſcrutariq; num quid armorum ibi lateat.properauit ille mãdata exequi. at Iudæi nõ prẽmoniti primũ obſtupuerũt,vxoribus & liberis eos cõplectentibus & effuſis in lacrymas metu captiuitatis. hoc enim malum expectabãt reliquũ.Vt verò audierũt à quodam è ſcrutatoribus quo repoſuiſtis arma?paulùm reſpirarũt,& intima quæq; aperientes oſtendebãt,partim læti partim gemẽtes:læti quia coarguebatur calũnia:ſolliciti primũ quia tantæ calũniæ tam facilè cõtra eos vel fingerẽtur vel crederẽtur : deinde quia mulierculæ incluſæ,nunquã è cõclaui egredi ſolitæ,& virgines præ pudore declinãtes aſpectũ etiam familiariũ,tunc nõ ſolùm ignotis,verumetiã militari ferociæ ſpectabantur pauidæ.nihilominus accuratè facta ſcrutatione,nõ inueniebãtur iſta quæ ſolent eſſe in armamẽtariis,galeæ,lóricę.clypei,cõti,gladij, neq; baliſtæ,arcus,fondæ,ſagittæ,iacula,imò ne cultri quidẽ apti quotidianis culinæ vſibus. Vnde ſtatim apparuit victus ſimplicitas, nihil delicatũ aut magno emptũ in cibos admittẽtium, ex qualibus ferè naſcitur ſaturitas,& ex hac porrò petulãtia, malorũ initium.Quin & Aegyptiis paulò antè arma dẽpta fuerant per Baſſum quẽdam à Flacco iuſſum id curare.ſed tum videre licebat magnũ nauium numerũ appuliſſe ad portus fluminis, plenarũ omni armorũ genere:iumẽta quoq; ſarcinaria onuſta faſcibus haſtarũ ab vtroq; latere pẽdentium ad æquilibriũ , tum plauſtra caſtrẽtia plena armaturis penè omnia,trãſuecta militariter vna ſerie præter ſpectãtium multitudinẽ,ita vt explerẽt totum illud ferè decẽ ſtadiorũ ſpatium,quod intereſt inter portus & regiũ armamẽtarium quò vehebãtur.in horũ domos meritò ſcrutatores miſsi ſunt,quòd eſſent ſuſpecti quaſi nõ contẽti præſenti ſtatu res nouas molirentur , & ad defectionẽ ac bellum pararent ſe conſenſu ſeditioſorũ hominum & infamium antea quoq; ſæpius tentatis defectionibus:vt opus eſſet, quem-

admodum sacra certamina instaurantur singulis triennijs, ita in Aegypto euoluto eodē tēporis spatio, nouas armorū cōportationes exigi per præsides eius prouinciæ: vt populi aut ea parare desināt, aut nō multa præparent, paraturi plura si daretur longius tēporis spatiū. Nos verò quid opus erat vexari ad eum modū? quando enim defectionis cōsilio suspecti fuimus? quando à pace alieni visi sumus? studia nostra quotidiana quæstúsq; quos exercemus, nónne reprehensione carēt, & ad concordiam ciuitatis tranquillitarémq; faciunt? scilicet si arma domi habuissent Iudæi, plusquàm quadringētas domos amisissent, vnde bonis direptis exturbati fuerāt. Cur igitur apud eorū spoliatores nulla est facta inquisitio, an arma si nō propria, certè rapta habeāt? Verùm vt iam dixi, totum id negotiū dolus erat Flacci, pertinaciter nobis infensi. & vulgum exasperātis in nos, nō parcendo vel mulieribus. nam non solùm in foro, sed & in medio theatro tāquam captiuæ corripiebantur, & ob quamvis calumniam in scenam trahebantur nō sine grauissimis contumeliis: deindè cognito esse eas alterius generis, dimittebātur. multas enim quasi Iudæas cōprehendebant priusquàm rem diligētius dispicerent, quoties autem nostræ cōperiebantur, ex spectatoribus facti tyrāni & domini, iubebant eis suillas carnes offerri: quas quodcunq; metu tormentorū gustabant, sine alia maiore vexatione dimittebantur. quæ verò sibi tēperabant, tortoribus tradebantur ad cruciatus maximos: quod fuit eximiū argumētum earū innocentiæ. ille tamē non contentus propria potestate, quærebat quomodo imperatore quoq; ad nos infestādos abuteretur. postquam enim omnes honores, quos per leges nostras decernere licuit, Caio exhibuimus, decretū obtulimus præsidi, orantes vt quoniam nō fuit permissum legationē mittere, ipse id per suos nuntios trāsmitteret. Legit ille, annuens ad pleraq; capita. subridénsq; & lætus, aut certè simulans lætitiā: Placet, inquit, mihi per omnia pietas vestra. mittā hæc vt petitis, & legāti fungar munere, vt sentiat Caius vestrā gratitudinē: eróq; testis probè notæ mihi vestræ popularis modestiæ atq; obediētiæ. nihil addendo prætereà. nā veræ laudes sufficiunt. His promissis læti gratias egimus, spe præcipiētes decretū Caio perlectum. nec immeritò. nam quæcūq; per præsides seriò mittūtur. absq; longa mora perueniunt ad imperatoris notitiam. at ille nostrā voluntatē parui faciēs, decretū illud apud se retinuit, vt soli omniū qui sub sole sunt hominū pro inimicis haberemur.

an-non hæc fuerunt multum diúque cogitantis de struendis nobis insidiis, non transuersum temerè abrepti affectu aliquo extemporaneo? sed Deus cui non negliguntur res mortalium, proculdubio fucatas eius adulationes, & illud iniquissimarum cogitationum cōsistorium, quo malitiosis artibus petebamur, non multò pòst misertus nostri prænuenit, & bene sperandi occasionem præbuit. nam Agrippa vbi superuenit Alexandriam, nobis enarrantibus edoctus de insidiis per Flaccum paratis in nostram pernitiem, opem rebus attulit periclitantibus: pollicitúsque velle seipsum id decretum in vrbem transmittere, vt audio transmisit cum excusatione temporis, ne viderentur Iudæi serius æquò suam pietatem erga optimè de se meritorum principum familiam expromere, voluisse illos eam declarare ab initio, sed impeditos fuisse maleuolentia præsidis, quo minus tempestiuè id facerent. post hæc cœpit aduersus illum suas vires expedire adiutrix iniustè oppressorum & vltrix facinorosorum iustitia. primū affectus est noua calamitate atq; ignominia, quali nemo ad eum diem, ex quo in Augusti familia stabilitum est terræ marisq; imperiū. Nam sub Tiberio patréq; huius Cæsare aliquot præfecti qui prouincias sortiti potestatē legitimā in tyrannicā potentiam verterāt, cùm subditas ciuitates diuexassent malis non ferēdis, corruptelis, rapinis, innocētum exiliis, indemnatorum suppliciis, Romam reuersi exacto magistratus rempore, postulati sunt repetundarum, præsertim quando legati à prouincialibus ad imperatorem eos accusaturi mittebantur. Tunc enim æquos se præbendo iudices, & auditis examinatisque partibus, de nemine iniudicato ferebant sententiam, nec in gratiam nec odium pronuntiando, sed quod iustum videretur. At Flaccum in ipso magistratu inuasit infensa malis viris iustitia, irritata nimiis eius iniuriis & iniquitatibus. Oppressus est autem hoc modo. Putabat iam Caium depositis suspicionibus placatum, vel per epistolas plenas adulationibus, vel propter prolixas conciones sæpe in laudem eius apud populum Alexandrinum habitas, vel quia maiori eius populi parti probabatur. Sed fefellit eum sua opinio. infirmæ sunt enim spes hominum malorum, contra quam sibi pollicentur infortunium se dignum incurrentium. Misit enim Caius Bassum centurionem cum cohorte sua ex Italia. Is conscenso nauigio celerrimo post paucos dies non longè ab Alexandrina pharo substitit vergente iam die, iussis

nautis in salo solis occasum expectare, vt improuisus adforet, ne Flaccus præsentiens motu excitato re infecta se abire cogeret. crepusculo verò nauis appulit, & Bassus postquã cũ suis exscẽdit, pergebat vlterius ignotus & neminẽ noscitãs, donec inuento quodã milite qui obibat vigilias, iussit indicari sibi ẽdes præfecti militũ. cũ hoc enim volebat secretũ cõmunicare, vt si opus esset maiore manu, haberet sociũ. cognito verò eum cum Flacco vocatũ esse à Stephanione liberto Tib. Cæsaris ad cõuiuium, properè ad eas ædes contẽdit. cúmq; substitisset in ꝓpinquo, misit è suis quendã speculatũ, subornatũ seruili habitu ne quis fraudẽ sentiret. is obrepsit cõuiuio mixt⁹ cæteris seruitiis, & diligẽter cõsiderata perspectàq; Basso renũtiauit omnia. qui vbi cognouit incustodirũ vestibulũ, & Flaccũ decẽ aut ad summum quindecim comitatũ mãcipiis è ministris domesticis, dato signo suis cursim irrupit. pars militũ discũbentẽ ex improuiso circũstitit, propinantem cuidã, & cum cõuiuis agentẽ comiter. Sed postquã Bassus in mediũ prodiit, ad primũ eius conspectum attonitus obmutuit: cúmq; vellet surgere, vbi se circũuentum animaduertit, intellexit priusquã audiret Caij voluntatẽ, quid mandatũ sit militibus, quid ipsi mox euenturũ. Sagax eñ est mẽs ad momẽto percipienda etiam quæ nõ conficiũtur sine longiore temporis spatio. cæteri consurrexerunt. quorũ nemo non metu diriguit, timẽs ne pœnas daret eius conuiuij. nam fugere tutum nõ erat, ac ne poterãt quidem occupatis exitibus. illum Bassi milites vt iussum est abduxerũt ex hoc vltimo conuiuio. Oportebat enim eum à foco rapi ad suppliciũ, qui tot innocẽtium domos focis vacuas fecerat. Id quod inauditũ antea Flacco accidit, vt in sua prouincia viuus caperetur hostiliter, propter Iudæos optnor, quos funditus sublatos cupiebat homo vanus & auidus gloriæ. Quod eo verisimilius fit, quia tũ captus est quãdo Iudæi populariter dies festos agũt per autũni æquinoctium in sub dio structis attegiis. quod festũ erat tunc intermissum, magistratibus nostris etiamtũ inclusis carcere post intolerabiles cruciatus ac cõrumelias, plebe verò vniuersa vicem illorum dolente haud secus ac suam, quãuis ne domesticæ quidem calamitates suæ cuiq; deerãt. Tunc enim grauius ferũtur molestiæ quando per eas nõ datur festos dies celebrare, fruiq; tranquillitate ac remissione animi: qualẽ id tempus requirit: sicut ipsũ tũc mœrore opprimebãtur, cuius nullũ inuenire valebant exitũ. Sic dolẽtibus sub onere grauissimo, & domi cõglobat

batis nocturno tempore, quidã nunciarũt cõprehensum hominem. illi rati se tentari falso nuntio, tantò indignius ferebãt ludibriũ quò sibi struerentur insidiæ. Sed postquã tumultus in vrbe ortus est, vigilibus vltro citróq; discursitantibus, & quibusdã equitibus in castra properantibus, aliis è castris in vrbẽ pari festinatione recurrẽtibus, quidã rei nouitate moti ędibus egressi cognouerũt accidisse noui aliquid. Vt verò intellexerũt Flaccũ captũ abductúmq;, tendẽtes manus in cælũ, laudabant Deũ, gratias agẽtes Deo rerũ humanarũ inspectori: dicentes: Non gaudemus Domine pœna inimici, docti tuis sacris legibus cõdolere calamitati hominũ: sed tibi meritas gratias agimus q nostri misertus subleuasti afflictiones cõtinuas, atq; ita noctè tota exacta in hymnis & canticis, summo mane portis effuderunt se in proxima littora. nam prospectus suas amiserant. Ibi in loco purissimo stantes conclamarunt vnanimiter; ô Domine supreme rex mortaliũ & immortaliũ, allegamus terrã, mare, aërem, cęlũ mundũq; vniuersum nostris gratiarũ actionib⁹, quæ sola nobis sunt reliqua: cæterarũ creaturarũ vsum ademerũt homines, pulsis vrbe & vrbanis ædificiis, tũ priuatis, tũ publicis, vt in terris soli ne priuatũ quidẽ haberemus domiciliũ iniquitate præsidis. At tu omnipotẽs, spẽ tandẽ salutis facis his reliquiis, & incipis inuocatus annuere tuorũ precibus: quãdoquidẽ hostẽ totius nostri generis autorẽq; calamitatũ cunctarũ, superbũ captãtémq; his factis nouã gloriam, sustulisti de medio hic in proximo: ne nos afflicti minus voluptatis percipiemus auribus, sed tãtum nõ oculos pascerem⁹ manifesto melioris eũtus præsagio. Huc accessit aliud quiddã non sine diuina, vt videtur, prouidẽtia. Cũ enim orã soluisset hyemis initio (nã oportebat marinis quoq; iactari eum tempestatibus, qui elemẽta omnia facinoribus impiis polluerat) post plurimos labores ægrè delatus in Italiã, cõfestim exceptus est à duobus infensissimis accusatoribus. Lãpone Isidoróq;, paulò antè sæpius ab eis vt subditis salutat⁹ dominus & seruator benemerentissimus. tũc verò sensit eos aduersarios, & quidem non ex æquo, sed longè prævalentes, non modò iure quo fidebãt, verumetiã fauore summi principis ac moderatoris rerũ humanarum, quem videbãt Flacco inimicissimũ, sed tunc sumptuũ personã iudicis, ne videretur eum prædãnare ante iudicium, si non expectata accusatione defensionéq; ob priuatam simultatem ferret in eum capitalẽ sententiam. Nihil autẽ est molestius quàm maiores ab inferioribus, & magistra-

tus accusari à subditis, haud secus quàm si her' reus postuletur à vernis suis aut emptis mancipiis. Fuit tamẽ hoc leue malum collatum ad aliud grauius. Noc enim è subditorũ vulgò accusatores conspirarunt in eum subitò, sed totius præfecturæ tempore his potissimum inuisus fuerat, Lampone etiam accusato impietatis commissæ in Tiberium Cæsarem, & hac causa fatigato per biennium. Nam iudex malicioſè differebat sententiam, vt etiamsi reus absolueretur à crimine, saltem metu incerti euentus impendentis cruciaretur quàm diutissimè, & viram morte grauiorem viueret. imò & postquam euasisse visus est, aiebat se mulctatum facultatibus, quippe qui inuictus præfecturam gymnasij susceperat: siue homo sordidus & illiberalis negabat sibi tantas opes quę huiusmodi sumptibus sufficerẽt: siue minus possidebat, quàm antea præ se tulerat, tandem verò res ipsa declarauit minus pecuniosum fuisse quàm pro existimatione, vt qui præter malis artibus parta nihil haberet. Ab actis enim erat apud præsides, causas promouens ex ordine. In harũ commentariis quædam delebat, quædam prætermittebat data opera, nonnunquam inserebat quæ in iudicio dicta nõ fuerant: rursum alia mutabat transponebátq; pro libito, è singulis syllabis atq; etiam apicibus quæstum faciens scriba sedentarius: qui sæpe conclamante populo appellatus est calamosphactes aptissimè, quòd scribẽdo calamo iugularet multos, hoc est miseriores mortuis redderet: qui alioqui potuissent causam vincere fruiq; suis opibus. tunc verò paupertatem ferebant iniustissimè, illo inimicis eorum venditante alienas substantias. Non enim erat possibile prouinciæ amplissimæ præsides meminisse negotiorum omnium, affluentibus aliis super alias causis priuatis atq; publicis: præsertim cùm non iudiciis tantum præessent, sed etiam rationibus tributorum & vectigalium, quibus maior anni pars impendebatur. at iste cùm ex officio suscepisset necessariam iuris custodiam, & decretorũ eius sanctissimorum, venalem habebat obliuionem iudicum, parti quæ vicisse debuerat, adscribens litem perditam, accepta largitione magis quàm mercede: & superiores faciebat qui iure succubuerant. talis accusator tunc Lampon extitit: nec minus scelestus Isidorus, homo turbulentus, factiosus, exercitatus in seditionibus, inimicus pacis tranquillitatisq;, idoneus vel excitandis vel augendis tumultibus, solitus circa se habere turbam promiscuam, distributam quodammodo. sunt enim per eam vrbem sodalitia plurima

rima, quæ nihil sanum cõsociat, sed compotationes, ebrietates, debacchationésq; harum comites: ea Synodus & clinas vocant indigenæ. in his sodalitiis plerisq; Isidorus Taraxipolis principatum tenet, Symposiarchi clinarchæq; titulo: & quoties collibuit aggredi aliquid inutile, ex cõposito præsto sunt omnes, & iussa huius faciunt. is quoniam sibi visus est multũ apud Flaccũ posse ab initio, deinde non in eodẽ haberi pretio, conducta opera hominum aliena quadra viuentiũ, & ex acclamationibus forensibus victum parantiũ, iussit eos conuenire in gymnasium. Quo mox cõpleto, sine causa Flaccum accusabant, falsis criminationibus impetentes eum & obiicientes quæ nunquam fecerat, tam longis querelis vt non Flaccus modo, sed alij quoq; ad rem tã inopinatã stupescerent, & id quod erat coniicerent, profectò in aliculus hæc fieri gratiam: quando nec ipsi clamatores passi essent quicquam indignum, & reliquos ciues nossent nullis affectos iniuriis. Itaq; post deliberationem placuit corripi aliquot, & ex his scitari causam quæ homines insanos in tãtam egit rabiem. Comprehensi non expectatis tormẽtis veritatem falsi sunt: & quo res fieret compertior, indicarũt mercedem vel acceptam vel promissam in posterum, tum per quos distributa sit eius seditionis principes, locũ etiam & tempus eius largitionis. Cúmq; vniuersa ciuitas indignaretur quod ob malè feriatorum quorundã imprudentiam inureretur ipsi publica ignominia, visũ est synceriſsimæ parti populi, vt distributores mercedis postridiè producerentur, & Isidorum conuincerent, facta ipsi potestate pro se dicendi, ti bene administrata republica iniquas pateretur calumnias. quod mãdatum postquam est cognitum, non tantùm honoratiores, sed & vniuersi ciues absq; culpę huius conscii is, ad concionem venerunt. ibi egregij ministri, vt facilius noscerentur in locum celsiorem subducti conspicuiq; omnibus, coram arguebant Isidorum autorem tumultus & conuitiorum quæ in Flaccum iactata fuerunt à conductis non mediocri summa tum vini tum pecuniæ. alioquin vnde nobis, inquiunt, tanta copia? pauperes sumus, & vix quotidianum victum necessarium quærimus. Nec nos præses affecit vlla iniuria, cuius nos exasperet memoria: sed ille nos concitauit, semper fortunatis inuidens, & olor legitimè constitutæ reipublicæ. Hæc agnoscentes quotquot aderant, vt indicia pessimæ voluntatis hominis qui culpabatur, acclamabant, notandum ignominia, pars mittendum in exilium, pars afficiendum

ſupplicio. Hi vincebãt numero, & multi tranſibant in eorũ ſententiam. Deniq; cuncti conclamant, necandum peſtiferum hominem, qui ex quo admotus ſit ad tranctandam rempublicam, nullam ciuitatis partem illæſam reliquerit. Verùm ille ſibi cõſcius fugæ ſe ſubduxit, veritus ne prehẽderetur. Nec Flaccus amplius quæſiuit, ratus poſt eius ſpontaneum diſceſſum ciuitatem quieturam à cõtentionibus. Hæc memoraui prolixius, nõ vt refricarem veteres iniurias, ſed quòd mirarer inſpectricem rerũ humanarum iuſtitiã, qua factum eſt, vt omnium infenſiſsimis obtingeret accuſatio preſidis, quo maioribus ille angeretur doloribus. Nec eñ accuſatio per ſe tã moleſta eſt, quàm quoties ex profeſſo inimicis committitur. Quam iſte non ſolùm pertulit ab infeſtis hominibus in quos paulò antè vitæ necísq; poteſtatem habuerat: verumetiam manifeſtè cõuictus fuit, duplici ſanè incõmodo, quòd damnatus inſuper inimicis eſſet ludibrio quæ conditio viro prudenti videtur ipſa morte grauior. Quod enim ſolatium eius infortunij ſupererat? vno momento exutus eſt omni patrimonio, atq; etiam his quibus ipſe rem familiarẽ auxerat, ornamentorũ cum primis cupidus. Non enim patiebatur, vt quidã pecunioſi, diuitias iacere inutiles, ſed exquiſita volebat omnia, pocula, veſtimenta, ſtragula, ſupellectilem, & quicquid attinet ad eximiũ ornatum ædiũ: ad hæc famulitiũ domeſticum lectiſsimũ, vel forma & corporis habitudine, vel dexteritate in quotidianis miniſteriis. Nã in ſuo quiſq; officio ſi non primus erat, certè cedebat nemini. Id verũ eſſe hinc manifeſtè colligitur, quòd cùm plurimorũ damnatorum bona ſub haſta fint vẽdita, ſolius Flacci omnia ſeruata ſint imperatori, exceptis paucis quibuſdam, ne lex de damnatis lata violaretur. Adẽptis bonis actus eſt in exilium procul ab omnibus continentis prouinciis, hoc eſt à maiore potioréq; parte orbis habitabilis, imò & ab omnibus fortunatis inſulis. Nam in omniũ ſteriliſsimam Gyarum in Aegæo ſitam deportatus fuiſſet, ni deprecante Lepido pro Gyaro Andrum propinquam ei permiſſum eſſet incolere. Tum ab vrbe vſq; Brundiſium eandem viam remenſus eſt, per quam ante paucos annos Aegypti cõterminaq; Libyæ preſes deſignatus iter fecerat: vt ciuitates quæ tunc fortuna tumidum oſtentantémq; ſe ſpectarant, rurſum ſpectarent affectum ignominia. at ille commoſtratus digitis prætereuntium propter mutationem repentinã, grauiore dolore premebatur, exacerbante ſe vſq; calamitate nouis caſuum acceſsionibus, quem admod

admodũ in morbis recidiuis vſu venit, qui paulò antè ſe remiſerant. Traiecto autẽ Ionio ſinu legebat oram vſq; Corinthum, procurrẽtibus ciuitatibus maritimis ad vix credibile ſpectaculum. Quoties enim exſcenderet concurſus fiebant, malorum vt inſultarent, reliquorum vt condolendo ex aliena fortuna exemplum ad modeſtiam ſibi ſumerent. ibi tranſmiſſo Iſthmo à Lechæo Cenchreas nauale Corinthiorum, importunitate cuſtodũ coactus eſt ſine mora proficiſci, aſcenſãque parua oneraria ſoluere, quãdo vento cõtrario multum fatigatus ægrè Piræum tenuit. Vbi verò tempeſtas deſiit, præteruectus Atticam vſque Sunium promontorium, móxq; ex ordine ſitas inſulas, Helenam, Ceam, Cythnum, & deinceps alias, poſtremò ad Andrum quam petebat peruenit. eam procul conſpicatus miſer, lacrymis tanquam è fonte per genas manantibus cum planctu amaróq; gemitu hæc verba protulit: Viri cuſtodes & deductores, pulchrũ ſanè locum & fortunatam inſulam Andrum accipio pro beata Italia Flaccus natus educatus eruditúsq; Romæ, nepotũ Auguſti ſodalis & condiſcipulus, Tiberij quoq; Cæſaris inter præcipuos amicos habitus, & eius primariæ poſſeſsioni Aegypto ꝓcurator datus per ſexennium. Quænam eſt hæc tanta mutatio? nox interdiu, quaſi per ſolis deliquium, meam vitam occupat. Quomodo vocabo hanc inſulã? exiliúmne, an nouam patriam, an portum & refugium miſerum? ſepulchri nomen ei maximè cõuenit. Siquidem infelix ego meipſe quodammodo in monumentum infero. Aut enim præ dolore vitam miſerã finiam, aut ſi potero diutius ſupereſſe, lõgam mortem perpetiar. inter hæc lamẽta nauis ad portum appulit, ille verò exſcendit demiſſo capite, calamitate preſſus tãquam onere grauiſsimo, vt ne oculos quidem attollere vel poſſet vel auderet, propter obuios. & ad videndum confluentes, qui vtrunq; viæ latus occupauerant. Tum cuſtodes productum ad Andriorum populum oſtenderunt omnibus, conteſtati eos exulem ſe perduxiſſe in inſulam. Atq; ita functi ſuo miniſterio diſceſſerunt. Tum verò Flacco neminem notum iam videnti dolor recruduit, exacerbatus nouis imaginationibus, dum circa ſe animaduertit ſolitudinem, vt optabilius duceret ferro perire in patria. Adeò trepidabat, vt non aliter quàm inſanus proſiliret ac vltro citróq; diſcurreret, manus complodens, femora percutiens, humi ſe affligens, & clamitãs, En Flaccus ille paul ò antè præſes magnæ Alexãdriæ principis vrbium, Aegyto præfectus prouinciæ feliciſsimæ, cuius nutum

obſeruabãt tam multa hominum eius regionis milia, qui quotidie deducebatur à turbis innumeris. An ſomnium erat illud nouæ veritas? dormiens videbam illam felicitatem, vanas imagines animæ fingẽte ſibi quod nuſquã erat: Deceptus ſum profectò, vmbræ non res erant, & fallaces ſpecies illudentes oculis. Nunc velut experrectus nihil inuenio, abierũt ſimul omnes illæ fortunæ ſplendidæ cum quibus olim conſuetudinem habui, extinctæ ſunt momento temporis. Cum talibus ſemper colluctabatur cogitationibus, præ pudore deuitans conuentus hominum, nec in portum nec in forum prodire ſuſtinẽs, ſed incluſus domi tanquam in fouea, ne limen quidem audens trãſcendere: interdum autem progreſſus mane ſummo, cubãtibus etiamtũ aliis, clam ſubducebat ſe ex oppido, & exigebat totum diem in ſolitudine, deuitans occurſus fortuitos, & vexans ſeipſum recẽti calamitatis memoria, arrodénsq; ſuum cor miſerè: ac noctu demum reuertebatur, veſperè optans aurorã, quod horreret tenebras & obuerſantes dormienti ſpecies, mane rurſum cupiens aduentũ veſperi. Nam ipſe ſecum circumferẽs caliginẽ abhorrebat ab omni hilaritate. Poſt aliquot autẽ menſes ruſculo empto in eo plerumq; degebat ſolitarius, deplorans ſuum infortuniũ. Fertur aliquando media nocte velut furore correptus proſiliſſe è ſua villula, ſublatáque ad cælum & ſtellas & illum verum mũdi ornatum facie exclamaſſe: Rex deorũ & hominum, ergo cordi tibi ſunt res Iudæorum, nec mentiuntur tuam prouidentiam: ſed illi potius errant, qui negant eos foueri tuo præſidio, cuius ego ſum argumẽtum certiſsimum. Quantum enim in Iudæos debacchatus ſum, tãtum ipſe pertuli. Paſſus ſum eorũ bona diripi, data prædatoribus licentia, ideo paterna maternáque hæreditate priuatus ſum, & his quæ vel donata vel quocunque modo acquiſiui. Probroſè quondam inquilinos vocaui cùm ciues eſſent, vt gratificarer inconditę multitudini, quæ his inimica me miſerũ decipiebat ſuis adulationibus: ideo patior ignominiam, exul eiectus tota orbe habitabili, hic includor. in theatrum producti quidam iubente me, in cõſpectu inimicorũ iniuſtè flagris cæſi ſunt. Ergo ego iure optimo traductus ſum, nõ per vnius ciuitatis theatrum, cõtumelioſè cruciatus miſero animo priuſquam corpore: ſed per totam Italiam vſq; Brundiſium, per totam Peloponneſum vſq; Corinthum, per totam Atticam mediásq; inſulas vſq; Andrum meum carcerem, certus nõ eſſe hunc finem mearum calamitatũ, ſed alias latere in inſidiis

diis, vt paria referãtur paribus. Interemi quoſdã, interimẽ me alij. Me cõniuente quidam lapidibus ſunt obruti, quidam viui combuſti, quidam raptati per forum medium, donec fruſtatim lacerarentur. Horum facinorum pœnæ me manent ſat ſcio, & diræ iam ſtant tanquam in carceribus, vt obice rupto properẽt in meam pernitiẽ: imo iã in horas præmiorior, multas mortes ſuſtinens ante illam vltimam. Atque ita ſæpe territabatur, horrore quatiente membra omnia, animo quoque contremiſcente anhelóque pectore, quandoquidem ſpes eum deſtituebat, vnica vitæ mortali addita conſolatio. Nullum vnquam ſolicito felix oblatum eſt auſpicium, rumores aduerſi afferebantur: moleſtis vigiliis ſomni ſuccedebant turbidi. Efferabatur ſolitudine, quid conuerſatio? Nihil ei videbatur inſuauius oppidanorũ conſuetudine. Ruri ab opprobriis tutum faciebat ſolitudo, non item à periculis. Si quem lento paſſu incedentem videret, ſuſpicabatur cogitare ſibi pernitiem: ſin properantem, mox mentem ſubibat: atat hic me perſequitur, non temerè feſtinat. Blandus inſidiatur, liberè loquens contemnit. Cibus potúsque mihi præbetur ſicut mactandis pecudibus. Quouſq; tandem ferreus durabo in tot caſibus? ſcio me moliorem quàm vt mortẽ mihi conſciſcam: nimirum hoc quoq; verat mens genius, ne citò abrumpam vitam miſeram, vt malum dilatum cumulet ineátq; apud iniuſtè per me necatos vberiorẽ gratiam. Talia reuoluẽs animo, trepidus expectabat finem fatalem. At Caius natura ſæuus & pœnis inſatiabilis: nõ vt alij ſemel punitos omittebat ſed iram continuans ſemper eis nouos cuſus moliebatur: Flaccum verò præ cæteris oderat, vt etiam in aliis ſuſpectum exoſúmq; haberet idem vocabulum: ſępéq; pœniteret eum quod exilium prætuliſſet capitali ſentẽtiæ: & quamuis deprecatorẽ Lepidum magnificaret, tamen culpabat, ita vt ille ſibiipſi timere inciperet, ne grauius plecteretur, quod pœnę leuioris autor fuiſſet. Ergo cùm nemo iã auderet preces interponere, gliſcẽre ira quam tempus heberaſſe debuerat, creſcebat malum haud ſecusquàm quoties morbus intermiſſus repetit corpora. Tũc enim incumbit ſæuior. Ferunt aliquando noctu interrupto ſomno Caium cogitaſſe de honoratis exulibus, qui ſub nomine infortunatorum vitam otioſam, quietam, verẽque liberam agerent, quam ipſe peregrationem malebat appellare, quàm exilium. Nulla enim eis deeſſe commoda, & ſupereſſe quietem atq; tranquillitatem nec deſiderari ab illis aut requiri delicias. cùm fruantur

vita

vita ſecura ac philoſophica,contenta modico. Móxq; iubet illu ſtriſsimum quemq; ac nobiliſsimũ necari,notatis ſingulorũ no minibus,& Flacci ante alios.Vbi verò ad Andrũ appulerũt per cuſſores,Flaccus forte fortuna rure in oppidũ reuertebatur:illi è portu occurrebant, & è longinquo ſe conſpexerunt inuicem. Statim ſenſit quò tenderent(eſt enim præſaga mens præſertim in aduerſis rebus)ac mox deflexit à via,fugiens quantum poterat,immemor ſe non in cõtinente deprehenſum ſed inſula, vbi mari clauſo quid proderat celeritas? alterutrum enim neceſſe fuit,aut pertinatiore fuga in altum ferri præcipitem,aut comprehẽdi in littore.Satius autem erat in terra quàm in mari perire: quandoquidem hominibus & cæteris terreſtribus locum peculiarem natura terrã aſsignauit,vbi nõ ſolùm viuant,ſed & moriãtur,vt quæ naſcẽtes excepit,eadem fato functos recipiat. Illi ſumma contentione fugientem aſſequuntur: ac mox pars foueam fodiunt,pars clamantem reluctantémq; trahunt: quapropter toto conſociatus eſt corpore,more ferino ruens in vulnera.Nam ſubinde cõplexus alios atq; alios,cum transadigere ferrũ nõ liceret petebatur obliquis ictibus,& ipſe in cauſa fuit, vt cõficeretur crudelius.conſiſus manus,pedes,caput,pectus,latera,ſicut victimæ ad viſcerationem,iuſtitia pro tot iniuſtis Iudæorum mortibus pares pœnas exigente ab vno corpore. Itaq; totus is locus perfuſus erat ſanguineis riuulis, diſſectis venis cõpluribus: & dum cadauer traheretur in foueã,fruſtatim lacerabatur,præciſis neruorum compagibus, quibus antè cohæſerat. Hæc ſunt quæ Flaccus pertulit,argumento certiſsimo,non negligi res Iudæorum à Deo,nec deſtitui eius auxilio.

PHILONIS IVDAEI, De virtutibus,& Legatione ad Caium.

QVOVSQVE tandem nos ſenes erimus pueri, corpore quidem per ætatem cani, animo verò propter imperitiam infantes admodum,vt qui fortunam rem inconſtantiſsimã putamus ſtabilem, inſtabilem verò naturam, cùm ſit firmiſsima.permutamus enim rerum æſtimationem ſicut in luſu calculorum,dum fortuitis plus diuturnitatis tribui

tribuimus quàm naturalibus,& his plus infirmitatis quàm alteris.Cauſa eſt quia vincũt præſentia hominũ imperitorũ futuri iudicio,qui malunt ſenſui fallaci quàm ſecretæ cogitationi credere.oculis enim quæ in prõptu & cõſpicua ſunt percipiuntur,ratione penetratur ad futura & inuiſibilia. Cuius viſum acutiorem quàm oculorũ corporis,hebetamus,aliis mero ſaturitatéq; ſuffuſum,alij ruditate vitio maximo.verũtamẽ noſtra hæc tẽpora,& quæ inciderũt in ea res multæ magnæq;,ſatis nobis perſuadent vt credamus eſſe diuinã prouidẽtiam, & præcipuè curare ſupplices religioſosq; homines,vt omnipotẽtis patris regisq; ſortem hæreditariam.id genus hominũ Chaldaicè Iſraël vocatur,quod interpretatur videſ Deum:res vt mihi videtur pluris æſtimãda quàm vllæ opes vel priuatę vel publicę. nam ſi ſeniorum aut præceptorũ,aut magiſtratuum,vel parentum aſpectus mouet ad reuerentiam & modeſtiam,& ſua præſentia vitam morésq; corrigit:quantum putamus ad honeſtatem virtutémq; præſidium contingere animæ ſi emergens ſupra omnes creaturas,Deum increatum ſpectare didicerit ſummum illud bonum pulchrum.felix beatúmq;, & quod verè dicere licet bono melius,pulchro pulchrius,beato beatius,felicitate ipſa felicius,& ſi quid dici poteſt perfectius. nõ poteſt eñ ſermo aſſequi & attingere Deum ſuperiorẽ ſe modis omnibus, ſed retro relabitur,cùm nõ poſsit propriis nominibus, ceũ gradibus aſcendere ad manifeſtationẽ non dico eius Qui eſt, quẽ ne totũ quidem cælum in vocem articulatã verſum poteſt eloqui,ſed vel poteſtatum eum ſtipãtium,creatricis regiæ, prouiſoriæ,cæterarúmq; bonis præmia malis pœnas diſpẽſantium. ſi quidem etiam vltrices collocandæ ſunt in beneficarũ ordine: non ſolùm quia iuris ſunt pars,quod naturaliter conſtat & abſoluitur ex honore bonũm vindictáq; malorum: verumetiam quia non rarò animaduerſio caſtigatos peccatores reducit ad mores ſobrios,aut certè obſiſtit quo minus pergãt in ſuis ſceleribus.nam aliorũ pœnę emẽdant alios,veritos ne in ſimiles incidant.quis enim videns Caium poſt Tib.Cæſaris obitũ potitũ terræ marisq; imperio,in tanta tranquillitate inſtitutisq; optimis,&prouinciarũ pace ac concordia,conſentiente ſeptentrione,meridie,oriente,occidentéque.Barbaris Græcisq; conſociatis,& exercitibus cum oppidanis,hísque viciſsim cum illis pacatè conuerſantibus vt fruerẽtur officiis & cõmerciis mutuis: non admiratus fuiſſet felicitatem tam inſignem & vix enarrabilem

bilem,vna hæreditate cumulatam bonis ingentibus,thesauris argento auróq; refertis,partim rudi infectóq;,partim moneta signato,partim fabrefacto ad exornãdos poculis & id genus vasis mensariis abacos:ad hæc pedestres,equestres naualésq; copias,reditus affluentes tanquam è fonte perpetuo, potestatem in partes præcipuas orbis eius qui propriè habitabilis dicitur duobus finitus fluminibus,Euphrate, Rhenóq; hoc disiungẽte Germaniã & feroces nationes alias, illo Parthiã,Sarmaticásq; gentes ac Scythicas nihilo mitiores Germanicis.Erant,inquã, ab ortu ad occasum quemcunque oceanus ambit,& quædam trans oceanum plena lætitia publica,gaudente festa pace Romano populo cum vniuersa Italia prouinciisq; omnibus tũ Europeis tum Asiaticis,nam si vnquam ante sub imperatore aliquo,tunc maximè sibi videbantur non iam sperare,sed certò tenere vsumfructum commodorum publicorum priuatorúmq;, & felicitatẽ plenariam fortunante cuncta numine. Erat igitur videre nihil aliud per singulas vrbes quàm altaria,victimas,sacrificia,candidatos,coronatos,hilares blandósque vultus omnium,festa,celebritates,musica certamina, circenses, comessationes,priuilegia cum citharis ac tibiis, voluptates, remissiones,inducias, oblectationes varias cunctorum sensuum. tunc nullum discrimẽ erat inter diuites & pauperes,claros & humiles,creditores & debitores,heros & seruos,exæquante iura tempore, vt iam fidẽ inueniret descriptum in poetarum fabulosis figmentis saturnium seculum:tanta erat vbertas & annonæ felicitas,tãta hilaritas,& securitas,totas familias totásq; plebes occupans noctu pariter ac interdiu per septem primos menses perpetuos.Octauo autem grauis morbus Caium inuasit,quia frugaliorem victus rationẽ & salubriorẽ qua vsus sub Tiberio fuerat,mutauit in luxum regium,multum enim absumebatur meri cupediarúmq;,& pleno ventre non satiabatur concupiscẽtia,accedebant eò balnea parum tempestiua,tum vomitus rursúmq; compotationes & voluptates ventris ac eorum quæ sub ventre sunt,volutationésq; cum fœminis ac pueris,& quicquid vel animo vel corpori noxium coniunctionem eorum conatur dirimere.quãdoquidem tẽperantię merces est robur & sanitas, intẽperantiæ verò morbus & imbecilitas vicina mortis proxima.is morbus postquam fama vulgatus est, mari etiã tum nauigationibus idoneo,per initiũ autumni quæ ferè postrema solet esse nauigatio reuertẽtium ad proprios portus ab omnibus empo

emporiis,præsertim eorum qui nolunt hyemare apud gentes exteras:mutata illa prius delicata vita in mœstitiam, cõtinuò domus omnes & ciuitates omnes tristi habitu repletæ sunt, æquante paulò antè præteritã tristitiam mœrore proclinato in diuersam partẽ alteram.omnes enim vnà ægrotabãt prouincię & quidem ipso imperatore grauius. ille enim languebat solo corpore,hæ verò animo,sollicitæ desperabũdæq; de pace commodorúmq; suorũ vsu libero,subibat enim mentẽ memoria calamitatum exoriri solitarũ in orbato suo principe imperio, vt sunt bella,rapinæ,vastationes agrorũ,expulsiones colonorũ,direptiones bonorũ,captiuitates,mortes,terrores & pericula,quorum omniũ remedium situm putabant in salute sui principis. itaq; remittẽte se morbo,breui secuta est gratulatio vel extremorũ finium.fama enim nihil velocius.arrectæq; erant omnes ciuitates rumorũ gratiorũ auidæ,donec lætũ nuntium acceperunt,reualuisse omnino Cæsarẽ:atq; ita quasi salutem ipsi recepissent,reuersi sunt iterũ ad hilaritates cuncti conuenientis & insularũ incolę.nemo enim meminit vnquã tantam fuisse vni⁹ alicuius gentis aut regionis lætitiam publicã ob saluti restitutum suum principem, quanta tum fuit vniuersi orbis ob Caij salutẽ,mox vt se cœpit recolligere.nam acsi tum primũ feram & pastoralem vitam in socialem ciuilémq; inciperent vertere, & è desertis speluncis in ciuitates munitas migrare, & post vitam sine magistro actam parere pastori mitioris gregis ducto ríq; legitimo,gaudebant ignari veritatis.Cæcutit enim humana mens,nec intelligit quid sit verè vtile,sequẽdo magis coniecturas quàm scientiam,itaq; non multò pòst ille speratus seruator beneficentissimus,qui videbatur nouis felicitatum fontib⁹ inundaturus Europam & Asiam,profuturis priuatim ac publicè,iuxta prouerbium ab ipso lare orsus,erupit in sæuitiam, vel potius aperuit quã dissimularat hactenus.Suum enim patruelem & imperij cohęredem,& propiorem successorem Tiberij, quòd hic natura,ipse adoptione nepos esset,occidit causatus ab eo petitum se insidiis,quod crimen ne in ætatem quidem illius competebat.vix enim tum primam adolescẽtiam missellus attigerat:& vt quidam aiunt,si paulò diutius vixisset Tiberius, Caius iam tũ suspectus sublatus fuisset è medio, germanus verò nepos solus declaratus fuisset auiti successor imperij.Verùm ille fato cõcessit prius quàm exequeretur sua consilia. Cæterũ Caius ad fraudãdum cõmuni iure socium arte vsus est,rarus se

hoc

hoc pacto euasurum calumniam. Fuit autem id cõmentum hu iusmodi: Conuocatis optimatibus, Vellem, inquit, hunc cognatione patruelem beneuolentia fratrem, iuxta extremam Tiberij voluntatẽ, in imperij societatẽ assumere. sed ipsi videtis eũ admodum puerũ opus habere curatoribus, pædagogis, præceptoribus. alioquin quid mihi cõtingere potest optatius, quàm tanto imperij põdere nõ onerari vnum corpus vnámq; animã: & habere me à quo pro parte sua subinde adiutante subleuer. Equidem, inquit, plus quàm pædagogũ vel curatorẽ vel præceptorem ei me fore iam nũc profiteor, & me patrẽ appellari, illũ filium, iubeo. Post deceptos his verbis qui adfuerãt optimates vnà cũ adolescentulo, quòd ei hæc adoptio non tam daret spera tum imperium, quàm iam ante datũ adimeret, cohæredi collegæq; insidias securus ipse cœpit struere. Nam Romano iure filius in potestate patris est, & alioquin imperator pro potestate gerit omnia, nemine audẽte aut valẽte rationẽ ab eo repetere. Hunc igitur sibi ratus aduersarium velut in certamine prostra uit, nil miseratus puerũ secum educatũ familiarémq; præmaturo fato cadentẽ, principatus patrimoniq; sociũ, qui multorũ spe Tiberio successor destinatus fuerat propter cognationem proximam. Nepotes enim post parentũ obitum aui cẽsent pro filiis. Fertur iussum sua manu se interimere adstantibus tribunis ac centurionibus & vetitis adiuuare scelestũ facinus, quasi nefas esset imperatorũ posteros necari alienis manibus. Nolebat enim videri iuris oblitus in patrãda summa iniuria, & sanctitatis ĩ scelere meminerat, illudẽs veritati simulationib⁹. Tũ puer imperitus, qui nunquã cædẽ fieri viderat, nunquã in armis se exercuerat, vt solent adolescẽtes regij pacis tempore simulacra pugnarum ciere, primùm ceruicem prębebat venientibus: cúmque illi detrectarent, sumpta sica scitabatur cui loco letale vulnus deberet infligere, vt infelicem vitã abrumperet: impetratóq; hoc miserabili officio, primum id atq; vltimum ab his magistris didicit, coactus homicida sui fieri. Vbi verò primum maximúmq; certamen Caius confecit ex sententia, nemine superstite quem maleuoli principem ei possent opponere, ad secundum se mox parabat aduersus Macronẽ, quo auditore vsus fuerat, non solùm postquã adeptus est imperiũ: id enim adulatorũ est, felices colere: sed & in principatu parando. Nam Tiberius senex callidus & in noscitãdis occultis hominũ voluntatibus perspicacissimus, nec minus prudens quã potẽs, crebris de

Caio

Caio tangebatur suspicionibus, esse illum infensum vniuersæ Claudiæ familię, faueréq; soli materno generi: proinde metuebat nepoti, ne relictus puer non diu superstes foret: & alioquin iudicabat indignũ tanto imperio hominem inepto ad ciuilem consuetudinem ingenio moribúsq; inconstantibus præditum. Videbantur enim alieni à decoro præ se ferre quãdam insaniæ speciem, adeò tum dicta eius tum facta parum sibi constabant: quibus tamen rebus conatu omni Macro medebatur quoad fieri poterat, suspiciones eximens Tiberio, ne metu de nepote vlceraretur eius animus. aiebat enim Caium obsequentem illi & beneuolum, & valde patrueli amicum ac deditũ, in tantum vt libenter soli cederet imperium. sed obstare verecundiam, quod id nõ videatur è re publica: & hãc esse causam cur quãuis simplex, haberetur à quibusdam inconstans & varius. Quòd si quando parũ promoueret rationibus verisimilibus, depaciscinon dubitabat, fideiussorem se offerens: quandoquidem iam satis approbasset suam erga Cæsares beneuolentiam, & priuatim erga ipsum Tiberium, tum cùm detecta oppressáq; se executore fuit Seiani coniuratio. & vt cõpendio dicã, erat laudator Caij maximus, si laus vocanda est defensio cõtra suspicionum causas & incertas obscurásq; criminationes. Nam in summa quicquid pro germanis fratribus ac filiis afferri poterat, hoc totum & amplius etiã Macro afferebat; pro Caio apud Tiberiũ in causa fuerunt, vt multorum fertur sermonibus, nõ solùm eius officia mutua quibus colebat Macronem qui tum erat penè columen imperij, sed & vxor Macronis propter quiddam tectum silentio, quæ quotidie maritũ incitabat, ne vllam occasionem fauoris & iuuandi iuuenis prætermitteret. est autẽ ad impellendum virum efficax impudica mulier, vt quę blãdior sit propter conscięntiam. At ille ignarus probri domestici, & ratus ab amore coiugali proficisci eas blanditias, imprudens suis artibus gratificabatur inimicis quos putabat amicissimos. Itaq; sæpe seruatum à se conscius, liberè monere solebat nihil suspicans. Quærebat enim vt bonus opifex gloriã ex diuturnitate sui operis, veritus ne aut suapte incuria rueret, aut destrueretur ab aliis. Ergo si quando videret dormientẽ in conuiuio, excitabat, nec decorũ id nec satis tutũ existimans. dormiens enim exponit se insidiis. itidẽ insanè spectantẽ saltatores ita vt vnà gesticularetur, aut ad mimorum scurrilia dicteria non subridentem sed cachinnãtem pueriliter, aut non temperãtem sibi quin citrha-

X rœdis

rœdis chorísve succineret,fodicabat cubito assidens aut accũbens proximus,& cohibere conabatur.interdũ in aurẽ insusurrabat,ne quis audiret alius,blandè admonens:nõ decet te aliis in audiẽdo spectandóq; & vsu cæterorũ sensuum esse similem, sed tantũ debes in ratione viuẽdi excellere,quanto eminẽtiorẽ te fortuna cõstituit:absurdum enim fuerit terræ marisq; principem cantibus,saltationibus,cauillis & huiusmodi nugis succumbere.oportere illum semper & vbiq; meminisse maiestatis imperatoriæ,tanquã pastorẽ gregi præpositũ, & vndecunq; dictis factisq; in melius proficere.addebárq; quoties cõtigerit re interesse gymnicis aut scenicis aut circẽsibus spectaculis,nõ studia sed industriam cõsidera, sic cogitans:Si ista quæ vitæ nõ prosunt,quòd solam voluptatem spectatoribus pariant,tamen quibusdam elaborãtur tanta diligentia,laudem à turba mirabunda captantibus,& coronari ac præconis voce victorẽ declarari amplũ præmium existimantibus,quid oportet eum agere qui profitetur artem longè prestantissimam?ea est imperandi ars,cuius ope colitur quantũ est bonorum agrorum siue montanorum siue campestrium,nauigatur totum mare sine periculo,ob commercia quibus diuersissimæ terræ sua bona cõmunicant indigentibus,& vicissim illarũ copia suam subleuant inopiam.nam inuidia totũ orbem nunquã occupauit, imò ne partes quidem eius maiores;Europam vniuersam aut Asiam : sed venenosarum more bestiolarũ cauernas habitat,quoties vnum aliquod pectus subrepsit aut vnam familiam,aut ad summum vnam ciuitatem arq; alterã:amplas regiones & nationes non accedit,præsertim ex quo vestra gens augusta potita est rerum dominio.nã quæcunq; noxæ prius versabantur in mediis vrbibus, pulsæ sunt ad extremas tartari latebras,& pro his inducta cõmoda ab vltimis terræ marisq; finibus in has nostras regiones,atq; hæc omnia tibi soli gubernãda cõmissa sunt. à natura igitur in puppi celsa collocatus ad gubernacula,rege nauẽ qua generis humani salus vehitur.non aliunde magis voluptatem capiendo,quàm è subditis per te adiutis aliquo beneficio. Ab aliis enim alia exiguntur vel priuatim vel publicè à principe,priùs expectantur bona cõsilia,quorũ executio prosit subiectis populis:vtq; larga manu ac mente sua bona impartiatur, his tantũ exceptis quæ ob incertos casus futuros seruari prouidentia postulat.talibus verbis eũ incãtabat ille infelix monitor cupiens meliorẽ reddere.at is homo cõtentiosus vergebat in contrar

traria,quasi ad illa impelleretur,& castigatorẽ impudẽter reiiciebat:interdum etiã procul venientẽ conspicatus,sic alloquebatur proximos:Adest præceptor iam superuacuus,pædagogus nõ amplius pueri,prudẽtioris seipso monitor, qui subdito imperatorem obedire postulat nõ rudem regiarũ artium, quarũ magister videri vult,sed à quo ipse doctꝰ nescio.Mihi certè ab incunabulis contigerũt educatores plurimi,patres,fratres,patrui,patrueles,aui,proaui,iam inde à primis Romanis principibus per paterni materniq; generis seriem cognatione proximi,nequid dicã de virtutũ seminibus quæ innasci solent in principe.Quẽadmodum enim corporis animíq; forma, habitu,gestu,cõsiliis,actionibus,prognati maiores suos referũt.eodem modo probabile est in ipso semine deliniari quãdam habilitatem dignã principe. & audebit aliquis indoctus me, qui in materno vtero & naturæ officina imperator formatus fui nõdum in lucẽ editus,docere artes imperatorias quas dudum probè calleo?an credere fas est in mentẽ venire posse ciui paulò antè priuato & humili regia consilia?atramẽ impudẽter audent præire nobis imperatoria mysteria, quibus ipsi vixdũ initiati sunt.Sic ille paulatim à Macrone alienabatur.quærẽs contra eum falsa,sed vtcũq; probabilia crimina. Sunt enim quidã ingenioſi ad cõminiscenda verisimilia. Tunc autẽ ex huiusmodi Macronis vocibus arrepta fuit occasio. Meũ Caius opus est, à me magis,aut certè nõ minus quàm à suis parẽtibus est genitus.ter nõ semel eum Tiberio sæuienti & ad necẽ poscenti eripui meis deprecationibus.post obitũ quoq; illius cũ mihi parerent prætoriani milites,id satellitiũ in manus ei tradidi.admonitum prius,vno tantũ viro esse opus,de cætero integrũ & incolume manere imperiũ.His vt veris quidã assentiebantur, quia nõdum pernouerãt mores Caij fucatos & mutabiles,ipso simulando dissimulandóq; tegẽte suam vafriciem & inconstantiã. Verũtamen post non multos dies ille infelix sublatus est è medio vnà cũ vxore, extrema pœna repensa sibi pro immodico studio.nec aliam ingrati pro meritis referre solent gratiã.pro quibus libenter damnum dant suis benefactoribus.Certè Macro,qui sedulo ambitione magna pariq; conatu dedit operam, primũ vt seruaret Caiũ,deinde vt imperiũ soli adstrueret. talẽ mercedẽ retulit.Fertur enim miser coactus seipsum interficere,vxor quoq; habuisse eundem exitum, quamuis putaretur cõstuprata à Cæsare, sed negant in amore firmum præsidium,

sõq; ac hinnuleorum exuuiis repræsentabat patrem Liberum. Verùm tamen hanc sibi prærogatiuã vsurpabat interim, quòd cùm illorũ quisq; cõtentus propriis ceremoniis ac honoribus alienos nõ requireret, ipse vniuersos iubebat sibi cõgeri, vt eos quibus inuidebat vinceret, nõ more Geryonis tricorporis tãta mole captans cõcursum confluentiũ spectandi gratia, sed quod magis mireris, vnum corpus subinde transfigurans in formas varias, vt quondam Proteus ille Aegyptius, quem Homerus introducit omnia vertentẽ sese in miracula rerum, ignémq;, horribilémq; feram, fluuiúmq; liquentẽ. Atqui quid opus erat tibi Cai his simulacrorũ insigniis? Virtutes illorum imitari debueras. Hercules purgabat terras & maria, subibat necessaria certamina hominibus vtilissima, vt noxia mõstra ex elemẽto vtroq; tolleret. Liber exculta vite, expressõq; inde potu suauissimo & animis corporibúsq; perutili, illos serenat malorum obliuionem inducens & spem bonorũ: hæc saniora reddit & agiliora fortioráq;, cõferens plurimum & singulis ciuibus, & frequentibus familiis ac ciuitatibus, dum è dura laboriosáq; vita traducit ad mitiorem, & cunctis Græcis pariter atque Barbaris nationibus festa, epulas, hilaritates, alias post alias exhiber. Mero enim debentur hæc omnia. De gemellis quoque Iouis filiis fertur immortalitatem impartiisse alterum alteri. Cùm enim alter mortalis natus esset, alter verò immortalis, hic cui⁹ erat potior conditio, maluit de suo iure decedere, quàm pietatem erga germanum non declarare. Cogitans enim infinitum æuum suæ vitæ fraternique interitus, & sibi relinqui vnà cũ immortalitate luctum amissi fratris perpetuum, mirificã permutationem commentus est, admixta sibi mortalitate, fratri verò immortalitate, atq; ita exæquatis naturis disparibus, quæ quidem ratio fons est totius iustitiæ. Hi omnes Cai, vt bene de humano genere meriti fuerunt in admiratione, & sunt hodiéque, diuinis honoribus digni habiti. Tu quid tale nobis præstitisti, quo extollaris atq; superbias? es'ne imitatus Ioue natorum fratrum charitatem, vt inde incipiam? Fratrem cohærédémque in primo ætatis flore crudeliter iugulasti, ferreus & immisericors diuis⁹. sorores pòst in exilium egisti, vt regnares securius nihil a deis metuens. At Liberũ æmulatus es? exco{itasti noua beneficia? impiesti vt ille terrarum orbem lætitia? Europa & Asia vix tuam capiunt munificentiam? Inueniisti sanè nouas artes, sed vt pestis publica, quib⁹ gaudia mutasti in dolores ac molestias

stias, vt omnes vbique tædium vitæ caperet, dum aliena bona cuncta occupas inexplebili auaritia conuertens ab oriente occidentéque & cæteris tractibus ad meridiem & septemtriones vergentibus: pro quibus remittis ad eas regiones execrabilia maleficæ animæ tuæ germina pernitiem mortalibus afferẽtia. Hæc sunt cur alter Liber pater exortus sis. Sic & Herculẽ egregiè refers indefessis tuis laboribus, & facinoribus fortibus, dũ bonis legibus, incorruptis iudiciis, annonæ felicitate, cæterisq; festæ pacis commodis reples continentem & insulas tu ignauissimus ac pauidissimus, qui tranquillitatem felicitatémque profligasti ex omnibus ciuitatibus, introductisq; in earum locum tumultib⁹ infortunatissimos reddidisti populos. Dic Cai, ob has'ne cædes ac pestes per te illatas deus fieri postulas? scilicet vt immortalis ipse has calamitates non in paucos dies, sed & in tempus infinitum proferas. Ego diuersum censeo, etiamsi deus credereris, omnino te trãsiturum in ordinem mortalium ob tam peruersa tua studia. Nam si virtutes diuinitatem, vtiq; mortalitatem afferunt vitia. Non est igitur quòd te adscribas Iouis filiis fraterna charitate insignibus, ipse fratrum interfector: aut Herculis Liberíque honorum velis esse particeps, qui suis inuentis vitam excoluerunt, cùm eorum beneficia perdas tuis maleficiis. Tanta autem inerat ei rabies, tam insana væcordia, vt non contentus se æquiparari semideis, ad maiores deos versus æmulationem cum eis susciperet, cum Apolline, Marte ac Mercurio. Huius primum caduceo, talaribus, chlamydéque ornatus, ordinem in perturbatione, seriem in confusione, rationem ostentabat in dementia. Deinde vbi collibuit, his depositis refingebatur in Apollinem, corona radiata caput redimitus, arcum & sagittas sinistra tenens, dextra porrigens gratias, quòd ita deceret in promptu esse id quod melius, pœnas verò supprimi, & ad sinistram retrudi in locum posteriorem. mox'q; instituti sunt chori vt pæanas canerent in eum quem paulò antè Bacchum, Euium, Lyæum hymnis suis appellauerant, quando Liberi habitum sumpserat. Sæpe etiam thoracatus, galeatus, clypeatúsque prodibat stricto gladio pro Marte se ostentans, vtrunq; latus stipatus nouis satiis. homicidis quibusdam paratis ad læua ministeria, explendámq; crudelitatem sitientis humanum sanguinem. Hic inusitata specie terror incutiebatur populo, mirãti quòd honores sibi vsurparet eorum, quorum virtutes aspernaretur, cõtentus solis insignis. Atqui hæc gestamina

simulacris addũtur, vt significẽt vtilitates ab his diis exhibitas humano generi, suisq; cultoribus. Mercurij pedibus alata subligantur talaria. Quam ob rem? nimirum quia decet deorum internuntium atq; interpretem, vnde illi Græcum nomen est, læta nuntiantem (mala enim vix vir sapiens, nedum Deus, nuntiare sustineat) esse quàm celerrimum, & prępetibus pennis ferri velocissimè: quandoquidem in huiusce modi rebus properatio requiritur sicut in diuersis quiescere satius fuerit. Sic & caduceum sumit, insigne pacificatoris & autoris fœderum. Nam bella caduceatores fœcialésque dirimunt, afferẽdo pacem aut inducias. Qui nisi admittãtur nec modus nec finis erit calamitatibus, & vltro citróq; illatis iniuriis. At Caius in quem vsum sibi sumebat talaria? an vt infausta inauspicatáque ipsius facta, perpetuo regenda solatio, cursim diuulgarentur per omnes imperij prouincias? & quid erat opus motu pręceleri, cum vel vno loco hærẽs alia super alia mala innumera profunderet velut è perennibus fontibus, inundatura omnes regiones orbis huius habitabilis? quid autem opus erat caduceo, cùm nihil vnquam pacatum vel diceret vel faceret? omnes verò domos & ciuitates tum Græcas tum barbaras impleret intestinis seditionibus bellísque ciuilibus? deponat istam appellationem ineptè vsurpatã adulterinus Mercurius & supposititius. Apollinis verò quid est in eo simile? coronam radiatã gestat, effictis bellè ab artifice radiis solaribus: quasi aut sol aut in vniuersum lux magis placere possit quàm nox & tenebræ densissimæ ad perpetrandas res nefarias. Siquidem honestæ opus habent luce meridiana vt conspicuæ fiant quibus libet: turpes verò sunt relegandæ in extremum Tartarum, dignum omnium quæ cælari debent receptaculum. Quin & vtriusq; manus gestamina, vt par est, transferat, arcum sagittasq; dextra intenter, ferire certis ictibus, viros, mulieres, totas familias, ciuitates populosas, ad internecionẽ solitus: Gratias verò siniſtra tegat, nisi mauult prorsus abiicere. Propalam enim eas violauit, dum facultatibus amplis inhiat, & post rapinas dominos earum iugulat insuper, propter felicitatem inuolutos calamitatibus. Medicinam quoque pulchrè inuertit Apollinis. ille remediorum inuẽtor est salutariũ, pro sua genuina bonitate paratus morbos etiã ab aliis immissos depellere. iste cõtrà sanis morbos inferabat, mutillationes integris, viuis mortẽ manu ascitã ante fatalia tempora, cõquisitis diligenter veneficiis, quibus ni diuina iustitia pręuẽtus fuisset, perdidisset quicquid erat in singulis vrbibus præstantiũ & probatorum hominum. Aduersus honoratos enim & diuites hunc apparatum fecerat, vrbanos præsertim atque Italos: apud quos tantum auri argentiq; congestum est, vt si ex reliquo orbe habitabili vniuerso colligeretur, multò minor inueniretur numerus. Quapropter à suamet ipsius patria, tanquam à sacra linea, exorsus est talem sementem iactare, pestis ciuitatis populi deuorator, lues & pernities. Celebratur & alia laus Apollinis, quòd non solũ medicus sed & vates sit optimus, oraculis futura prædicens ad vtilitatẽ hominũ, ne quis caligante mente ob incertitudinem, effenset tanquam cæcus in tenebris, & bona quęrens in aduersa impingat per improuidentiã: sed potius futuri præscius, & in id tanquam præsens mente defixa, non aliter sibi caueat quàm corpori præcauet oculorum ministerio, vitans quæcúnq; incommoda. Quid si his quoq; opponamus inclyta Caij oracula, per quæ ignominiæ, confiscationes, exilia, mortes prædicebantur optimatibus & dynastis vbique gentium? quid igitur cõmune habet cum Apolline, qui nihil vnquam fecit simile? desinant igitur illi falsi pæanes, ad veri pæanis imitationem compositi: nam nec nomisma licet adulterare, nec diuinã effigiem, sed nihil tam inopinatum, quàm tale corpus talémq; animum vtrunq; molle fractúmque, æmulari Martis robur ac fortitudinem. ille tamen tãquam in scena subinde mutatis personis varia specie fallebat spectantium oculos. omittamus examen animi & corporis, per omnia dissimilium dicto dæmoni, tam habitu quàm gestibus. Certè Martis, non fabulosi dico, sed eius per quem fortitudinem naturalem intelligimus, vim scimus beneficam, auxiliatricẽ oppressorũ iniuria, vt ipsum nomẽ eius Græcum indicat. nam Ἄρης παρὰ τὸ ἀρήγειν, hoc est à succurrendo videtur mihi denominatus, profligator bellorum, pacis opifex, quam ille gradiuus ęquè ac hic bella, odio prosequitur, tranquillitatem & quietẽ turbans tumultibus. Satis opinor iam declaratum, in nulla re Caio cum diis, ac ne cum semideis quidem conuenire, diuerso natura & essentia, sed præcipuè studiis. nimirum cæca est concupiscẽtia, pręsertim accedente ambitione cõtentionéq; pertinaci ac licẽtia maxima, quæ nos quõdam fortunatos denastauit. Solos enim Iudæos suspectos habebat vt obstaturos suo proposito, quippe qui penè in cunis ex parentibus, pædagogis, magistrísq;, præcipuè verò ex ipsis sacris legibus, atq; etiam non scriptis moribus didicissent vnũ Deum

patrem & cõditorẽ mundi credere. nã cæteri omnes, viri, fœminæ, ciuitates, gentes, regiones tractúsq; terrarum, & totus penè dixerim orbis, gementes licet indignéq; ferentes, nihilominus assentabantur, extollentes ipsum plus æquò, augentésq; fastum eius immodicum. nonnulli verò barbaricum quoque morem introducebant in Italiam, adorationem videlicet, & ingenuitatem Romanam adulterabant. Sola inquam Iudæorum natio suspecta erat vt aduersatura, solitorum ad spontaneam mortem tanquam ad immortalitatem properare, potius quàm patiantur vel minimum aliquid cõuelli è patriis ritibus: quia sicut in ædificiis, exempto vno cæmento reliqua licet firma videantur, laxata fidũt paulatim in vacuum. nec erat paruum quod mouebatur, sed omnium longè maximum, hominem natum mortalem, in speciẽ ingeniti immortalísq; Dei refingere, qua impietate nihil cogitari potest magis impiũ. citius emDeus mutaretur in hominẽ, quàm homo in Deũ. taceo quòd hoc pacto aditꝰ aperiebatur aliis vitiis ingẽtibus, vt infidelitati & ingratitudini erga benefactorẽ creaturarũ omniũ, qui pro sua potentia singulas vniuersi mudi partes bonis amplissimis cumulat. Proinde bellũ absq; inducis cõtra nostrã nationẽ exoriebatur. Quid enim seruo potest grauius obuenire quàm inimicus & infensus dominus? sunt autẽ imperatoris serui subditi, si non vllius antea propter eorũ mite legitimúmq; imperiũ, certè Caij, qui ex animo reiecerat omnẽ clemẽtiam, & iura cõtẽnebat omnia. cùm enim suam libidinem pro lege haberi postularet, abrogabat quicquid vsquã legum erat vt superuacaneũ. nostrates autẽ non solùm inter seruos verũetiam inter vilissima censebantur mancipia. loco principis nacti dominum, quod vbi sensit Alexãdrinorum vulgus promiscuum & confusaneum, in nos conspirauit, ratum venisse occasionem optatã, & odium quod iamdudum tentarat erumpere, semel aperuit, tumultu perturbãs omnia. nam quasi permissu imperatoris essemus eorũ expositi sæuitiæ, aut belli iure in potestatem redacti, immani beluinóque furore nos conficiebãt, irrũpendo in ædes, pellendóq; dominos earũ vnà cũ vxoribus atq; liberis. mórq; ita desolatas diripiẽdo, asportãdóq; supellectilem cum rebus pretiosioribus ex abdito erutis: non clam vt nocturni fures solent meruẽtes ne deprehensi capire luant, sed propalam interdiu prædam ostentantes obuiis, quasi res hereditarias aut emptitias. Quidã eriã inita societate latrocinij, rapta diuidebant in foro medio, interdũ spect

spectantibus dominis, & ipsos cauillis interim irridebãt, proscindebántq; cõuitiis, grauia hæc erãt, etiãsi nihil accederet: ni si leue videtur, pauperes è diuitibus & egenos ex opulẽtis nulla sua culpa repẽtè factos, propriis focis relictis exturbatos ẽdibus vagari, vt æstu nimio perirẽt aut nocturnis frigoribus. Sũt tamẽ ista leuiora his quæ secuta sunt. nã ex tota vrbe in exiguã quandam ipsius partem tãquam in speluncã compulsas tot myriadas virorum, mulierũ, puerorũmq;, ceu pecora, sperabant se intra paucos dies visuros aceruatim iacere: aut fame necatos per ciborũ inopiam, qui vt in re nec opinata prædari nõ potuerant: aut in loco æstuoso angustóq; compressos, vitiato etiã circũuicino aëre vitalibúsq; auris per crebras respirationes, imò vt verius loquar anhelitus, dũ ab æstuãtibus & propemodũ febricitãtibus per nares & os effluantur, & ignẽ (iuxta prouerbiũ) addunt incendio. cùm enim intestinorum viscerum natura sit calidissima, quãdo externis auris refrigerãtur mediocriter, bene afficiuntur respirationis instrumẽta hac temperie. Quòd ũ quãdo plus iustò calefiant: ex intemperie necessariò difficultas nascitur igne ad ignẽ adiuncto. Cùm igitur nõ possent diutius ferre loci eius incõmoditates, effundebantur in deserta littora & sepulcreta, cupientes saltem purum & innoxium aërem attrahere. Quòd si qui aut reliqui erãt in aliis vrbis partibus, aut nescij calamitatum incumbẽtium peregrè veniebãt, variis modis mulctabantur, aut saxis vulnerati atq; lateribus fragminibúsq; testaceis, aut lignis quernisve fustibus ad mortem vsq; contusi caput aliásq; partes corporis quæ non læduntur absque vitæ periculo. illi quoque quos diximus contusos in eximium quendam vibis angulum angustissimũ, tantumnon obsidebantur à maleferiatis hominibus, obseruantibus ne quis clanculũ se inde proriperet. futurũ enim erat vt haud pauci præ inopia victus diffugerent, parum de seipsis soliciti, modò ne fame interirẽt cum totis familiis. his ne pateret effugium cauebãt aduersarij, & quotquot interceptissent excruciatos prius mox enecabant, nullam ab eis abstinẽdo sæuitiam. alia verò manus circa portus fluminis insidiabãtur Iudæis appellentibus & eorum mercimoniis, quibus in conspectu dominorũ direptis, ipsos ꝓtusos exurebãt. constructo rogo è gubernaculis, contis & nauiũ tabulis. Alij media in vrbe cõcremabãtur miserrimo supplicij genere, Nam præ lignorum inopia sarmenta comportabant quibus accensis iniiciebant miseros. At illi semiustulati fumo magis

magis quàm igni necabãtur,quod ex tali materia surgẽs ignis fumosus & debilis statim extingueretur,nec vllas prunas relinquerer.Multi etiã viui loris laqueisq; circa talos adstrictis per medium forum raptabãtur,insultãte vulgo & ne mortuis quidem parcẽte corporibus. Dissecta enim mẽbratim frustatimq; conculcabant immaniores bestiis efferatissimis,tãta crudelitate:vt ne reliquias quidem ad sepulturã superesse sinerent.Cúmque præses eius regionis,qui solus si voluisset,poterat vna hora impotenitam turbæ furentis compescere,dissimularet quæ videbat audiebátq;,atq; etiam turbata pace daret infestandi licẽtiam,magis etiam exasperati atrociora sunt ausi facinora:conglobatiq; in cohortes numerosissimas,proseuchas(multæ sunt in singulis vrbis regionibus)aut arbustis succisis vastarunt, aut diruerunt funditus, quasdam etiam incenderũt iniectis ignib⁹ tanta rabie atque insania, vt nec proximis ædificiis parcerent. Ignis enim nactus materiam facilimè trãsilit. Taceo deletos à furentibus eodem incendio honores Romanorum principum, clypeos,coronas statuásq; auratas cũ suis titulis, quos reueriti continere impetum debuerant:sed tum ferociebant, nõ timentes Caium vindicem,quẽ norant Iudæis infensissimum,nec illi quicquam fore gratius,quàm si hanc gẽtem omni genere calamitatum afficerent.& vt nouis adulationibus eum sibi cõciliarent,ac in nos sæuirent securius,quid faciunt?proseuchas quotquot diruere incenderéve non potuerãt,quòd accolerentur magna Iudæorum frequentia,alio modo perdiderunt vnà euersis moribus & ritibus.Nam effigies Caij statuerũt in omnibus,in maxima verò ac celeberrima sublimẽ quadrigis aheneis: idq; tam præpropero studio:vt cùm carerent nouis quadrigis,veteres ærugínosas,aurib⁹,caudis pedibúsq; mutilatas,è gymnasio raperẽt olim dedicatas,vt fertur Cleopatræ,quæ fuerat vltimæ huius nominis reginæ proauia. Qua in re quantũ crimẽ sit admissum,cuivis puto perspicuũ.Nõquid enim decorum erat vel nouas dedicari quæ fuissent fœminæ? nunquid vel viriles vetustas adeò?aut qualescunq;,alienas tamẽ,& iam ante dicatas alteri ? & cum istis talibus donariis non verebãtur ne offenderẽt imperatorem,iracundum & omnes honores sibi deposcentem egregiè splendidos atque magnificos ? at illi ob hoc præclare factum laudem sperabãt insuper,maiorémque gratiam, quòd proseuchas in noua fana verterent,augeréntque contractorum Caio templorum numerum, non tam in eius honorem, quàm vt

vt odium,suum exsaturarent omnifariis nostræ nationis cladibus,id quod liquet argumentis certissimis.primò quia nullius regum,quos circiter decẽ in trecẽtis annis deinceps numerãr. vllam in proseuchis dedicarunt effigiem aut statuam, quãuis hos sui generis deos censerẽt appellaréntq; in titulis.Quid ni? quos certè sciebãt homines,cum pleraſq; bestias aquatiles terrestres volucrésq; referrent inter numina, quorum fanis,aris, templis,lucísq; tota Aegyptus plena est, respondebunt nunc fortasse quod tunc non respondissent,vt sunt adulatores, fortunam principum magis quàm ipsos principes colere soliti:maiorem esse imperatorũ maiestatem ac felicitatem quàm Ptolemæorum fuerat,ac proinde maiores his honores deberi. Ergo homines omnium,ne quid dicam asperius,stultissimi,cur ante Caium Tiberio,qui & illi principatũ parauit,& pervigintitres annos terræ marisq; potitus imperio, nullum semen belli, ac scintillam quidem reliquit in tota Græcia & Barbaria,sed pacẽ pacísq; bona vsque ad suum obitum fouit constantissimè,non eosdem decreuistis honores?num genere erat eo inferior?imò ex vtroque parẽte nobilissimus.An eruditione cedebat?& quis fuit per id tẽporis prudentior aut disertior?At fortassis ætate? & quis rex aut imperator felicius cõsenuit?imò etiamnum iuuenis,senior dicebatur propter opinionẽ solertiæ, & tamẽ hic talis ac tãtus à vobis est præteritus. Quid ille qui humanã naturam excessit omni virtutum genere, propter eximiã potentiam bonitatémq; primus cognominatus Augustus,non hæredirariam hanc appellationem sortitus,sed nouus eius cõditor & transmissor ad posteros?quãuis rebus turbatissimis principatum adeptus & admotus gubernaculis reipublic.nam terra mariq; cõtendebatur de primatu certantibus maritimis & mediterraneis prouinciis,ductu honoratissimi cuiusq; è Romanis optimatibus:&ingẽtes orbis terrarũ tractus inter se cõmittebantur conflictabãtúrq; æmulatione imperij,excitis vtrinq; gentibus vltimis,& aduersas acies terra marique mouẽtibus, vt penè vniuersum hominũ genus internecione sit absumptũ per cædes mutuas,ni rebus fessis subuenisset vnus homo princeps augustæ familiæ,dignus alexicaci seu auerũcatoris cognomine.Hic est Cæsar ille qui depulsis procellis vndequaque ruẽtibus serenitatem orbi restituit,qui calamitatibus publicis tũ Græcarum tum Barbararũ gentium attulit remedia, quæ exortæ ab oriente ac meridie percurrerunt vsque occidentem & septentr

ptentriones,intermediis terris repletis omni malorũ genere. Hic est ille qui solus prouincias quotquot sunt exemit vīculis. Hic est ille q & aperta bella sustulit & occulta latrocinia. Hic est ille qui mare vacuatum nauibus piraticis, reddidit plenũ onerariis. Hic ciuitates vniuersas,libertate donauit,res pertur batas reduxit ad certum ordinem,gentes feras & abhorrentes à cæterarum commercio,formauit ad mãsuetudinem societatémque hominum. Hic Græciæ lõgè promouit pomœria, tractatus verò Barbarorũ opportunissimos mutauit in Græciam. Hic pacis custos,iuris æquus moderator, gratiarum profusus largitor,omnium bonarũ rerum quàm diuvixit cõmunicator. Huius talis tantique benefactoris, per quadragintatres annos quibus Aegyptum tenuit,honores neglexerunt, in proseuchis nulla eius posita statua vel effigie. Atqui si cui noui eximiique honores debebantur,illi conueniebant maximè,non solùm vt autori Augustæ familiæ,& ante alios optimè de mortalib⁹ merito,qui sublato multorum principatu sibi vni sumpsit clauum reipub.gubernandi scientissimus:meritò enim dictũ est illud, Multos imperitare malum est:quia multifariorum malorum causa sunt multorum suffragia.verùm etiam quia totus orbis cælestes ei honores decreuerat,templa,fana,lucos, porticus,vt his alia nulla pulchriora visantur in vrbibus vel noua vel vetera,præsertim in nostra Alexandria.Nullum enim est conferendum cum eo quod dicitur Sebastion,templum Cæsaris nauigãtium præsidis,situ ẽ regione stationis portuosissimæ, sublime, ingens ac cõspicuum,quale nusquam aliubi,plenum donariis, pictis tabulis & statuis,citrũquaque ornatum auro argentóq;, spatiosum,excultum porticibus,bibliothecis,aulis,lucis, vestibulis,atriis,ambulacris,omnibus his sumptuosissimis, spes salutaris soluentium & appellentium.In tanta occasione, in tãto consensu gentium:incolumi proseucharum iure decessit ne quicquã officiis Cæsari debitis?id nemo sanus dixerit.cur igitur prætermiserunt?dicam sedulo. Norant eius curam ac diligẽtiam,qui nõ minus sollicitus esset de cõfirmandis singularũ prouinciarum ritibus quàm de Romanis ceremoniis: acciperétq; huiusmodi honores à cæcis assentatoribus,non quòd probaret,sed quia videbatur hoc postulare amplitudo imperij, cui veneratio quædam parabatur his artibus.Ipsum verò nũquam inflatum talibus obsequiis,hinc certò colligitur,quòd nunquã sustinuit se appellari deum vel dominum, auersatus hanc adulation

lationem,nec dissimulans probari sibi Iudæos qui abominarẽ tur talia.Alioquin non passus fuisset trans Tiberim bonam vr bis partem teneri à Iudæis, quorum plerique erant libertini: quippe qui belli iure in potestatem redacti ab heris suis manumissi fuerant permissi ritu maiorũ viuere. Hos sciebat habere suas proseuchas in quibus cœtus facerẽt, præsertim sabbatis, iuxta religionem patriam.Sciebat eos collectas primitiarũ nomine mittere Hierosolyma,& certos homines,qui pro ipsis offerrent victimas.Eos tamen nec vrbe iussit excedere. nec mulctauit iure ciuiũ,quandoquidem ne in Palæstina quidem extinctam volebat eorũ religionem & rempub:nec circa proseuchas quicquam nouauit,nec cœtus in quibus leges discerentur fieri vetuit,nec solennem morẽ primitiarũ offerendarũ vllo edicto sustulit:sed ram sanctè nostra sacra habuit,vt penè omniũ eius domesticorũ dona extent in tẽplo nostro,in quo mãdauit quotidianas mactari victimas suis sumptibus,deovotas altissimo: quæ sacra in hodiernum peraguntur,durabúntq; perpetuò,monumentum virtutum imperatoriarum. Domi quoque quoties menstruas pecuniæ frumentíve distributiones populus accipe ret,Iudæorum rationem haberi voluit:quæ liberalitas si in sabbatum inciderer.quãdo nostris nec dare licet nec accipere,nec operis quicquã facere,præsertim quæstus gratia,iubebãtur diribitores Iudæis in posterũ diẽ reponere publicum beneficiũ. quapropter omnes vbiq; gentes,quãuis suopte ingenio Iudæis parum propitiæ,verebãtur tamen violare iura Iudaica.Itidem sub Tiberio conseruata sunt,licet Seiano res nouas moliẽte in Italia.Cognouit enim ille mox post necẽ insidiatoris,meras calumnias fuisse delata de Iudæis Vrbem incolentibus crimina, cõficta à Seiano,vt gentẽ è medio tolleret,quã norat vel solam vel præcipuè repugnaturam conatibus impiis,& cõspirationi caput imperatoris petẽti.Proinde mandauit omnibus prouinciarum præsidibus,vt oppidatim huic genti parcerent,exceptis conscíis paucis admodum:cæterùm de tribus eorũ nihil nouarent,sed cõmendatos haberent,tum viros ipsos vt pacis amantissimos,tum mores eorum legésq;,vt cõferentes ad tranquillitatem publicam. At Caius sic fastu inflatus est,vt se deum nõ iactarer tantũ,sed & crederet,nec vllos inuenit Græcos aut Barbaros magis idoneos quàm Alexãdrinos quibus abuterẽtur ad satisfaciendũ tam immani cõcupiscẽtiæ.sunt enim magni præstigiarum,assentationũ,simulationúmq; artifices, & semper in

prom

promptu verba habent adulatoria,effreniore ad omnia turbãda miſcendáq; faciles.Dei nomẽ tanti faciunt religioſi homines,vt & ibes & aſpides ſuas multásq; alias beſtias eo dignentur.itaq; cùm ſint huius appellationis prodigi, decipiunt puſillanimos & imperitos impietatis Aegyptiacę:ſed deprehendũtur ab his qui norunt eorũ ſtultitiam vel potius audaciã nefariam:id quod Caius neſciens putabat ab Alexãdrinis deum ſe credi ſerió,quãdoquidẽ non diſſimulãter ſed diſertè vtebãtur omnibus acclamationibus quibus alia ſolent venerari numina,præterea nouã illam profeuchis illatã iniuriã, exiſtimãbat à pura conſcientia profectam & vehementi ſtudio:quæ partim ex quotidianis actis cognoſcebat,trãſmiſſis ſibi ab Alexãdria: hæc enim libẽtius lectitabat, quàm vllum poëma vel hiſtoriã: partim ex nõnullis ſeruis domeſticis,eadem cum ipſo laudare aut irridere ſolitis.Horum pleriq; erant Aegyptij, malè frugi mancipia,aſpidum & crocodillorũ patriorũ venenis tincti, tum corpora tum animos.Quorum chori & totius Aegyptiaci ſodalitij ceu ductor quidam erat Helicon,ſeruus nequam & ſceleſtus,qui malis auibus in palatium ſubrepſerat.Nam artes liberales guſtarat cura prioris heri, qui eum donarat Tiberio Cæſari.& tunc quidem in nullo fuit pretio,q; Tiberius auerſaretur pueriles blanditias,quippe qui iam tũ adoleſcens ad grauitatem ſeueritatémq; fuerat pronior. Sed poſtquã illi defuncto Caius in principatum ſucceſsit iſte animaduertens nouum herũ in omnes relaxationes & delicias effundi omnibus ſenſibus ſic cogitauit:Nũc tuum tẽpus eſt Helicon, excita teipſum, habes auſcultatorem & ſpectatorem egregium,cui te oſtentãdo approbes.Agili es ingenio.ſalib⁹ & cauillis vales plurimũ. Probẽ calles nugas,riſus,iocos,& ludicra.Tenes artes illiberales nõ minus quàm liberales.Habes & non iniucundam facundiam , qua inter adulandum poſsis malitioſè pungere , vt non riſum ſolùm ſed & bilẽ è ſuſpicione moueas,quãdo in poteſtate habes dominum ad audiendas delationes facilẽ. Patẽt enim (vt ſcis) aures eius,ſemper arrectæ ad cõmentitias obtrectationes atq; calumnias.Earũ materiã noli amplius quærere, habes criminationes Iudaicorũ rituum,quas didiciſti à pueritia. non ab vno aliquo.ſed à linguaciſsima parte Alexandrini populi,Oſtẽde quid didiceris.His ineptis & ſceleſtis cogitationibus percitus aſſectabatur Caiſi,nec noctu abſcitẽs nec interdiu, ſed abutẽs ad incuſandos Iudęos ſeceſſu eius in otio,cauillis eũ oblect

oblectans verſutiſsimus,quo magis illos pungeret. Nec enim apertè delatorem ſe profitebatur,nec profiteri poterat:ſed obliquè & aſtu infeſtabat grauius quàm ſi profeſſàs cum ea gente exerceret inimicitias,Id cùm ſcirent Alexandrinorum legati, dicuntur eum conduxiſſe magnis mercedibus,non tantùm pecunia, ſed & ſpe honorum, quos ei pollicebantur ſe collaturos quàm primùm Caius veniret Alexandriã. At ille tempus illud ſomnians,fore vel honoraretur preſente domino,& cum eo pene toto orbe habitabili (nec enim dubiũ erat proſecuturos eũ optimates ciuitatũ omnium,relictis remotiſsimis vrbibus ob viſendam maximam & celeberrimam)benignè cũcta pollicebatur.itaq; aliquãdiu latentis hoſtis ignari,apertos tãtùm obſeruabamus.poſtquã autẽ ſenſimus , diſpiciebamus ſi quo modo poſſemus mollire ac cicurare hominẽ,vndecũq; nos ferientem miſsilibus.erat enim Caio ſocius pilę paleſtræ,balinearũ, conuiuiorũ comeſſationúmq;,præfectus ipſius cubiculo , quæ dignitas eſt primaria,quòd ei ſemper aures imperatoris paterent,& poſthabitis rebus aliis auidè vacarẽt eius fabulis.eæ cõ ſtabãt ſcurrilitate ſcommatũ,admixtis interim delationibus, vt eadẽ opera & illũ oblectarent,& nobis nocerẽt maximè. Nã id quod videbatur quæri maximè,videlicet voluptas principis, agebatur tantùm obiter.Accuſationes verò quæ obiter aſpergi videbãtur,erant ſcopus primarius,& vnicũ propoſitũ nequiſsimi mancipij. tandem excuſsis omnibus rudentibus, auras nactus ſecundas à puppi aſpirãtes,plenis velis ferebatur & in nos inuehebatur,alia ſuper alia cõponens crimina:quæ adeò hæſerunt infixa menti auſcultantis , vt nunquam obliuiſci poſſet. cùmque inopes conſilij moueremus omnem lapidem vt Heliconem placaremus,nullum inueniebamus ad eum aditum,nemine audente alloqui vel accedere hominem , præ arrogantia nullitolerabilem.ſimul quia neſciebamus an aliquod priuatũ in Iudæos aleret odium,propter quod dominũ contra eos exacerbare nõ deſineret,omiſſo illo ſatagente circa hoc negotiũ, ad aliam rem ſumus verſi magis neceſſariam. Placuit offerri Caio libellum continentẽ ſummam calamitatũ , & earum deprecationẽ.id erat fermè compẽdium ſupplicationis prolixioris,quã per Agrippã regẽ paulò antè miſeramus.nam is fortè fortuna venerat Alexandriam,nauigaturus in Syriam in ſuum regnum quod ab imperatore acceperat.ſed ignorabamus etiã tum quàm falleremur.ex quo enim primùm oram ſoluimus,

putabamus nos inuenturos reddẽtem iura iudicem.at ille erat hostis implacabilis, alliciens vt tum videbatur vultu hilari & appellationibus comibus.exceptos enim nos primũ in campo Martio,cùm è maternis hortis exiret,resalutauit,& dextra innuit se propitiũ:missõq; ad nos Homulo qui legationibus admittendis præerat,pollicitus est se cogniturũ nostram causam per otium,ita vt tota corona circũstantium gratularetur nobis tãquam voti cõpotibus,atq; etiam nostrates quotquot ex aspectu de rebus iudicãt.Ego verò qui plus per ætatem & eruditionem sapere videor,suspecta habebã illa quæ exhilarabãt alios, sic enim cogitabam:quid sibi vult q̃ cùm tot adsint legationes propemodum ex omnibus orbis regionibus,ait se nos solos auditurum.nec enim nescit nos esse Iudæos, contentos si æquaremur cæteris.Cæterùm prærogatiuam sperare apud alienigenã iuuenem & liberæ potestatis dominum,nõ procul abfuerit ab insania.Profectò in Alexandrinos est propensior,& in eorũ gratiam maturat iudicium.atq; vtinã iudicẽ præstet partibus, nõ patronum illis,nobis aduersarium.hæc reputans trepidabam, inquietus noctu & interdiu.ita mœrentẽ me gemẽtémq; (nec enim tutum erat interpellari principẽ) alius casus nec opinatus repentè perterruit,non parti Iudæorum,sed vniuersis periculum afferẽs.Veneramus ex vrbe Puteolos Caium secuti. descenderat enim ad mare,morabatúrq; circa eum sinũ nunc hãc villam visendo nunc aliam, quæ multæ ibi sunt & splendidæ. Nos verò de agenda nostra causa solicitos,quippe qui accersiri expectabamus continuè,accedit quidam suffusis trepidisq; oculis obtuens & anhelus:cúmq; paululum seduxisset (adstabant enim quidam in proximo)Audistisne,inquit, noui quippiam? simúlq; conatus rem eloqui,fletu oborto impeditus est. deinde rursum exorsus narrare,iterum atque tertiò fuit ad eundem modum inhibitus.nos verò conspectu eius territi obsecrabamus indicaret quã ob rem venisset.nõ enim venisse propalam flendi gratia:quòd si quid esset dignum lacrymis, faceret nos earum participes,assuetos iam calamitatibus.tandem ille crebra singultiens,Periit nobis templum.iubet Caius poni sibi colossum in adytis intimis,ascito in titulo Iouis cognomine. Nobis verò attonitis miraculo,& in vestigio præ stupore hærentibus,muti enim stabamus & enerues defectis viribus corporis, superuenerũt alij doloris eiusdem nuntij. deinde omnes simul cõclaue ingressi & inclusi deplorabamus fortunã priuatã atq; public

publicã,suggerẽte dolore querimonias,nihil enim calamitosis loquacius.tædebat enim ac pœnitebat quòd ad deprecandũ iniurias,quas quotidie pateremur,medio hyemis traiecissemus vasta maria,ignari nobis imminere tempestatẽ in terris multò sæuiorẽ iactatione maritima.hanc enim hyemẽ natura postulat,discernẽs anni tẽpora.opera verò naturæ sunt salutaria. alterã autem excitabat homo nihil humanum sapiens,iuuenis rerum nouarũ cupidus,solutus in omnẽ tyrannicam licẽtiam. eius iuuẽtus cõcitata viribus imperij,malum erat inexpugnabile.quis enim auderet deprecaturus accedere,vel saltẽ hiscere apud vastatorem templi omnium sanctissimi?satis enim apparebat nihil non contempturum,qui à fano inclyro,quòd oriens occidénsq; tanquam solem religiosè veneratur, nõ abstineret iniuriam.quòd si etiam daretur aditus,quid aliud expectãdum erat quàm mors certissima?Sed moriamur,inquã, est enim vita glorioſè mori pro patriis legibus.Verùm cũ hæc mors nulli profutura sit,an-nõ insania fuerit,hãc quoq; cladẽ cæteris auctariũ adiicere,præsertim cũ legatione fungamur, vt ad eos q nos miserũt magis pertineat hoc infortuniũ. nec deerũt inter tribules nostros malitiosi homines, impietatis nos accusaturi,quòd fluctuantem in extremo periculo rempubl.destituerimus,vt consuleremus priuatis cõmodis.debẽt enim paruæ res magnis cedere,priuatæ publicis,quibus perditis leges quoq; & instituta patria pereũt.nefas est nos de iure Alexãdrinæ ciuitatis decedere,cũ agatur de vniuersa Iudæorũ repub. & timendum sit ne huius gẽtis nomẽ penitus aboleri iubeat homo nouator & vasto animo terribilis.Cùm igitur vtrãq; causam frustra susceptsse agendã videamur,dicat aliquis:Non poterãt saltem expedire tutũ reditum?Respõderem, aut non habes liberale ingeniũ,aut nõ didicisti sacras literas. bene sperant generosi animi,& sacræ literæ bene sperãdi autores sunt suis discipulis,quicũq; nõ obiter eas,nec primoribus labris degustarũt, fortasis tentatio est hæc nostri seculi hominũ, quomodo erga virtutem affecti sint,& an didicerint aduersos casus ferre fortiter.Valeant igitur humana præsidia quę nos deserunt,modò in anima spes firma maneat,Deum nobis seruatorem nõ defore, qui sæpe gentem hanc eripuit exitio.Hunc in modum solabamur mala præter expectationem instantia, seruantes nos ad tranquilliora tempora.deinde interposito breui silentio,sic allocuti sumus eius calamitatis nũtios:Quid ita sedetis scintilla

tantùm in aures noſtras iniecta qua vramur,cùm debeatis exponere cauſam etiam huius cõſilij,quid Caium moueat. Tum illi:Primariam cauſam ſcitis,quam ſciunt omnes. Vult haberi deus.perſuaſus eſt obſtare ſolos Iudæos,nec aliam ſe poſſe illis grauiorem pœnam infligere,quàm ſi maieſtatẽ eorum templi diminuat.audiuit eñ id eſſe in orbe toto pulcherrimũ,p multas ætates continuis & largis ſumptibus vſq; magis ac magis exornatum.eſt autẽ contentioſus & peruicax,vúltq; id ſibi vſurpare.nunc verò exaſperatus etiam Capitonis quæſtoris literis. is in Iudæa præeſt exigendis tributis,infenſus prouincialibus. pauper enim eò profectus,nunc illis fraudatis ditatus, & accuſationem metuens,decreuit eos præuenire, & calumniis veras criminationes auertere,caſu quodã nactus occaſionẽ. Iamniã vrbem Iudææ cũ primis frequentẽ populo,colũt promiſcuè,Iudæi quidẽ pars maxima,nõnulli tamen etiã alienigenæ, q malo fato ſubrepſerunt è finitimis regionibus:& cũ ſint inquilini, faceſſunt indigenis negotia,ſemper aliquid moliẽdo aduerſus ritus Iudaicos,hi cùm audirẽt ab aduenis quãtopere Caius pro deo coli cupiat,& quàm infenſus vniuerſæ Iudæorum genti ſit, rati ſe nactos occaſionẽ ſtruẽdis inſidiis,extẽpore aram incitãt è materia viliſsima,luto formato in lateres,tantùm vt molęſti eſſent ciuibus.ſciebant enim nõ laturos violari leges patrias. quod & ſequutũ eſt.Conſpicati enim & indignati regionis ſacratæ ritus ſacros ſic aboleri,coorti eam ſuſtulerunt è medio. aduerſarij verò mox Capitonem adiuerũt,qui fuit autor totius huius tragœdiæ.Is lucrum ſibi à fortuna oblatũ exiſtimãs, cuius iamdudũ erat cupidus.ſcribit Caio,exaggerãdo rem & amplificando.His cognitis ille vt opulentus ac magnificus, iubet pro altari latericio ſubuerſo in Iamnia,poni coloſſum inauratum in ipſo templo vrbis primariæ,cõſultoribus vſus optimis & ſapientiſsimis.Helicone veteratore ſcurra nobili,& Appelle quodam tragœdo,qui prius ætatis florem,vt fertur, venditaue rat:tum verò faſtiditus ſe in ſcenam contulerat. ſcenici autem quorũ eſt negotium & ſtudium vt theatris placeant,profligato pudore probris & turpitudini ſunt deditiſsimi:quibus artibus Appelles peruenenit in conſiliariorũ ordinem,vt poſſet conſulere Caius,alterũ quomodo canẽdum,alterũ quomodo ludẽdũ ſalibus,omiſſa cura iuſtitiæ tuẽdæ pacíſq; publicæ. ita Helicõ măcipiũ ſcorpioni ſimile Iudæos petebat veneno Aegyptiaco, Appelles verò Aſcalonio.nã inde oriũdus erat.Eſt autẽ Aſcalonitis

nitis perpetua ſimultas cum finitimis Iudæis ſacræ terræ incolis.Dum hæc audiremus,ad ſingula verba nominãq; ſauciabamur animas.Verùm illi bonorũ conſiliorũ boni autores paulò pòſt impietatis ſuæ mercedem inuenerũt: alter à Caio vinctus ferreis cõpedibus propter alia crimina,tortúsq; in rota ex interuello ſæpius,ſicut quidam morbi ſolent diebus ſtatis recurre.Helicon verò inrerfectus à Claudio Germanico Cæſare propter alias itidẽ culpas inſani capitis.Sed iſta pòſt acciderũt: literæ porrò de ſtatua dedicãda ſcriptæ ſunt nõ temerè,ſed quantum fieri potuit accuratiſsimè.In eis impetratum eſt Petronio Syriæ prouinciæ præſidi,vt ripẽſis exercitus,cõtra irruptiones oriẽtalium regũ nationúmq; oppoſiti,dimidium ab Euphrate aduerſus Iudæos duceret,vt proſequerẽtur ſtatuam,nõ quo auguſtior dedicatio fieret,ſed vt confeſtim periret ſiquis obſiſteret.Quid ais domine?quia præuides nõ laturos,ſed vſq; mortẽ pro legibus patriis certaturos,bella moues? non enim videris ignarus futuri motus ſi quis templum profanare conetur.ideo iam nunc præſagus iubes induci exercitum,vt ſanctis victimis dedicetur tua ſtatua,cædibus miſerorũ,virorũ ſimul atq; mulierum.Cæterũ Petronius perlectis literis hærebat anceps cõſilij,quippe qui nec detrectare poterat prę metu,nõ ignarus illũ ne morã quidem laturum æquo animo, nedũ tergiuerſationẽ: nec rem aggredi putabat tutum ac facile.ſciebat enim Iudæos non vnã,ſed mille,ſi fieri poſſet,mortes ſubituros citius quàm ſuſtinerent vetitũ aliquid facere.Omnes enim gentes libenter ſeruãt ritus patrios,ſed Iudæi præ cęteris.cùm enim leges ſuas credãt oraculis proditas,eáſq; diſcãt à pueritia, in animis circũferunt harum expreſſas imagines,& ſemper intuendo admirantur vt honeſtiſsimas,alienigenas quoq; harum obſeruatores amplectuntur pro ſuis ciuibus.oſores autem earum ac vituperatores habent pro hoſtibus,& in tantũ abhorrẽt à quavis re ſuis legibus vetita,vt omnibus fortunis ſelicitatibúsq; humanis ad præuaricationem adduci nequeant.ſed nihil religioſius quàm templum coluut, vel hoc argumento, quod certiſsima mors proponitur vltra ſeptum interius penetrãtibus. nam intra exterius recipiunt vndecunq; venientes ſuæ gentis homines.Hæc ſecum reputans Petronius,rem cunctanter aggrediabatur,ratus (vt erat) facinus audax: aduocatíſq; tanquam in animæ conſiſtorium rationibus omnibus,ſcrutabatur ſingularum ſententias,quas conſentientes inueniebat, nihil in ſacris

nouãdum.primũ quia ſic ius naturæ pietatíſq; poſtulet,deinde propter imminens periculũ,non ſolũ à Deo,verumetiam à lęſis iritatíſq; hominibus. illud quoq; cogitabat,quã populoſa eſſet hæc natio,nõ vt aliæ cõprehenſa vnius regionis ſpatio, ſed totũ penè orbẽ paſsim incolens.diffuſa eſt enim per cõtinentis prouincias omnes atq; inſulas, adeò vt nõ multò pauciores ſint indigenis.tam multas hoſtiũ myriadas in ſe prouocare an-nõ periculoſa videri poterat alea?ne fortè illis per omnes terras conſpirantibus,& ad vim arcẽdam certatim in vnũ confluentibus, bellum exoriretur inſuperabile: abſq; eo quòd ipſam Iudæam innumera multitudo incoleret,viri tum corpore valentiſsimi, tum animo fortiſsimi,parati prius generoſam mortem oppetere,quàm deſerere mores ac ritus patrios, quantũvis calumniatorum opinione barbaros,cùm reuera ſint liberales & nobiles. Terrori etiam erant Tranſeuphratenſes copiæ. nam Babylonẽ & multas alias ſatrapias à Iudæis teneri,nõ auribus ſolũ, ſed & oculis cõpertũ habebat:quòd ſingulis annis ſacra pecunia miſſitaretur inde in templum primitiarum nomine,quãquam per vias difficiles & aſperas,quæ tamen illis regiæ videntur ad pietatem recta properãtibus. Meritò igitur timẽs ne cognita hac noua dedicatione,ſubitò expeditionem ſuſciperent,& hinc atq; inde coorti iunctis copiis incluſos in medio clade ingenti afficerẽt,retardabatur talibus cogitationibus. ſed in diuerſum trahebatur cõtrariis:dominum hæc iubere iuuenem,vtile iudicãtem quicquid ipſi collibuerit.& ſemel decrera exequi cõtendentem quamlibet noxia, vt qui præ ſuperbia peruicaciáq; tranſiliens hominis terminos in deos ſeipſe referat,impẽdere ſibi capitale periculum,ſiue imperata faceret, ſiue non. ſed ſi pareat, cum bello cuius anceps euentus ſit: ſin iuſſa detrecter, certiſsimam à Caio pernitiem. ad bellum proniores erant multi Romani adiutores in adminiſtratione rerum Syriacarũ, quod ſcirent in ſe primos ſæuiturũ principem,vt autores inobedientię. & dabatur ſpatium deliberãdi,dum pararetur ſtatua.nam neq; tranſmiſſa fuit ex Italia,Deo volente opinor,& ſuos occulto fauore protegente ab iniuria:neq; iuſſus eſt è tota Syria lectiſsimam ſumere:alioqui præpropere violatis legibus exortus fuiſſet repentinus tumultus,prius quàm expediri poſſet vtile conſilium.nam ſubitanei caſus ingruẽtes vim rationis hebetãt.itáq; Petronius in propinquo iubet parari ſtatuam, & accitis è Phœnicia peritiſsimis artificibus præbet materiam,officina Sidone inſti

inſtituta,dein honoratiores Iudæorũ ſacerdotes & magiſtratus euocat,indicatur⁹ eis Caij mãdata, ſimùlq; ſuaſurus vt patiẽter ferrent iuſſa domini,& cauerẽt mala imminentia.paratũ enim eſſe robur exercitus Syriaci ad edendas per totam eorũ regionẽ ſtrages maximas.putabat enim ſi horum præmolliret animos, poſſe per eos moueri ad obſequiũ cęterã multitudinẽ:ſed valde ſua opinione deceptus eſt.perculſi enim ad primã eius rei mentionem,tanquã in pręſenti calamitate obmutuere,quaſi è fonte profundendo lacrymas,& capillos barbáſq; vellendo,cũ lamentis huiuſmodi: En quò nimis beati ſeneſcendo peruenimus, vt quod nemo maiorũ vnquam vidit,nos ſpectaremus.quibus tandem oculis?hos enim prius abiiciemus cũ erumnoſa vita & miſerabili,quàm tãtum nefas inſpiciamus, quod nec auditus nec mens ſuſtinet.Interea qui in ſancta vrbe cęteráq; regione famã huius conatus audierant,velut de cõmuni ſentẽtia coorti,teſſeram dante dolore publico, profecti ſunt vno agmine, deſertis oppidis,caſtellis & ædibus, continuatóq; itinere comenderunt in Phœniciã,vbi tunc agebat Petronius. id Petroniani quidam conſpicati curſim ei renũtiarunt,caueret ſibi à turbis,infeſtum agmen exiſtimantes.móxq; nullis ſtipato ſatellitiis multitudo Iudæorũ ceu nubes repentè ſuperuenit,totam Phœnicem occupans,vt miraculo eſſet neſciẽtibus gentis frequentiã. ac primũ tantus clamor cũ fletu plãctúq; ſublatus eſt, vt hebetaret aures præſentium.nam & poſtquam deſiit,durabat eius ſonitus.ſecutæ ſunt compellationes,& preces quales dictare ſolent calamitoſa tempora.erant autem diſtributi in ſex ordines,ſeniorũ,iuniorum,puerorum:rurſum alia parte anuum,mulierum, virginum. Vbi verò Petronius in loco ſuperiore conſpectus eſt,vniuerſi ordines velut ad vnum edictum humi procumbunt ſupplices cum vlulatu quodam flebili. iuſſíque ſurgere & accedere propius, vix tandem ſurrexerunt, & conſperſi multo puluere,difluentéſq; lacrymis, accedebant reductis in tergum more damnatorum ambabus manibus. tum ſenatus ſtans ſic loquutus eſt:Inermes,vt vides,adſum⁹,ne quis nos dicat venire hoſtiliter.manus autẽ pro armis à natura datas retroflexiimus otioſas,præbemus & corpora ad certos ictus ferire volentibus.Vxores & liberos familiáſq; adduxim⁹,ſupplices tibi & per te Caio aduoluimur domi relicto nemine,orantes vt aut omnes ſeruetis, aut omnes internecione deleatis. Sumus Petroni & natura pacis cupidi & ſtudio, ad quam nos trahit cura liberorum

alendorum ex noſtris laboribus. Caio imperium adepto primi ex tota Syria gratulati ſumus, Vitellio cuius ſucceſſor es tũc in noſtra vrbe degẽte qui ſuper hac re literas acceperat, & à nobis ad cæteras ciuitates fama lætum nũtium pertulit, primum noſtrum templum excepit pro imperio Caij victimas. vt primum aut etiam ſolũ priuaretur religione patria. decedimus vrbibus, cedimus priuatis ædibus & poſſeſsionibus, ſupellectilẽ vel precioſiſsimam vltro vobis in prædam offerimus, eo animo vt nos putemus non dare ſed accipere. vnũ pro his omnibus petimus, nequid in templo nouetur, vt'que ſeruetur tale, quale à maioribus nobis eſt traditum. id ſi non impetramus, necãdos nos præbemus, ne videamus viui quod eſt morte grauius. audimus pedeſtres equeſtrésq; aduerſus nos parari copias, ſi dedicationem impediamus. nemo ita inſanit, vt ſeruus ſe opponat domino. libenter iugulabimur. cædant, mactent, fruſtatim concidant ſine certamine ac ſuo ſanguine, agãt quicquid libet victoribus. quid opus eſt exercitu? noſipſi egregij ſacerdotes immolabimus victimas, adducemus ad templum mulieres vxoricidæ, fratres ſororésq; fratricidæ, pueros puellásq; innocentem ætatem puericidæ, tragicis vocabulis vtendum eſt in tragicis calamitatibus. deinde in medio eorum ſtantes abluti cognato ſanguine (nam talia lauacra ad inferos properantibus conueniunt) admiſcebimus & proprium, noſmetipſi iugulando inſuper. morientium hoc mandatum erit vltimum: ne Deus quidem nos accuſet: qui vtriuſq; rationem habuerimus, & imperatori debitæ reuerentiæ, & ſacrarum legum cuſtodiæ. id fiet ſi vitam haud viuẽdam contempſerimus. audiuimus priſcam fabulã è Græca literatura profectam, tantam vim fuiſſe Gorgonei capitis, vt hac viſa homines confeſtim verterentur in ſaxeos. id quãquam fabuloſum videatur, negari tamen nõ poteſt, ſimile quiddam magnos nec opinatos caſus efficere. ira domini mortem adfert, aut quiddã morti proximum. putas Petroni, ſi (quod abſit) aliqui noſtrates viderent in templum deduci ſtatuam, nõ in ſaxa mutatum iri, oculis ſtupentibus, & per ſingula membra ſopito naturali motu corporis. extremum Petroni, hoc erit noſtrum votum æquiſſimum: non cõtendimus ne imperata facias, dilationem tãtum petimus, & oram' ſupplices, vt nobis liceat legatos ad dominũ mittere. fortaſsis impetrabimus ne religio cœleſtis numinis, ne leges ſanctiſsimæ aboleãtur. ne've vltimis etiã poſthabeamur gẽtibus, quibus ſui ritus manẽt incolumes, ne decreta eius aui proauíq; temerentur noſtros mores approbantia diligentérq; confirmantia. forſan his auditis fiet mollior. nõ ſemper eædem ſunt volũtates principum, iratorum verò vaneſcunt celerrimè. petiti ſumus calumniis, permitte adhibeam' remedium. dutũ eſt iniudicatos damnari. ſi nihil impetramus, quid vetat ne quę nunc vult, tunc faciat. ante miſſam legationem noli præcidere ſpem tot milium, non de lucro, ſed de pietate contendentium'. imò & de lucro. quod enim lucrũ homini eſt ſanctitate vtilius? Hæc tum magna contentione magnóq; deſiderio dicta ſunt ab honoratiſsimis ſingultiẽtibus & anhelis, lacrymis ſimul ac ſudore diffluentibus, vt iam Petronio cæterisq; miſerationẽ moueręt. eſt enim mitis ingenio, & verbis factisq; flexibilis. & videbantur æquum poſtulare aſpectu quoq; nihil erat miſerabilius. habita igitur conſultatione cum aſſeſſoribus, animaduertens partim nutare & ambigere, qui modò rigidè aduerſati fuerant, partim præiudicare & miſerationem nõ diſsimulare, gaudebat eorum voluntatibus, & quamuis noſſet imperatoris irã implacabilem, & natiuam fæuitiam, tamen videbatur afflatus aura quadam philoſophiæ pietatisq; Iudaicæ, ſiue iam antè vir doctus ex literis aliquid hauſerat, ſiue ex quo præfecturam adeptus eſt prouinciarum Aſiæ Syriæq;, in quibus oppidatim degunt Iudæi plurimi: ſiue ſuapte natura erat ad res cognitu dignas docilis. ſolet autẽ Deus bonis viris bona ſuggerere cõſilia, tum ipſis tum reipublicæ commoda, quod tunc quoq; contigit. Quid igitur decretũ eſt? ne properarent opifices, ſed darent operam vt ſtatua ſummo expoliretur artificio, & quãtum fieri poſſet exprimeret exemplaria laudatiſsima, quo ſit durabilior. Nã opera extemporanea non temere diuturna fieri, accurata ætatem ferre melius. Cæterùm legationem mittere non eſt conceſſum Iudæis. nec enim ipſis tutum eſſe, rem cõmittere domino qui poſsit omnia. interĩ poſtulatis nec annui nec renui placuit, quod vtrunq; periculoſum eſſet. ſed literas ad Caium mitti, ſine accuſatione Iudæorum, diſsimulatis eorũ ſupplicationibus, cauſam autẽ dilatæ dedicationis referri in opifices, quibus neceſſe ſit dari certum ſpatium temporis. eas moras afferre poſſe amplioris dilationis occaſionem. & fortaſſe tãdem ipſum Caiũ exorari ſe paſſurum. erant enim tum maturæ ſegetes. & timendum erat ne deplorata religione homines vitam quoq; cõtemnerẽt, & vaſtatis agris ſuaſmet fruges latè per campos collésq; incenderẽt. ſolicitabat etiam cura colligendorũ fructuum tum

arboreorum tum arualiũ.ferebatur enim constituisse imperatorem nauigare in Aegyptum Alexandriã:nec videbatur veriũ mille tantum principem per altum mare se obiectaturum periculis,vel propter comitãtis classis magnitudinem, vel propter curam corporis:facilius iter circumeũti per Asiam & Syriam.sic enim quotidie fore illi copiam vel conscendendi naues vel exscendendi, præsertim ducenti longas non onerarias, quibus ora legitur vtilius,sicut onerariis per altum fit velificatio. erat igitur opus pabulũ & annonam parari per omnes vrbes Syriæ, præcipuè maritimas.expectabatur enim ingens multitudo terra mari que ventura, non solùm ab vrbe atque Italia, sed & ab intermediis prouinciis,partim honoratorum, partim militariũ equitum, peditum, naualium nec minor seruorum numerus quàm militum.& requirebatur non tãtùm modus necessarius, verumetiam Caio digna rerum copia.Eas literas postquã perlegerit imperator,daturus putabatur veniam, atq; etiam prudentiam laudaturus eorum qui moras necterent,non in Iudæorum gratiam,sed propter conuectionem fructuum. Ea sententia comprobata scriptæ sunt literæ,& expeditis nuntiis traditę, assuetis itinerum compendio. his acceptis ille inter legendum excandescebat,vultu præ se ferens iracundiam. vbi verò desiit, cõplosis manibus,Euge Petroni,inquit,nõ didicisti audire imperatorem.tumes continuatis hactenus magistratibus,videris ne ex fama quidem Caium nosse, quem experieris non multò pòst.cordi tibi sunt leges Iudæorum,gẽtis mihi inimicissimæ, principis mãdata negligis.timuisti multitudinẽ:quasũ nõ habe res militũ copias formidatas oriẽtalibus,atq; adeò ipsis Parthorum regib⁹. sed miseratus es,ergo minus apud te valuit Caius q̃ miseratio. causaris messem.tibi breui sine excusatione caput ferro demeretur.causaris cõuectionẽ fructuum in aduentũ nostrum parandorum.scilicet si Iudæa fieret sterilis,deerãt finitimæ prouinciæ quæ victum præberent,vnius inopiam suppletu ræ suis prouentibus.sed cur tẽpero à manibus,cur meam volũtatem enũtio. ille mercedem accepturus cladem suam primus sentiat.desino minari,irasci nõ desino.tum breui mora interiecta cuidã ab epistolis dictat responsum ad Petronium, laudans in speciem eius prouidentiã,& in prospiciẽdis futuris solertiã. vehementer enim timebat præsides, quòd illis prõptũ esset res nouas moliri, præsertim in magnis prouinciis apud magnos exercitus,qualis est ad Euphratẽ tractus Syriæ, delinito igitur per

per literas homine,ad rempus iram tegebat implacabilẽ. dein mãdatũ addidit, ne vllam curã præuerteret dedicationis negotio.iam em̃ messes cõuectæ esse poterãt,& cessabat illa seuvera seu affectata excusatio.nec multò pòst aduenit Agrippa rex,more suo Caiũ salutaturus,planè ignarus epistolę Petronij,quid've Caius rescripsisset.coniiciebat tamen statim è vultus nubilo eũ latẽtem iram coquere, retractabátq; intra se ne quid magnum aut paruum dicto factóve commiserit quod illum offenderet, cúmq; nihil inueniret,colligebat,id quod erat,irasci eũ aliis.ac rursus cùm animaduerteret illũ torue in se solùm intueri, metuebat:& sæpius volens rogare,cohibuit se ne forte minas aliò tendentes temeraria curiositate in se cõuerteret.Tum Caius,vt erat callidus ex aspectu deprehendere cogitationes hominum, postquam vidit timentem hæsitãtémq;:Dubitas,inquit,Agrippa,ego tibi hanc dubitationem eximã.tandiu mecum versatus ignoras me oculis non minus quàm voce loqui solere:boni honestiq; ciues tui, qui soli ex omni hominũ genere dedignantur Caium habere pro deo,videntur iam mortem sibi per cõtumaciam quærere,dum me iubente in ipsorũ templo consecrari Iouis simulacrum, populariter ex vrbe agrisq; occurrerũt specie supplicum,sed reuera mãdatum meum proculcaturi. Plura intonaturus erat,cùm rex anxius & præ metu per singula momẽta colore mutato,rubicũdus,luridus,liuidus, à vertice ad calcẽ horrore corripitur:&tremore mẽbra quatiẽte solutisq; neruis collapsus fuisset,ni eum sustẽtassent proximi:qui iussi domum illum retulerũt nil sentientem & subitanea vi mali sopitum ac stupidum.At Caius magis etiã exasperabatur in gentis odiũ.Si Agrippa,inquit,familiaris& amicissim⁹ plurimisq; deuinctus beneficiis,tantum tribuit patriis ritibus,vt ne verbo quidẽ eos violari ferat,sed deliquio penè examinatus sit.quid expectandũ est ab aliis,qui nihil habent quod se in diuersũ retrahat? Agrippa verò tota die partéq; insequentis maxima graui sopore pressus sui cõpos non erat. tandem sub vesperam paululum erecto capite,ægréq; diductis palpebris,caligantes etiãtum circumsebat oculos circumstãtium facies vix dum noscitans:rursumq; somno redditus iã sanior quiescebat,vt apparebat è respiratione & corporis habitu.aliquãto pòst experrectus scitabatur,Vbi nunc sum:nũ apud Caium:adest'ne ipse dominus?responsum est, Bono sis animo,domi es.Caius nõ adest,satis dormisti,erige te in cubitũ,agnosce pentes,omnes sunt domestici,amici,liberti, famuli

famuli,dilecti & tui amātiſsimi, tū verò cœpit reſipiſcere,ſingulos condolere aſpiciens.cúmq; medici iuſsiſſent turbā ſecedere,vt vnctionibus,& cibo tēpeſtiuo corpuſculum eius reficerent:Scilicet,inquit,curādum eſt vobis de parando mihi victu delicatiore.an-nō ſufficit miſero famem pellere vſu rerum viliſsimarum ſimpliciſsimarúmq;?quas ipſas nō admitterē, niſi leuis quædā ſpes me teneret extremi auxilij ferendi gēti infeliciſsimę.Hæc cum lacrymis locutus,neceſſario cibo cōtentus fuit ſine obſoniis:ac ne vinū quidem ſibi miſceri paſſus, aquā tantùm guſtauit.haber,inquit,miſer vētet quod repoſcebat debitū.mihi quid faciēdum niſi Caius ſuppliciter interpellādus de rebus præſentibus?ſumptiſq; tabellis ſcribit has literas,Ne coram te appellem domine,metus obſtat ac reuerētia, quod & minis terrear,& tāta maieſtate ſim attonitus,hæ literæ melius preces meas indicabunt,quas ſupplex pro verbenis offero.Omnibus mortalibus,Imperator,à natura inditus eſt amor patrię, & legum patriarū religio:id quod nō eſt opus vt te doceā.pium erga patriam,& leges eius colentē ex animo.cuiq; ſua, etiamſi nō ſint,vidētur honeſtiſsima,nimirū quæ affectu magis quàm ratione iudicātur à ſingulis.equidē(vt noſti)Iudęus natus ſum, natale ſolum mihi ſunt Hieroſolyma, vbi altiſsimi Dei templum ſanctiſsimum ſitum eſt. auos proauósq; reges habui,& ex his aliquot etiā ſummos pontifices,quā illi dignitatē pluris faciebāt quàm regiam,rati quātò Deus anteſtat homini, tantò pontificatū regno excellentiorē.ad illius enim curā diuinas res humanas ad huius pertinere.huic gēti,patrię,templo.cùm ſim tot modis cōiunctiſsimus,pro cūctis deprecor:pro gēte,ne à vera perſuaſione tranſire cogatur ad contrariā,cùm iam inde ab initio veſtrā familiam perſanctè coluerit.quatenus enim licet ſaluis patriæ pietatis legibus,hac parte nulli gēti cedit in tota Europa & Aſia,vota pro incolumitate Imperij tui faciendo,dona offerēdo.mactādo victimas nō ſolùm in celebritatibus publicis,verùm & quotidianas:atq; ita non tā ore linguáq; iactat ſuam pietatē erga Cęſares,quàm re ipſa declarat propēſiſsimū erga illos animū,pro ſancta verò ciuitate,patria mea,hæc afferre licet.eam eſſe metropolim non vnius regionis Iudææ.ſed & multarū,propter colonias inde olim deductas,vel propius in finitimā Aegyptum,Phœnicē,Syriam,tum cęterā,tum eam quę Cœle cognominatur:vel lōgius in Pāphiliam,Ciliciā, pleraſq; Aſiæ partes vſq; Bithyniā & ponti ſinus intimos. pari modo in Europæ

Europæ Theſſaliam,Bœtiā,Macedoniam,Aetoliam,Atticam, Argos,Corinthúmq; Pelopponneſi partes præcipuas.nec tantū continentis prouinciæ plenæ ſunt coloniis Iudaicis,ſed & inſularum celeberrimæ,Euboea,Cyprus, Creta, ne quid dicam de Tranſeuphratēſibus.excepta eñ parua parte Babylonis & aliarum præfecturarū,omnes vrbes quæ bonū agrum habēt, à Iudæis incolūtur.Itaq; ſi exorat mea patria tuā clementiam,præter ipſam alias ciuitates demereberis plurimas, ſitas in diuerſis orbis tractatibus,Aſia,Europa,Africa,inſulares,maritimas, mediterraneas.Conuenit autē tuæ fortunæ amplisſimę,collati in vnā beneficio plurimas deuinciri alias, vt per omnes orbis partes decātetur tua gloria,& gratiarū actionibus laudibúsq; vbiq; omnia perſtrepāt.amicorū aliquot patrias integras ciuitate Romana donaſti,& qui modò ſerui fuerāt, feciſti aliorum dominos,nec magis gaudēt hoc beneficio qui fruuntur, quàm eius autores.ego quoq; ſcio me habere herū & dominū,ſed inter amicos cenſeri,dignitate paucis ſecūdum,beneuolētia nemini,imò primū potius,vel quia mihi eſt hęreditaria,vel quia maximis cumulata beneficiis:nō audeo tamē patriæ meæ petere,nō dico Romanā ciuitatē, ſed ne libertatem quidē aut immunitatē:peto gratiam ipſis vtiliſsimā,tibi verò innoxiā. quæ enim eſt ſubditorū maior felicitas quàm habere propitiū principem?Hierolymis primū audita eſt, Imperator, exoptata tua ſucceſsio,è ſancta ciuitate diffuſa eſt eius fama ad finitimas prouincias. digna eſt quæ impetret tuā gratiā. quēadmodum enim maximi natu filij honoratiores ſunt,& primi fauſtum patris matriſq; nomen parētibus dederint:eodem modo quoniā prima orientaliū hęc ciuitas Imperatorē te conſalutauit,æquū eſt vt à te tractetur liberalius:aut certè ne ſit deteriore cōditione quàm cæteræ.Hactenus pro patria deprecatus,poſtremas ,p tēplo preces adhibeo,hoc tēplum,Cai domine,iam inde ab initio,nullam vnquam admiſit manufactam effigiem,cùm ſit deo domicilium.pictorū enim atq; ſtatuariorū opera ſunt ſenſibilium deorum imagines:illum autem inuiſibilem pingere aut fingere nefas duxerūt noſtri maiores. Agrippa tuus auus inuiſit id tēplum & honorauit,Auguſtus quoq; per literas iuſsit vnā decūq; illuc mitti primitias,inſtituto ibi etiā quotidiano ſacrificio.honorauit id & tua proauia,nō Græcus,nō barbarus, non rex ſatrapáve vllus vel infenſiſsimus,nō ſeditio,nō bellum,nō captiuitas,nō vaſtatio,non alia res vlla vnquā tantam cladem intulit

intulit,vt cõtra veterem morẽ effigies manufacta in id importaretur,quamuis enim infensos haberet accolas, semper tamẽ sua religione tutũ fuit vt sacratũ conditori patríq; rerũ omniũ scirẽt enim violationẽ eius expiatã sæpe grauissimis calamitatibus,quãobrem veriti sunt iacere impietatis semina,ne sibi pernitiem inde meterẽt.nec est opus externis testibus, cũ possim citare tibi domesticos.M.Agrippa tuus auus maternus Iudæam Herode quo meo regnãte adiit,nec grauatus est à mari ad metropolim mediterraneã ascẽdere.cúmq; spectasset tẽplũ, & decoros ritus sacerdotum,puritatémq; ciuiũ, delectatus est spectaculo vt mirifico ac ineffabili,adeò vt inter familiaria colloquia nihil tũc in ore haberet aliud,quàm laudes tẽpli eiúsq; ornamentorũ. Ergo quãdiu hæsit ibi in Herodis gratiam, accedebat id quotidie,oblectãs animũ contemplatione sacri apparatus,& sacrificiorũ ordine, verẽdæq; maiestatis in summo sacerdote sacrato cultu ornato præsidẽréq; cæteris.dein vbi tẽplum donis honorauit,& ciuibus indulsit quantũ potuit saluis vectigalibus,laudato Herode ipse vicissim laudatus plurimũ, ad mare deductus est prosequentibus non vnius ciuitatis populis,& flore frondéq; illum ob pietatis admirationem aspergentibus.Quid alter tuus auus Tib.Cæsar,nónne manifestè volun tatem eandẽ habuit?certè per vigintitres annos in quibus imperauit,antiquissimã religionẽ tẽpli seruauit incolumem immotámq; modis omnibus,& possum quiddam in laudem eius proferre,quãuis mille sub ipso iactatus casibus. Sed amica est & tibi quoq; grata veritas. Pilatus erat procurator Iudææ.hic non tam in gratiã Tiberij quàm in odium populi, auratos clypeos dedicauit intra sanctã vrbem in Herodis regia, nulla insignes imagine,nec habentes quicquam vetitum:tantùm titulus cõtinebat nomen dedicãtis,& eius cui dedicabantur.id vbi diuulgatum est in populũ,aduocatis vsi quatuor regiis filiis fortuna dignitatéq; regia præditis,reliquísq; huius familiæ,atq; optimatibus cæteris,orabant vt tolleretur illa clypeorũ nouitas,nec violarẽtur ritus patrij,cõseruati à superioribus regib⁹ & imperatoribus.cúmq; ille aduersaretur rigidè,vt erat perui caci duróq; ingenio,cõclamatum est:desine seditiones belláq; ciere,desine pacem profligare.nõ honoratur imperator per legum contumeliã,noli hũc iniuriæ prætextũ quærere. Tiberius nihil vul temerari in nostris ritibus,aut ostende illius edictũ, vel epistolã,aliúdve simile,vt te omisso per legatos oremus do

min

minum.id verò eum magis exasperauit,veritum ne si mittere tur legatio,cætera quoq; detegeret eius crimina, vẽditatas sententias,rapinas,iniurias,clades,tormẽta,crebras cædes indẽnatorum,crudelitatem sæuissimã,iratus igitur homo iracundus anceps erat animi,quòd neq; demere semel dedicatas res auderet,nec subditis gratificari vellet,nõ ignorans Tiberij talibus in rebus cõstãtiam.quod vbi viderũt optimates,& animaduerterũt eum pœnitere cœpti quantũvis dissimularet, scripserunt Tiberio literas humili deprecatione plenissimas. qui cognito quid dixerit Pilatus,quid minatus sit,nõ est opus vt dicã quantum excãduit,quãuis non cõmoueretur temerè: ipsa res iram eius indicat:cõfestim nihil procrastinans scribit literas, valde obiurgãdo eius audaciam,iubẽdóq; vt sine mora clypeos illos tolleret.& trãslati sunt in Cæsareã maritimã,ab Augusto proauo tuo denominatã.quò in ei sacrato tẽplo dedicarentur,sic vt factũ est,ita consultũ fuit & imperatoris honori,& ciuitatis antiquis moribus.tũc dicabãtur clypei nulla picti effigie,nunc colossea statua:tunc in priuatis procuratoris ædibus,nunc(vt fertur)ponetur in intimo sanctuario,quod semel quotánis pontifex introgreditur ieiunij tẽpore,tantùm odores incensurus, & ex more vota facturus,vt felix annus & pax cõtingat omnibus hominibus.de cætero si quis nõ dico plebeius Iudæus,sed sacerdos vel à summo proximus,imò is ipse põtifex si duobus anni diebus,aut eadẽ die ter quatérve introierit, capite luet absq; venia.tantam religionẽ adytorum voluit esse legislator,vt hęc sola inaccessa intactáque seruarentur. quàm multos sacrificos putas vltro mortẽ obituros,si videãt importari statuam? equidem puto illos iugulatis vxoribus & liberis postremò seipsos mactaturos super domesticorũ cadauera.Hæc sunt decreta Tiberij. Quid proauus tuus omnium quotquot vnquam fuerunt imperatorum optimus,primus ob virtutẽ & fortunam Augustus cognominatus,qui pacem terra maríq; diffudit vsq; ad extremos orbis terminos:nónne postquã audiuit ab his quos de hoc templo percõtabatur,nullum ibi inesse simulacrum manu factum,quod visibili forma naturã inuisibilem exprimeret,religiosè admiratus est:quippe qui non summis labris philosophiã gustauerat,sed plerunq; in conuiuiis quæ ferè quotidiana erãt,memoria retractabat quæ à philosophis didicerat, aut ex doctorũ virorũ quos domi alebat cõsuetudine.nam cœnæ tempus vtplurimũ tribuebatur eruditis fabulis, vt nõ solũ corpus,

verùm

verùm & anima ſuis reficeretur deliciis.huius Auguſti proaui tui cùm poſsim exẽpla proferre aliquot, cõteatus ero duobus. Primùm cognito q̃ negligerentur ſacræ primitiæ, per literas mandauit prouinciarũ Aſiæ procuratoribus, vt ſinerẽt Iudæos ſolos in ſynagogis cœtus facere.nõ enim hęc eſſe Bacchanalia, vel ſeditioſorum cõuenticula turbãdæ pacis cauſa: ſed ſcholas iuſtitiæ tẽperantiæq́;,in quibus ſtudium virtutis floreat:primitias verò quotãnis conferri vnde fiant ſacrificia,miſſa in hoc ſacra legatione ad templum Hieroſolyma.dein edicit ne quis ſit impedimẽto Iudæis cœtus collectásve faciẽtibus,aut Hieroſolyma eas mittentibus more patrio.Hæc enim & ſi non his verbis,in eam tamẽ ſentẽtiam mãdata ſunt per literas. ſubiiciam exẽplum vnius epiſtolæ,quo facilius credas domine, quam C. Norbanus Flaccus ſcribit,indicãs quid ipſi Cæſar ſignificauerit.epiſtolæ verba ſunt hæc: C. Norbanus Flaccus proconſul, Epheſiorum magiſtratibus ſalutẽ.Cæſar mihi ſcripſit, Iudæos vbicũq; ſint,antiquo more ſuo cœtus facere,cõferréq; pecunias quas mittãt Hieroſolyma.hos nõ vultvetari.ideo vos certiores facio,me iubere ita fieri.An nõ hęc manifeſta fides,imperator, voluntatis Cæſaris,quàm piè fuerit affectus erga templum noſtrum,dum permittit Iudæos in publico celebrare ſuos cõuentus,propter primitiarũ collationem, cæteráq; pietatis officia? Eſt & aliud argumentũ priore non minus,ex quo liquet Auguſti ſententia.iuſsit è ſuis ipſius reditibus offerri quotidie victimas ritè in holocauſtũ altiſsimo Deo, quæ hodiéq; offeruntur: videlicet taurus & agni duo:quas Cæſar altari deſtinauit, quãuis ſcirẽt ibi nullũ ſimulacrũ eſſe vel in occultovel in propatulo.nihilominus tãtus princeps cogitatione philoſophiæ nulli ſecũdus,animaduertit neceſſum eſſe vt in terris eximiũ fanum dicaretur inuiſibili Deo. ſine vlla effigie,vbi homines cũ bona ſpe vota faciant.hoc magiſtro pietatis vſa proauia tua Iulia Auguſta ornauit templũ hoc aureis phialis& calicibus,aliiſq; donis plurimis ac pretioſiſsimis.cur tãdem cùm nullũ ibi eſſet ſimulacrũ?imbecilliores enim ſunt mẽtes mulierũ, & nihil niſi ſenſibile poſſunt percipere,at illa ſicut cæteris rebus totũ ſexũ, ſic hac quoq; ſuperabat,eruditione meditationéq; aſſecuta qd̃ natura negauerat,& virilem rationẽ adepta, in tantum euaſit perſpicax,vt intelligibilia magis quàm ſenſibilia cerneret, & hæc vmbras illorũ eſſe cẽſeret.Cùm igitur habeas domine, tot exẽpla domeſtica optimæ erga nos volũtatis maiorũ tuorum à quib

quibus prognatus & ad hoc rerum faſtigium euectus es,ſerua quæ illi ad vnum omnes cõſeruarunt, deprecantur pro noſtris legibus imperatores apud imperatorẽ, auguſti apud auguſtũ, aui proauíq; apud nepotem,plures apud vnum,tantũ non dicẽtes.noli decreta noſtra quæ in hanc vſq; diem permanſerunt,facere irrita.etenim vt nihil infauſtum antiquationem earum ſequatur.tamen incertitudo futuri temporis nõ ſinit ſecuros eſſe vel audaciſsimos, modò ne ſint planè contemptores numinis. Si vellem enumerare quę in me cõtuliſti beneficia,dies me deficeret,nec opus eſt me id obiter facere:ſed vt ego taceã,res ipſæ loquũtur.exemiſti me ferreis vinculis. quis neſcit?obſecro,Imperator,ne me aſtringas grauioribus. illa partem premebant corporis,at hæc vereor ne totam onerent animam.impendentẽ mihi mortis metum depuliſti, & metu præmortuũ ceu rediuiuum excitaſti è funere: velis,Imperator,hoc beneficiũ eſſe perpetuum,ne tuus Agrippa vitam abrumpat. alioqui videbor ſeruatus non vt viuerem,ſed vt nouis calamitatibus inſignis morerer, donaſti mihi regnum,qua ſorte nulla inter mortales felicior:id cũ prius vnam regionem nõ excederet,adiunxiſti mihi mox maiorem alteram,Traconitim & Galilæam.ergo cùm ſuperflua ditione me auxeris domine, noli adimere quæ ſunt neceſſaria.noli productum in lucem clariſsimam rurſum in tenebras altiſsimas abiicere.libenter cedo iſto ſplendore,nec priſtinam fortunam deprecor. vnum peto pro cunctis cæteris,incolumitatem ritus patrij, quid enim de me loquentur vel tribules,vel vniuerſi homines ? alterutrum enim ſequetur,aut vt appeller meorum proditor,aut inter tuos amicos poſthac non habear:quo vtrolibet quid poteſt eſſe infelicius ? nam ſi adhuc in amicis numeror,proditionis inſimulabor,ſi nec patriã indemnem,nec templum inuiolatum præſtitero. nam vos præpotentes ſoletis amicorum ad imperatoriam opem confugientium rebus conſulere,quòd ſi qua in re animo tuo moleſtus ſum,noli me vincire vt Tiberius,ſed ne toties vĩcula timeam, iube mox interimi. quid eñ mihi vita opus eſt,cui ſpes vnica ſalutis fuit in tua beneuolentia ? Has literas obſignatas mittit Cajo, & incluſus domi expectat anxius de euentu, ſolicitúsq; ne illum interpellarent parum cõmodè.nam nõ mediocris periculi iecerat aleam,nimirũ de libertate ſalutéq; non ſolùm terram ſanctam incolentiũ,verumetiã omnium in orbe toto diſperſorũ Iudæorum. ille inter legendũ nunc offendebatur quòd cœpta non ſuc

cederent, nunc flectebatur vel iure ipso causæ tam bonæ, vel adiunctis precibus: & Agrippam partim laudabat, partim incusabat, vitio vertebat quòd tribules suos nimis diligeret, solos contumaciter auersantes ipsius consecrationem: laudabat quòd nõ cælaret suam sententiam, id quod aiebat indicium generosi animi. mitigatus igitur vt videbatur, respõdit clemẽtius, & Agrippæ donauit ceu maximam gratiam, ne fieret dedicatio: simulq; iussit scribi P. Petronio Syriæ præsidi, nequid in Iudæorũ templo nouaret. Ne tamen solida esset ea gratia, terrorem admiscuit sic scribens: Quòd si extrà vnam metropolim in finitimis vrbibus quicunq; volentes altaria templáve aut statuas imaginéve mihi meisq; ponere vetiti fuerint, quisquis obstiterit plectatur continuò, aut ad me mittatur. Id verò nihil aliud erat, quàm seditionum initium bellorúmq; ciuilium, & gratiæ quæ videbatur cõcessa simpliciter, obliqua quædam abrogatio. nam aduersarij magis in odium Iudæorum, quàm in Caij honorem, repleturi putabantur totam regionem anathematibus: hi contrà violari suos ritus in cõspectu suo non passuri, etiamsi essent patientissimi: vt Caius si quis se moueret seuerè puniẽs. rursum iuberet in templo dedicari statuam suam. sed diuina prouidentia iustissimi numinis factum est vt nemo finitimorum quicquam moueret, occasionémq; præberet. quamuis ne accusatione quidem vel mediocri expectata imminebant casus grauissimi. At quid hæc quies profuit, dicat aliquis. nec em̃ Caius quiescebat cum cæteris, iam pœnitens cõcessæ gratiæ, resuscitánsq; pristinam cõcupiscentiam. nam iussit Romæ fieri alium colossum æreum inauratũ, omisso illo Sidonio, ne quem motum excitaret in populo: vt q; nauibus trãsportatũ per silentiũ, repentè clàm prius quàm sentiretur in templo poneret, id autem factu rus erat obiter, in Aegyptum nauigans. tenebatur enim miro visendæ Alexandriæ desiderio, magna cura profectionem instituens, vt ibi diu degeret, ratus consecrationẽ suam quã somniabat, in hac vna ciuitate posse succedere, atq; inde huius religionis exemplum manaturum ad minores cæteras, propter situm eius vrbis in regione opportunissima. solẽt enim minores vel homines, vel ciuitates ad maiorum æmulationem se componere. & erat alioquin etiam inconstans ingenio, vt mox pœnitens siquid boni fecisset, irritum infectúmq; id cuperet, vt fieret molestior & nocẽtior. Verbi gratia, vinctos soluit aliquot, mox nihil commeritos vinxit denuò, omni spe adempta iam miserrimis

mis. alios damnauit exilio mortem expectantes, non quòd conscirent sibi capitalẽ culpam, aut quavis pœna dignam vel leuissima, sed ob nimiam iudicis inclementiam desperabundos. hi rati se euasisse lucro imputabant exilium, quo non minus gaudebant quàm alij reditu in patriam. sed non multò pòst nihil noui molientes, insulas tanquam natale solum incolẽtes, ferentésq; fortiter infortunium, submissis militibus occidit vniuersos, luctum inopinatum in vrbe afferẽs, familiis nobilissimis. quòd si quibus donauit pecuniam, postea repetebat non vt mutuatitiam cùm fœnorum fœnoribus, sed vt furtiuam cum maximo damno eorum qui acceperant. non enim satis erat miseros donata reddere, sed omnia sua bona supererogabant, siue patrimonij hæreditatúmq; iure quæsita, siue industria propria. qui verò maximè probatos & charos ei se putabant, alio modo mulctabãtur suauiter prætextu amicitiæ, ingentes sumptus faciendo in repentinas & incõsideratas profectiones atq; in conuiuia. aliquando enim facultates omnes in vnam cœnam insumebantur, ita vt opus esset mutuum accipere à fœneratoribus. tantùm erat splendoris ac magnificẽtiæ. quo factum est vt quidam auersarentur eius gratias, vt nõ modò inutiles, sed damnosas etiam, & inescatrices insidiosas. hæc fuit eius morum inæqualitas, atque inconstantia, præsertim erga Iudæos sibi exosos maximè, quorum prosecutus exorsus ab Alexandria sibi vsurpauit, & repleuit statuis effigiem suam referentibus, nemine non cedente ipsius autoritati atque violentiæ. supererat vnum sanctę ciuitatis templum cum iure asyli. id conabatur in suum proprium templũ demutare cum titulo NOVI IOVIS ILLVSTRIS CAII. quid ais? tu cùm sis homo, ætherem & cælũ quæris insuper, non contentus imperio tot prouinciarũ, insularum, gentium? deo in terra nihil vis relinquere? nõ agrum, non ciuitatem, ne fanum quidem tam modicum illi dedicatum ex oraculis, vt ne hic superfit vllum vestigium monumentúmve pietatis ac religionis vero Deo debitę? egregiam de te spem facis humano generi. ignoras te aperire fontes malorum cuncto rum, dum moliris quę nec facere nec cogitare fas est? Libet cõmemorare hic & illa quæ vidimus audiuimúsque, quando ad reipublicę nostræ causam agendam acciti fuimus. in primo statim cõgressu cognouimus ex vultu gestúq; pro iudice nos cum habituros accusatorem & aduersarium. iudicis enim officium erat sedere in optimatum consistorio, examinare causam per

quadringentos annos dissimulatam,& tum primũ reuocatam in dubium,vbi ageretur de tam multis Iudæorum Alexandrinorum milibus,citare horum aduersarios, viciſsim partes audire,ad clepſydrarum numerum,consultare cum assessoribus, palàm proferre sententiam iustissimam.at ille cum herili supercilio se gessit vt tyrannus inclementissimus.nam his omissis quæ modò dixi,accersit curatores duos hortorum Mæcenatis & Lamiæ,qui & inter se & vrbi propinqui sunt,in quibus iã tribus quatuórve diebus habitauerat.vbi nobis præsentibus agenda erat totius gentis fabula.iubet villas omnes sibi aperiri, velle enim se singulas diligẽter inspicere.tum nos introducti, ad primum conspectum eum reuerenter adorauimus,& imperatoris augustiq; appellatione salutauimus. ille resalutauit tã comiter,vt de vita,nedum de causa desperaremus.ringẽdo eñ rogauit;Vósne estis illi diis inuisi.qui me omnium cõfessione deum declaratum soli aspernamini,mauultisq; vestrum innominatum colere?simúlq; sublatis ad cælum manibus erupit in vocem,quam ne audire quidem fas est,nedum proloquiverbis totidem,ac mox exorta est aduersæ partis ingens lætitia, quòd hoc audito iam tum se victores in hac causa fore ominarẽtur. itaq; gestiebant & exultabãt præ gaudio,deorum omnium acclamantes ei cognomina;his appellationibus humanam naturam excedentibus gaudentem conspicatus Isidorus sycophãta amarulẽtus: Magis,inquit,detestareris domine istos,eorúmq; tribules,si scires eorum erga te impietatem atq; maleuolentiam.omnibus enim pro salute tua votiuas cædentibus victimas,isti soli non sustinuerunt sacra facere.cùm dico isti,de cũctis Iudæis loquor.exclamauimus vnanimiter, Domine Caij, calũniis petimur. immolauimus hecatombas.libatóq; ad arã sanguine,carnes domum non retulimus ad epulas, vt quorundam est mos:sed integras victimas exurendas sacro igni rradidimus,idq; ter:primũ quando succesisti in imperium:iterum quando grauem illum morbum euasisti, cui totus orbis cõdoluit,tertiò,votum pro victoria Germanica.Esto,inquit,sacra feciſtis,sed alteri,nec pro me.quid igitur prodest?mihi certè nõ sacrificastis.ibi nos horror peruasit hac noua voce attonitos, qui se in cute quoq; exeruit. Ille interim villas obibat, inspectans aulas & conclauia,in imis ædibus & in cœnaculis, quorundam locorum reprehendens vitia,& mandans quid mutari vellet in melius. nos verò affectabamur eũ sursum deorsum,

protrusi

protrusi & cauillis conuitiisq; petiti ab aduersariis non aliter quàm histriones in scenis.nam hoc quoq; negotium erat quædam fabula.iudex personam accusatoris sumpserat. accusatores agebant nequam iudicem,simultatis nõ veritatis memorẽ. sub tanto autem accusatore simul atq; iudice necessarium est silentium.nam hoc quoq; quoddam defensionis genus est,præsertim quando nihil ei gratum respondere poteramus,linguã cohibẽte ritu patrio,oriq; clausira imponente.Vbi verò quędã mandata dedit de ædificiis,seriò grauitérq; interrogauit, cur abstinetis à porcina?Ad hanc percontationem rursus risus magnus aduersariorum exortus est,partim gaudentium, partim vt festiuo salsõq; dicto arridentium,& sic quoq; captantium dominicam gratiam.adeò vt quidam è famulitio molestè ferrẽt tam contemptim eos se coram principe gerere, quo præsente vel subridere periculosum sit aliis præterquam admodum familiaribus.cúmq; nos respondissemus.esse mores alibi alios, & aduersariis itidem vt nobis interdictum vsu rerum quarundam:alius verò quidam subiecisset,multos ne agnina quidem vescivbiq; parabili:ridens ille,Rectè,inquit,insuauis enim est. his nugis irridebamur ipsi anxij.Tandem non sine stomachatione,Cupio scire,inquit,quod ius illius ciuitatis prætenditis. Nobis verò extorsis orationem,cùm ex primo gustu intelligeret afferri quædam non contemnanda,& allatum iri vehementiora,abrupit sermonem,& cursu se in magnam aulam protipuit.obãbulánsq; iussit circũquaq; fenestras claudi vitro cãdido,simili specularibus lapidibus,quibus lux admittitur, vẽtus & sol excluditur.postea nos lẽto gradu accessit,& moderatius iam rogauit : Quid dicitis?nobis autem deinceps rem in compendium contrahentibus, rursum procurrit in aliud cubiculũ, vbi tabulas antiquæ picturæ iubebat reponi.cúmq; ad hũc modum causæ nostræ actio interrumperetur,imò frustatim consideretur,lassi desperãtésq;,nec aliud quàm mortem expectantes,& vix animi compotes præ anxietate,suppliciter ad verum Deum confugimus,vt nos è falso nominati dei minis eriperet: qui nos miseratus furorem eius mitigauit. itaq; depositá iam ferocia,tantùm hoc præfatus:homines isti non tam mihi videntur mali quàm miseri,qui sibi persuaderi nõ sinunt,me esse naturæ diuinæ participem,abiit,simúlq; nos iussit abscedere.post quam hoc non tam iudicium,quàm carcerem & theatrum effugimus(nam quasi in theatro exsibilabamur,subsannabamur,&

irridebamur supra modum: nec secus quàm in carcere cruciabamur ferebamúsque tormenta totius animæ, dum blasphemias in Deum & contra nos comminationes imperatoris tam potentis audiremus, vnam ob rem infensi & implacabilis, quod insanæ cupiditati qua deus haberi ambiebat, solos Iudæos assensuros non putabat, ac ne posse quidem ei subscribere) vix respirauimus: non quòd amore vitæ mortem horreremus, quam auidè vt immortalitatem arripuissemus, siquid profuturam existimassemus nostris legibus: sed quòd sciremus nostrum exitium fore non solùm inutile reipublicæ, verum ignominiosum etiam. nam legatorum infortunium solet imputari his à quibus missi sunt. ea de causa emersimus aliquando è miseriis: de cætero enim soliciti eramus, quid decreturus quid'ue pronunciaturus esset. quomodo enim poterat causam pernoscere, qui multas eius circunstantias ne audire quidem dignatus fuerat? an non erat onerosum à nobis quinque legatis pendere omnes Iudæos quotquot vsquam habitant? si enim gratificaretur nostris inimicis, quæ'nam alia quiesceret ciuitas? quæ'nam inquilinis parceret? quæ'nam prosencha relinqueretur incolumis? quæ'nam iura seruarentur Iudæis patrio iure viuentibus? imminebat subuersio, iactura, naufragiúmque priuilegiorum quæ gens ea habebat in singulis ciuitatibus. tot curis oppressi succumbebamus miseri. nam qui antea fauere nobis videbantur, prorsus desperauerant. quapropter cùm ad illum accerseremur subduxerunt se præ metu, quòd bene scirent clemẽtiam hominis gerentis se pro Deo. Diximus in summa causam odij quo Caius Iudæorum nationem prosequebatur: superest vt dicamus eam qua vsi sumus apud eum palinodiam.

PHILONIS IVDAEI Commentariorum quotquot extant, per Sigismundum Gelenium nunc primùm versorum, Finis.

ALTERA VERSIO

PHILONIS IVDAEI, De mundi fabricatione, quæ est à Moyse descripta.

Ioanne Christophorsono Anglo, interprete.

EORVM qui leges hominibus dedisse cõmemorantur, alij quidẽ, ea, quæ ipsorũ arbitrio iura sunt habita, omni ornatu orationis detracto, impolitẽ, incultéq; conscripserunt: alij autem rationẽ scribendi altius exaggeratam in legũ sententiis explicãdis amplexi, animos imperitæ multitudis, dum fabularũ commentis quasi noctẽ quandam veritati offundebant, penitus cæcarunt: at Moyses vtrumq; genus omnino prẽteriens, alterum, vt inconsideratum, dissolutum & alienum à schola sapientiæ, alterum vt mendaciis ac præstigiis refertum, à præclaro in primis, atq; adeò augusto principio orationem de legibus instituta repetiuit. Neque tamen statim ab initio, quæ agenda sint, quæ'ue fugienda, proposuit, neque cùm videret necessarium mentes eorum, qui legibus vterentur, ante informare, fabulas ad eam rem commentus est, aut quæ erant ab aliis constituta, sua sententia comprobauit, sed principio, vti dixi, maxima digno admiratione, & hominum vitæ vtilissimo vsus est: vtpote quod non solùm ortum & fabricationem mundi in sacris literis expositam continet, verumetiam ostendit, quo modo mundus cum lege, & lex cũ mundo pulchrè consentiat, & qua ratione homo lege institutus, simul atque mundi ciuis factus esset, ad voluntatẽ naturæ (cuius nutu mũdus vniuersus administratur) suas actiones accuratò direxerit. Et quamquã pulchritudinem notionum illarum, quas mundi complectitur fabricatio,

nullus poëta,nullúsve orator pro dignitate satis laudare poterit (nam nec oratione explicari, nec auribus percipi queunt, quippe cùm longè maiores præstabiliorésq; sint,quàm quæ possint ad mortalis alicuius facultatem accommodari) non tamẽ propterea nobis silendum est,sed quod supra vires est, pietatis amore tentandum dicere:nihil quidem certè,quod à nostro sit profectum ingenio,neq; adeò multa,sed pro multis pauca, ad quæ humana mens sapientiæ studio & cupiditate incensa, videatur posse peruenire.Quemadmodum enim effigies statuarum,quæ sunt magnitudine inusitata, in sigillo etiam perexiguo incisæ contineri:sic illa mundi exædificationis in legibus descriptæ ornamenta,quæ & excellunt plurimum, & legẽtium mentibus sua luce quasi caliginem quandam offundunt,paucis fortassè literarum notis tradi poterunt, si modò illud prius à nobis explicatum fuerit,quod propè nefas est silentio præterire. Nonnulli enim,dum mundum magis quàm eius opificem admirabantur,illum quidem & ortu caruisse, & sempiternum esse pronuntiarunt, Deo autem non sine scelere inertiam desidiámq; falsò obiecerunt: cùm contrà factum esse oportuisset: huius nimirum virtutes,vt fabricatoris & parentis suspexisse in primis:illum autẽ non supra modum laude ac prædicatione extulisse.Moyses verò,qui ad perfectissimam philosophiæ cognitionem peruenerat,& multa,quæ sunt naturæ coniunctissima,diuinis oraculis edoctus erat, statuit in rebus, quæ natura constant,vnam causam necessariò inesse debere,quæ efficiendi vim habeat:alteram autem,quæ patiendi.Atq; eam, in qua efficiendi facultas cernitur,mentem esse vniuersi, quæ est pura & syncera maximè, quæque & virtuti præstat,& antecellit scientiæ,& ipsum adeò bonum honestúmque dignitate superat:quæ autem ad patiendum nata est,sua natura expertem vitæ & motus esse illam quidem,sed mentis tamen vi commoueri, formari, vitam recipere,inq; perfectissimum opus commutari. Qui verò affirmant mundum istum ortu carere, hi prouidentiam imprudentes præcidunt atq; amputant,rem planè omniũ quæ ad verã pietatem pertinẽt,tum ad vsum aptã maximè, tũ ad necessitatem non minus. Nam ratio vult vt parens ac procreator curam illius suscipiat,quod procreatum est. Vt enim pater ad liberorũ & posteritatis,sic opifex ad rerum fabricatarum diuturnitatem cogitationes suas dirigit: & quæ illis dãni quicquam incommodive allatura videantur,omnibus viribus

opib

opibúsq; propulsare:quę autem vtilitatis & commodi,omni ratione suppeditare contendit. Cum illo verò quod non est procreatum,nulla ei potest intercedere necessitudo, qui ipsum nõ procrearit. Istud quidem dogma tam friuolum, támq; inane, est hominum è mundo,tanquam è ciuitate omnem principatũ tollentium,vt nec moderatorem habeat,nec præfectum,nec iudicem,cuius ditione ac nutu consentaneum sit omnia geri administrariq;.Verùm magnus ille Moyses,cum omne quod ortu caret,ab eo quod cadit sub aspectum,alienissimum esse censeret(omne enim quod sensibus subiicitur,quia ortus & mutationis particeps sit,nũquã vno eodẽq; modo se habet) illi qdẽ, quod mentis acie,non oculorũ percipitur,æternitatem, tanquã rem cognatam cõiunctámq; attribuit:huic autem, quod sensu comprehenditur,ortum proprio nomine assignauit.Et quoniã mundus iste cerni sensúque percipi potest, necessariò sequitur ortum habuisse. Vnde non sine causa eius originem præclaro admodum & diuinitùs instituto sermone descripsit. Sex diebus mundum constructum esse dicit: non q̃ illius opifex egeret longinquitate temporis (est enim credibile Deum omnia pariter effecisse, non iubendo solùm,verumetiam cogitatione complectendo) sed quòd in rebus procreatis ordine opus esset: ordini autem numerus accommodatus:ex numeris,secundum naturæ leges ad gignendum aptissimus est senarius. Nam eorum,qui oriuntur ex vnitate,hic primus omnium perfectus est: quippe qui ex suis exæquetur partibus,& ex iisdem plenè expleatur: externario nimirum, qui est dimidiata eius pars, ex binario, qui est tertia, ex vnitate denique quæ est sexta. Quinetiam maris & fœminæ, vt ita dicam, naturam obtinet, & ex vtriusque constat facultate. Nam in rerum natura impar,quasi mas est, par autem fœmina. Imparium quidem numerorum principium est ternarius,parium autem binarius:senarius vtriusq; vim habet.Mũdum igitur, cùm rebus aliis procreatis perfectione antecelleret,numero perfecto coagmentari,senario nimirum,cúmq; rerum ortus,qui ex copulatione constant,in se contineret,primo numero pari imparique mixto formari oportuit:qui quidem tum maris,qui serit, tum fœminæ,quæ semen excipit,speciem complecteretur.Singulis diebus certas particulas attribuit vniuersi,primo solo excepto: quem non primum,ne aliis annumeretur,vocat,sed vnum aptè & significãter nuncupat.dum & vnitatis naturã in eo noménq;

considerat,& idem ipsum ei tribuit.De iis ergo,quæ illius quasi complexu cõtinentur,ea quæ vires nostræ ferent,cùm omnia non possimus oratione complecti,dicamus. Suo enim ambitu (sicut de eo instituta commonstrabit oratio) mundum illum eximium, intelligentia sola comprehensum continet. Nam Deus,vtpote qui Deus sit,cogitatione præcipiens,nullã præclaram effigiem absque illustri exemplari posse aliquando formari, neque vllam rem sub sensum cadentem, ita perfectam esse, vt reprehensione careat. quæ non sit ad primariam speciem, eámque mente perceptam expressa, dum istum mundum, qui oculis cernitur, ædificare instituebat,alterum sola mentis acie perceptum antè formauit, vti exemplari cum experte corporis,tum diuinissimã speciem habente vteus, mundum corporeum, vtpote nouam effigiem, veteris illius formam adumbrantem, efficeret: qui tot genera rerum sub sensum cadentium caperet, quot in illo altero formæ menti subiectæ continerentur. Mundum autem,qui ex formis (quas Græci ἰδέας vocant) constat, loco circumscriptum esse, non modò non dicendo affirmare, sed ne cogitando quidem suspicare fas est. Verùm qua ratione constet, facilè intelligemus, modò exemplum aliquod rerum in communi consuetudine positarum nobis ad intuendum proponamus. Simul atque visum est vel regi,vel principi alicui, qui pro suo ipsius arbitratu, suóq; nutu regere desiderat, quique simul dignitatis splendorem prospero fortunæ flatu sibi delatum, illustrare cogitat, vrbem egregiè magnificéque in primis exædificare, architectus quidam peritus fortè tandem accedens, & loci oculis lustrans opportunitatem, primùm omnes ferè partes ciuitatis extruendæ cogitatione describit: templa,gymnasia, curiam, forum,portus, naualia, vicos, murorum præsidia, situs ædium, aliorúmque publicorum ædificiorum: deinde formas cuiusque in suo ipsius animo, tanquam in cera, signans, ciuitatis effigiem, quæ ratione & intelligentia continetur, cogitatione informat:cuius quasi simulachra in omnes partes commouens eorum notas in memoria naturali accuratius imprimit, & non aliter, atque probus artifex, in ipsum exemplar intuens, æquabilem illam & concinnam lapidum, lignorúmque coagmentationem orditur efficere, & ad singularum formarum corpore vacantium similitudinem res illas corporeas dirigit. Pari ratione de Deo censendum est. Qui postquàm ingentem

istam

istam vrbem condere statuerat, primùm mente complectebatur illius formas:ex quibus quidem cùm mundum sola comprehensum intelligentia constituisset, mundum sensibus perceptum ad illius exemplar absoluit. Itaque vt vrbs architectan di facultate antè descripta formatáque,locum extrinsecus non habet, sed sòlùm in animo artificis insculpta est: ita mundus, qui ex forma constat, alium locum non habet, quàm Dei verbum,quod istas res suo arbitrio gubernat,ordinéque dispensat. Nam quis locus alius eius facultatibus relictus est,qui satis esse possit ad eas capiendas complectendásq;,non dicam vniuersas,sed ne vnam quidem illarum,quæ in se nihil mixti concretiue continent? Vis autem,quæ mundi effectrix est,fontem & principium habet ipsum, quod est reuerà bonum.Quòd si à nobis quæsitum fuerit,quid sit causæ,cur hęc vniuersitas fabricata sit,non multũ,mea quidẽ sententia,à proposito aberrauerimus, si idem dicamus,quod vnus è veteribus olim dixisse fertur: Parentem & fabricatorem probum fuisse, & propterea optimam naturam non inuidisse materiæ illi, quæ cùm nihil ex seipsa quidem contineat boni,fieri tamen possit omnia. Ea enim sua natura, confusa quidem erat, qualitatis & vitæ expers, plena mutationis, compositione & consensu carens: sed in illa, quæ sunt his contraria, quæque optimo, ordinem dico, qualitatem, vitam, similem eandémque naturam, aptam cohærentiam,concentum, & si quid aliud in specie præstantissima resideat,omnino conuersa commutatáq; est.Neque verò Deus alio consiliario(quis nanque alius erat?) sed seipso solo vsus,secum decreuit,naturam,quæ absq; diuina beneficentia nihil boni sua vi assequi potest, maximis amplissimisque beneficiis afficere. Neque tamen pro magnitudine suę benignitatis(est enim immensa infinitáque)sed pro viribus accipientium beneficia dat: neq; enim res procreata,tam natura sua habilis est ad accipiendum beneficium,quàm Deus ad conferendum. Nam huius vires facilè omnium præstantissimæ sunt: illa autem cùm imbecillior sit,quàm vt queat magnitudinem illorum numerum sustinere,succumberet penitus,nisiDeus aprè,quod cuique conueniat, viribus cuiusque metiretur. Quod si quis planioribus nominibus vti velit, mundum ratione comprehensum nihil aliud dixerit, quàm verbum Dei mundum iam fabricari molientis.Neq; ciuitas alia est sub intelligẽtiam cadens,quàm ratio architecti,qui ciuitatẽ sensibus subiectã iam ad illius effi

giem

giem,quã animo tenet,extruere cogitat. Atq; est hoc quidem dogma non ex meo depromptum ingenio, sed ab ipso Moyse excogitatum.Nam sermone sequente, in quo hominis ortum describit,planè fatetur eum ad imaginem Dei esse figuratum. Quòd si pars vniuersi effigies sit ad illius effigiem expressa,cõstat totã speciem(mundum hunc intelligovniuersum sensibus comprehensum)effigiem diuinæ figuræ esse,cùm eam, quæ est hominis,magnitudine longè superet.Neq; cuiquã obscurũ est. Dei verbũ,quę est forma præcæteris eximia,primam effigiem fuisse illius, quem mũdum intelligentia perceptum dicimus, ipsúmq; primũ exemplar propositũ esse ad imitandũ.Sic enim est apud Moysen: IN PRINCIPIO CREAVIT DEVS CAELVM ET TERRAM.Non ita quidẽ principiũ accipit, vt quidã putãt,quod in tẽpore est.Nam tẽpus mundum nõ anteceſsit,sed aut cum illo,aut postea esse cœpit. Est enim tẽpus dimensio motus,quo mũdus cietur.Motus verò illud,quod mouetur,nõ antegreditur,sed aut postea,aut simul cum eo cõstat necessariò.Tempus igitur,aut eodem momẽto ortum esse,quo mundus necesse est,aut illo recẽtius.Nam antiquius esse audere affirmare,verè inscitia est. Quòd si principium hoc loco nõ capiatur,quod est in tẽpore,verisimile est illud debere intelligi,quod in numero cernitur:ita vt, IN PRINCIPIO CREAVIT, idem valeat,quod primũ cælum creauit. Est enim rationi planè consentaneũ.illud primum procreatum esse, quod eorum quæ gignerẽtur,facilè esset præstantissimũ:quódq; conflaretur ex eo,quod sua natura videretur syncerũ maximè:propterea quòd ipsi Deo domus futura esset. longè augustissima: quippe quæ res omnes,tam quæ nostrũ aspectum fugiũt,quàm quæ sensibus percipiuntur,in se cõtineret.Et quãuis mundi fabricator Deus,omnia vno effecisset momento,nihilominus tamen,quæ præclarè ab eo facta sunt,ordinẽ retinuissent. Nihil enim præclarum,quod ordine vacet. Ordo autem est cõtinuatio & series certarum rerũ,quæ antecedunt, & subsequũtur:qui quidem licet non in ipsa operũ absolutione, tamẽ in interioribus architectorum cogitationibus elucere solet.Sic enim futurũ erat,vt & elaborarentur accuratè, & errore ac perturbatione carerent. Primùm igitur parens rerum Deus ad exemplar mundi,quod in mente insidebat,cælum corpore vacans,terram sub aspectum minimè cadẽtem:aëris etiam,& inanis speciem effecit: quorum alterum tenebrarum signauit nomine (aër enim

enim natura obscurus est) alterum abyssi: est enim inane sua vi profundum & vastum.Deinde naturam aquæ & spiritus corporis expertem. His septima accessit lux:quæquidem & solis, & aliorum astrorum, quæ Deus in cælo esset ad vniuersa luce complenda constituturus,exemplar erat,tum corpore vacans, tum sola mente perceptum. Spiritum verò & lucem,tanquam priuilegio donauit:illum quidem Dei nominauit, quòd spiritusad vitam valeat maximè,& Deus vitæ autor sit:hanc autem lucem,quòd splendore excellat plurimum.Quod enim animo comprehenditur,tantum præstat, suáque claritate excellit ei, quod in cernendi sensum cadit,quantum sol tenebris, dies nocti,mens,quæ totius animi imperium tenet,iudiciis,quæ sunt in sensibus,& oculi corpori reliquo. Verbum Dei, quod non aspectu cerni,sed cogitatione sola comprehendi potest,imaginem Dei appellat. Huius verò effigiem,lucem illam,quæ intelligẽtia tenetur,esse vult:quæquidem diuini verbi,quod eius ortum explicat, imago est. Est etiam sidus,quod supra cælum est,fons astrorum sensibus perceptorum: quod planè non sine causa παναυγία,id est,lumen,quod omnia suo splendore colluſtrat, nuncupetur. Vnde sol, luna,aliæque stellæ tum vagæ, tum inerrantes, tantum clari numinis hausère, quantum cuiusque vires ferebant,syncero illo & puro splendore tum quidem obscurato,cùm ex natura mẽte sola percepta,in eam, quæ sensibus comprehenditur (in sensibus enim syncери nihil est) mutari inceperunt. Porrò præclarè dixisse videtur, TENEBRAS FVISSE SVPER FACIEM ABYSSI. Nã aër supra inane quodammodo erat:quandoquidem vastum illum locum,desertum & vacuum, qui est inter lunæ globum & nos interiectus, ingrediens compleuit. Simul ac lux illa mente percepta,quæ ante solem extitit, resplenduit, tenebræ quæ ex aduerso cum ea pugnarent,cesserunt loco.Nam Deus,qui contrarias eorum qualitates, & naturalem concertationem sciebat,ea separatim suis locis discluſit discreuitq;. Quinetiam ne semper concursu inter se dimicarent,& bellum in pacis locum succedens,mundum confusione miscеret, non modò lucem segregauit à tenebris, sed etiam spatiis quibusdam interpositis, certos fines constituit,quibus vtrumque extremorum,alterum ab altero coerceretur. Nam si illa inter se finitima fuissent, de imperio quidem decertantia, magnam sanè perturbationem rebus attulissent:grauíque etiam cum contentione, quæ sedari

non

non potuisset,seipsa fuissent adorta,si termini in medio desixi, non mutuam eorum confictionem diremissent. Termini verò sunt vespera & aurora:quarum altera,tenebris sensim depulsis, solis ortum prænuntiat:altera illius consequitur occasum, repentinúmque tenebrarum aduentum pacatè & tranquillè excipit. Atque ista quidem certè,aurora scilicet & vespera, in earum rerum numero ponenda sunt, quæ & corporis sunt expertes,& sola ratione tenentur. Omnino enim in eiusmodi rebus nihil est,quod in sensum possit intrare,sed omnes corpore vacant,& sunt formæ,modi,figuræ,& notæ ad alia corpora gignenda accommodatæ. Vt primùm facta erat lux,tenebræ cesserunt,illíq; dederũt locum:fines etiam in interuallis interiectis affixi sunt. Vespera & aurora,nulla mora interposita, temporis dimensio perficiebatur necessariò:quam quidem mundi architectus diem vocauit:& diem,non primum,sed vnum:qui ita dicitur propter vnitatem mundi intelligentia comprehensi,qui vnam habet eandémque naturam. Mundus quidem corporis expers in verbo Dei collocatus,suo iam exitu concludebatur:qui autem sensibus subiicitur,ad huius exemplar artificiosè constructus est. Ac primùm illius opifex,cælum,quę est pars omnium præstantissima,effecit. Hoc στερέωμα,id est, firmamentum ex nominis notatione,vtpote corporeum appellauit. Corpus enim natura ideo est στερεόν,id est,solidũ,quòd triplici dimensione distingitur. Quæ nam est, quæso, alia notio solliditatis & corporis, quàm quòd omnem dimensionis rationem complectatur? Non igitur siue causa, cùm istum mũdum corporeum,sensibúsque perceptum, illi qui corpore caret, & mente sola intelligitur, ex aduerso opposuisset,firmamentum nuncupauit. Deinde οὐρανόν, id est cælum perapposita & propria donauit appellatione:vel quòd omnium ὅρον, id est, terminus, vel quòd primum τῶν ὁρατῶν, id est, rerum sub aspectum cadentium procreatum sit. Diem verò, qui eius ortum proximè sequebatur, secundum nominat, vniuersúmque dicit spatium & mensuram cœlo propter eam dignitatem decúsque singulare,quod in rebus sub sensum cadentibus obtinet, ritè attribuit. Posteà vbi tota aquæ moles in vniuersam terram emanasset,& per omnes eius partes perlapsa esset,terráque,velut spongia,guttas illius vniuersas ebibisset, adeò vt tanquam lacuna cœnosa lutíque plena existeret, propterea quòd vtrũq; elemẽtum instar massæ,esset in vnam confusam & informem natur

naturam coactum,coagmentatúmque,mandauit Deus,vt aqua salsa & amara,quæ satis, arboribúsque sterilitatem videretur allatura,ex laxis vniuersæ terræ hiatibus effluens,in vnum locum congregaretur, appareréтque arida: quamquidem dulcis humor intus inclusus irrigaret ad diuturnitatem. Nam dulcis ille humor æquabiliter modificatus, est tanquam quædam rerum natura dissentientium iunctura. Quinetiam ne ipsa terra exarescens,omnino fiat effœta,& sterilis, sed velut mater non alterum solum alimenti genus, cibum scilicet,verumetiam vtrumque soboli suæ & cibum & potionem præbeat, ob eam causam venis abundat,quæ mammarum gerunt similitudinem:ex quibus quidem patefactis fluuij & fontes manare solent. Atque nihilominus Deus latentia quædam quasi diuortia humore referta in omne cultum & fertile solum, ad maximam fructuum vbertatem deduxit. Quibus ordine dispositis nomina imposuit:vocauítque aridam,terram: aquã autem inde segregatam,mare. Deinceps terram ornatu vestire cœpit. Iubet enim,vt illa gramen, & spicas producat, herbásq; cuiusq; generis fundat:campi etiam, vt tum fœnum abundè proferant,tum cætera omnia quæ essent iumentis quidem pabulo,hominibus autem alimento futura. Omnia præterea arborum genera edidit,nullúmq; prætermisit,quod vel ex agresti,vel ex mansueta cultáq; materia constaret. Omnia simul atq; orta erant,fructibus onusta fuerũt,longè alia ratione,atq; iam sunt. Iam enim omnia vicissitudine quadam, & distinctis temporibus,nõ vno momento pariter,oriũntur. Cui nanq; obscurum est,primũ sementẽ,& consitionẽ fieri, deinde satorum consitorúmq; incrementũ? Quodquidem partim radices, tanquam fundamenta,altius in terram agit,partim in sublime se porrigit ad stirpium & truncorum sese erigentium proceritatem. Sequuntur germina,ramorum propagationes, ad extremum fructus funditur, neque ille quidem maturus & perfectus,sed multas variásque habens in se mutationes,tum quantitatis magnitudine, tum multiplicibus qualitatis formis discrepantes. Fructus enim editur primùm,ramentis,quę partiri nequeunt, non dissimilis: qui quidem præ tenuitate aciem propè effugit oculorũ. Quæ res non inscitè dici possunt primę, quæ sub sensum cadunt. Non multò pòst tum ex succo allabente,qui arborem rigat,tum ex temperatione ventorum, qui frigidis simul & lenioribus flatibus spirant, fructus pedetentim

anim

animatur,nutritur,augescit,& ad perfectissimã molẽ progreditur. Qui vnà cũ magnitudinis accessione,qualitates etiã immutatinõ aliter ac si ex pictorum arte variis distingueretur coloribus. In prima vniuersarum rerum procreatione, vt dixi, Deus omnem plãtarum materiã è terra edidit,eámq; absolutã: quippe quæ fructus haberet non imperfectos illos quidem,sed maturos,qui animalibus paulò pòst in lucem emersuris ad opportunos vitæ vsus extemplò suppeterent.Terræ igitur mandauit,vt ista produceret.Illa autem,velut iam lõgo tempore gravida & penè parturiens,vniuersas formas satorũ,arborum,fructuum etiam innumerabilium fundit.Ac fructus illi nõ modò animalibus erant ad pastum accõmodati, sed etiam adiumẽta ad continuam sui similium procreationem: quippe seminum vim& naturam in se complectebãtur.In quibus tametsi rerũ omnium causæ latentes & obscuræ insunt, tẽporum tamen conuersionibus aperiũtur,fiúntq; perspicuæ.Volebat enim Deus naturæ cursum perpetuare, dum genera rerum efficere immortalia,dum æternitate donare instituit.Cuius rei gratia principiũ deduxit ad finem.hæcq; duo tanquam fœdere iunxit, effecitq;, vt finis se denuò ad principiũ reflecteret.Nam ex plantis quidẽ nascitur fructus,velut ex principio finis:ex fructu autem semẽ, plantam vicissim in se continens,quod tanquam ex fine principium gignit. Quarto autem die,simulatq; terra erat suis quasi numeris & partibus cumulatè expleta,cælũ varia ratione exornauit,nõ quod istud postponebat terræ, aut inferiori quidẽ naturæ priores partes,præstãtiori autem diuinioriq; posteriores tribuebat,sed vt suæ potentiæ amplitudinẽ planissimè demonstraret. Cũ enim de hominibus nondũ procreatis,quali animo futuri essẽt,præuideret,& quomodò similia veri ac probabilia, in quibus inscitiæ plurimũ, synceræ autẽ veritatis nihil inest, cõsectarentur,& quòd sophistarũ commenta,plusquàm sapientiam admirantes,visis potius,quàm Deo fidem adhiberent,rursus,quòd solis & lunæ,intuẽtes circuitus, (quorum vi æstatis & hyemis,veris & autumni cõuersiones fiunt)causas rerũ vniuersarum,quæ quotannis nascuntur, siderum cælestiũ cursibus assignarent:quò nulli eorũ primas rerum causas, vel propter impudentem audaciam,vel propter stultitiã insignem, rei cuiquã generatæ attribuere conarẽtur,sic animo & cogitatione ad primum vniuersitatis ortũ se referant, intelligántq; terrã ante solis & lunæ fabricationẽ,plantas fructúsq; cuiusq; generis edi disse:

disse:quæ dum mentibus perspiciunt,ne dubitent quin ea genitoris mãdato,vbi illi visum fuerit (quiquidem rerũ cœlestium à se procreatarũ adiumento neutiquã eget) easdem res sit denuò prolatura.Quibus facultates cõcesit ille quidẽ,nõ tamen vt res suopte nutu administrarẽt.Nam Deus, velut auriga habenas,aut gubernator clauũ manu tenens, nullius alterius indigens subsidij, singula lege & æquitate pro arbitratu regit. Nihil enim est,quod ab eo fieri nõ possit.Hæc igitur causa est, cur terra anteà germina herbámq; virentẽ produxerit.Cælum verò quarto die,numero perfecto(quem si quis denarij integri & omnino absoluti,causam & fontem dixerit,nõ planè aberrauerit)præclaris ac variis ornamẽtis decoratũ fuit. Quod enim denarius est reipsa,id quaternarius,vt videtur,potest esse.Nam si ab vno ad quatuor,numeri ordine colligantur,denariũ conficient:quiquidem in numerorũ infinitate terminus est,quo tanquam axe voluuntur, séq; ipsi reflectunt. Quaternarius etiam rationes concentuũ,qui sunt Musicæ proprij,comprehendit:vt diatessaron,diapẽte,diapason,& præterea diſdiapason:ex quib⁹ cõpositio perfectissima gignitur. Nam ratio quæ in concentu diatessaron cernitur,sesquitertia est:quæ autẽ in concentu diapente,sesquialtera:quæ deniq; in diapason,dupla: quosquidem numeros quarernarius cõtinet vniuersos.Sesquitertia,vbi quatuor cõparantur cum tribus:sesquialtera,vbi tria cum duobus: dupla,vbi duo cum vno,vel quatuor cum duobus: quadrupla, vbi quatur cũ vno conferuntur. Est etiam alia quaternarij numeri vis,quæ siue exprimitur dicendo,siue cogitatione cõprehẽditur, maximã planè habet admirationem. Ea enim primũ ostendit naturã solidi:quandoquidem numeri illã antegrediẽtes,in rebus corporis expertibus inhærent.Nam per vnum cõstitur illud,quod in Geometria punctũ appellatur: per duo,linea,quod linea natura ex puncto cõstet.Est autem linea longitudo latitudine carens:adiuncta verò latitudine, fit superficies: quæ ex ternario numero efficitur. Superficies autẽ ad explendam solidi naturam vna crassitudine caret.Quæ cum ternario fuerit adiecta,fit quaternari⁹.Ex quo efficitur, vt hic numerus, res sit planè admirabilis:qui nos ex essentia corporis experte, solãq; cogitatione cõprehensa,ad notionem corporis,quod triplici dimẽsione distinguitur,quódq; natura primũ sub sensum cadit,deducit.Qui verò id,quod dictum est, minus intelligat, ex ludo quodam,qui est in communi consuetudine positus, fa-

cilè perdiscet. Qui nucibus ludunt, cùm tres posuerint in areæ superficie nuces, vnã præterea adiicere solent, & ex illis vnam figuram, instar pyramidis, efficere. Figura, quæ in superficie est, triangularis, nõ vltra ternariũ progreditur: quod autẽ adiectũ est, numero quaternarium, figura autẽ pyramidem procreat: ac iam corpus solidum est. Illud præterea minimè in obscuro latere debet, quaternariũ inter numeros quadratũ esse primũ pariter parẽ: quæ est iustitiæ & æqualitatis mensura: eúmq; ex illis tum cõpositione, tum facultate solere progigni. Compositione quidem, ex duobus & duobus. facultate autem, ex duobus rursum bis numeratis, quæ præclarã in primis efficiunt cõcentus speciẽ, quę nulli alij numero cõtingit. Nã verbi gratia, sex ex duobus ternariis conflatus est, nõ amplius ex iisdem multiplicatis procreatur ipse, sed alius numerus, nouẽ scilicet. Multas etiam alias facultates quaternarius in se complectitur, quę sunt proprio de eo instituto sermone accuratius explicandæ. Simúsq; contenti illud solũ adiecisse, nẽpe hunc numerum vniuersi cæli mundiq; procreandi principium extitisse. Nam quatuor elementa, vnde hæc vniuersitas cõstructa est, ex quaternario numero, tanquam ex fonte profluxerunt. His accedunt quatuor anni tempora (quippe annus quadrifariã distributus est, in hyemẽ, ver, æstatem, autumnũ) quæ animalium & plantarũ generandarũ causas continent. Quocirca cùm numerus, quem dico, tantũ priuilegium in rerũ natura sit cõsecutus, necessariò quidem mũdi architectus, cælum ornatu præstantissimo diuinissimóq;, astris nimirũ, quorũ splendore omnia collustrantur in quaternario decorauit. Cúmq; lucem in rebus facilè primas obtinere animaduerteret, eam ad oculorũ sensum, qui cæteris sensibus antecellit, velut instrumentũ suppeditauit. Etenim eã vim habet in corpore oculus, quàm mẽs in animo. Vtriq; enim tribuitur cernẽdi facultas, huic eas res, quæ ratione, illi eas quæ sensu percipiuntur. Mens quidem ad eas res cognoscendas, quę corporis sunt expertes, sciẽtiæ indiget: oculi autẽ ad corporum comprehensionẽ lucem desiderãt. Quæ quanq̃ multorũ aliorũ præterà bonorũ hominibus causa existit, philosophiæ tamẽ vel maximè: quæ in bonis principẽ locũ tenet. Aspectus enim subsidio lucis in sublime sublatus, cùm astrorũ naturã, æquabilẽq; motum, ratos etiam cursus illorũ, quæ inerrantia, quæq; errantia & vaga dicuntur, peruidet (quorũ illa vno eodémq; motu cieatur, hæc cõtrà duplici cõuersione gaudẽt) cúmq; certas & const

constãtes omnium vias perfectæ harmoniæ modis distributas perspicit, oblectationem & voluptatẽ propè infinitã in animũ infundit. Nam his spectaculis cõtinenti serie succedẽtibus inuitatus (alia enim ex aliis nascũtur) insatiabili contẽplandi cupiditate inflãmatur. Deinde (vt fieri solet) curiosè perueſtigat, q̃ sit natura istarũ rerũ, quæ oculis cernũtur: & vtrũ ortu careãt, an ortus habuerint principiũ: quæ etiã motus ratio, quæ causæ, quibus singulæ administrãtur. Ex quarũ rerũ indagatione genus philosophiæ natũ est, quo sanè nihil ad hominũ vitã accessit perfectius. Deus igitur in speciẽ lucis, quã inesse diximus in mundo illo corporis experte, intuens, astra, quæ sensibus subiiciũtur, tanquã diuina simulacra pulcherrimáq; fabricauit: quæ quidem in cælo, velut in tẽplo purissimo, corporeæq; & concretæ naturæ experte maximè, multarũ rerum efficiendarũ causa collocauit, Primùm vt lucẽ præberent, dein vt signa præmõstrarẽt, tũ vt annuas temporũ dispertirẽt vicissitudines, postremò, vt dies, noctes, mẽses, annos distinguerẽt: quæ quidem & tẽpus metiuntur, & numeri naturã progignũt. Ac tãetsi quẽ vsum vtilitatémq; singula eorũ, quæ recẽsuimus, afferãt, ex cuiusq; vi satis constat, tamen quò vnũquodq; accuratius exquisitiúsq; comprehendatur, nõ erit absurdum fortasse, ipsam veritatem ratione inuestigare. Cúm tempus vniuersum in duas partes tributum sit, in diem nimirũ & noctem, mundi parẽs & autor Deus, diei quidem imperium, soli, tanquã regi potenti tradidit, noctis autem, lunæ, & reliquarũ stellarum multitudini. Potentiæ verò & imperij magnitudo, quã sol obtinet, ex eo quod dictum est, certissimè confirmatur. Nã cùm vnus & solus sit, per se separatim, diem, dimidiam temporis partẽ velut sortitò capit: alia omnia sidera vnà cũ luna, ad alteram tẽporis partem, quã nox occupat, luce collustrãdã designãtur. Atq; illo quidẽ oriente, lumina tot tãtorúmq; siderum nõ modò obscurãtur, sed etiã eius luce diffusa omnino delitescũt: occidente autem, suos splẽdores incipiunt, ac qualitatũ facultates, velut gregatim proferre. Sũt verò creata (quod idẽ ipse Moyses dixit) nõ modò vt luce terrã cõpleant, verumetiam, vt signa rerum declarẽt futurarũ. Nam ortu illorũ, occasu, defectione, apparitione, vt ita dicam, & occultatione, aliísq; motus differentiis homines de rerũ euentis cõiecturam faciunt: de vberrate fructuum ac sterilitate, de animalium ortu & interitu, de serenitate & procellis, de vẽtorum trã quillitate & violẽtia, de fluuiorũ inũdatione & diminutione

de sedato maris motu & fluctibus, de anniuersariis temporum mutationibus, siue cũ æstas tempestatibus agitetur, siue cùm hyems ardore incendatur, siue cũ ver autumni imitetur naturam, siue cũ autumnus veris. Iam verò cõquassationem, & terræ motum aliáq; quæ pro certo euenerint, ferè infinita, nõnulli ex cælestium motuum coniectura præsignificarũt, adeò vt verisimè dictum sit, stellas in signa & tẽpora constitutas esse: tempora autem, vicissitudines illas annuas esse putauit, nec iniuria. Nam quæ temporũ notio esse poterit, præter ipsam exquisitam temporis seriem? Temporũ vicissitudines omnia perficiunt, rectéq; disponũt: sementem, & consitionẽ, ad fructus producẽdos: animaliũ quoq; ortus & incremẽta. Ad tẽpora item dimetienda natæ sunt stellæ. Nã solis, lunæ, aliorúmq; siderũ ratis cõuersionibus, dies, menses, & anni constituuntur: numeriq; natura, quæ est res plane vtilissima, hinc quoq; quàm primũ emergit, tempore eãdem patefaciente. Etenim ex vno die, vnum: ex duobus, duo: ex tribus, tria: ex mense, triginta: ex anno, multitudo, quæ duodecim mẽsium diebus ex æquo respondeat: ex infinito deniq; tẽpore, infinitus numerus gignitur. Cœlestium igitur siderum naturæ & motus ad totidẽ vsus támq; necessarios referuntur. Sunt alia etiã mihi ad cõmemorãdum ferè infinita, quę tametsi nobis obscura sunt (mortaliũ enim generi nõ sunt perspecta & explorata omnia) ad vniuersitatis tamen stabilitatem non parum adferunt adiumenti: quæ sanè institutis & legibus, quas Deus ratas & immobiles in hoc vniuerso esse sanciuit, omnino omnibus suis partibus & quasi numeris perficiũtur. Cũ autem terra & cælũ suis insignibus essent exornata, illa numero ternario, hoc autẽ, vt diximus, quaternario, quinto die, genera animaliũ caduca & mortalia formare molitus est: initio ab his, quæ in qua vitã degunt, sumpto: quandoquidem nihil tam cognatum, alterũ alteri putauit, quàm quinarium numerũ animalib⁹. Nã animata ab inanimis nulla re magis differũt, quàm sensu. Sensus verò in quinq; partes diuiditur: in visum, auditũ, gustatum, odoratũ, & tactum: Singulis autẽ sensibus, parẽs vniuersi affectiones, materiã peculiarem, & propriã iudicandi facultatem, qua ea, quæ sub ipsos cadunt, discernãt, attribuit. Visus colores excipit, voces auditus, gustus sapores, odoratus vapores, mollitudinẽ & duritiem, calorem & frigus, lenitatem & asperitatem tactus cõprehendit. Omnia item piscium genera, & cete, quæ & magnitudine, & qualitate discrepant, in certa lo

ca

ca conuenire mandauit. Alia enim in alio pelago reperiuntur, interdum eadem: præterquá quòd non omnia vbiq; gignãtur: neq; id planè sine causa. Nam nõnulla mari cœnoso, eoq; non adeò profundo gaudent: alia ostiis maris & portubus, vtpote quę neque ad terram proserpere, neq; longè à terra natare possint: alia in medio & alto mari degunt, & promontaria eminentia, insulas, abruptásq; petras omnino refugiũt. Alia in sereno ac placido mari exultant: alia deniq; spuma, agitatione & impetu fluctuum delectantur. Nam cũ continuis fluctuum exerceantur ictibus, & vi impetũ repellant, non modò roboris, sed pinguedinis etiam plus assequũtur. Non multò pòst volucrum genera edidit, vtpote ab iis, quæ in aqua viuunt, non multùm discrepantia (vtraque enim sunt ad natandum apta) vt nullam speciem eorum, quæ in aëre gradiuntur, mãcam & inchoatam relinqueret. Iam verò cũ aqua, & aër duo animalium genera, quę ad ipsa incolenda apta & accommodata sunt, velut propriã possessionem fuissent ac suam adepta, terram denuò ad eam partem progignendam, quę reliqua erat (post plantas quidem, terrestria restabant animalia) aduocauit, dixitq; : [Producat terra iumenta, & bestias, & reptilia secundum genus suum.] Illa autẽ, quod erat imperatũ, absq; mora exequitur, statímque producit animalia instructu, robore & facultatibus insitis tum ad lædendum, tum ad iuuãdum accommodatis, differentia. Ad extremũ hominem creauit. At quemadmodum, dicã equidem paulò pòst, si modò illud prius ostendero, Moysem perpulchra dispositionis serie in animalium procreatione explicãda vsum fuisse. Nam anima, quæ est piscium generi tributa, otiosa est maximè, & minimè præclarè formata: sed ea, quæ est insita hominibus, est perfectissima omnióq; optima. Quę verò terrestriũ animantiũ, & volucrũ generi inest, inter vtrumq; genus media interiecta. Etenim acutiorẽ sentiendi vim habet, quàm quæ in piscibus ingenerata fit: obtusiorẽ autẽ, quàm quæ in hominib⁹. Quapropter prima animaliũ pisces procreauit: quorũ natura plus corpore valet, quàm anima: quæ dicũtur animalia quodãmodo, & nõ animalia, mouẽtia, inanima. Quibus ad ipsam corporum dũtaxat diuturnitatẽ quædam animæ vis insita & aspersa est, sicuti sal, vt aiũt, carnibus, ne facilè corrũpantur. Post pisces, volatilia, & terrestria. Ista enim plus iam pollent sensu, & ipsius naturæ subsidio euidẽtiores animæ proprietates ostendũt. Postremò, vt dixi hominẽ formauit, cui mentẽ intelligẽtiámq;

eximiam largitus est:animæ alteram quandam animam,velut in oculo pupillam. Etenim qui rerum naturas accuratius perscrutãtur,hi eam,oculi ipsius oculum esse dicunt. Et quãquam omnia simul procreata,erant,illis tamen pariter procreatis ordo quidam necessariò oratione descriptus est,propter ortũ,qui deinceps ex ipsis mutuò futurus esset.In his,quæ singillatim nascuntur,est hic quidem ordo:vt ex eo,quod natura infimum est & abiectissimum,initium fiat,& in eo,quod est omnium optimum,desitũ sit.Verùm quid sit istud,exponẽdum censeo.In animalium ortu,semen principium est. Istud autem est tanquam abiectissimum quiddam,similéq; spumæ animaduertitur.Cæterùm vbi in matrice conditum,se roborauerit,motum statim assecutum,in naturam commutatur. Natura autem est semine præstabilior:siquidem & motus quiete in his præsertim, quæ generantur.Hæc (naturam dico) est velut artifex, vel vt magis propriè loquar,absoluta & perfecta ars, quæ animalia formar fingitq;:& humidam quidem essentiã in corporis mẽbra ac partes diffundit:spiritalem autẽ, innanimæ facultates, quæ alendi sentiendiq; vim habent. De ratione enim in præsentia omitto dicere,propter eos, qui eam extrinsecùs in corpus immigrasse,diuinámq; & æternã esse affirmant. Quamobrem natura ex semine abiecto,exordium quidẽ cepit:desiit autẽ in eo, quod est præstantissimum,in animalis nimirũ & hominis constructione.Idem istud etiam in vniuersitatis ortu accidit.Nam cùm visum esset mundi opifici,animalia formare,ea que abiectiora erant,ordine fuere prima,vt pisces:quæ verò optima, postrema,vt homines:cætera media interiecta inter extrema:præstantiora quidem prioribus,posterioribus autẽ deteriora, terrestria dico,& volantia.Post alia vniuersa(sicuti diximus)[Hominem ,ait,ad imaginem & similitudinem Dei factum esse.] idque admodum præclarè.Nã homine nihil in terra genitum similius Deo. Atq; hanc similitudinem nemo ex corporis forma ac specie consideret (Deus enim nõ est humanæ formæ particeps,neq; corpus humanum diuinæ) sed hæc imago de mẽte quæ animi participatũ tenet,dicitur.Nã eã ad vnã vniuersi speciem,tanq̃ ad primũ exẽplar,quod planè in reb⁹ singulis exẽplũ est,effinxit:quãdoquidẽ istud est quodãmodo Deus illius,quod ipsus gerit effigiẽ.Quã enim vim magnus ille rector tenet in vniuerso,eã,vt verisimile est,in homine humana mẽs. Quæ cũ oculis cerni nõ queat,ipsa tamẽ cernit vniuersa:cúmq; naturã obscur

obscuram & minimè cõprehensam habeat,aliarum tamen rerum naturas comprehendit ipsa:atq; adeò in artibus & scientiis omnes vias, tam eas, quæ videntur multiplici ratione inuolutæ,quàm quæ vsitatæ & tritæ,distinguit.Per terram etiã ac mare peruadit,eásq; res,quæ in vtraq; cõtinentur natura,peruestigat.Ac rursus se tollens,in sublime subuolat,atq; adeò aëre, & eius affectionibus consideratis,altius ab æthera, & ad cæli circuitus fertur:& vnà cum siderũ errantium & fixorũ cursibus secundum perfectas musicæ leges in orbẽ se versans, amorem sapientiæ,tanquã ducem sequitur : & cùm supra omnem naturã sensus monentem se extulerit,ibi tum ad eam perueniẽdi,quæ sola percipitur ratione,cupiditate ducitur:& eorũ, quæ hic subsensum cadũt,exempla ac formas pulchritudine eximias cùm in illa contẽpletur,ebrietate modesta illa quidẽ cõsopita, velut homines furore accẽsi,diuinitus afflatur,alio desiderio & amore præstantiore cõpleta.Vnde ad summum rerũ intelligentia perceptarum globum sublata,ad ipsum magnũ & præpotẽtem regem videtur peruenisse.Ac dum auet videre, vsque adeò puri syncerique diuinæ lucis splendores, instar torrentis, profunduntur,vt ad eorũ claritatem & fulgorẽ ipsius acies tanquam tenebris circũfusa,hebescat.Et quoniam imago quæq; non est primo exẽplari similis,sed multæ planè dissimiles,ad id quod dixit [Secundum imaginem] significanter attexuit [Secundũ similitudinem] quò accuratius eam speciem cõmostraret,quę veram habet figuram.Verùm illud meritò quæri potest, quid causæ sit,cur hominis solũ procreationẽ nõ ad vnũ opificẽ,sicut in aliis reb⁹ gignẽdis,sed ad plures quodãmodo retulerit. Nã parentẽ vniuersũ inducit velut cũ altero sic loquentẽ[Faciamus hominẽ ad imaginẽ & similitudinẽ nostrã]Dicet ergo aliquis, illéne adiumẽto eger,cui parẽt vniuersa?Ecquid cũ cælũ, terrã fabricaret,& mare,nullius opera egebat,cùm autẽ hominem, animal tam minutũ,támq; fragile cõderet,nõ poterat ipse sua vi,nullo alterius adhibito subsidio,opus absoluere?Quæ sit causa quidem verisima,solus Deus necessariò intelligit:quæ autẽ coniectura probabili capi possit,quæq; videatur rationi cõsentanea,nequaquã hoc loco silẽtio prætereunda est.Est autẽ eiusmodi.Ex rebus,quæ natura constant,aliæ neq; virtutis,neq; vitiositatis particeps sunt,vt plantæ,& animalia rationis expertia:illæ quidẽ, quia inanimæ sunt,& natura ea, quæ vius minimè pellitur,reguntur:hæc autẽ,quia non mente solùm,sed etiã

ratione carent:mens enim & ratio,sunt virtutis & vitij tanquã domicilia,in quibus habitare consueuerunt. Aliæ,sola virtute præditæ sunt,vitij cuiusq; expertes,vt stellę.Nam istæ dicuntur esse animalia,eáq; mente imbuta, imò verò in singulis mentes insunt singulæ:quæ omnino spectatæ sunt, & mali cuiusque expertes. Aliæ,naturam mixtam habent,vt homo,qui est rerum particeps contrariarum,vt prudentiæ & stultitiæ:temperantiæ intemperantiæ:fortitudinis & ignauiæ:iustitiæ & iniustitiæ: & vt comprehendam breui,bonarum rerum & malarum: honestarum & turpium:virtutis denique & prauitatis.Proinde omnium rerum parenti Deo accommodatum erat maximè,ea sua ipsius vi sola efficere, quæ proba erant & spectata: propterea quòd cognatione quadam cum ipso coniuncta sunt:quæ autem sunt indifferentia procreare etiam ab eius natura non erat alienum:quandoquidem ista quidem,vitiositatis, quæ est ei inimica,penitùs sunt expertia.Quæ verò mixta sunt,in lucem edere, partim ei conueniebat,partim erat alienum : conueniebat quidem,propter speciem illam excellentiorem, quę omni concretione caret:alienũ autem erat propter eam,quæ huic repugnat, quæq; est illa multò deterior. Hac igitur de causa ait Moyses, in hominis solùm procreatione Deum dixisse [Faciamus hominem.] Quod planè declarat opem aliorum, qui in hoc opere edendo, tanquam adiutores existerent: sic vt cùm homo rectis consiliis & actionibus res benè administret,Deo,omnium moderatori,causa attribuatur:cùm autem cõtrà se gerat, aliis, qui Deo inseruiunt.Consentaneum enim erat,vt parens liberis nullius mali autor existeret. In malis autem ducitur prauitas, eaq; actiones, quæ ex prauitate nascuntur. Porrò præclarè admodum,cùm de homine,qui genus est,disseruisset Moyses, eũ per formas sexus distribuit:dixitq; [Masculum & fœminam] creatos esse illos, cùm nondum formã illam figillatim induissent. Siquidem species extremæ hærent in ipso genere,non aliter,ac si in speculo ostenderentur his, qui acie oculorum multùm valent. At quæri etiam potest,quid sit causæ, cur homo in mundi fabricatione postremum opus sit. Nã post alias res vniuersas,vt scripturæ sacræ declarãt,parens & effector rerũ Deus illum creauit.Respondent ergo illi, qui altius leges indagare, & ea,quæ ad ipsas pertinent,quoad fieri potest, accurata inquisitione elicere,conantur,Deum cùm hominẽ per rationẽ(quod est munus omnium planè præstantissimũ) sibi cognatum essecisset,

cisset,alias res ei non inuidisse, sed veluti animali sibi coniunctissimo amicissimóq;,omnes res,quas mundus cõtinet,præparasse: illud sanè cupientem,vt nullius rei cùm ad viuendũ,tum ad benè viuendum pertinentis,omnino indigeret.Quorũ alterum affluentia & copia rerum ad vsum necessariarũ efficit:alterum cælestium contẽplatio. Ex qua quidem mens in admirationem traducta,earũ rerum cognoscẽdarum amore incipit & desiderio flagrare:vnde quoddam philosophiæ genus(cuius vi homo cùm mortalis sit,immortalis efficitur)efflorescit.Quemadmodum igitur,qui faciunt conuiuiũ, non prius homines ad cœnam vocant,quàm res omnes ad conuiuiũ necessarias præparauerint:& qui gymnica,scenicáve certamina instituunt, prius quàm spectatores in stadia,& theatra inducãt,athletarũ,spectaculorum,& fabularũ multitudinem parant:ita totius vniuersitatis rector,velut ludorum,& conuiuij magister, cùm hominẽ esset ad cõuiuium & spectacula inuitaturus, ea quæ ad vtrãque speciem pertinebant,antè apparauit, vt in mundũ ingrediens, illicò conuiuiũ,ac theatrum augustissimũ reperiret : alterũ refertũ omnibus rebus,quas terra,flumina,mare,& aër deniq; cũ ad vsum vitæ,tum ad oblectationẽ ferunt:alterũ plenum spectaculorum cuiusq; generis,quæ naturas haberẽt in primis admirabiles,qualitates mirificas,motus & progressiones,tũ propter ordinem aptè cohærentẽ,proportionémq; numerorũ,tum propter æquabilẽ conuersionũ consensum planè diuinissimas. In quibus omnibus si quis musicã primam,verã,& ad exẽplar aliis propositã esse dicat,non errauerit.Cuius speciẽ homines posteri in suis ipsorũ animis imprimentes,artẽ ad vitam tũ maximè necessariã,tum non minus vtilẽ tradiderunt. Atq; ista quidem prima causa fuit,cur homo videatur post res vniuersas procreatus.Quæ item sit secunda, non erit alienũ instituto, explanare. Homo simulatq; editus erat,omnia ad viuendũ subsidia parata inuenit : natura ipsa, voce propè emissa, ad posterorum institutionem palàm loquente, quòd ducem sui generis imitando facilè & sine molestia in summa rerum necessariarum abundantia & copia vitam degerent : hócque eueniret, si neque absurdæ voluptates, quæ vitium ventris solent & luxuriam adaugere, animi dominatum occuparent : neque gloriæ, aut pecuniæ, aut imperij cupiditates, vitæ incenderent principatũ: neque dolores mentem contraherent,inflecteréntve : neq; metus, malus consiliarius, rerum præclararum gerendarum re-

tardaret appetitiones, neque amentia, ignauia, iniustitia, infinitáve aliorum malorum turba in animos irreperet. Iam verò cum hæc omnia, quæ commemoraui, minus rectè prosperéque succedere visa fuerint, & homines effrenatè in omnes perturbationes & appetitus temerarios prenitiosósque (quos ne nominare quidem fas est) effusi sint, iustitia, impiorum conatuum vindex, ex aduerso se opposuit. Ac res ad vitam hominum necessariæ, cùm sint ad parandum difficiles, sunt planè iniustis supplicio. Nam cum agros proscindant aratro, fontium & fluminum cursus in eos deriuent, semina spargant, conserant plantas, & laborem in terra colenda dies noctésque sine inrermissione suscipiant, vix ea, quæ ad annum satis esse possint, inde reportant. Atque istæ res, interdum multis de causis læsæ labefactatæque, horridæ existunt, & infrugiferæ. Nam aut imbrium, aliorum ex aliis irruentium impetus eas obterit: aut moles grandinis aceruatim delatæ perfringit: aut nix obruit atque suffocat: aut ventorum violentia ipsis radicibus euertit. Aqua enim, & aër multas res nouas moliuntur ad fructuum sterilitatem. Quòd si perturbationum extra modũ euagantium motus temperantia sedati, si iniuriæ inferendæ studium, & ambitio, iustitiæ vi retardata, ad summã, si virtutibus, officiisque ex illis nascentibus, vitia & eorum actiones immoderatæ, penitus repressæ fuissent, adeò vt bellum animi, quod omniũ reuerà acerbissimũ grauissimúmque est, sublatũ fuisset, & pax regno potita esset, & ex ea facultatibus, quæ nobis insunt, status pacatus & tranquillus allatus, spes esse potuisset, Deũ vtpote virtutis probitatisq; amatorẽ, & benignũ etiam, bona sua sponte nascentia prompto & parato animo generi humano præbiturum fuisse. Constat enim, multò facilius esse, eũ fructum, qui ex rebus oritur, absque agricolarũ arte affatim suppeditare, quàm ea, quæ non sunt, in naturam deducere. Secundam iam causam exposuimus. Tertia verò eiusmodi est. Deus operum suorum principium & finem, velut res maximè necessarias sibíque charissimas scirè coagmentare instituens, cælum principiũ, hominem autem, finem effecit: illud in rebus, quæ interitu carent, sensibus tamẽ percipiuntur, perfectissimũ: hunc in terrenis caducísque optimum, & si verum dicendum sit, velut paruum cælum, quod tum artibus, & scientiis quibusdam, tum illustribus præceptionibus, quæ in quáque facultate cerũntur, instructũ, effigies formis astrorum similes cõtinet.

Nam

Nam quoniã id quod mortale est, & id quod immortale, sunt natura cõtraria, quod erat in vtráq; specie præstantissimũ, principio attribuit ac fini: principio, cælum, vt dixi, fini autẽ hominem. Postremò, illud etiam ad explicationem causæ necessariò dicatur. Omnium, quæ procreata erant, homo debebat postremò in lucem edi, vt ex improuiso demum apparens, cætera animalia obstupefaceret. Nam vt primum eum viderent, tanquam ducem natura ac dominum suspicerent venerarentúrq;. Et propterea illa omnia, cùm eum contemplarentur, omnino mansuescerent: ac quæ natura, maximé fera essent & agrestia, actutum primo illius aspectu cicura redderentur maximè: & quæ furiosam rabiem ipse in se mutuò exprimerent, in hominem solum se gererent mansuetè. Ob quam causam parens omnium Deus eum, animal natura aptum ad principatum creauit: atque non officij munere solùm, sed rationis etiã priuilegio, omnium animalium infra lunæ globum siue in terra, siue in aqua, siue in aëre vitam degentium, regem constituit. Nam cunctas res mortales, quæ in tribus elementis, terra, aqua, aëre viuunt, eius ditioni subiecit: earum autem solùm, quæ in cælo sunt, illi ademit potestatem, vtpote naturam diuiniorem adeptarum. Cuius quidem principatus, res quæ cernuntur, sunt argumento planè certissimo. Interdum infinita pecudum multitudo ab homine infimæ conditionis ducitur: qui neque arma, neque ferrũ, neque quicquam ad se defendendũ gestat: sed rhenonis tegumentum, quo solo operiatur, & pedum, quo partim illis signum det, partim cum de via fessus sit, seipsum fulciat. Greges namque ex magna animalium frequentia congregatos, vt ouium, caprarum, boum, ducit pastor, capratius, bubulcus: homines quidem certè non ita robusti & valentes, vt ob firmam corporis constitutionẽ intuentibus terrorem incutiant. Atque tanta animaliũ multitudo adeò robore & viribus munita (habet enim arma à natura, quibus se defendat) tanquã serui, dominũ reformidat, & imperata facit. Boues enim iugũ subeũt ad terram colendã: & crassas glebas proscindentes, vno die aliquando longum ἀρόσιχον, id est, iugerum duodecim stadiorum, colono aliquo instigante, conficiunt. Arietes densis velleribus onusti grauésque, verno tempore à pastore iussi, quietè consistunt: & placidè se inflectentes, lanam sibi tonderi patiuntur: assuefacti quidem vt non aliter, ac ciuitates annuum vectigal regi suo natura pensitent. Quinetiam æquus, animal

planè

planè ferociſsimum, freno in os iniecto, facilè ducitur, non modò ne nimium laſciuiendo abiiciat habenas, verumetiam vt tergo inflexo ad commodè inſidendũ, facilè ſeſſorem excipiat, eumq; ſublimem portans, celerrimo gradu incedat: contendátque, vt ad quæ loca ſeſſor feſtinauerit, ad ea ocyus perueniat, eũque deducat. Seſſor verò, alterius corporis pedũque ſubſidio placidè ac ſine labore itineris curſum conficit. Quòd ſi quis vellet longus eſſe, multa alia dici poſſent, quibus planum fieret, nullũ animal ſic immanitate efferatum, vt hominis repudiet dominatum reiiciátve: ſed exempli cauſa, his, quæ dicta ſunt, contenti ſimus. Illud tamen non debet à nobis ignorari, hominis dignitatem non propter ordinis rationem minui, quòd poſt alias res erat in lucem editus. Cuius rei teſtes ſunt aurigæ & gubernatores. Illi enim poſt iumenta, quæ iugum ſuſtinent, incedentes, & à tergo eorũ poſiti, prehenſis habenis, ea, quatenus velint, deducunt: interdum remittunt ad curſus celeritatem, nonnunquã reprimunt, cũ maiore impetu, quàm par ſit, ferantur. Gubernatores verò, ad puppim, velut ad poſtremũ locũ nauis accedentes, inter omnes nauigãtes, vt breuiter dicam, primas tenent: in quorum manu & nauis eſt & nauigantium ſalus poſita. Poſtremò igitur omnium, mundi effector Deus hominẽ, tãquam aurigam & gubernatorẽ quendam conſtituit, vt res terreſtres regeret gubernarétque: atque adeò velut ſummi ac præpotentis regis præfectus, animaliũ & plantarũ curam ſuſciperet. Poſtquã autem mundus vniuerſus erat perfecta ſenarij numeri natura abſolutus, diẽ ſeptimũ, qui proximè ſequebatur, genitor Deus, celebrẽ effecit, tum laudib⁹ efferendo, tum ſanctũ appellando. Nã feſtus dies hic quidẽ eſt, non vnius ciuitatis, aut regionis, ſed totius vniuerſitatis: quẽ ſolùm par eſt generalẽ mundi natalẽ diem proprio nomine nuncupare. Septenarij autẽ numeri naturã haud ſcio, an quiſquã ſatis pro dignitate laudare potuerit, quippe quæ omnem dicendi facultatẽ longè ſuperet. Verùm quanquã plus admirationis in ſe & dignitatis complectitur, quàm quod oratione hactenus ab vllo ſit explicatũ, non tamen propterea conticeſcere debemus, ſed audacter aggredi, vt ſi non omnia, neque quæ maximè eius exprimunt naturã, at ea tamen quæ in noſtram cogitationẽ veniant, dicendo aperiamus. Septenarij duplex natura eſſe dicitur: altera, quæ includitur in denarium, ſoláque vnitate ſepties numerata terminatur, & ex ſeptem vnitatibus conſtat: altera in

in ſeptenario ſextus numerus eſt, cuius initiũ, quod eſt vnitas, omnino per duplas & triplas, pportiones, vel vt breui cõplectar, per omnes numeros, qui proportione cõſtant, peruadit: vt ſexaginta quatuor, & ſeptingenta viginti nouẽ ſe habent: quorũ numerorũ alter in dupla, quæ ab vnitate naſcitur, alter in tripla creſcit & augetur. Vtrũque genus non leuiter conſiderandũ eſt illud quidẽ, ſed ſecundo clariſsimũ priuilegiũ tributũ eſt. Nam ſeptenarius, qui ex vnitate poſita in duplis, aut triplis, aut omnino in his, quæ habent proportionẽ, oritur, cubus & quadratus eſt: qui quidẽ vtramq; ſpeciẽ, naturę videlicet tũ nõ corporeę, tũ corporeæ cõprehendit: non corporeæ in ſuperficie, quã explent quadrati: corporeæ autẽ, in altera, quàm cubi abſoluũt. Numeri verò, quos diximus, huius rei certiſsimũ argumentũ dãt. Verbi gratia: ab vnitate ratione dupla, ſi ſeptenarius amplificatus ſit, fiunt, ſtatĩ ſexaginta quatuor. Eſt autẽ quadratus, cũ octies octo multiplicata fuerint: cubus cùm ſint quatuor in quator quater, multiplicata. Et rurſus, cùm ſeptenarius ab vnitate, ratione tripla, auctus ſit, fiunt ſeptingẽta viginti nouẽ. Quadratus quidem ſeptẽ & viginti in idem ipſum multiplicatis: cubus autẽ, nouẽ in idem ipſum nouies. Ac cũ quis ſeptenariũ, initio ab vnitate ſumpto multiplicet, & eadem proportione ad ſeptenariũ vſque augere velit, reperiet omnino numerũ ita auctũ, cubum & quadratum eſſe. Cũ ex ſexaginta quatuor, ratione dupla, cõponat, procreabit ſeptenarius quatuor millia & nonagita ſex, quadratum ſimul & cubũ: eum autẽ quadratũ, qui latus habet ſexaginta quatuor: cubũ, ſexdecim. Sed ad alteram ſeptenarij ſpeciem veniamus, quæ eſt denario comprehenſa: quę quidem naturam planè admirabilem, nec ſuperiore illa ſpecie inferiorem commonſtrat. Exempli gratia: ex vno, duobus, & quatuor protinus ſeptem efficiuntur: quæ duas rationes pleniſsimas harmoniæ, duplam & quadruplam continent: alteram quidem, concentum diapaſon, alteram autem, quadruplam dico, diſdiapaſon perficientem. Alias porrò diuiſiones continet numerus ſeptenarius, cum modo quodam iugali conſtituatur. Nam primum in vnitatem & ſenarium: deinde in binarium & quinarium: poſtremò in ternarium & quaternarium diuiditur. Iſta etiam proportio numerorum ad concentum valet maximè. Sex enim ad vnum, habent rationem ſextuplam: ratio verò ſextupla maximum in rebus interuallum efficit: quo quidem id quod acutiſsimum eſt, à grauiſsimo diſtinguitur:

tur: quemadmodum ostendemus, vbi à numerorum ratione ad eam, quæ in harmoniis posita est, peruenerimus. Quinque autem ad duo maximam in harmonia vim demonstrant, propéque illi concentui, qui est in diapason, paria sunt. Quod quidem ex musicæ præceptis planissimè ostenditur. Quatuor ad tria, primam harmoniam absoluunt, sesquitertiam nimirum, quæ quidem oritur ex quatuor. In septenario item alia preclara species ac forma cernitur, quæ est ad cogitandum planè diuinissima. Nam cum constet ex ternario & quaternario, id quod in rebus secundum naturam rectum est, quódque flecti nequit, indicat. Verùm quo modo id efficiat, explicandũ videtur. Triangulus rectis constans angulis (quod est qualitatum principium) ex hisce numeris, tribus scilicet, quatuor, & quinque efficitur. Tria & quatuor, quæ sunt materia seu essentia septenarij, rectum angulum faciunt. Angulus enim & obtusus, & acutus, inæquabile, quiddam, inordinatum, & dispar edit. Alius namque alio obtusior est & acutior: at rectus nullam recipit comparationem, neque alius cum alio comparatus, rectior dicitur, neque suam aliquando commutat naturam, sed in simili eadémque ratione manet. Quod si triangulus rectis angulis constãs, principium figurarum & qualitatũ sit, quod est in isto maximè necessarium (angulum rectũ dico) essentia septenarij suppeditat. Ternarius pariter quaternario adiũctus, cuiusq; figuræ potest, & cuiusq; qualitatis fons reuerà existimari. Illud præterea non inscitè dici potest. tria, figuræ illius, quæ est in superficie, numerũ propriũ esse: siquidè punctũ in vnitate, linea in binario numero, superficies in ternario constituitur. Quatuor solidi numerus est, cùm sit vna crassitudo ad superficiem addita. Ex quo perspicuum est septenarij essentiam & Geometriæ, & dimensionis, quę in solido cernitur, & vt comprehẽdam breui, rerum tum corporearum, tum vacantium corpore, principiũ esse. Tam sacrũ etiam augustúmq; in septenario decus inest, vt inter eos numeros, qui concludantur in denario, singularem eximiámque præ cæteris rationem habeat. Nam eorũ, alij procreant, non procreantur: alij procreantur, non procreant: alij vtrunque faciunt, & procreant, & procreantur. Solus autẽ septenarius in nulla parte istarum rerum cernitur. Verũ quod proposuimus, demonstratione confirmandum est. Vnum quidem omnes numeros deinceps generat, & à nullo omnino generatur. Octo procreantur ex bis quatuor: nul

lum autẽ numerum illorũ, qui in denario continetur, procreãt. Quatuor rursus vtrorũq;, & parentũ, & liberorum ordinem locúmque obtinent. Cũ enim duplicata sint, gignunt octo, & à bis duobus gignuntur. Solus autẽ septenarius, vt dixi, neq; alios numeros generare, neque ab aliis generari solet. Quã ob causam, alij quidem philosophi numerũ istum Mineruæ, quæ & virgo est, & matre caret, similẽ esse ferũt: quã quidẽ fama est ex Iouis capite editã. Pythagorei autẽ duci & rectori omniũ eum similẽ statuunt. Nã quod neq; procreat, neq; procreatur, manet immobile. Procreatio enim in motu est: quãdoquidẽ & quod procreatur, nõ vacat motu: illa vt gignat, hoc vt gignatur. Princeps ille vetus & dux omniũ, solus neq; cõmouet quicquã, neq; ipse commouetur. Cuius effigies appositè dicatur numerus septenarius. Atq; hui⁹ meæ orationis testis est Philolaüs, his ferè verbis: Est dux & princeps omniũ vnus Deus, sẽpiternus, stabilis, motu vacans, ipse sibi similis, ab aliis diuersus. In rebus igitur sola intelligẽtia, perceptis, septenarius numer⁹ quasi ante oculos cuiusq; ponit illud, quod est motus, affectionisq; expers. In illis autem quę sensu capiũtur, lunæ cõuersiones dico, magnã vim, naturęq; cõiunctissimã obtinet: quibus quidẽ cõuersionib⁹ res terrestres vniuersæ solẽt effici meliores. Verũ quo modo, videndũ est. Numerus verò septẽ ex vnitate deinceps ordine cõpositus, efficit viginti octo: numerũ planè perfectũ & suis partibus æqualem. Numerus autẽ inde procreatus, lunæ cursum cõplet, quæ in eãdem figurã, ex qua incrementũ, quod sensu percipiatur, sumere incipit, denuò, vbi decrescat, recidit. Augescit enim à primo lumine, quod speciẽ habet incuruam, vsq; ad dimidiatum ambitum, septem dierũ spatio: deinde totidẽ aliis luce vndiq; cõpletur. Iterum ad initia eadẽ via recurrendo, sese reflectit: & septẽ rursum dieb⁹ ab illo plenissimo lumine ad circulũ reuertitur dimidiatũ: tũ ab illa specie ad inflexã, atq; totidẽ deinceps diebus numerus, quẽ diximus, expletur, vocatúrq; τέλεμὰς, id est septenarius, ab his qui nominibus propriè vti solẽt: siquidẽ isto perficiuntur vniuersa. Cuius rei argumentum aliquis capere potuerit ex eo, quòd corpus instrumentale, vt ita dicam, triplicem dimensionem obtineat, longitudinem, crassitudinem, ac latitudinem: quatuor verò extremitates: punctum, lineam, superficiem & soliditatem. Ex quibus in vnum collectis, conficitur septenarius. Fieri autem haud poterat, vt corpora compositione illa, quæ tribus dimensionibus, & quatuor extremitatib

mitatibus constat,terminata essent,nisi species primorũ numerorum,vnius,duorũ,triũ,ac quatuor:quibus velut fundamẽtis, nititur denarius,septenarij fuisset naturã cõplexa.Nam numeri,quos diximus, quatuor habent terminos:primũ, secundum, tertium,& quartũ.tria etiam interualla:primũ,ab vno ad duo: secũdum,à duobus ad tria:tertium,à tribus ad quatuor.Ac præter ea quæ diximus,perfectã septenarij vim apertissimè declarant etiam hominũ ætates ab ipsa prima vsq; puericia ad senectutem,quæ partitæ sunt ad hunc modũ. Primo septẽnio dẽtes nasci soient:secundo,tẽpus est, quo possint virile semen emittere:tertio crescit barba: quarto, vires augescunt ad firmitatẽ: quinto,tempus nuptiarũ est:sexto,intelligentiæ prudentiæque maturitas:septimo,accessio vtriusque, & mentis & orationis: octauo, magna in vtrisq; perfectio: nono, sequitur probitas & mãsuetudo,perturbationibus maiore ex parte sedatis: decimo deniq;.optatus vitę exitus:cũ membra,quibus corpus vt instrumentis vtitur,contrahãtur.Solet enim longa quæq; senectus vacillare flueréq;.Quinetiã has ætates Solon itidem , Atheniensium legislator,carminibus Elegiacis perpulchrè descripsit:

Primis septem annis,niueos puer edere dentes
Cœptat,dùm tener est,membráque pube carent.
Quando alios septem Deus illi adiunxerit annos,
Puberis hinc æui signa recluſa patent.
Barba genas decorat,cùm tertia creuerit ætas,
Mutatúrque rubens flore cadente color.
Quarta dabit vires,cùm vir sit factus & almæ
Virtutis specimen præbeat ipse suæ.
Septem lustra virum vinclo sociare iugali
Suadent,& sobolem lege creare nouam.
Sexta ætate,viro vis mentis acumine pollet,
Nec facinus posthac vile patrare studet.
Septima si octauæ iungatur,linguáque,ménsque,
Consilio hæc solers,illa loquendo viget.
Ad nouies septem valet vtraq;:verùm vbi clara
Res est cœpta geri,sermóque,ménsque labat.
At decimi si quis cursum confecerit æui,
Tunc maturus erit mortis adire loca.

Solon igitur decem septenariis prædictis vitã metitur humanam.Itémq; Hippocrates medicus,septem ætates esse dicit:infantis,pueri,adolescentis,iuuenis,viri,senis,decrepiti. Hásque sept

septenariis terminatas esse.Quinetiam sic in sermone sequenti loquitur.In hominis natura septẽ sunt tempora,quas ætates nominãt:infantis,pueri,adolescentis,& quæ sequuntur. Infans est vsq; ad annos septẽ,dum emittit dentes.Puer ad quatuordecim, dum semen in eo crescere incipit. Adolescens vsq; ad vigesimũ primum,dum barbæ pubescit lanugo.Iuuenis vsque ad vigesimum octauũ,dum totius corporis vires augescunt.Vir ad vnde quinquaginta,nẽpe ad septies septem. Senex ad quinquaginta sex,id est,ad septies octo.Decrepitus,quod inde reliquũ est temporis,obtinet. Illud porrò dicitur ad propriã commendationẽ septenarij, vtpote permirum sanè ordinẽ in natura obtinentis, quòd ex tribus,& quatuor constat.Quòd si quis tertiũ ab vnitate duplicet,reperiet quadratũ. Sin quartum,cubũ:at si septimũ, qui ex vtrisq; constat,cubũ simul & quadratum. Tertius autem ab vnitate in ratione dupla,quadratus est.Quartus verò cubus. Septimus,quatuor ad tria,cubus pariter & quadratus : adeò vt numerus septenarius reuerà perfectus sit:quippe qui vtrasq; cõmonstret æqualitates:tũ superficiẽ, quæ ex ternarij cognatione per quadratum,tum soliditatẽ per cubum , quæ ex cõuenientia cum quaternario oritur. Atq; ex ternario & quaternario cõstat septenarius:qui non modò perfectus,sed etiã, vt breuiter dicã, ad omnem concentũ aptissimus,& pulcherrimæ descriptionis quodãmodo fons est : qui non solũ omnes harmonias, siue quæ ex diatessaron,siue quæ ex diapente,siue quæ ex diapason conficiuntur,verumetiã omnes proportiones,arithmeticã , geometricam,& harmonicã præterea continet. Figura autẽ quadrata constat ex his numeris,sex,octo,nouem,duodecim.Octo ad sex in ratione sesquitertia,harmonia est, quæ ex diatessaron nascitur.Nouẽ ad sex in sesquialtera,quæ est harmonia ex diapente. Duodecim ad sex in dupla,harmonia, quæ ex diapason. Habet præterea,vti dixi,omnes in se proportiones:arithmeticam quidem ex sex, nouem & duodecim. Sicut enim medius numerus primum tribus superat , sic superatur à postremo. Geometricam autem , quæ ex diatessaron constat. Quam enim rationem habent octo ad sex , eandem duodecim ad nouem : proportio verò sesquitertia est. Harmonicam denique ex tribus. sex , octo , & duodecim. Harmonicæ proportionis duplex est diiudicatio , vna cùm eandem habet rationem numerus ille, quo postremus superat medium , ad numerum , quo primus a medio superatur , quam postremus habet ad primum. Cuius

rei argumentum euidentissimum ex numeris propositis, sex, octo,& duodecim,capi potest.Nam postremus ad primum duplus est:numerus rursum,qui superat,duplus:Duodecim enim octo superant,numero quatuor:octo autẽ sex,duobus.Quatuor ad duo,dupla.Altera autẽ est harmonicæ proportionis indagatio,cùm medius numerus æquali parte superat extrema,& ab iisdem superatur.Octo enim,qui medius numerus est,superat primũ tertia parte.Sublatis enim sex, restant duo, tertia pars primi.Superatur etiã medius à postremo æqualiter. Nam si à duodecim dẽpta fuerint octo,reliqua sunt quatuor,tertia pars postremi.Ista de dignitate, quã habet hæc descriptio,& figura quadrata,vel quocũque nomine appellare oporteat, necessariò dicta sint. Todidem septenarij formæ,ac plures etiam, in rebus corporis expertibus,mentéque sola comprehensis elucent. Eius porrò vis per vniuersam naturam sensu perceptam oculorum,vt cælum terrámque,peruadit,atque ad extremas oras pertinet vniuersi. Quæ enim est particula earum rerum,quæ mundi ambitu continentur, quæ non sit cum septenario quadam necessitudine iuncta, eiúsque amore & desiderio perdomita ? Verbi gratia: cælum septem circulis circundatum esse dicitur : quorum hæc sunt nomina : arcticus, antarcticus, tropicus æstiualis, brumalis, æquinoctialis, circulus zodiacus, lacteus etiam. Horizon enim, siue finiens circulus, affectio quædam est nostri aspectus, vt quisque acutiorem, aut tardiorem aciem habuerit oculorum. Nam sensu quasi præciso, interdum minore, interdum maiore ambitu circumscribitur. Errantes item stellæ, quas contra inerrantium & fixarum multitudo aduerso gradu nituntur, scitè septem distinguuntur ordinibus, & maximam vim affectionémque in aërem terrámque imprimunt. Nam quatuor distincta anni tempora sigillatim vertere, infinitásque mutationes tranquillitate, serenitate, procellis, & ingenti ventorum violentia afferre solent. Flumina rursus augere minueréque: campos replere stagnis, & contrà exiccare. Maris item conuersiones efficere, siue recedit, siue æstuat denuò. Interdum enim altum litus vastis abruptísque æstibus subruentibus repentè fractum, sinum maris intromittit. Quod mare cum paulò pòst diffusum sit, pelagus efficit altissimum: illúdque non paruis onerariis nauibus, sed iis, quæ res infinitas vehere possunt, transmittitur. Quinetiam res terrestres vniuersas, anim

animalia rursus,& plantas fructus ex se progignentes, augent & perficiunt: naturámque cuiusque perpetuare moliuntur, vt noua pro veteribus ad cumulata plenáque hominum egentium subsidia floreant vigeántque. Prætereà vrsa maior(quam nautarum ducem esse dicunt)ex septem stellis constat,in quam gubernatores intuentes,infinitas in mari vias secant: rem planè incredibilem,& maiorem, quàm cui fidem adhibere possit humana mens,aggressi. Nam ex astrorum,quæ dixi,coniectura,regiones,quæ antea erant ignotæ,reppererunt;qui continentem incolebant,insulas:qui habitabant in insulis,continentem inueneruut. Oportebat enim adiumento cæli,quod natura purissimum est, terræ pariter & maris recessus humano generi, vt animali Deo charo,patefieri.Septem astris prætereà complet vergiliarũ chorus:quarũ ortus & occasus,causæ existunt rerum omnibus admodũ salutarium. Nã cùm occidunt,sulci finduntur ad satus accipiendos.Cũ iam sunt orituræ,messem denũciant.Cùm deniq; ortæ,agricolas ad res necessarias,& quidẽ lętis animis percipiẽdas excitãt. Hi verò ad quotidianæ vitæ vsũ lubẽtes reponunt aliměta.Sol itẽ,qui diei prœst,gemina æquinoctia,vernũ & autũnale,quotannis cõficiens,vernũ quidẽ in ariete,autumnale autẽ in libra,euidentissimũ planè argumentũ dat diuinæ illius excellentiæ,quę in numero septenario fita est. Vtrũq; enim æquinoctiũ septimo mense fit:in quibus quidẽ,lege edictũ est,vt festa agamus maxima celeberrimáq;. Siquidẽ vtroq; tẽpore,ea,quę è terra gignũtur,maturata pubescũt:vere, tritici,& cæterorũ satorum:autũno vitis,& aliarũ plurimarum stirpiũ fructus,qui durioribus integumentis inuoluuntur. Ac quoniã res terrestres ex cælestibus cognatione quadã naturali pendẽt,numeri septenarij ratio in sublimi exorsa, ad nos delapsa est,inq; rerũ caducarũ ortũ impressit vestigia.Exempli gratia:ea animi nostri pars mente principatũ obtinente carens,septẽplici ratione diuiditur,vt ad quinq; sensus, ad instrumentũ, quo vocẽ edimus,& ad id deniq;,quod procreãdi vim continet, pareat.Quæ quidẽ omnia non aliter atq; ligneolæ hominũ figuræ ad spectatores in admirationẽ traducendos cõpositæ,pérque neruos quosdam ab eo,qui illis præest,agitatæ, interdum quiescunt : interdum aptis quibusdam formis & motionibus singillatim cientur. Si quis etiam corporis partes, tum interiores, tum exteriores pari ratione indagare voluerit, in vtroque genere itidem septem roperiet. Quæ igitur in

aperto cernuntur & extrinsecus eminent, sunt hæ: caput, pectus, venter, geminæ manus, gressúsque gemini. Quæ verò intus sunt, quæque intestina dicuntur, sunt, stomachus, cor, pulmo, lien, iecur, renes duo. Rursus caput, quod in animali facilè principem locum tenet, rebus septem apprimè necessariis vtitur: duobus oculis, auribus totidem, fistulis narium duabus, & ore, quod septimum est: per quod, vt ait Plato, & rerum mortalium introitus fit, & egressus immortalium. Nam esculenta & poculenta introeunt, mortalis corporis mortalia & caduca alimenta: egrediuntur autem sermones ex immortali animo immortales: leges nimirum, quibus vita hominum gubernatur. Quæ porrò visu (qui sensuum præstantissimus est) diiudicantur, illa eundem numerum generatim complectuntur. Septem enim sunt, quæ sub sensum oculorum cadunt: corpus, interuallum, figura, magnitudo, color, motus, status: atq; aliud præterea nihil. Sunt item vocis mutationes omnes numero septem: acuta, grauis, circumflexa, aspera quarta, quinta tenuis, longa sexta & septima breuis. Quinetiam & motus septem existũt: sursum deorsum, ad dextram ad læuam, antè pone, & ille, qui in orbem conficitur motus: quos quidem maximè declarant hi, qui saltatione vtuntur. Ferunt præterea excrementa, quæ ex corpore eiiciuntur, ad numerum, quem diximus, redigi. Nam per oculos funduntur lachrymæ: per nares verò, sordes ex capite defluentes, per os saliuæ, quæ expuuntur. Sunt etiam duplices quasi ductus, per quos cibi & potionis excrementa elabuntur: alter in anteriore corporis parte, alter à tergo situs. Sextum genus excrementorum, est ille in sudore profusus humor: qui quidem per vniuersum corpus permanat. Est denique seminis per genitales partes effusio, quæ est vel maximè naturalis. Rursus mẽstrua maxima ex parte ad dies septem mulieribus adsunt. Et infantes, qui in vtero sunt ad septem mensium spatium solùm concluſi, viui in lucem edi solent, adeò vt res quædam admiratione sanè dignissima inde videatur accidere. Nam qui ad septimum mensem eduntur, etiam apti sunt ad procreandũ, cum illi, qui ad octauum, viui edi omnino nequeant. Septimo porrò die discernuntur graues corporum morbi, idque maximè cùm febres continuæ ex inæquabili facultatum, quæ in nobis insunt, temperatione, vnà nos inuaserint. Nam hic dies de certamine, quod de vita suscipitur, iudicium facit, illis quidem salutis, his verò mortis sententiam ferens. Atq; huius numeri vis, non

non modò ad has res, quas cõmemorauí, verumetiam ad præstantissimas scientias, vtpote Grammaticam, & Musicam peruasit. Lyra enim ex septem chordis constans, proportionémque ac similitudinem concentus illius, qui in septem planetarũ motu cernitur, præ se ferens, præclaros harmoniæ modos efficit: quandoquidem totius musicæ, quæ instrumentis constat, magistra penè & dux est. Ex grammaticæ etiam elementis, quæ vocales appellantur, sunt reuerà septem. Siquidem earum vi vox edi videtur, & cùm sint aliis literis adiunctæ, voces articulatas conficiunt. Nam supplent id, quod in semiuocalibus deficit, vocésque integras ac perfectas constituunt. Literarum item, quæ mutæ dicuntur, conuertunt commutántque naturas, suámque ipsorum vim in illis inserunt, adeò vt quæ voce exprimi nequeunt, planè exprimantur. Quapropter homines ab initio, vtpote sapiẽtia præstántes, cùm nomina literis cõsignarent, videtur mihi numerũ septẽ ἀπὸ τοῦ περὶ αὐτὸ σεβασμοῦ, καὶ τῆς προσούσης σεμνότητος, i. à veneratione, & grauitate, quæ est ei accõmodata, nuncupauisse. Latini autẽ, litera, s, adiecta, quæ apud Græcos in hac voce ἑπτὰ desideratur, multò planius eius vim explicant, cum septem nominent ἀπὸ τοῦ σεμνοῦ, καὶ σεβασμοῦ, quæ grauitatem & venerationem, vti diximus, significant. Ista, & alia plura de septenario numero dicuntur, sapientérque disputantur. Quorum gratia, summum in natura honorem adeptus est: atq; tum à Græcis, tũ à Barbaris, qui in mathematicas disciplinas operam & studium conferunt, magnoperè colitur. A Moyse etiam verè amatore virtutis, est planè permagno æstimatus: qui quidẽ eius pulchritudinem in sacratissimis legum tabulis descripsit, inq; eorum omniũ mentibus, qui ipsius subiiciebantur imperio, per sex dies insculpsit: præcipiens, vt septimum sacrũ celebrarent, séq; ab aliis operibus, quæ ad res vitæ necessarias conquirendas parandásq; spectant, omnino continerent, inq; vnũ sapientiæ studium diligenter incumberent: quò & mores fierent probiores, & facinora ea coërcerentur, quæ cõscientiæ quasi trutina solet arguere. Quæ quidem in cuiusque animo, tanquam iudex, collocata, non veretur reprehensione vti, interdum graviores acriorésq; minas, interdum leuiores moderatiorésq; admonitiones adhibens. In hos quidem, quos dedita opera restitisse putarit, minùs: in illos autem, qui propter inconsultam temeritatem aliquid culpæ inuiti admiserint, admonitionibus vtitur, ne posteà in eiusmodi vitium delabantur.

Iam verò Moyses, dum de mundi fabricatione perorare instituit, ista summatim complectitur. [Hic est liber generationis cæli & terræ, quando facta sunt, quo die fecit Deus cælũ & terram, & omne, quod viret in agro, antequam nasceretur in terra, & omnem herbam agri, priusquam oriretur.] An non species illas expertes corporis, & mente solùm comprehensas, quæ rerum creandarum sub sensum cadentium notæ & effigies sunt, perspicuè ante oculos ponit? Nam ait illam ipsam viriditatem antè in rerum natura extitisse, quàm terra vireret: & herbam prius fuisse, quàm in agro oriretur, non tamen oculis subiectam illam quidem; imò verò intelligendũ est aliarũ rerum singularum, quas sensus discernunt diiudicántq;, tum species, tum modos (ad quorũ similitudines ea, quæ generata procreatáq; sunt, exprimũtur) anteà extitisse. Etenim licet Moyses non singula quidẽ separatim, sed simul vniuersa, breuitatis, si quisquam alius, sedulò rationem ducens, oratione percurrerit, nihilominus tamẽ pauca illa exempla, quæ ab eo commemorata sunt, rerũ vniuersarum naturam attingunt: quæ quidem natura absq; exemplari corporis, experte, nihil eorum, quæ sensu percipiuntur, absoluit perficitque. Porro autem via & ratione progrediens, & ordinem ad ea, quæ antegressa sunt, accuratè instituens, deinceps ait: [Fons egressus est è terra, & rigauit vniuersam faciem illius.] Alij quidẽ philosophi aquã vniuersam, vnum ex quatuor elementis, ex quibus mundus conditus est & constructus, asserunt esse: at Moyses, qui exquisitiore acutioréque oculorũ acie ea, quæ longiore interuallo interiecto absunt, peruidere & comprehendere consueuerat, mare vastum, vnum elementum statuit, quartámque partem vniuersi: quam, qui eum secuti sunt, Oceanũ nuncupantes, maria, quæ apud nos transmitti poterunt, portuum solũ obtinere locũ existimarunt. Moyses autem dulcem aquã & aptam ad bibendũ distinxit secreuitque à marina, eámq; terræ attribuit, & partẽ huius, non illius esse censuit: idq; ob eam causam, quæ est anteà explicata, nimirum vt dulci qualitate eam, instar glutini, in vnum coagmentante firmè, tanquam vinculo constringeretur. Nam arida terra, cum humore, qui neutiquam, vt solet, per multiplices illius meatus permanat & funditur, destituta sit, tametsi ob hanc causam dehiscat illa quidem, tamen partim spiritus eam coarctantis facultate, partim vi vaporis (qui quidem eam exarescere non sinit, & in frusta minuta magnáve comminui) continetur,

tur, & manet. Atque hæc vna quidem causa est. Est etiam altera nobis explicanda, quæ veritatem, velut scopum sibi proponit ad intuendum. Nulla res terrestris & concreta solet absque humidã natura constare. Indicant illud quidem mandata corporibus semina, quæ aut humida sunt, vt animalium, aut non sine humore germina ex se fundunt: cuius generis sunt plantarũm semina. Ex quo perspicuum est, naturam illam humidã, quam diximus, terræ omnia parientis particulam esse necessariò: nec dissimilem huius rationem esse illius, quæ in menstruis, quibus afficiuntur mulieres, cernitur. Illa enim dicuntur, ídque à peritissimis in naturæ explicatione viris, corporea infantium esse substantia: Neque quod iam dicemus, videtur ab his; quæ diximus, vlla ex parte discrepare. Natura singulis matribus vbera lacte redundantia, tanquam partem corpori apprimè necessariam dedit, éique quod foret procreatum, præparauit alimenta. Mater, vt videtur, etiam terra est: & propterea primis hominibus visum est, eam μήτηρα, id est, Cererem appellare. μητρὸς χθὼ γῆς, id est matris & terræ nominibus cõiunctis. Neq; enim terra mulierẽ, vt est apud Platonem, sed mulier terrã imitata est: quã quidẽ poëtarũ genus πανμήτορα, & παρποφόρον, & πανδώραν, hoc est omniũ matrẽ, fructuũ procreatricem, & munus omnium Deorũ, siue omnia largiẽtem scitè nominare consueuit: quandoquidem causa est, vt quæq; animalia simul & plantæ tum oriantur, tum orta, in suo statu permaneant. Non sine causa igitur terræ, quæ est omnium matrum & antiquissima & feracissima, amnium & fontium fluenta, veluti mammas natura tribuit, vt & plantæ irrigẽtur, & quæq; animalia satis magnam copiam potionis habeant. Post hæc, ait, [Deum, sumpto è terra puluere, hominẽ formasse, inspirasséq; in faciẽ eius spiraculũ vitæ.] Ex quo ostendit apertissimè, permagnam differentiã esse inter hominẽ, qui est iam formatus, & illum, qui ad imaginẽm Dei anteà factus erat. Nam qui iam effictus est, sensibus subiicitur, & qualitatis fit particeps, ex corpore & animo conflatus, vir seu mulier natura mortalis. Ille ad imaginem Dei figuratus, species quædam est, vel genus, vel sigillum mente cõprehensum, corpore vacans: quivt nec mas sit, nec formina, natura quidem certè est immortalis. Hominis autem singularis & sub sensum cadentis fabricã ex terrena essentia, & spiritu diuino constare affirmat. Nam corpus factũ esse ab opifice puluerem è terra sumente, & formã hominis ex eo

effingente: animum autem à nulla re generata concretáve omnino ortum illum quidem, sed ex patre & duce vniuersitatis creatũ esse vult. Etenim quod inspirauit, nihil aliud erat, quàm diuinus & sacer spiritus, qui ex beata illa & felici natura hûc ad generis nostri vtilitatem tanquam coloniam deduxit: adeò vt quamuis hac parte, quæ oculis cernitur, homo mortalis sit, illa tamen, quæ oculorũ effugit obtutum, immortalis & æternus. Quocirca propriè & significanter dixerit aliquis, hominẽ inter naturã mortalem & immortalẽ quasi medium interiectum: tãtúmq; vtriusq;, quãtum necesse est, in se cõplectentem, mortalẽ pariter fieri & immortalẽ: mortalẽ corpore, mẽte autẽ immortalem. Primus ille homo è terra editus, nostri generis autor & dux, vtraque re, & corpore & animo mihi videtur fuisse facilè præstantissimus, & longo quõdam interuallo propter vtriusq; excellentiam posteros suos à tergo reliquisse. Nam iste re quidem & veritate cùm formæ pulchritudine, tum commendatione probitatis præstitit. De corporis pulchritudine, ex tribus rebus coniecturam quis facere potuerit. Quarum prima hæc est. Cùm terra iam recens condita esset, propter affluentem exuberantémq; aquam segregatã (quod mare appellatum est) contigit, vt materia rerum procreatarum non concreta. copulata, aut mixta, sed simplex, syncera & pura existeret. Ex quo factum est, vt res ab ea generatæ ortæq;, propter perfectionem, in nullam possent omnino reprehensionẽ incurrere. Altera est, quòd Deo, cum istã hominis figuram & effigiẽ summo studio ac diligentia vellet formare, visum erat, non ex vili abiectáve terræ particula, sed ea, quæ optima erat, selecta, ex pura materia purissimum puluerem, & summa industria perpurgatum, (qui quidem esset ad opus fabricandum aptissimus) sumere acciperéque. Est enim ab eo architectatum quoddam quasi domicilium, siue templum augustum animi rationis participis: quem quidem, vtpote speciem omnium longè diuinissimam, templum illud quasi quandam imaginem in se contineret. Tertia est, quæ cum his, quas suprà posuimus, ne cõparari quidem poterit: architectum nimirum cum cæteris rebus omnibus, tum scientia maximè excelluisse: adeò vt singula corporis membra separatim per se, non modò numeros haberent conuenientes, verumetiam apto & exquisito artificio ad cõmunionem conspirationémq; vniuersi perpolirentur. Quinetiam aptam carnis compositionem æquabili admodũ effinxit temp

temperatione. & coloris pulchritudinẽ bonitatémq; tanquam flosculis quibusdam variauit: eo sanè consilio, vt primus homo, quoad fieri poterat, forma & pulchritudine præstantissimus videretur. Quòd autem animo etiã præ cæteris excelluerit, perspicuum est. Nam Deus in eo fabricando, nullo exemplari rerum ortum habentiũ. sed solo suo ipsius verbo, vt dixi, videtur vsus fuisse. Quapropter ait Moyses, hunc hominẽ, qui in faciẽ, in qua sensus residunt, erat inspiratus, quasi imaginem & effigiem Dei extitisse. Sensibus verò corpus animauit opifex ille, rationémque vt reginã illis præfecit, atque menti eos tanquam satellites ac stipatores tradidit, quò eorum vi facilius non modò colorum & sonorũ, verumetiã saporum, odorũ, & similium rerum species perciperet: quas quidem absque sensu, ipsa per se solùm comprehendere non poterat. Ac necesse fuit præclarissimi exemplaris preclarissimã esse effigiẽ. Atque Dei sermo, qui pulchritudinem eam, quæ in natura ita est, suo splendore longè superat, quamuis pulchritudine in sensum incurrente minimè sit ipse illustratus (si verum dicendum sit) ornatus ille, qui ipsi menti maximo solet esse ornamento. Primus igitur homo, & corpore, & animo mihi videtur talis planè fuisse, qualis non huius ætatis hominibus solùm, sed omnibus etiã, qui antecesserunt, formæ dignitate excelluerit. Nam noster ortus ab hominibus profectus est: hunc autem, Deus fabricauit. Ac quò plus habet excellentiæ, qui procreat, hôc magis præstat, quod procreatum est. Quemadmodũ enim quod semper viget florétque illi, quod de statu suo recedit, antecellit, siue animal illud sit, siue planta, siue fructus, siue aliud quippiã eorum, quæ in natura sunt posita: ita homo, qui primus formatus est, videtur totius nostri generis, veluti flos extitisse. Posteri eius deinceps neutiquam pari ratione viguerunt: quippe cùm illi, qui singularum ætatum serie succrescebant, tum forma, tum viribus indies facti essent inferiores. Quod etiã in arte fingendi pingendiq; contingere animaduerti. Nam & formæ adumbratæ à primis exemplaribus discrepant, & quæ ad adumbratas, siue pinguntur, siue finguntur, multò magis vtpote quæ absunt longius à primo. Non dissimile quiddam in magnete lapide vsu venire cernitur. Etenim ex anulis ferreis, is qui magnetem attingit, tenetur firmissimè: at qui ad attingentem proximè ponitur, minus hæret. Tertius item ex secundo, quartus ex tertio, & ex quarto quintus pendet: alij deniq; ex aliis, longo ordine, vna attrahen-

di vi continẽtur:at non eodẽ modo. Nã qui longè à primo ſuſpenſũ hærẽt, magis laxantur propter attrahẽdi vim, quæ ſit remiſſior,nec amplius parem cõſtringendi facultatẽ retinet. Simile quiddã in hominũ genere videtur accidiſſe:quippe qui ſingulis ætatibus vires qualitatésq; tum corporis,tum animi minus valentes aſſequantur. Ducem quidẽ illũ, ſi non modò primum hominẽ,ſed etiam ſolũ mundi ciuem dixerimus, ſumus planè dicturi veriſimè. Nam mundus, cùm nullũ adhuc eſſet ædificium manuũ artificio ex lapidea ligneáve materia conſtructum,& domiciliũ fuit,& ciuitas:in qua non aliter, atque in patria,omnino ſecurus extrâque metum poſitus, vitam degebat: vtpote qui rerum cùm terreſtriũ,tum aliarum omniũ,quę mortales & caducæ ſunt, imperio dignatus eſſet:quæ certè & eum admiratæ ſunt, & illi, vt domino, obſequi vel natura edoctæ ſunt,vel vi coactæ: ipſéque in lætitia, quæ pacis comes eſt, vixit tam à tumultu belli, quàm à vitioſitatis labe vacuus. Et quoniam omnis ciuitas præclaris legibus temperata, reipub. formam habet,neceſſariò efficitur,vt qui totius orbis ciuis ſit, ea reip.forma vtatur, quæ ſit cum vniuerſo communis. Atque illa quidem nihil aliud eſt,quàm recta naturæ ratio:quæ appellatione magis propria νόμος dicitur, cùm ſit diuina lex: qua quidem ea quæ ſingulis apta ſunt & conenientia, ex æquo tribuuntur;Huius item ciuitatis & reip. aure hominis ortum ciues quidã erant neceſſariò,qui μεγαλοπολῖται, id eſt principes ciues,vel primarij nõ ſine cauſa appellari poſſint: qui quidẽ & maximũ cæli ambitũ obtinuerunt ad incolendũ, & in maximã perfectiſſimãq; remp.ciues aſſcripti fuerũt. At quinã alij fuêre hi,quàm naturæ illæ diuinæ ac rationis participes? Quæ quidem partim corpore vacant, ſuntq; mente ſolũ comprehenſæ, partim corporis mole circumſeptæ. Cuius generis ſunt ſidera. Quibuſcũ dum verſabatur homo,vitámq; traducebat, non immeritò dicatur in ſumma felicitate vixiſſe. Ac cũ eſſet cognatione & generis propinquitate cum ipſo omnium duce coniunctus, vtpote diuino ſpiritu in eius animũ abundanter influente,omnia dicere faceréque toto animo connitebatur,quò patri ac regi placeret,eaſdémque cum illo vias (quas quidem vt regias, virtutes ipſæ tranant) iiſdem perſequebatur veſtigiis:in quibus quidem viis, ſolis animis,qui ſimilitudinem eam proximè ad Dei patris effigiem accedentẽ, ſummum bonum arbitrantur,datur facultas inſiſtendi. Quocirca hominis primo in luc

in lucem editi pulchritudo,quæ in vtroq;, & corpore,& animo elucebat,licet multò indiſertius,quàm rei veritas poſtulat, pro noſtra tamen virili parte,quoad fieri poterat,à nobis explicata eſt.Poſteros autẽ,qui ſunt formæ illius facti participes, neceſſe fuit notas quaſdã cognationis,quæ ipſis cũ patre intercedit,tãetſi obſcuras eas quidẽ,adhuc tamẽ retinere.Verũ quę tandẽ eſt illa cognatio?Homo quiſq; propter mẽtis excellentiã eſt cũverbo diuino neceſsitudinis vinculo copulatus:quippe cũ ſit beatæ illius naturæ vel effigies,vel dirempta ex ea particula,vel ſplẽdor deniq; inde effuſus.Propter corporis autẽ conſtitutionem, eſt cum omni mundo cõmunione quadam cõiunctus. Nam ex iiſdem rebus conflatur,terra,aqua,aëre & igne:ſinguláque elementa aptã conuenientémque particulã ſuppeditant ad expletionem illius materiæ,quæ eſt ſua vi cumulatè perfecta: quàm quidem ſumere oportebat opificem,vt hanc imaginẽ ſub aſpectum venientẽ artificioſè effingeret.His accedit, quòd loca ſuæ naturæ aptiſsima cõiunctiſsimáq; incolat, ea ſubinde commutans,aliáq; alijs ſubiẽs:vt veriſsimè dixeris,hominẽ eſſe,terreſtrem,aquatilẽ,volucrẽ,cæleſtẽ. Quatenus enim habitat incedítq; in terra,eatenus terreſtre animal eſt: quatenus autẽ ſubit aquas,natat,& nõ rarò nauigat,eatenus aquatile.Cuius rei certiſsimo argumẽto ſunt mercatores,naucleri, purpurarũ piſcatores,& quotquot in oſtreis reliquisq; piſciũ generibus capiendis operã ſuã locãt. Quatenus verò corpore è terra in ſublime aſcendẽs,pẽdet,eatenꝰ nõ ſine cauſa aërẽ tranãs dicatur. Quinetiã cæleſtẽ eum nominare potueris:quandoquidẽ acie oculorũ principẽ locũ in ſenũbus obtinentiũ,ad ſolem,lunã,ſinguláque ſidera cùm errantia, tum fixa penetrat.Perpulchrè præterea facultatem nominũ rebus imponendorũ(quod planè ſapiẽtiæ & regalis cuiuſdam procurationis munus fuit)primo homini tribuit Deus.Is autem homo ſapientia præditus,ſua natura ac vi, per gratiam Dei ſcientiarũ & doctrinæ notitia inſtructus imbutúsque fuit,& præterea rex. Atq; principi erat planè conſentaneum, ſingulas res ſibi ſubiectas ſuis appellare nominibus. Quinetiã in primo iſto homine erat vt veriſimile eſt, eximia quædam vis principatus: quem cùm Deus accuratè formaſſet, tametſi ſecundas à ſeipſo ei deferebat, aliis tamen rebus vniuerſis ducem & imperatorem præfecit. Quandoquidem & hi, qui multis pòſt ſeculis orti ſunt, cùm iam humanum genus ſit propter longa temporum curricula admodum extenuatum,

nihil

nihilominus tamen ad animalium rationis expertiũ dominatum tenent, velut lampada imperij & principatus à primo illo aditam cuſtodientes. Ait igitur Moyſes, [Deum omnia animalia ad hominẽ illũ adduxiſſe:] ſcire cupientẽ, quæ quibúsq; rebus nomina eſſet impoſiturus: non quòd ambigeret (nihil enim Deo obſcurũ & incognitum) ſed quòd iam cùm in mortali corpore naturã eam, quæ eſt rationis particeps, quò ipſe culpa vacaret, ſua ſponte mobilem effeciſſet, velut is, qui rem exploratè cognitã habebat, periculũ fecit, cùm habitũ illũ in animo incluſum cõmouendo, tum ſua præterea ad eum opera aduocando, vt appellationes non improprias parúmq; accommodatas, ſed eas, quæ rerum ſubiectarũ proprietates appoſitè admodum exprimerẽt, pro ſuo arbitratu ſingulis tribueret. Nam cùm natura rationis compos, adhuc ſyncera ſimpléxq; in animo conſiſteret, atq; adeò nullus morbus, nullâve ægritudo, aut perturbatio in eam irrepſiſſet, ſed viſis & notionibus corporũ, rerúmque aliarũ ſynceriſsimis vteretur, nomina res ipſas aptiſsimè ſignificantia fabricatus eſt, atq; res, quę ſignificatæ erãt, quàm accuratiſsimè conſiderauit, vt naturæ illarũ non modò verbis expreſſæ, ſed etiã comprehenſæ cogitatione viderentur. Itaq; omnibus rebus præclaris ita excelluit, vt putaretur ad vltimum humanæ fœlicitatis peruenisſe. Verũ cùm nihil eorum, quæ ortum habẽt, conſtans & ſtabile ſit, ſed quæ mortalia & caduca ſunt, conuerſiones in ſe mutationésque excipiant neceſſariò, oportebat etiã primum hominem aliquam vitioſitatis labem contrahere. Atque certè vitæ illius culpæ maculis aſperſæ mulier principiũ & cauſa extitit. Nam tantiſper, dum vnus ac ſolus erat, ipſius ortus ratione, mundi & Dei ſimilitudinem præ ſe tulit: atq; adeò formas naturæ vtriuſq;, non omnes illas quidem, ſed eas, quas mortalis creatura capere poterat, in animo impreſſas habuit. At vbi mulier erat fabricata, cùm germanam ſpeciem, & formã ſibi cognatam cerneret, è ſpectaculo non parum cepit voluptatis: & accedens propius, eam complexus eſt. Illa verò, nullũ animal ſui ſimilius eo animaduertens, lætatur, & vetecundè ac reuerenter illũ ex aduerſo compellat. Amor quidẽ innatus, tanquam duas vnius animalis particulas diſiunctas in vnam coagmentauit, & coniunctionis inter ipſos cupiditatem ad ſui ſimile procreandum, in vtroque inſeuit. Iſta cupiditas, corporis etiã genuit voluptatẽ, quæ eſt caput & fons iniuſtitiæ ac ſceleris cuiuſque contra leges admiſsi. Cuius inuitamentis

tamentis impulſi, immortalem & beatam vitam cum mortali & infœlici commutarunt. Dicitur porrò, muliere nondum formata, ſed viro vitã adhuc ſolitariam degente, paradiſum, ſiue hortum voluptatis à Deo fuiſſe plantatũ, his hortis, qui apud nos ſunt admodum diſsimilẽ. Nam horum quidẽ materia eſt inanima, referta arboribus cuiuſq; generis: quarum aliæ ſemper florent ad perpetũã aſpectus oblectationẽ: aliæ verno tempore pubeſcunt, germina fundunt, & fructum partim manſuetum hominibus proferunt non ſolũ ad vſum victui neceſſariũ, ſed etiam ad inanem vitæ mollitie diffluentis voluptatem: partim agreſtem, qui eſt belluis ad neceſsitatẽ tributus. Verùm in paradiſo illo diuino, omnes plantæ certè fuerunt animæ & rationis participes: quæ quidem fructum, nempe virtutes, & immortalem intelligentiam, atque adeò ſolertiam, qua turpia honeſtáque internoſcuntur, vitam etiam morbo carentem, immortalitatem, & ſi quæ alia ſunt his ſimilia, efferebant. Iſta mihi quidem certè videntur eſſe per comparationem potius & ſimilitudinem, quàm propriè diſputata. Nam arbores vitæ, aut intelligentiæ, neque anteà natæ ſunt, neque veriſimile eſt fore, vt poſtea denuò in lucem edantur: ſed, meo quidem iudicio, per paradiſum, eam animi partem, quæ principatũ tenet, quæque eſt infinitis cuiuſq; modi opinionibus, tanquam plantis, referta, ſignificare voluit: ac per arborem vitæ, pietatem omniũ virtutem præſtantiſsimam, qua animus efficitur immortalis: per ſcientiam autem boni & mali, prudentiam quaſi mediã inter vtrumque interpoſitam: qua quidem ea, quæ natura ſunt contraria, diiudicantur. His igitur terminis in animo conſtitutis, Deus, non aliter ac iudex, accuratè obſeruabat, vtram in partem ſeſe flecteret inclinarétque. Ac poſtquàm animaduertebat illum ad nefariam verſutiam, ſanctimonia pietatéque, quibus ad immortalitatem contenditur, neglectis, propendere, eum, vt æquum erat, citauit: eiecit è paradiſo, illíque nefaria ſcelera, quæ nulla medicina, aut curatione ſanari poterant, conſciſcenti, nullam omnino ſpem reliquit illũc in poſterum reuertendi: quandoquidẽ fraudis illa cauſa & origo non mediocriter erat reprehendenda: quam quidem non eſt conſentaneum ſilentio præterire. Dicitur quidem ſerpentem, qui animal venenatum, terreſtre, humíque repens eſt, hominis vocem olim emiſiſſe: & accedentem quodam tempore ad mulierem, quæ primo homini iam edito data erat, eam tarditatis & nimiæ religionis propterea

ptereà insimulasse, quòd morã faceret, ampliúsq; differret fructum illũ carpere: qui quidẽ vti perpulcher erat ad aspectũ, ita profectò ad vsum hominũ iucundissimus, atq; præterea vtilissimus: quo quidẽ bona malâque posset planè internoscere. Eam verò præ imbecillo & instabili animo, nulla deliberatione adhibita, consiliũ approbasse, comedisse de fructu, & viro impertiuisse. Quæ res vna vtrosq; de improuiso ex morũ innocẽtia & integritate ad vitiosam malitiã traduxit. Vnde patrem ira inflammatũ (facinus enim meritò bilem mouebat) simul ac vitæ immortalis plantã, virtutis scilicet perfectionẽ (cuius adiumentis vitam perennẽ potuissent & beatã adipisci) penitus deseruerant, & diurnã ac mortalẽ non vitã, sed tempus miseriæ plenũ, sibi delegerant, debita cõtra illos supplicia cõstituisse. Atq; ista quidem sunt, non cõmenta fabularũ, quibus poëtarũ genus sese oblectat, sed perspicuæ figurarũ notæ, quæ, per expressas notionum in ipsis rebus inclusarũ effigies nos ad explicationẽ allegoricã vocant. Aliquis igitur probabilẽ coniecturã sequens, dixerit, ídq; appositè, serpentẽ, quem diximus, voluptatis speciem præ se ferre: propterea quòd primò quidem pedibus vacet, pronus, ventríq; innixus incedat: secundò, quòd terræ glebis pro cibo vtatur: tertiò, quòd venenũ, quo eos, qui morsu icti sunt, interimere solet, dentibus gerat. Nulla istarũ rerum, quas cõmemorauimus, abest ab homine voluptario. Nam is intemperantia, quæ illũ agit præcipitẽ supplantátq;, onustus atque depressus, vix caput erigit. Victitat autẽ non cælesti alimento (quod sapientia his, qui se totos rerũ contemplationi dediderunt, cùm sermone, tum præceptis suppeditat) sed eo, quod quotannis, statis tẽporibus, è terra editur: ex quo nascuntur vinolentiæ, commessationes, ingurgitationes, quæ ventris dilatant cupiditates, & in omnes partes diffundunt: éásq; quasi constrictas deducunt ad ventris abdomini inseruiendũ. Adaugent etiam & dilatant vẽtris ac gulæ furores. Laboribus enim coquorũ, qui & sunt industrij, & in re culinaria exquisiti, auidè inhiant. Quinetiã hic voluptatis consectator, circum opipararũ & suauium deliciarũ nidotẽ caput ducens, turpitudinis particeps esse experit: & cùm mensam aspiciat exquisitis dapibus structã, se totũ eò accõmodans, in ea, quæ sunt accuratè apparata, effusè & intemperanter fertur, omnibúsq; aceruatim exaturari obnixè cõrendit. Denique nõ alium finẽ sibi proponit, quàm vt ex opiparis illis & exquisitè conditis cibariis nihil omnino relinquatur. Vnde non minus

minus quàm serpens, dentibus venenũ gerit. Isti enim sunt insatiabilis cupiditatis ministri, qui cùm res quasq; ad edendum accommodatas minutatim sciderint extenuarintq;, primũ eas linguæ tradunt, quæ de illorũ sapore iudiciũ faciat: deinde stomacho, cui cibus immoderatus est sua natura instar mortis, & veneni: quandoquidẽ conquoqui non potest, cùm plus cibi, ídq; abundanter, antè demittatur in stomachũ, quàm illud, quod in stomàcho reſider, extenuatum sit & confectũ. Dicitur porrò serpens olim vocem humanam edidisse, propterea quòd voluptas infinitis propugnatoribus & quasi antesignanis, qui illius curam suscipiebant, vsa est. qui quidẽ docere non verebantur, omnium rerum imperium, tam humilium, quàm præclarum, nulla omnino excepta, ex eius nutu pendere. Item primos maris cum fœmina congressus, voluptatem in se continere: procreationes etiam & ortus per eam fieri, & quæ procreata sunt, nulli rei se prius solere adiungere, quàm voluptati: ea quidem se oblectare, dolorem contrà egrè ferre. Ac propterea infantem, simul ac editus est, plorare, frigore, vt verisimile est, circumfuso diseruciatum. Nam ex calidissimo ardentissimóque matricis loco (in quo ad longinquum tempus vixerit (in aërem frigidum, insolentémque locum subitò egressum, dolore percelli. Ploratu autem angoris & molestiæ in perferendo dolore specimen dare planè euidentissimum. Aiunt etiam omne animal ad voluptatem, tanquam ad rem maximè necessariam naturæque aptissimam contendere: hominẽ autem vel maximè. Nam alia animantia sola hac voluptate, quæ in gustu & membris ad procreandum datis insidet, capi. At hominem eas res consectari, quæ per alios sensus influunt in animum: vt spectacula, & sonorum varietates, quæ aures oculósque oblectant: Commemorantur etiam alia permulta ad huius perturbationis commendationem: quòd sit animalium generi accommodatissima & cognata maximè. Cæterùm his, quæ iam exposita sunt, quorum gratia serpens hominis vocẽ videbatur emisisse, exempli loco contenti simus. Quare mihi videtur Moyses in legibus sigillatim sancitis, in quibus de animalibus, quæ edenda, quæ've contrà, scripsit, ophiomachum (ita enim appellatur) cum primis laudasse. Est animalis genus, quod humi serpit, habens crura retrò longiora, quibus à terra salire solet, & in sublime perinde se tollere, atque locustarum genus. Ophiomachus iste nõ aliud esse mihi videtur, quàm continentia

tia per similitudinem notata, quæ continuam pugnã bellúmq; perpetuum intemperãtiæ & voluptati indicit: Cõtinentia enim frugalitatem, rationẽ victus paucis contentã, & quantũ ad vitã necessarium est, nobis proponit: quam rem vitæ genere seuero illo quidem & graui egregiè excolit. Voluptas autẽ curiosum viuendi genus suggerit & nimis exquisitũ: quod certè efficit, vt tum animus, tum corpus mollitiẽ ac delicias aucupetur. In quibus prudẽtes dum versantur, vitã morte ipsa longè acerbiorem se ducere putãt. Iam verò voluptas suas præstigias & fraudes viro non audebat ipsa quidẽ proponere, sed mulieri, & per eam illi: idque appositè admodũ & accommodatè. Nam in nobis, mens viri, sensus mulieris rationẽ ac speciem habet. Voluptas autẽ primũ in sensuum familiaritatẽ se & consuetudinem insinuat, per quos mentem principẽ impellit in fraudẽ. Postquã enim singuli sensus illecebris ab ea propositis sunt oblectati, in seruitutẽ abducuntur: colorũ & figurarũ varietate visus, auditus dulci sonorũ concentu, ciborũ suauitate gustus, odoratus denique iucundo vaporũ ex aromatis incensis efflatorum halitu. Quæ quidẽ munera cùm exceperint, ancillarum more, dominę rationi offerunt: παίσθω, id est, suadam aduocatã adducũt, ne vllum ex oblatis muneribus repudiet. Illa statim blanditiis inescata, pro principe, fit subiecta: pro domina, serua: pro ciue exul, pro immortali, mortalis. Ad summam, ne illud quidẽ nos præterire debet, voluptatem, quasi scortũ ac meretricẽ, primũ magna incendi cupiditate amatore aliquo potiundi: deinde lenones conquirere, quorũ arte, tanquã hamo illũ capiat. Sensus igitur eius rogatu lenonũ munere fungi, amorẽ illi conciliarẽ. Quos cùm blanditiis pellexerit, mentẽ facilè seruitutis iugo subiicere. Ad quam, quæ extrà cernuntur, intrò conuehere: formas cuiusq; rei commostrare ostenderéque, ac similem imprimere affectionem. Nam mens instar ceræ, excipit per sensus visa, quibus corpora comprehendit, cùm sua ipsius vi, vt supra dixi, non possit. Verùm qui primũ graui illi & propè insanabili perturbationi inseruirent, mercedem voluptati debitam extemplò receperunt. Mulier enim sustinet acerbos in pariendo cruciatus: in reliqua vita, præter libertatem sibi ereptã, & viri, quicum viuit, in ipsam dominatum (cuius mandatis parere debet necessariò) dolores præterea, alium ex alio, & maximè quidem in liberis procreatis, dum aluntur, dum egrotãt, dum conualescunt, dum fruuntur rebus secundis, dum in aduersas incidũnt,

dunt, perpeti cogitur. Vir etiam labores vicissim, afflictationes & continuos ex rebus necessariis parandis sudores subit: ac non solùm bonorum sua sponte affluentium priuationem (quæ quidẽ terra absque arte agricolarum efferre didicisset) sed laborum etiam intolerabilium susceptionem ad victũ & alimenta conquirenda, ne fame conficiatur, tolerat. Arbitror enim quòd, quemadmodum sol & luna semel iussi, idque simul cum ortu vniuersi, lucem perpetuò fundunt, diuinúmque præceptum obseruant, non alterius rei gratia, quàm quòd vitiositas lõgè è cæli oris relegata sit, ita terra opima & fertilis absque agricolarũ arte & industria, magnam rerum vbertatem, statis anni temporibus, produxit. Verũ cum vitium inciperet virtutes profligare, iam tum erant perennes diuinæ beneficentiæ fontes obstructi, ne quicquã non promerentibus subministrarẽt. Ac proinde humanum genus, si iusta debitãq; propter ingratũ animum erga patronum & seruatorem Deũ perpessum fuisset supplicia, prorsus extinctum ac deletum oportuisset. Cæterũ hic, vtpote natura propitius, illius cepit misericordiã: suppliciũ moderatus est: genus permisit manere, sed alimẽta nõ similiter sua spõte nascẽtia præbuit: ne duobus malis, otio & satietate vtẽtes, tum culpa seipsos, tũ alios contumelia afficerent. Talis quidẽ fuit vita eorum, qui initiò innocentiã coluerũt & integritatem. Verũ posteà vitiũ, à quo abstinuisse debuerant, virtuti longè prætulerunt.

Ex hac quidem mundi fabricatione, quæ à nobis explicata est, Moyses cùm alia multa nos docet, tũ quinque præclara maximè, & omnium facilè præstantissima. Primum, quòd Deus sit & existat, contra ἄθεους, id est, homines nullum Deum esse statuentes. Quorum alij dubitarunt, in varias sententias, an sit nec ne, distracti. Alij magis audaces & temerarij, non veriti sunt affirmare, nullum omnino esse, sed illud solùm dici ab hominibus, qui commentitiis fabulis veritatem obscurassent. Secundum, quòd Deus vnus sit, contra eos, qui opinionem de deorum multitudine inuexerunt: quos non pudebat pessimum statum populare, eúmq;, ex perditis ciuibus constitutũ, è terris in cælũ transferre. Tertium, quod iam expositum est, mundum ortum habuisse contra illos, qui eum minimè generatum & æternum esse censuerunt: quo quidem ipsi Deo amplius tribuere nihil poterant. Quartum, quòd vnus factus sit mundus. Siquidem cum vnus esset architectus, qui ad vniuersitatis procreationem materia vsus sit vniuersa, opus secundum vnitatis rationem

sibi simile effecit. Nam non esset vniuersitas, nisi ex vniuersis partibus cõcreta fuisset & constituta. Sunt enim, qui plures mũdos esse existimẽt: alij ἀπείρους, id est, infinitos, quippe cùm ipsi sint ἄπειροι, id est imperiti, ignariq; veræ notitiæ earũ rerum, quarum scientiam habere præclarum ducitur. Quintum, quòd Deus mundo cõsulat prouideátq;. Nam quod procreat, legibus & institutis naturæ rei procreatæ semper curam gerat, necesse est: sicut in parentibus cernimus, qui liberis sedulò prospiciũt. Quocirca qui ista mente æquè perceperit, atq; auribus, & eorũ speciem admirabiles eximiásq; in animo impresserit, pro certo persuasum habens, vnum Deum, & esse, & existere, vnum, qui verè ens est, mundum effecisse, mundúmq; vnum esse, vt sicuti dictum est, secundum vnitatis rationem Deus illum sibi similem redderet, Deúmq; ei, quod factum est à se, diligenter prouidere, is certè vitam beatam est & felicem traducturus, pietatis & diuinæ sapientiæ institutis pulchrè informatam.

PHILONIS IVDAEI, De decem præceptis, quæ capita legum sunt.

Ioanne Christophorsono Anglo, interprete.

QVM de eorum vitiis, qui sunt sapientes à Moyse numerati, quíq; non modò autores nostræ gentis sacratum literarum testimoniis declararati sunt, sed etiam pro legibus non scriptis habiti, in superioribus libris à me sit expósitum, sequitur vt deinceps legum scriptarum formas accuratè peruestigem. Ac si qua res forma illa dicendi, quam Græci ἀλληγορίαν vocant, exornanda videatur, de ea non omittam dicere: idque exquisitæ cognitionis gratia, ad mentem cuiusq; informandam pertinentis: quæ quidem obscura potius solet, quàm perspicua indagare. Verùm hoc loco illis, qui quærunt, quid causæ sit, cur Deus nõ in ciuitatibus, sed in vasta solitudine leges cõdiderit, respondendum censeo. Primùm quidem quòd ciuitates complures malis de quibus dicere reformidat oratio, impietate erga Deum, iniustitia erga se mutuò, redundabãt. Nihil enim est, quod non sit adulteratũ, dum syncera à vitiosis vincuntur, & vera à probabilibus. Quæ quanquam natura sua mẽtiuntur, species tamen verisimiles in ciuitatibus proponunt ad fraudem. In quibus etiam arrogãtia, quæ est omnium ad insidias instructissima, nascitur: quam quidem nonnulli, dum falsas gloriæ vmbras magno æstimant, vehementer suspiciunt ac venerãtur, tum propter coronas aureas & purpuram, tum propter seruorum rhedarúmque multitudinem, quibus, qui beati & felices dicuntur, sublimes vehi solent: à quibus interdum muli, aut equi, interdũ homines, iugo subiiciuntur: quiquidem ceruicibus lecticas gestantes, propter insignem contumeliam animo magis, quàm corpore diuexãtur. Arrogantia item multorum aliorum malorum artifex est, vt insolentiæ, elati animi, impietatis: quæ non modò externa bella gignunt, sed etiam intestina ac ciuilia, nec vllam vitæ partẽ vel publicam vel priuatam, terra marive omnino cõquiescere sinunt. Quid attinet cõmemorare scelera, quę inde inter homines mutuò nascuntur? Arrogantia enim etiam res sacræ, quanquam summum honoris gradum obtinere existimãtur, neglectæ iacent. Quis honos esse poterit, veritate sublata, cuius & nomen, & officium in magna laude esse solet? Quãdoquidem mẽdacium cõtrà, sua natura hæret infamiæ: Rerũ porrò diuinarũ contẽptionem in ciuitatibus versari, aciem oculorũ acrius in eas intendẽtibus satis liquet. Nã formis pingẽdi fingendiq; arte elaboratis expressisq;, quæ sunt numero propè infinitæ, fana ac delubra dedicata sunt: aræ simulachris, signis, & statuis eiusdẽ penè generis exædificatæ: reb' inanimatis cuiusq; modi honores cultúsq; diuini tributi. Quosquidẽ sacræ literæ nõ inscitè filiis similes dixerũt esse meretricũ. Nam vt isti omnes eos, quos mater amatores habuerit, patrũ loco numerãt, vno, qui natura pater est, incognito: sic qui ciuitates incoluerũt, dum ignorarent verũ Deum, infinitã multitudinem falsorũ deorum consecrarunt. Posteà autem cũ alij ab aliis colerẽtur, ea quę de optimo excitabatur discordia, dissensiones etiam in aliis rebus vniuersis peperit. In quas quidem res Deus primò intuens, extra vrbem leges cõdere instituit. Illud autẽ secundo loco secum cogitauit, ex animo illius, qui leges sacratas esset excepturus, maculas illas penitus inhærẽtes, quas in ciuitatibus turba hominum frequẽtium & in vnum concursantium inusisset, elui, eximiq; prorsus oportere. Verùm hoc aliter fieri non poterat, q̃ vt

multitudo non ſtatim, ſed longo tempore pòſt, in variis locis vſque eo diſperſa viueret, quoad veterum ſcelerum impreſſæ notæ pedetentim euaneſcentes fluentésque, in nihilum recide-rent. Hoc pacto etiam, qui medicinæ periti ſunt, ægrotis valetudinem reſtituunt. Non enim prius cibos illis tribuendos eſſe cenſent, quã morborũ cauſæ ſint omnino ſublatæ. Nam his mentibus, alimenta vt ſunt incommoda, ita non parum materiæ nociuæ ad morbum augendum afferunt. Quocirca vbi populum non ſine cauſa ex deprauatiſsimis illis ciuitatis moribus, vt ſcelerum ſtirpes ex animis radicitùs euelleret, in ſolitudinem abduxiſſet, cœpit eorum mentibus alimenta præbere. At quæ nam alia erant illa, quam leges & diuina eloquia? Tertia cauſa ſequitur. Quemadmodum hi, qui longam nauigationem ſuſcipiunt, non tum vela, gubernacula & clauos parant, cùm iam naue conſcenſa, è portu egreſſuri ſunt, ſed dum adhuc manent in continente, ſingula, quæ ad nauigandum pertinent, diligenter inſtruunt: ſic Deus operæpretium putabat, vt non hæreditatem ſorte diſtributam adepti, non ciuitates incolentes, iam tum quærerent leges, quibus rempublicam regerent, ſed cum reipublicæ adminiſtrandæ præcepta, quibus populus ſalutariter gubernaretur, paraſſent, eáque ſedulò exercuiſſent, tum in vrbes ac domicilia traducti, extemplò iuris & æquitatis inſtitutis vterentur: ſéque concordia, communitate, & æquali rerum, quæ ſpectarent ad ſingulos, diſtributione oblectarent. Addunt nonnulli etiam quartam cauſam, non abſurdam illam quidem, ſed ad veritatem accedentem quàm proximè. Nam quoniã in hominum mentibus certa debebat inſidere perſuaſio, leges illas non hominũ inuenta, ſed euidentiſsima Dei oracula eſſe, gentẽ ſuam longiſsimè à ciuitatibus in ſolitudinem vaſtã, eámq; non fructus ſolùm manſueti & ſalutaris, ſed aquæ etiam ad bibendum accommodatæ expertem abduxit, vt ſi in egeſtate rerum neceſſariarũ verſarentur, expectaréntq; ſe ſiti & fame interituros, de improuiſo affluentiam rerũ ad vitæ vſum idonearum, quæ ſua ſponte ſuppeterent, repetirent: cælo non modò alimentum, quod Manna appellatur, ſed magnam coturnicum copiã pro opſonio ex aëre demittente. Quinetiam cum aqua amara dulceſceret ad potionem, & abrupta petra fontibus ſcaturiret, non amplius Nilum admirarentur, neq; vtrum leges illæ à Deo eſſent conſtitutæ, ambigerent, cùm ex rebus ſuppeditatis, quas in egeſtate fuiſſent etiam præter ſpem aſſecuti, cert

certiſsimum argumentum accepiſſent. Qui enim copiã rerum ad viuendũ largitur, etiam adiumenta ad benè viuendũ ſubminiſtrare ſolet. Ad viuendũ autem cibo & potione opus erat, quæ abſq; ſua ipſorũ prouiſione inuenirũtur: at ad benè viuendũ legibus, vt mihi quidẽ videtur, & inſtitutis, quibus animi efficerentur meliores. Ac de eo, quod in quæſtionem venit, iſtæ cauſæ poſitæ in coniectura probabili, commemorantur. Quæ enim verè ſint, Deus ſolus intelligit. Cùm igitur ea, quę ad has res attinẽt, ſint à me explicata, deinceps leges ipſas accuratè perſequar: ſi prius illud, quod eſt planè neceſſariũ, oſtendero: ex legibus nimirum cùm quas Deus per ſe ſolũ, nullo alio in conſiliũ adhibito, condendas ſtatuit, tum quas per propheram Moyſem (quẽ primas inter omnes tenentem, tanquam maximè idoneum ad ſacra peragenda deligebat) ſancire decreuit, illas quidem, quæ in perſona propria ab ipſo ſolo latæ erant, non modò leges, verumetiam legum particulatim ferendarum capita eſſe: has autem, quæ per prophetam deſcriberentur, omnes ad illas referri debere. Dicam ergo pro virili mea parte de vtriſq; ac primùm de his, quæ ad capita quædam redactæ ſunt, quarum numerum principio iure mirari poſſumus, quippe quæ in perfectum decadis ambitũ concluſæ ſint: quæquidem decas omnes numerorum parium & imparium differentias cõplectitur: parium vt duo, imparium vt tria, pariter impariũ, vt quinq;, cõprehendit: omnes etiã formas rationũ in numeris multiplicitũ, ſuperparticulariũ, & ſuper partientium, cõtinet. Omnẽ item proportionẽ, tum arithmeticã, quæ in æquali numero & ſuperat & ſuperatur, vt in hoc, vnũ, duo, tria: tũ geometricã, in qua cõſtat, talem eſſe rationem tertij ad ſecũdum, qualis eſt ad primum ſecundi: vt ſe habet in hoc: vnũ, duo, quatuor: & in duplis, triplis, & rurſum ſeſquialteris, ſeſquitertiis, & id genus aliis, tum harmonicã prætereà, in qua mediũ extremorũ ex æquo & ſuperat, & ſuperatur: ſicut in ſecũdo, quarto, & ſexto cernit. Decas prætereà nõ ſolùm figurarũ, quæ vel tribus, vel quatuor, vel pluribus angulis conſtant, ſed cõcentuum proprietates, quæ manifeſtò cernuntur, continet. Concentũ enim diateſſaron in ſeſquitertiæ ratione, quæ eſt cùm quatuor ad tria conferuntur, habet: concentum diapente in ſeſquialtera, cùm tria ad duo: concentũ diapaſon in dupla, cùm duo ad vnum, cõcentum deniq; diſdiapaſon in quadrupla, cùm octo ad duo. Quamobrem hi, qui primi nomina rebus impoſuerunt (ſapientes enim erant) viden-

tur mihi ipsam decadem, quasi Δεκάδα, id est, capacem ἀπὸ τοῦ Δέχεσθαι: id est, à capiendo, quòd capiat & amplectatur omnia genera numerorum, rationum ex numeris collectarum, proportionum, harmoniarũ rursus & concentuum, propriè appellasse. Atqui decadem præter ea, quæ dicta sunt, ob has res præterea meritò aliquis potuerit admirari, quippe cùm naturâ & quæ dimensione caret, & quæ interuallis distinguitur, conti neat. Quæ verò dimẽsione caret, ex puncto solo constat: at quæ interuallis distinguitur, tres formas habet, lineæ, superficiei, & solidi. Quæ enim duabus notis siue punctis terminatur, linea est: quæ autẽ in duo interualla tribuitur, superficies, linea in latitudinem diffusa: quę denique in tria, solidum, cùm longitudo & latitudo crassitudinem sibi adiunxerit: in quibus natura gradum sistit. Nam plura, quàm tria interualla, non procreauit. Numeri, vnde ista primùm sunt expressa, sunt vnum, quæ est puncti dimensione carentis nota: duo, quæ lineæ: tria, quæ superficiei, & quatuor, quæ solidi rationem, habent. Quorum compositio, vnius scilicet, duorum, trium & quatuor, decadem perficit: quæ etiam in rebus sub aspectu subiectis alias præclaras formas exprimit. Ferè enim numerorum infinitatem ista metiri soler. Quare termini, qui hanc circũscribunt, sunt quatuor: vnius scilicet, duorum, trium & quatuor. Tot etiã termini cẽtenarium ex denariis progignũt. Nã decẽ, viginti, triginta & quadraginta procreant centũ. Pari ratione & mille ex centũ, & myrias, id est, decies mille ex mille. Vnitas, denarius, cẽtenarius, & millenarius, sunt quatuor termini, qui decadẽ producũt: quæquidẽ decas præter eas, quas suprà posuimus, alias præterea numerorũ differẽtias demonstrat. Et primùm eũ, quẽ vnitas sola dimetitur: cuius exẽplum est: tria, quinq;, septẽ: deinde quartũ pariter parẽ, qui est quadratus: tum octauum etiã, cubũ, qui est pariter par pariter: postremò perfectũ, qui suis partibus exæquatur, tribus, duobus & vno. Verũ qd attinet decadis virtutes, quæ sunt multitudine infinitæ, recẽlere, op[a] planè maximũ extra causam persequẽdo? Quæ res certè his, qui in mathematicis disciplinis versantur, satis amplũ ex se ad librũ conficiendũ præberet argumentũ. Et quanquã aliis supersedẽdũ est, vnius tamẽ mentionẽ facere, exẽpli gratia, nõ erit fortasis à ratione alienũ. Quæ ẽm in natura categoriæ dicũtur, decẽ solùm esse asserũt hi, qui in decretis institutisq; philosophiæ operã & studium ponũt: substãtiam, quale, quantum, relatio

relationem, agere, pati, habere, situm esse, & sine quibus ista nõ constant, tempus & locum. Nihil est enim, quod harum rerum expers sit. Verbi gratia: ipse substantiæ particeps sum, eam à singulis elementis, ex quibus vniuersus mundus perficitur, mutuatus: terra, aqua, aëre & igne. Ista ad meam constructionem satis habuere facultatum. Sum etiam particeps qualitatis, qua homo sim: & quantitatis, qua quantus. Relatione item non careo, quando aliquis mihi vel ad dextrã, vel ad lævã consistit: quinetiam aliquid ago, fricando, vel vrendo: & patior, rasus, aut fractus ab aliis. In habitu porrò versari videor, aut veste, aut armis indutus. In situ, sensim considens, aut decumbens: omnino in tempore & in loco sum: quippe cùm nihil eorũ, quæ exposita sunt, absq; his vtrisq; possit constare. Sed de his satis multa. Iam quę sequuntur, ad ista sunt attexẽda necessariò: decẽ dico præcepta, siue oracula, siue leges, siue sacra iustituta reuerà appellare placet: quæ parẽs vniuersi, multitudine virorũ pariter ac mulierum in vnũ congregata, diuinitus sanciuit. Nunquid vocis modum ipse expressit? Apagesis. Ne aliquando istud nobis in mentem veniat. Non est enim Deus, vt homo, oris, linguæ & arteriarum indigens, sed ea, quæ id temporis gesta erant, mihi videntur rem sanè diuinissimam non sine omnium admiratione effeciisse. Præcepit enim Deus sonitum, qui aspectu distingui non poterat (qui quidem plus admirationis, quàm omnia instrumenta, quæ concentu perfectissimo cohærent, habere videbatur) in aëre ædi: eumq; non inanimatũ quidem, neq; præterea ex corpore: & animo, instar animalis compositi, conflatum, sed tamen in se animum rationis participem, aptum ad sensa sua perspicuè aperteq; exprimẽda cõplectentẽ: qui aërẽ formans, vndiq; diffundens, & in flãmam igneã se conuertẽs, tam clarã vocem, támq; distinctã, quasi inflationẽ tubæ, profudit, vt qui longissimè distabant, perinde ea audire viderẽtur, atq; hi, qui proximè aberant. Hominũ enim voces longissimè cõtentæ, lãgueſcere solẽt, adeò vt ab his, qui procul absunt, propterea quod pedetẽtim ob nimiã intentionem euanescunt, obscurè aut vix percipiantur: quandoquidem instrumenta vocis caduca sunt & fragilia. Cæterùm istam vocem noua ratione & modo editam, Dei potentia in eam impressa exacuit, sonorámq; reddidit. Quam vbi in omnes partes diffuderat, exitũ soni multò effecit clariorem: qui quidẽ vocem multò suauiorẽ, quã quæ per aures transfertur, in animos singulorũ infudit. Nã

audiendi sensus, cùm sit paulò tardior, cõquiescit, quoad ab aëre pulsus cõmoueatur. At mẽtis diuinæ vis summa cũ celeritate ea, quæ ore proferũtur, longè anteuertit. Verùm de diuina voce hactenus. At aliquis meritò quæret, quid sit causæ, cur cũ tot hominum mlia essent in vnum locũ compulsa, singula ex decem illis præceptis, non vt multis, sed vt vni tradere instituerit: cũ dicat, non mœchaberis, non occides, non furtum facies, & alia eodem modo. Dicendum igitur, quòd his, qui sacras scripturas legant, documentum certe præclarissimum præbere voluerit: nimirum à Deo separatim, vnicuiq;, quando leges obseruat, & diuinæ obsequitur voluntati, tantum honoris deferri, quãtum toti nationi quantumvis hominibus refertæ, imò verò quantũ omnibus nationibus: & si quis vlterius dicendo progredi velit, quantum vniuerso mundo. Quocirca in aliis locis cùm virum iustum laudat, ait: Ego sum Deus tuus (idem ipse erat etiam mundi Deus) adeò vt qui ad eam regulam ac præscriptum instituti, ei obtẽperarẽt, & pari ratione se probarent moderatori omniũ, parem laudẽ & honorẽ consequerentur. Secundo loco, & cũ quis cõmuniter apud multitudinẽ orationem habeat, nõ necessariò cum omnibus, sed interdum priuatim, quasi cum singulis eorum, qui ad audiendum confluxerint, disserit, vel iubendo aliquid, vel vetando. Quòd si statim ea, quę agenda sint, ostendat, & omnibus in vnum coactis communiter exponat, is profectò, qui hortationes tanquam separatim ad se habitas exceperit, facilius obsequitur: at qui easdem aceruatim cũ aliis arripiat, planè obsurdescit, turbãq; causam affert, cur fuerit dicenti refragatus. Tertio, ne quis rex, vel tyrannus arrogãtia insolentiáque nimium elatus, hominem priuatum, humili obscuróque loco ortum aliquando contemnat, sed ad legum sacratarum præcepta se accommodans, supercilia remittat, eámque de se opinionem non tam specie simulata, quàm vera ratione, ex animo deleat. Nam si ille, qui & ortu caret & interitu, qui sempiternus est & nullius rei indigens, fabricator vniuersi, & patronus omnium, rex regum & Deus deorum, neminem, ne abiectissimum quidem negligi passus est, sed his oraculis & legibus sacrosanctis, quasi epulis excipere dignatus, vtpote eum solum inuiraturus, soliq; apparaturus conuiuium, vti animus sacris initiatus (cui fas est augustos illos ritus & ceremonias exequi) vehementer exhilararetur: me tũ, qui mortalis sum, qd attinet animũ extollere, inaniter inflari, & aduersus æqual

æquales, qui in dispari fortuna parem & æqualem generis conditionem habeat, eiusdémque formæ, quæ est omnibus hominibus natura communis, participes sunt, me insolenter efferre? Meipsum igitur, quamuis terræ marisque potitum imperio, egentissimis & maximè ingloriis, familiarissimis etiam auxilio destitutis, altero parente orbatis, mulieribus viduis, senibus, vel qui liberos non omnino procrearint, vel qui citò, quos procrearunt, amiserint, comem & affabilem præbeam. Nam cùm homo sim, superbiam & tragicam ostentationem non debeo in animam admittere, sed manere intra naturę ambitum, & extra eius fines minimè egredi: imò verò meum ipsius animum ad humanas calamitates cõmunicandas assuefacere: non propterea solùm, quòd rerum contrariarum contrariæ mutationes cùm in his, qui secundo fortunæ flatu, tum qui aduerso vtuntur, incertæ sint, verumetiam quòd quenq; deceat, etiam si prosperæ res firmè & constanter ad voluntatẽm fluant, non aliquando suiipsius obliuisci. His de causis, mihi videtur Deus, cũ præcepta siue oracula, singillatim ederet, quasi vni edere voluisse. Præterea omnes res, quæ loco finitimæ erant, fragore tonitrui multò grauiore, quàm qui ab auribus capi potuisset, fulminum etiã iubare sua sponte accẽso, tubæ sensum oculorũ fugiẽtis strepitu cõtento longissimè, descensu nubis (quæ instar columnæ, basim quidẽ in terra defigebat, reliquũ autẽ corpus in sublime extulerat) flãmę cœlestis concitatione, ingẽti deniq; fumo loca vndiq; opacãte ad magnã omnium admirationem, vt erat vesimile, redundarunt. Nã par erat, vti, Dei aduentãte potentia, nulla mũdi pars cõquiescceret, sed omnes cõcitatæ, illi sedulò inseruirẽt. Astitit populus se à mulierũ cõsuetudine continens, ab omnibus voluptatibus, rebus solũ ad victũ necessariis exceptis se tẽperans, balneis & aspersionibus iam tridui spatio purgatus vestibus ablutis in primis albatus, summis insistens digitis, & aures arrigens, dum Moyses præsignificabat, vti se ad concionem pararet. Nouit enim eam futuram, cùm Moyses solus à Deo accersitus, oracula excepturus esset. Vox ex medio igni è cælo delapso profusa est maximo cum terrore, idque ob flammam, quæ in propriam loquelam auditoribus assuetã articulatim distincta erat: quæ quidem ea, quæ dicebantur, adeò clarè & perspicue efferebat, vt populus illã oculis cernere potius, quàm auribus accipere videretur. Atq; hanc meam sententiam lex ipsa cõfirmat: in qua scriptũ est: Omnis populus vidit

vocem domini apertissimè. Nam quæ vox ab hominibus prolata in audiendi sensum,eadem reuerà à Deo edita in cernendi sensum cadit. Quid ita,quæso? quia quæcunque dixerit Deus, non verba sunt,sed facta, quæ potius ab oculis, quam ab auribus discernuntur diiudicantúrque. Præclarè in primis & diuinitus vox ex igne dicitur egressa esse.Dei enim oracula accuratè examinantur probantúrque,vt aurum igne. Indicat Moyses etiam tale quiddam per comparationem. Nam ignis partim lucem præbere,partim vrere solet.Ac qui Dei præceptis morē gerere statuunt, tanquam in clarissima luce sunt vitam perpetuò traducturi:quippe qui leges ipsas pro stellis, quæ in animo lumen accendunt,habeant. At qui repugnāt,ab incendio internarum cupiditatum(quæ, quasi flamma,vitam eorum, quibus insunt,absumunt)non vsti solùm, sed propè exusti, ætatem degunt.Ista sunt,quæ antè explicanda erant necessariò,quàm rem ipsam aggrederemur. Nunc igitur ad ipsa oracula,siue præcepta,redeamus:atque adeò omnes,quæ in illis sunt, differentias perscrutemur.Quæ cum decem sint numero,Deus in duos quinarios,quos quidem in duabus tabulis insculpebat,scitè disper tiuit. Ac prior quinarius priores partes obtinuit:posteriori autem posteriores tributæ sunt. Vterq; præclarus,& ad vitā valde vtilis:vtpote qui animo ad id:quod optimum est,semper peruenire cupienti,quo iter suum absque errore conficiat, amplas & quasi regias vias vno exitu terminatas aperit. Ac prior quinarius est eius generis. De monarchia præcipit,qua mundus vniuersus gubernatur: de signis & simulachris, & omnino de statuis,quæ manu fiunt:de Dei nomine non in vanum accipiendo: de septimo die augustè & sanctè celebrando:de honore erga parentes,cùm in alterutrum priuatim, tum cōmuniter in vtrūq;: sic vt vnius tabulæ principiū,Deus,pater, & fabricator vniuersi occupet:finem autem parentes: qui quidem Dei naturam imitati,liberos sigillatim procreāt.Posterior quinarius, ea quę supra,cædem,furtum,falsa testimonia,& cupiditates vetant, continet. Verum singula oracula,siue præcepta,sunt accuratissimè nobis considerāda,nihilq; persequendum oratione, quod sit à sermone de illis suscepto alienum.Initium igitur omnium rerum longè præstantissimum,Deus est:virtutum autem, pietas: de quibus rebus primùm disserendū est necessariò. Maximam partem generis humani error quidam non exiguus de ea quidem re occupauit,quam vel solā,vel cùm primis,cōsentaneum erat

erat simplicem & synceram maximè in singulorum mentibus insedisse. Nam alij quatuor elementa,terram,aquam, aërem, & ignem in deos referunt:alij,solem,lunā, reliquásq; errantes & inerrantes stellas:nonnulli solū cælum:quidā deniq; mundū vniuersum(à summo autem antiquissimóq; genitore,principe magnæ ciuitatis,duce exercitus inuicti, gubernatore denique, qui omnia salutariter administrat,oculos auerterunt)pro Deo sanctè colunt,falsáq; nomina,alij alia,illis rebus imponunt.Nā terram appellāt Proserpinam, Cererem,Plutonem:mare verò, Neptunum:ad cuius ministeria obeunda dęmones maritimos, vt procuratores,ingentem etiam turbam masculorum& fœminarum,vt seruitia,effinxerunt. Aërem autem Iunonem:ignem Vulcanum:solem.Apollinem:lunam,Dianam:luciferum,Venerem: σίλϛεντα, Mercurium nuncuparunt: reliquis verò astris nomina singulatim fabularum scriptores imposuerunt. Qui quidem,dum ad fallendum audiendi sensum commenta ingeniosè excogitata contexebant, in nominibus illis rebus imponendis visi sunt sibi aliquid,de quo arrogāter se venditare possent,effecisse. Ac cælum quidem in hæmisphærium bifariam ratione distributum,alterum,quod supra terram eminet, alterum,quod subter occultatur,Castorē & Pollucem nominarunt: prodigiosa quadā narratione de vita,quā alternis diebus agunt cōficta.Cùm enim cælū continenter & sine intermissione semper in orbē torqueatur, necesse est alterū hæmisphæriū vicissim in dies singulos cōmutari: surs ūmq; & deorsum, quæ sunt solū in opinione cieri. Nā reuerà in globis cælestibus nihil est vel sursum, vel deorsum,sed respectu duntaxat ad nos habito,ista dici solēt. Quod supra caput est,sursū,quod cōtrà,deorsum dicitur. Ei autē,qui ingenuè philosophari decreuerit,& veræ syncreq; pietatis studio ducatur, pulcherrima sanctissimáq; præceptio apposita est,vt nullā mūdi partē proprio nutu ac suo regi existimet.Etenim mūdus,licet fabricatoris prouidētia immortalis factus sit,ortū tamē habuit:ortus autē est principiū interit'. Atq; fuit aliquādo tēpus,quādo nō erat. Sed Deū aut antea nō extitisse,aut ab aliquo tēporis spatio solū fuisse,& nō ęternū dicere nefas est.Verū nonnulli ea sunt arrogātia & temeritate in iudicādo,vt non ista,quæ sunt iam commemorata, deos solum putēt, sed singula illorum maximum & primum Deum, cum tamen verum Deum aut præ natura maximè indocili non sciant, aut eum non admodum scire laborent: quandoquidem extra

causas

causas perceptas sensibus,nullá ab oculis remotá mentéq; sola comprehensam (licet eius rei confirmatio in promptu sit)esse omnino arbitrantur.Nam quáuis animo & viuát,& consiliú capiant,& omnibus vitę fungátur muneribusanimú tamẽ oculis corporis intueri nunquá possunt,etiáſi omni studio & contẽtione ab illis laborarú sit, ſi quo modo tandẽ fieri posit, vt illud, quod est simulachrorũ augustissimũ,aspiciát:à quo semel comprehẽso digrediẽtes possunt,vt verisimile est,deinceps notionẽ immortalis & æterni Dei animo percipere:qui licet oculis cerni nequeat,tamẽ vniuersum mundũ suo nutu gubernat ad incolumitatem.Quemadmodũ igitur, ſi quis magni regis honores præsidibus eius & præfectis impertiret,non solũ iniquissimus, sed temerarius etiam in primis videretur,cùm ea,quæ sunt domini propria,seruis largiatur:ita ſi quis iisdẽ rebus procreatorem & procreata colat, sciat se propterà omniũ imprudentissimũ & iniustissimũ esse,quòd æqualia inæqualibus tribuat,idq; non ad inferiorũ honorem, sed ad exitiũ superioris. Sunt præterà,qui ita extra modũ impietate processerint,vt non pares honores vtrisque deferant, sed illis quidẽ omnia, quæ ad venerationem pertinent,largiátur,huic autẽ nihil impertiant,ne memoriam quidẽ,quę est res omnium cõmunis maxime.Nam voluntaria quadã obliuione & quasi dedita opera eum, cuius solũ memoriã tenere debuissent,ex animis infelices effluere sinunt. Nonnulli etiã in ſana rabie correpti,indicia iniquitatis in animo insidentis in mediũ proferẽtes,maledica ac petulãti lingua incitata,cõuitiis diuinũ numen lacerare aggrediũtur:quinetiã & illis,qui pietatẽ colunt,exhibent molestiã. Quibus certè talis dolor inuritur,qualis nec dicendo exprimi:nec consolando leuari poterit:cuius ardor ſtatim per aures intrò irrũpens,vniuersum animũ incendit.Atq; ista est tanquá machina impiorũ, qua'sola studẽt piorũ ora obstruere:qui quidẽ animũ,dum istud agitur,habere ita pacatũ & tranquillũ,vt nulla ex parte cõmoueatur,rem ducũt longè præstantissimã.Quapropter omnibus eiusmodi præstigiis depulsis,neutiquá illis, qui sunt nobis natura fratres(nam quæ orta sunt,quaſi fraterna copula cohærẽt, quia orta sint:ſiquidẽ architectus vniuersi, etiã pater omnium est)licet naturã puriorẽ & magis perennẽ fuerint cõsecuti,aliquando diuinũ cultũ tribuamus:ſed mente,oratione,& omnib⁹ viribus incitatè acritérq; contentis ad immortalẽ & æternum Deum, autorẽ vniuersi,piè colendũ nos totos accommodemus:

nec

nec his,quæ probantur,in vulgus, ſuccumbamus cedamúsve: quæ ſane his,qui cæteroqui ſalui esse possent, exitio sunt. Primum ergo præceptum,quod est omnium augustissimum, in animis nostris,tãquam in tabulis inscribamus,vt vnum Deum ſummum censeamus,eúmque sanctè veneremur. Opinio illa posita in multitudine deorum,ne aures cuiusquam,qui in veri inuestigatione versari consueuerit,omnino attingat.Nam quicunque soli,lunæ,& cælo vniuerſo, mundóque, & partibus in illis perfectissimis,tãquam deis ſacrum obsequium & cultum adhibent,errant illi quidem. Quidni errent, cùm eos, qui parent, imperanti præponant? Verùm sunt minus iniuſti, quàm cæteri,qui primùm in lignis, lapidibus, argento, auro, & alia eius generis materia,pro suo quisque arbitrio, species & formas effinxerunt:deinde orbem terrarum ſimulacris & ſtatuis, aliísque rebus manu factis (quibus fingendi pingendique ars maxima incommoda in vitam inuexit humanam) compleuerunt.Nam præclarissimum firmamentum, quo animus nititur,amputarunt:conuenientem illam dico opinionem, quæ de Deo immortali haberi debet. Ac non aliter atque nauigia,quę armamentis carent,huc illúcque semper iactati, fluctuant, nec aliquando in portum appellere,neque ad veritatem constanti cursu peruehi possunt,quippe cùm ad id, quod est spectatu dignum,caligent:id quod vnum aciem oportuisset oculorum acriter admodum intendisse. Ac mihi quidem certè videntur multò miserius vitam degere, quàm qui corporis luminibus orbati sint. Nam illi inuiti hoc afficiuntur incommodo, aut graui oculorum morbo oppressi,aut ab hostibus insidiis appetiti.At hi ſua sponte non modò oculos mentis ſuæ cæcarũt, sed abs se dedita opera penitus abiecerunt.Vnde illos,vtpote infortunio afflictatos,misericordia,hos autem,vt improbos,meritò ſupplicium sequitur.Qui inter alia,ne id quidẽ intellexerunt, quod maximè in prõptu est (quod etiam puer iguarus rerũ & rudis non ignorat) artificem rei,quam fabricarit,præstare:qui & tempore(est enim ætate maior)& facultate rei architectatæ quodãmodo parens est.Nam quod agit,plus habet,quàm quod patitur dignitatis.Et cùm oportuisset(in hac re enim opinione etiã falsũ sunt)ipsos pictores & ſtatuarios eximiis honoris monumẽtis tanquá consecrasse,hos obscuros & ignobiles esse passi sunt,nulla re amplius illis attributa.Verũ ſimulachra,& animaliũ effigies,quæ sunt eorũ artificio fabricatæ,p diis ab istis

habit

bitæ sunt. Artifices autem non rarò, egentes & inglorij ad extremam senectutem peruenerunt, & calamitatibus, alia ex alia, succedentibus oppressi, interierunt. Cæterũ, quæ ab illis erant fabricata, purpura, auro, aliisque pretiosis ornamentis, quæ diuitiæ suppeditant, magnificè decorata sunt. Coluntur etiam nõ modò à liberis hominibus, sed etiam à patritiis, & ab his, qui robore & pulchritudine corporis pollent maximè. Nam de sacerdotum genere quæritur cum omni diligentia, num labe vitiorum careat, & num vniuersa partium in corpore herentium compages sit integra. Neque istud graue putemus, licet reuerà graue sit, sed illud omnium grauissimum. Nam hoc tempore ipse noui nonnullos ex his, qui statuas fecerunt, illis ipsis, quas fecerunt, preces adhibuisse, hostias immolasse: quibus satius fuisset alterã manum adorauisse. Quod si noluissent, opinionẽ nimium sibiipsis assentandi veriti, malleos tamen, incudes, penicillos, forcipes, & alia instrumenta, quibus materia formata erat, colere debuissent. Atqui apud eos, qui tam amentes sunt, tâmq; à ratione auersi, sic liberè verba facienda sunt. Cùm Deo simillimum esse, sit in rebus optandis maximum, & finis beatæ vitæ putetur, vos ô generosi, optate, vt vestris statuis sitis quàm simillimi, quò summam felicitatem inde consequamini, vt scilicet neque oculis cernere, neque naribus vel spiritum ducere, vel percipere odorem, neque ore vel loqui, vel aliquid gustare, neque manibus aut accipere quicquam, aut dare aliis, aut aliquid aliud moliri, neque pedibus incedere, neq; vlla corporis parte quicquam operari possitis, sed in templo, quasi in carcere, seruati custoditíque, dies noctésque ex rebus immolatis fumum & nidorem (nam vnum istud bonum. solùm statuis adesse fingitur) naribꝰ perpetuò hauriatis. Verùm arbitror eos, qui hæc audiuerint, non vt optata, sed vt execrationes iniquo animo laturos, cósque crimina vicissim in nos regerendo, se ad conuitia, quibus affecti sunt, vlciscenda totos cõuersuros. Quod quidem fuerit maximum planè argumentũ insignis cuiusdam impietatis hominũ deos illos existimantium, quibus se natura aliquando fieri similes omnino deprecarentur. Nemo igitur eorum, qui sunt animo præditi, rei cuipiã inanimæ quicquam venerationis impertiat. Est enim ab omni ratione alienum, vt quæ sint naturæ opera, ea ad eorũ vsum, quæ manu fiunt, transferantur. Cæterũ Aegypto non solũ crimen, quod est eũ quaque regione cõmune, sed vnum, quod est ei peculiare, nõ immerito obiic

obiicitur. Nam præter statuas & simulachra, animalia prẽterea, rationis expertia deorum honoribus afficiunt: boues, arietes hircos: déque singulis cõmentum fabulosum confingunt. Atque ista fortasse aliquam possint habere rationẽ. Sunt enim & mansueta animalia, & ad humanæ vitæ vsum in primis accommodata. Bos aratrum trahit, findit glebas ad satus accipiendos: rursus ad triturandum, cum fruges purgandæ sint, etiam valet maximè. Aries vestem suppeditat, quod est tegumentorum longè optimum. Nam corpora nuda facilè vel calore, vel frigore immoderato cõficerentur, partim ardore solis exusta, partim aëre frigido rigentia. Verùm iam illi ipsi aliorum hominum amentiam longè superantes, feras bestias, quæ sunt agrestes & efferatæ maximè, leones dico, crocodilos, & aspidem venenatã ex serpentum genere, fanis, delubris, victimis, crebris conuentibus, pompis, & aliis rebus eiusdem generis venerantur. Ac cùm in vtroque elemento, terra & aqua (quæ duo Deus ad vsum hominum largitus est) feras immaniores perquisiuissent, nullam terrestrem leone truculentiorem, nullã aquatilem crocodilo agrestiorem & magis terram inuenerunt: quas quidem belluas cultu & honore prosequuntur. Multa alia præterea animalia, vt canes, feles, lupos: volatilia, vt ibes, accipitres, colunt. Piscium item aut corpora integra, aut partes in deos reponunt. Quibus quid potest esse ineptius? Quinetiam peregrini, qui primum in Aegyptum veniebant, prius, quàm insolens illius regionis arrogãtia se in eorum mentes insinuasset, eas res ludibrio habitas, prorsus contempserunt. Nam qui rectam disciplinam degustarint, rerum tam abiectarum venerationem demirãtes, eos, qui ea vtũtur, commiserantur: &, vt æquum est, belluis illis ab ipsis honoratis multò miseriores existimant: qui quidem cùm animis in eas quodãmodo immutati sint, non aliter ac belluæ humana forma præditæ, huc illúcq; vagari videnr. Quocirca De*, omni eiusmodi consecratione deorũ ex sacrarum legũ sanctione sublata, ad verũ eius cultũ, qui verè Deus est, quíq; cultu nostro nõ eget (alterius enim nõ indiget, qui satis ipse in se habet facultatũ) accersiuit: cupiens quidẽ genus humanũ per deuium iter oberrans, ad certissimã verissmámq; viã traducere, quò naturam ducẽ sequens, optimũ finem, scientiam nimirum illius, qui verè est, quíq; summum bonum est & perfectissimum inueniret: ex quo quasi ex fonte singula bona mundo, & his, quæ in eo singillatim continentur, profluxerunt. Et quoniam de se-

crando

cundo præcepto satis multa disseruimus, deinceps de illo, quod sequitur accuratè dicemus. Quod ita se habet: [Nomen Dei non in vanum accipiendum.] Quæ ad ordinem spectant, satis manifesta sunt illis, qui mentis acie res exquisitè cernũt. Nam nomen semper rem subiectam sequitur, non aliter quàm corpus vmbra. Idcirco cùm de essentia, & honore illius, qui semper existit, anteà dixisset, ordine sequebatur, vt de nomine, ea, quæ consentanea viderentur, explanaret. Varia enim sunt & multiplicia hominum in hac parte delicta. Est igitur homini res planè præclarissima vtilissimáque non omnino iurare, idq; cùm ita verum dicere didicerit, vt verba pro iureiurando habeantur. Cùm autem ab eo discesseris, secundas quidem obtinet, rectè veréque iurare. Iam enim qui iurat, in suspicionem venit perfidiæ. Sit ergo lentus ac tardus, siqua fortè temporis dilatione iusiurandum possit repelliere. At si quis necessitate fuerit coactus, singula, quæ deferuntur, accuratè debet considerare. Non est enim res parui momenti, licet consuetudine contemnatur. Est enim iusiurandum, Deum de rebus in controuersiam vocacatis testem adhibere. Atque in mendacio Deum inuocare testem, est maximè impium. Ratione enim, si placet, cognosce, & introspice in mentem illius, qui sit falsò iuraturus. Videbis enim illam non posse acquiescere, sed tumultuari, perturbari, seipsam in crimen vocare, omni cõtumeliarum & conuitiorum genere vexare. Nam trutina conscientiæ, quæ in cuiusque animo insidet innataq; est, nihil, quod vitio dari possit, solet approbare: quippe quæ sit natura vitio aduersaria, & amica virtuti. Et cùm accusatrix, simul & iudex ipsa sit, si commoueatur vt accusatrix, in crimen vocat, insimulat, terret: rursum, vt iudex, docet, admonet, hortatur, vt se cõmutet: si poterit illi persuadere, læta redit in gratiã: sin minus, inimicitias cum eo exercet, bellũ gerit, & neq; noctu, neq; interdiu absistit, sed pungit, vulnera insanabilia vsque eò infligit, quoad vitæ miseræ & execrabilis vincula ruperit. Equidem ad periurũ dicerem: quid ais? audésne obuiã factus, quenquem tuorũ familiariũ sic compellare? Heus tu: de his, quæ neq; vidisti, neq; audiuisti, perinde ac si ea videris, audiueris, & omnibus interfueris, accedès mecum testimoniũ dicito. Non planè te sic facturũ arbitror. Esset enim pestiferæ cuiusdã insaniæ. Cùm sobrius & apud te esse videare, quo ore, quæso, sic amicũ audeas cõpellare? Per amicitiã te oro, iniuriã facito, ius violato, pietatis leges mea causa ne-

gligito.

gligito. Nam constat eum, simul atq; ista abs te audiuerit, amicitiam eam, quæ putabat, prorsus deserturũ: atq; adeò seipsum malè habiturũ, quòd initiò cũ tali viro amicitiam contraxerit: ab eóq; perinde atq; ab immani & rabiosa fera pedẽ ocyus relaturũ. Non pudet ergo Deũ, parentẽ & gubernatorẽ mundi ad eas res testẽ aduocare, ad quas ne amicũ quidem auderes ãddu cere? Scis ne eũ omnia intueri, omnia audire, an non scis? si non scis, impius es. Atq; impietas, est sceleris cuiusq; fons. Et præterquã quòd impius es, iusiurandum præterà callidè eludere contẽdis, dum in eũ iuras, qui, vt tu putas, neq; animũ attendit, neq; rerum curã gerit humanarũ, quòd si perspicuè noris, eum rebus humanis prouidere, nihil, quod ad summã impietatem pertineat, abs te prætermissum est: cũ ita, licet nõ ore & lingua, conscientia tamen cum Deo loquare. De falsis rebus mecũ testimonium dicito: scelus vnà admittito: pariter fraudẽ facito. vna mihi spes est, veritate occultata, apud homines me probatũ iri: sis pro altero nequam: pro deteriore, qui melior es: pro homine, eóq; improbo, qui es Deus, & omnium optimus. Sunt præterea alij, qui non vt lucrũ faciant, sed mala consuetudine inducti, de rebus leuibus inconsideratè ad iurandũ vsq; iurent, idq; cùm nulla res omnino in controuersiam adducta sit: & quæ inter loquẽdum occurrunt, crebro iureiurando referciant: perinde atq; non satius fuisset sustinuisse, vti nõ verba solùm repressa, sed multò etiã magis vti ipso lingua penitus fuisset præcisa. Nam ex sæpe multúmq; iurando nascitur & periurium, & impietas. Quapropter eũ qui iurare voluerit, opportet accuratè & diligenter in primis rem ipsam expẽdere, sit'ne valde magna, facta'ne fuerit, & si facta, eam ne pro certo cognorit: vtrum animum, corpus, & linguã ipse purgarit: animũ iniquitate, piaculo corpus, linguã maledictis. Est nanq; impium eo ore turpia loqui, quo sacratissimum nomen Dei profertur. Locum præterea, & tempus idoneum dispiciat. Nonnullos equidem hoc tempore noui in locis profanis & impuris (in quibus neq; patris, neq; matris, neq; præterea senis alicuius ex eadem familia oriundi, saltẽ qui vitã honestè instituerit, mentionẽ facere consentaneũ erat) admodum iurare, cũctos iurãdi modos, tanquã serie quadam contexere. Dei nomen multiplici rationè variatũ, vbi certè minimè opus erat, ad impietatẽ vsurpare. Quisquis hæc, quę diximus, pro nihilo duxerit, sciat se primũ scelestũ & impurũ esse. Deinde grauissima supplicia perpetuò sibi diuina iustitia

(quæ omnes res humanas oculis lustrat) impẽdere: quæquidẽ in tam magnis sceleribus nec flecti, nec placari poterit. Quæ cũ pœnas sumere ad tẽpus differt, magno quasi cũ quæstu videtur fœnerari supplicia: eáq;, vbi tempus se offert, ad communẽ omnium vtilitatẽ exigit. Quartũ præceptũ est de septimo die, quẽ sacrosanctus est, vt religiosè piéq; colatur. Hunc nonnullæ ciuitates semel in mẽse celebrãt, à noua luna ad septimũ diem numerantes: at Iudæorum gens continenter, sex diebus intermissis, septimũ sacrum obseruat. Ratio autẽ, quæ causam huius rei necessariã continet, in libro de mundi fab. descripta est. Sex diebus ait Moyses mũdum conditũ esse, septimo Deum ab operibus requieuisse, eiúsq; præclarè facta contẽplatum esse. Præcepit igitur, vt qui essent in ista repub. vitã exacturi, in hac re, sicut etiam in aliis, Deum sequerentur, & per dies sex ad res agẽdas se conuerterent: septimo autem quieti se & studio sapientiç totos traderẽt, inq; rerum à natura constitutarũ contemplationem otium suum conferrent: diligentérq; animaduerterent, si quid superioribus diebus parum rectè integréq; admississent: rationem deniq; tum dictorũ, tum factorum à seipsis intra animi sui consilium vnà cum legibus, quæ & assistunt, & in ea diligenter inquirunt, sedulò reposcerent: quò & ea, quæ negligẽtia conscissent, corrigerẽt, & ne deinceps laberẽtur in vitia, summo studio cauerent. Quinetiã vt Deus sex diebus ad mũdi perfectionẽ semel vsus est, nullius tẽporis longinquitatis indigẽs, & septimo ab opere destitit: sic hominũ quisq;, vtpote qui mortalis naturæ particeps sit, & res infinitas ad necessarium vitæ vsum desideret, omni cura ac studio debet incũbere, vt, quoad vixerit, sed diebus res ad vitam sustẽtandam idoneas sibi suppeditet: septimo autem, qui sacer est, omnino interquiscat. An non præceptio in primis præclara est, & quæ possit maximè homines incitare, cùm ad omne genus virtutis, tum ad pietatem potissimùm? Semper, inquit Deum sequere. Vnus ille senarius dierum numerus, quo Deus mũdum exædificauit, sit tibi exemplar temporis statuti ad res obeundas vel maximè efficax: sũtq; dies septimus (in quo, opera, quæ fecerat, dicitur aspexisse) exẽplar in sapientiæ studium necessariò incumbendi, vt ipse non modò res naturæ conuenientes, sed priuatas etiam, quæ ad vitã beatam pertinent, consideres. Tale igitur exemplar de duobus vitæ generibus quorum alterum in agendo, alterum in cõtemplando versatur, ne prætereamus, sed semper in illud intuẽtes.

expressã

expressas eius effigies ac formas in mentibus nostris insculpamus: naturámq; mortalem, quãtum est situm in nobis, immortali similem, tum dicendo ea, tum agendo, quæ sunt rationi cõsentanea, efficiamus. Qua ratione dictum sit, mundum sex diebus à Deo, qui ad res faciendas nullo temporis spatio eget, esse fabricatum, in aliis libris est à nobis per allegoriam explicatum. Excellentiam verò, quæ septenario numero in rerũ natura tribuitur, mathematici, eius vi omni studio & cura peruestigata declarant. Est enim inter numeros virgo, est natura matris expers, est vnitati ac principio coniũctissima, est errãtium siderum effigies. Siquidem vnitas globi illius, in quo stellæ inerrantes inhærent, speciem præ se fert. Nam ex vnitate & septenario cælum, quod corpore vacat, quódq; exemplar est illius, quod sensibus percipitur, constat. Cælum autẽ ex ea natura cõstructum est, tum quæ partiri nequit, tum quæ tribuitur in partes. Quæ partiri nequit, primum, summum, & fixũ cæli ambitũ & globum obtinet, quemquidem vnitas respicit. Quæ autem potest in partes tribui, eum, qui & facultate & ordine secundus est, capescit: cui moderatur septenarius. Quiquidem in septem partes diuisus, septem sidera, quæ errantia dicuntur, constituit: non quòd quicquam eorum, quæ cæli complexu continentur, vagetur errore, cùm diuina, beata & felici natura prædita sint (quibus vniuersis illud, quod errore caret, est cognatum maximè: quæ quoniam ratũ & eundem cursum tenent, æuum perpetuant, nec vllam conuersionẽ mutationémve in se recipũt) sed quòd contra extimum orbem, qui est indiuiduus, aduerso gradu nitantur: ac propterea ab hominibus temerariis, qui proprium errorẽ ac suum rebus cælestibus assignarunt, errãtia nõ propriè appellata sunt. Quæquidẽ quasi stationẽ diuinæ militiæ, in qua locata sunt, nunquã deserunt. His de rebus aliisque compluribus etsi tãtum honoris septenario numero delatũ est, nulla tamen de causa tantum est ei tributũ præ cæteris, dignitatis, quantũ quòd eius vi architectus & parens vniuersi apertissimè demonstretur. Nam in hoc, tanquam in speculo, mens Deum molientem & fabricantem mundum, & omnes denique res suo nutu moderantem ipsa cogitatione informat. Postquã verò de septimo die celebrando disseruit, quintum præceptum de parentum honore tradit, eique medium locum inter duos quinarios tribuit: est enim postremum quinarij prioris, in quo res sacratissimæ ad Deum spectantes insunt: adiunctum etiam

posteriori, qui iustitiam erga homines continet. Causa autem (quēadmodum ego sentio) hæc est. Parentū natura & immortali essentiæ,& mortali videtur esse finitima. Mortali,cùm propter eam,quæ est cū hominibus,& cæteris animalibus, cognationem,tum propter ipsius corporis fragilitatem: immortali, propter generandi similitudinem,quæ est cum Deo procreatore vniuersitatis. Iam verò nonnulli dum alteri parti se totos addicunt,videntur alterā paruo æstimare. Nam cùm insatiabili pietatis desiderio animos compleuerint,aliis negotiis penitus relictis,totam suam vitam cultui & veneration Dei consecrant:alij nihil præter iustitiæ aduersus homines officia in bonis numerantes,solam consuetudinem eam,quæ cum hominibus est,amplexantur:vsúmq; bonorum propter humanā ac ciuilem vitæ societatem omnibus ex æquo impertiunt:& res aduersas,quantū in eorum situm est potestate,subleuant. Hos igitur hominū,illos autem priores,Dei amatores rectè quis dixerit: vtrosq; dimidiā virtutis partē solùm expleuisse. Nam perfecti sunt & expleti suis partibus,qui in vtrisq; se probare poterunt. At qui neq; in eorum numero reperiuntur,qui erga homines sic animati sunt, vt communibus bonis vnà lætentur, doleántq; contrariis,neq; pietati & sanctimoniæ adhæresc unt,videri poterūt in belluarum naturam omnino esse mutati. Inter quos illi sunt primas feritatis partes laturi, qui parentes contemnunt:vtpote vtriusq; partis,tam illius,quæ ad Deum,quàm ei',quæ ad homines pertinet,inimici. Duob' ergo iudiciis, quę sola sunt naturæ cognita,intelligant se duorum criminum esse conuictos:diuino quidem iudicio,impietatis,quòd illos,qui ab eo,quod nō est,in illud quod est,ipsos eduxerūt, inq; eo Deum imitati sunt,non colant:humano autem,inhumanitatis. Nam in quē alium sunt beneuolētiam præstaturi, cùm eos, qui sunt coniūctissimi,quíq; maxima munera(quorū nonnulla propter magnitudinē minimè compensari poterunt) ipsis tribuerunt, contemnāt & pro nihilo putent. Quomodo enim qui procreatus sit,parētes contrà procreare poterit,cùm natura istud munus parētibus præ liberis largita sit, quod vicissim reddi non queat? Vnde iniquo planè animo ferēdum est, q; cùm non possint omnia remunerari, leuissima tamen noluerint. Quibus illud dicerē non inscitè:belluas oportere erga homines se faciles & mansuetas præbere. Ac sæpenumero equidē noui leones, vrsos,pātheras non modò rerū causa ad vitā necessariarū erga eos

eos,qui dant ipsis alimēta:sed etiā erga alios,similitudinis gratia,vt mihi quidem videtur, quæ cū illis est, mansuetè se gessisse. Est enim præclarum,vt quod deterius sit,spe melioris conditionis, sequatur illud,quod sit excellentius. Verùm iam huic contrariū dicere cogar necessariò:homines estote quarundam imitatores belluarū. Illæ his,qui cōmodarunt, denuò cōmodare & norunt,& natura edoctæ sunt. Canes ædes propugnant,& pro dominis,quādo periculum de improuiso eis allatum est, mortē oppetunt. Fertur etiā istos in pecorū gregibus defendendis ad necem vsq; persistere,quò pastores omnino seruent incolumes. An-non turpissimū est,hominem, animal mansuetissimum,à cane,bestia omniū ferocissima in referēda gratia esse superatum? Quod si terrestriū belluarum exemplo non poterimus eruditi,veniamus ad volucrū genus,quod per aērē vagatur,vt quæ nos deceant,inde perdiscamus. Ciconiæ,quæ vetulæ sunt,quæq; euolare nō valent,manent in nidis:at earum pulli, terrā maréq;(propè dixerim)peruolitātes, vndiq; conquirunt ea,quæ sunt parētibus necessaria. Atque hi quidem,sicut eorum ætati cōuenit,conquiescentes, in deliciarū abundantia ætatem degunt:illi molestias in rebus necessariis submistrandis susceptas partim pietatis officio colēdo,partim eadem se à fœtibus suis in senectute accepturos expectādo, leniunt:& necessarium debitúmq; munus mutuò,cùm tēpus postulat, persoluūt, tum accipiendo,tū reddēdo:vbi neutri seipsos alere & sustētare queāt:pulli scilicet,cum primùm nascātur:parētes autē,cùm ad vitæ exitū peruenerint. Vnde cùm primo tēpore ætatis, ipsa natura magistra ac duce,à parētibus alantur ipsi,extremā libēter parentū fouent sustentántq; senectutē. An-nō propterea homines,qui parentes contemnāt ac despiciant,meritò debēt erubescere,sibiq; ipsis vehementer displicere,cùm eos contempserint,quibus aut solùm, aut præ cæteris necessariò prospicere prouideréq; debuissent,idq; nō dando magis,quàm reddendo, quæ acceperint? Nihil enim est liberorū proprium,quod nō parentibus acceptum referri debeat:quiquidē,aut de suo illis largiti sunt,aut in rebus,quas possident,acquirēdis parādisq; cautæ adiuuātes extiterunt. Nunquid igitur pietatem & sanctimoniam,virtutum facilè principes,intra animorū fines cōtinent? imò eiecerunt in exilium,penitúsq; relegarunt. Nam parentes in procreandis liberis Dei ministri fuerunt. Et qui ministrum contumelia afficit,eū pariter afficit contumelia, cui ministrat.

Nonnulli autem,qui maiora in parentum nomine decorando, eorúmq; laudes prædicando dicere nõ verentur,aiunt patrem & matrem reuerà deos esse, quiquidem in animali gignendo æternum & immortalem Deum imitantur:sed hũc,Deum esse mundi,illos autem eorũ,quos procrearunt.Fieri certè non potest,vt eum,quem sensus oculorum non percipit, piè sanctéque colamus,cùm in eos,qui ante oculos versantur,quique sunt in proximo,simus impij.Hactenus quidem de pareiũ honore philosophatus,de priore quinario,qui diuinior est,sinẽ dicendi facit.Posteriorẽ autem,qui ea,quæ vetãtur in homines fieri, continet,descripturus, ab adulterio capit exordiũ,propterà ꝙ hoc scelus ac flagitium vel maximũ existimet. Principiò enim fontem habet,libidinem:quæquidem & corpuseorũ, qui eam possident,vitium imbecillúmq; reddit,& omnes animi neruos elidit,& facultates prorsus absumit,& vniuersas res, quas attigerit,non aliter atq; ignis furens,incẽdio vastat,& nihil in humana vita integrũ relinquit.Deinde non modò persuadet adultero,vt improbè iniustéq; faciat,sed docet etiã,vt rebus communione interdictis,communionẽ statuat,idémq; facinus cũ alio faciat.Nam cũ huius perturbationis furor animũ occupet,fieri nequit vt appetitus vno solo se expleat, siquidẽ oporter, duo facinus cõmuniter inter se patiãtur,& alter magistri,alter discipuli partes suscipiat,quò intemperãtia & lasciuia, duo mala turpissima fœdissimáq; exaturẽtur.Neq; enim istud licet dicere,ꝙ corpus solùm mulieris constupratę violetur,sed quòd animus eius,si verũ dicẽdum sit,magis,quàm corpus ad alienationem assuescat:quippe cùm virũ omnino detestari, abhorrere, odióq; prosequi didicerit.Ac minus profectò molestum esset,si odium perspicuè euidentérq; pateret (quæ enim aperta sunt,facilliora sunt ad præcauendum)sed iam cũ & malitiosæ fraudis inuoluceris obtectũ sit,& præstigiis ac fallaciis nõ rarò opinionem amoris,ipsius naturæ planè contrariã, in animis hominũ inserat,sicut difficile est ad suspicandũ,sic ad deprehẽdendũ nõ magis facile.Tres porrò familias funditus euertit: vnã illius, qui vota de nuptiis factitata violare cogitur, spémque sobolis ingnuæ sibi præcisam habet:duas verò alias, adulteri nimirũ, & mulieris.Etenim horũ vtriq;,grauis cõtumeliæ,ignominiæ & maximi dedecoris nota inuritur: ac tãetsi eorũ cognatio latè pateat,& in multa cõiugia,atq; propinquitatis cõmuniones diffusa sit,hoc tamẽ scelus vndiq; serpens,non per eam solũ,sed etiam

etiam per vniuersam ciuitatẽ peruasurũ est. Quinetiã anceps & incerta liberorũ distinctio permultũ habet molestiæ. Nam mulieris impudicæ soboles,cuius reuerà patris sit, est planè ambiguũ & obscurũ.Postea dũ res in occulto latet,spurij,arrepto occupatóq; ingenuorũ loco,stirpem alienam adulterant:& hæreditatem,quæ opinione solùm paterna est, nihil tamen ad ipsos pertinet,adeunt.Adulter autẽ, cùm contumelias fecerit, cùm animi perturbationẽ quasi eructauerit, cùm vitiosum semen sparserit,cùm cupiditatẽ expleuerit,relicta muliere aufugiet,& ex flagitio admisso, eóq; occultato risum captabit. Vir mulieris stupratæ,vtpote cæcus,nihil eorũ, quæ in ædibꝰ gesta sunt,animaduertẽs,inimicissimorũ liberos,tanquam proprios ac suos curare foueréq; cogetur.Quòd si scelus patefactum sit, miseri liberi,qui nihil deliqueruot,eiũt infelicissimi: cũ neutri generi,neq; illius,qui matrẽ duxerit,neq; eius,qui ei stuprũ intulerit,verè possint attribui.Cùm igitur iniqua viri cũ muliere coniũctio eiusmodi pariat calamitates, adulteriũ res est, nõ modò odiosa,sed Deo planè detestabilis:& ob eam causam primo loco inter iniustè facta,quæ vetita sunt,à Moyse describitur.Sequitur præceptũ secũdum de nõ faciendo homicidio. Natura emi,cùm hominẽ animal cõgregabile, aptũ ad societatem,& mãsuetũ in primis generasset, ad cõcordiã,& vitæ societatẽ cõuocauit,orationémq; dedit,quæ illum ad morũ consensum & cõspirationẽ aggregaret. Quisquis igitur aliquẽ è medio tollit,sciat se leges naturæ & instituta, quæ præclarè & ad omniũ vtilitatẽ aptè descripta sunt,euertere. Sciat præterea se sacrilegij reum esse,qui sacratissimas Dei opes diripiat. Quis nãq; thesaurus augustior aut prestabilior homine? Aurũ enim, argentũ,lapides pretiosi,& alia quæq; illustris ac splẽdida materia,nihil aliud est,q̃ ædificiorũ inanimorũ ornatus quidã inanimus:homo autẽ,animal omniũ optimũ,propter eã partẽ,quę in eo præstãtissima est,animũ dico,est cælo,quod est natura purissimũ,cõictiũssimus,atq; vt plerisq; in ore est,etiã ipsius mũdi genitori:quippe cũ mentẽ consecutus sit, quæ est æternæ illius & beatę ideæ imago & effigies ex omnibus rebus,quę sunt in terris,maximè propria.Tertiũ secũdi quinarij præceptũ est: Ne fureris. Nã qui rerũ alienarũ cupiditate ducitur, cõmunis hostis ciuitatis est:qui voluntate quidẽ,omniũ fortunas aufert, facultate autẽ quorũdam solũ,propterea quòd eius auaritia longissimè serpit:cũ tamẽ vires ꝓpter imbecillitatẽ cõtrahant in

angustum,& ad paucos iniuria afficiendos sufficiant.Quotquot igitur fures vires assequuntur, integras ciuitates compilant, suppliciáque ideo contemnunt,quòd se censent legibus esse superiores. Tales sunt natura ὀλιγαρχικοί,id est,reipub.statum à paucis gubernatum amplectentes: qui tyrannidis & potentiæ studio flagrantes,furta faciunt ingentia illi quidem,sed tamen ea splendidis principatus imperiique nominibus reuerà occultant. Quare quisq; ab ineunte ætate discat, vt nullam rem alienam,ne minimam quidem clam surripiat.Nam diuturna consuetudo naturam superat:& res exiguæ,si non reprimantur, ad ingentem magnitudinem crescunt & augentur. Vbi furto interdixerit, statim falsum testimonium dicere vetat, cùm sciat falsos testes multis, magnis & perquàm grauibus criminibus obnoxios esse. Nam primùm sacrosanctam veritatem violant, qua nullæ opes in vita augustiores: quæ non aliter ac sol rebus lucem affert,ne vlla earum tenebris obscuretur.Deinde prꝛterquàm quòd mentiuntur, res prætereà quasi nocte & cæca caligine inuoluunt, delinquentibus operam dant, iniuria affectis struunt insidias:& quæ neque viderunt,neque audiuerunt, neq; norunt,pro certo se nouisse & intellexisse admodum asseuerãt. Admittunt porrò tertium scelus, superioribus multò grauius. Nam quibus lis sit in iudicio,hi cùm rem nec verbis, nec scriptis demonstrare queant, ad testes confugiunt: quorum verba iudicibus pro regula sunt in his quidem rebus, de quibus sunt sententiam pronunciaturi.Istis enim solis attendendum est necessariò,cum nihil aliud sit,quo rei veritas elici possit. Ex quo euenit,vt hi quidem,contra quos testes afferuntur, etiam cùm superiores discedere potuissent,afficiantur iniuria. iudices autem,qui illis aduertunt animum,pro iustis & æquis iniusti iniquíq; habeantur.Scelus porrò prorumpit ad impietatem.Nam non est mos vt iniurati,sed cum iureiurando maximè terribili atq; horrifico sententiam dicant:quod planè multò magis violant illi,qui fraudem aliis faciunt, quàm hi, qui per inscitiam in errorem delabuntur. Quandoquidem horum error non voluntate fit:at illi rem certam verámque scientes oppugnare conantur, dedita opera peccant, & sententiæ suæ aduersarios ad idem facinus impellunt incitántq;,non animaduertẽtes, quam rem moliantur:vt scilicet qui nihil commeruerint,supplicium subeant. His igitur de causis mihi videtur Deus falsum testimonium prohibuisse. Ad extremum cupiditatem vetat, quàm

scit

scit & rebus nouis studere,& insidias tendere solere. Nam quãquam omnes animi perturbationes graues sunt,ipsúmque animum contra naturam commouent, exagitant, & ad se redire non sinunt,grauissima tamen omnium est cupiditas:propterea quòd aliæ quæque cùm à rebus,quæ foris sunt,introeant in animum,& extrinsecus allabantur, videntur esse non voluntariæ: sola autem cupiditas à nobisipsis initium sumit, & est voluntaria. At quid tandem est, quod dico? Species boni, quod adest, quódque in numero bonorum ducitur, animum conquiescentem excitat, erigit, & in sublimè admodum tollit, non aliter quàm lumen suo splendore oculos feriens ex improuiso. Atque hæc eius perturbatio,voluptas nominatur.At malum,quod bono repugnat, quando plagam exquisitè directam violenter incusserit, ipsum animum statim vel inuitum tristitia & mœrore complet.Quæ quidem perturbatio,dolor appellatur.Verùm cùm malum nondum in animi domicilium intromissum, vrgeat, sed pòst aduenturum sit, ad eámque rem se sedulò paret, duas nefandas nuntias, formidinem & solicitudinem anxiam, quæ animum perterrefaciant,præmittit. Atque hæc perturbatio metus nuncupatur.Vbi verò aliquis,boni non præsentis notione animo percepta,ipsum bonum assequi expetat,animi vires longissimè profundit, & dum id, cuius tenetur desiderio, quasi manu præhendere quàm maximè contendit, tanquam rotæ affixus,raptim agitatur.Ac dum ocyus fertur ad consequendum,imbecillitate retardatur,quò minus ad id, quod vult,aliquando perueniat.Idémque illi accidit,quod his,qui aufugientes persequuntur, qui licet celeritate ac cursu minus valeant, propensione tamen sunt superiores. Similis est ratio sensuum. Nam oculi sæpenumero,cùm rem visam, quæ longiore interuallo distat, comprehendere properent, cúmque suam aciem nimium intendant, séque supra vires profundant, inaniter ac frustrà feruntur,in accurata, rei subiectæ comprehensione decepti:atque adeò violento & acri coniectu debilitati,hebescunt. Rursus cùm strepitus obtusus longiore spatio delatus sit,aures excitatæ & impetu in preceps actæ,aduolant,festinant, vt propius,si fieri possit,accedant,auiditate inflammatæ sonum auditione verè percipiẽdi.Sonus autem,vt videtur,(est enim adhuc obscurus)concidit,nihilque affert adiumenti, quò res vlla planius intelligatur:adeò vt percipiendi desiderium, quod neque in perficiendo facultatem,neque in excurrendo modum habet,

magis magisque incendatur, dum cupiditas menti cruciatum Tantali inurit. Ille enim res singulas, quarum amore exardescebat, cùm vellet attingere, fallus est opinione: qui quidem cupiditate superatus, & perpetua rerum absentium siti confectus, dum inani appetitione volutabatur, nunquam satiatus est. Ac sicut morbi, qui natura sua serpere dicuntur, nisi vel secãdo, vel vrendo, præpediti fuerint, pererrant, & vniuersam corporis cõpagem occupant, nullo membro integro & intacto relicto: sic nisi ratio præceptis philosophiæ instructa, tanquam bonus medicus, cupiditatem diffluentẽ coërceat, omnes res ad vitæ vsum accommodatæ contra naturæ regulam de statu suo necessariò dimouebuntur. Nihil enim excipitur, quod hanc perturbationem possit effugere: sed cùm impunitas ei & facultas supperat, omnia depascit, per omnia grassatur. Verùm ineptum est fortasse de rebus tam perspicuis longum sermonẽ instituere: quas quidem non modò in dies singulos, sed (propè dixerim) in singulas horas certas, euidentiáque suæ naturæ indicia omnium oculis subiicere, quis homo est aut quæ ciuitas, quæ ignoret. Amor enim vel pecuniæ, vel mulieris, vel gloriæ, vel rei alterius cuiusquam voluptatem parientis, nunquid exiguorum aut leuium malorum autor & causa exstitit? An non hinc cognatorũ animi abalienantur, naturali necessitudine ac beneuolentia in capitale odium conuersa commutatáque? An non ingentes regiones magna hominum multitudine frequentatæ, seditionibus intestinis & ciuilibus vastantur? An non terra maréq; propter prælia naualia, & pedestres pugnas nouis semper calamitatibus redundant? Nam pestifera bella Græcorum & Barbarorum, quæ vel domi ciues inter ipsos, vel foris alteri contrà alteros suscipiebant, ex vno cupiditatis fonte, dum vel pecuniæ, vel gloriæ, vel voluptati nimis studebant, omnia profluxerunt. Istarum nanque rerum cura conficitur humanum genus. Sed de his satis multa. Neque illud ignorare debemus, decem præcepta, legum omnium, quæ singillatim in vniuersa legum descriptione sacrarum literarum monumentis comprehensa, explicantur, capita & quasi fontes esse. Primum enim vim earum legum, quæ ad monarchiam spectant, continet. Istæ autem commonstrant, vnum mundi autorem esse, principem ac regem vnum, qui salutariter regit & gubernat vniuersa: cuique oligarchiam & democratiam (quæ sunt reipub. pestes apud homines improbissimos ex confusione quadam & anaritia natæ) è cælo, quod

quod est natura purissimum, penitus exegit. Secundum, summa est omnium, quæ de simulachris manu factis sancitæ sunt: quod quidem neque simulachra, neque signa, aut statuas, (quorum pingendi singendique artes sunt effectrices improbæ) fabricari, neque fabularum commenta, neque deorum nuptias, ortúsve, neque fata grauia & inexplicabilia, quæ vtramq; rem commitantur, admittere sinit. Tertio subiiciuntur tum ea, quę sub iusiurandum cadere non debent, tum de quibus iurandum est, & quo tempore, quóve loco, quis, & quomodo affectus & animo & corpore, & quæ denique de iis, qui vel rectè iurant, vel secus, ex Dei oraculo edita sunt. Quartum autem, quod de septimo die celebrando traditur, nihil aliud putandum est, quàm summa festorum, & earum rerum, quæ ad singulorum dierum expiationem pertinent. Continet præterea cultum eorum, quæ aspersiones expiatoriæ, vota propitia, & hostiæ adultæ dicũtur. Septimũ illum dico, cùm qui est cum senario, numero ad procreandum aptissimo, coniunctus, tum qui est absque senario: qui quando illi adiicitur, vnitati similis est. Quorum vtrique festa attribuit assignátque Moyses: vnitati quidem, festum primæ diei mensis, quod tubæ præsignificant, & ieiunium, quo abstinentia ab esculentis & poculentis præcipitur: & illud etiam, quod Hebræi patrio sermone Pascha nuncupãtin quo populus vniuersus, singuli pro se separatim sacrificant, neque expectant suos sacerdotes, cùm lex genti vniuersę sacerdotij functionem, vt videlicet quotannis, vno quodam statuto die, munus quisque obeat sacrificandi, concedat. Quinetiam illud, in quo manipulus offertur ad gratias agendas pro fertilitate vbertatéque terræ campestris à spicarum plenitudine profecta. Et ab illo die eum, qui septem hebdomadis expletis, quinquagesimus numeratur, sacrum esse vultin quo mos est panes producere, qui propriè primarum frugum vocantur: quandoquidem sunt primitiæ germinum & fructuum alimenti mansueti, quod Deus homini, animali omnium mãsuetissimo largitus est. Septenario item maxima festa, & ad multorum dierum spatium celebrata, quæ ad vtrumque æquinoctium, vernum & autumnale aguntur, attribuit, duo duobus temporibus festa assignans, & vtiũq; ad dies septem agendum statuens. Verno alterum, quò semina terræ mandata pubescant, perueniántque ad maturitatem: autumnali alterum, cùm ad aliorum omnium fructuum, tum ad eorum, quos arbores extuleriut, perceptionem. Septem dies

non

non ſine cauſa ſeptem menſibus vtriuſque æquinoctij tributi ſunt, vt quiſq; menſis honorem eximium obtineat, vnum diem ſcilicet ſacrum & ſolennem, quo homines illo intermiſsionis otio lætitiam & oblectationem animis capiant. Extant etiam aliæ leges præclarè admodum ad morum manſuetudinem & communitatem vitæ conſtitutæ: quæ etiam homines ad animi facilitatem æquabilitatémque cohortantur. Quarum aliæ ſunt de ſeptenario celebrãdo à nobis ſuprà poſito: ſicut eſt illud præceptum, vt omnem agrum interquieſcere permittant, & neque ſemen ſpargant, neq; arent, neq; arbores purgent amputéntve, neque alia munera, quæ ſpectant ad agriculturam omnino exequantur. Loca enim tum campeſtria, tum montoſa ſex annis ad fructus proferendos, & ad vectigalium penſionem laborata, intermiſsione donauit, quò ſe colligerẽt, & in libertatem quodammodo vindicarent, naturæque tanquam vacationem conceſsit. Aliæ ſunt de anno quinquageſimo, in quo & ea, quæ modò commemorata ſunt, perficiuntur, & illud etiam, quod eſt neceſſarium maximè, vt hæreditates ſorte diuiſæ ad familias, quę initiò eas poſsidebant, reſtituantur: quæ res & humanitatis plena eſt, & iuſtitiæ. Quintum præceptum, quod de parentum honore datum eſt, multas leges, eásque neceſſarias tacitè indicat innuítque: nimirum illas, quæ de ſenibus, & iuuenibus, quæ de principibus & ſubiectis, quæ de his, & qui beneficia dant, & qui accipiunt, quæ denique de ſeruis & dominis conſcriptæ ſunt. Nam parentes ſuperiorum partes obtinent & locum, in quo ſunt ſenes, principes, benefici, & domini: liberi autem perſonã gerunt inferiorum: in quorum numerum referuntur iuuenes, ſubiecti, beneficiis affecti, & ſerui. Multa etiã alia in hoc præcipiũtur. Iuuenibus, vt ſenectutẽ amplexẽtur: ſenibus, vt iuuentutis curã habeãt: ſubiectis, vt pareant principibus: principib⁹, vt vtilitati ſubiectorum conſulant: his, qui beneficia acceperunt, vt ſint ad gratiam referendam propenſi: illis, qui conferre incipiunt, vt non ſicut in fœnerando fieri ſolet, quæſtum aucupentur: ſeruis, vt amanter & beneuolè dominis miniſtrẽt: dominis, vt manſuetè & benignè erga illos ſe gerant. Ex his illud, quod inæquale eſt, traducitur ad æqualitatem. Ac prior quinarius in iſtis concluditur, formámque legum ſummatim comprehendit: legum verò ſingillatim in ſpecies diuiſarum non exíguus eſt numerus. Poſterioris autem primum caput eſt, quod contra adulteros ſancitum eſt: cui multæ ſubiiciuntur præceptiones: vt

vt ea, quæ eſt contra eos, qui violant virgines, & illa, quæ turpi puerorum amore flagrantes, condemnat, & quæ homines, qui vitam laſciuia & luxuria diffluentem degunt, quíque intemperanti congreſſu & complexibus nefandis ſe contaminant, perſpicuè coarguit. Has ſpecies deſcribit Moyſes, non vt varias & multiplices intemperantiæ formas antè oculos ponat, ſed vt eos, qui turpiter viuunt, apertiſsimè reprehendat: & vt probra frequentia eorum auribus inculcentur, propter quæ erubeſcãt. Secundum caput homicidium vetat, ad quod referũtur omnes leges, quę de vi, de contumelia, de plagis, de vulneribus, de mẽbris mutilatis neceſſariò & magna cum omnium vtilitate latæ ſunt. Tertium eſt de non furando: cui ſubiiciuntur ea, quæ de fraudandis creditoribus decreta ſunt. Item de negatis depoſitis, de ſocietate improba, de rapinis impudentibus, & breuiter de omni auaritiæ genere: vnde nonnulli inducuntur, vt vel palàm, vel ex occulto res alienas ſeponere & ad ſe vocare velint. Quartum de non dicendo falſo teſtimonio: cui multa adhærent, vt non quenquam fraudare in animum inducamus: non calumniari, non delinquentibus ſubſidio venire, non efficere, vt fides ſit tanquam inuolucrum perfidiæ. De quibus vniuerſis leges propriæ & ad ipſa accommodatæ conſtitutæ ſunt. Quintum cupiditatem, quaſi fontem improbè factorum, cohibet: ex quo deriuantur actiones ſceleratiſsimæ: priuatæ, & publicæ: paruæ & magnæ: ſacræ & profanæ, quæ in his rebus verſantur, quæ ſunt corporis, quæ animi, quæque extra poſitæ dicuntur. Nihil enim eſt, vt ſuprà diximus, quod cupiditatem poſsit effugere, ſed vt flamma in ſiluam incidens irruénsque, omnia conſumit, conficit, depaſcit. Multa verò de his, quę ſub eam cadunt, præcipiuntur, non ad admonitionem ſolùm, qua mores corrigantur, verumetiam ad contumaces & præfractos homines coërcẽdos, qui vitam ſuam vniuerſam perturbationibus quaſi conſtringendam dediderunt. Atque de poſteriore quinario ad expletam perfectámque declarationem decem præceptorum, quæ Deus ipſe tanquam oracula diuinitus edidit, ſatis multa dicta ſunt. Erat enim eius naturę conſentaneum, vt ea, quæ ſunt legum in varias ſpecies tributarum capita, propria perſona ac ſua ſanciret: leges autem, quæ ſingillatim editæ inſtitutæque ſunt, per prophetam omnium ſummum perfectiſsimúmque traderet. Cui quidem cùm primas detuliſſet, diuinóque eum compleſſet ſpiritu, ſuorum oraculorum illum ſibi delegit interpret

terpretem. Sequitur iam, vt causam exponamus, ob quam decem siue præcepta, siue leges simpliciter iubendo vetandóque proposuerit, ac nihil pœnæ contra eos, qui essent eadem violaturi (sicut legum latoribus in more positum est) omnino definiuerit. Deus quidem erat, rectus & bonus dominus: mali nullius, sed solùm bonorum autor. Idcirco cùm suæ naturæ coniunctissimum existimaret, salutaria iubere, nulla pœna admixta, nullius supplicij participia (quò nemo temerarium mentis impetum secutus, inuito animo, sed recto consilio ac ratione adductus, sua sponte ac voluntate optima deligeret) non censuit leges cum pœna statuta, sanciendas esse. Nec tamen maleficis impunitatem largitus est, sed nouit iustitiam (quæ ei in consilio assidet, quæque res humanas intuetur) vtpote natura sua prauitati aduersariam, non conquieturam aliquando, sed perinde atque illud opus sibi propriè attributum haberet, delinquentium errata supplicio vindicaturam. Nam quemadmodum par est, vt Dei ministri ac præsides non aliter, atque belli duces, his qui de statione, in qua sunt locati, decedunt, iustitiæq; quasi aciem deserunt, præficiantur, quiquidem illos delinquentes coërceant: ita certè conuenit, vt magno & præpotenti regi communis vniuersitatis salus & incolumitas commendetur, qui & pacem conseruet, & omnia eius commoda omnibus vbiq; semper affatim & copiosè suppeditet. Deus enim reuerà pacis moderator est: eius autem ministri bello gerendo præficiuntur.

PHILONIS IVDAEI, De magistratu, siue principe deligendo.

Ioanne Christophorsono Anglo, interprete.

NONNVLLI parum multitudinis vtilitati consulentes, suadent, vt magistratus sortitò capiantur. Sors enim non virtutem, sed prosperum fortunæ casum declarat. Nam multi sæpenumero honoribus nec promerentes potiti sunt: quos quidem vir bonus, vbi imperium sit cõsecutus, vetat, quò minus vel in numerum eorum,

eorum, qui imperio parent, referantur. Etenim qui parui principes, seu magistratus apud quosdam dicti sunt, quos dominos appellant, seruos aut vernas, aut emptitios non omnes quidem, quos poterunt, sed eos solos, qui dicto facilè audientes sunt, ad sua opera facienda secum sæpenumero abducere: alios autem, qui sunt moribus adeò insanabiles, vt indigni videantur, qui bonis viris inseruiant, gregatim non raro diuendere solent. Non conuenit igitur dominos ac moderatores, qui sunt vniuersæ ciuitati, & genti præfuturi, sortitione, tanquam lubrico fortunæ casu (quæ est res planè incõstans & instabilis) deligi. Quin in his, qui ad ægrotantium curam adhibentur, sorti nihil loci relictum est. Nam medici non sorte deliguntur, sed ipsa experientia spectari solent. Et ad prosperum nauigantium conseruationémque, non qui sorte munus gubernandi acceperit, statim ad puppim mittitur, quippe qui sit etiam in serenitate trãquillitatéque per inscitiam naufragia fortè facturus, sed qui à primo tempore ætatis arte gubernandi videatur accuratè institutus fuisse. Atque hic quidem est, qui aut omnia, aut quàm plurima saltem maria nauigando perspexerit: qui emporia, portus, ostia maris, sinúsque angustos, siue in insulis, siue in continenti fuerit illi quidem, diligenter lustrauerit: qui itinera maris non minus, quàm terræ, imò verò magis ex accurata cælestium siderum consideratione perdidicerit. Nam astrorum cursus obseruando, constantésque & ratos eorum motus sedulò sequendo, poterit, cùm à recto cursu aberratum fuerit, ad certam & directam viam insistendam redire: quo fit, vt humanum genus, quod terram incolit, per mare, quod ad nauigandum factum est, rem planè omnium periculosissimam, tranare queat. Quotus ergo quisque est, qui cùm vel ciuitates magnas regere, easque multis hominibus frequentatas ac plenas habitatorum, vel respublicas capessere: rerúmque priuatarum, publicarum, ac sacrarum curam (quam si quis artem præstantissimam, & scientiam omnium facilè principem appellet, non planè aberrauerit) suscipere instituat: incerto & ancipiti sortis casu munus illud ponderare voluerit, exquisita veritatis trutina relicta? Veritatis autem trutina, sunt argumenta, quæ ex ratione ducuntur. Ista igitur vir sapientissimus Moyses mẽte circumspiciens, magistratuum, qui sortitò creantur, ne mentionem quidem fecit: sed eorum, qui mãdantur suffragiis, autor ac suasor esse cogitauit. Ait igitur: [Constitues super te principem, non

non alienum,ſed ex fratribus tuis.] Ex quo perſpicuè declatat, eam liberam & voluntariam magiſtratus ſeu principis electionem eſſe,eámque de eo creando inquiſitionem omni reprehenſione carere, quam vniuerſa hominum multitudo ſit communi conſenſu confirmatura. Electionem autem Deus,qui omnes res ad communem vtilitatem accommodatas ſtabilire ſolet, quaſi ſigillo ſuo ratam facit: quippe cum generis electionem, quæ in hominibus cernitur,tanquam aſpectum in corpore exiſtimet. Duas quidem cauſas,cur alienus ad magiſtratum non ſit deligendus,recenſet Moyſes:vnam,ne auri,argenti, & pecudum multitudinem colligat, néve multas diuitias ex eorum egeſtate,quibus præeſt,omnino iniuſtè partas reponat. Alterã, ne gentem ex propriæ regionis ſedibus dimotam, ſuæ auaritiæ explendæ gratia aliò demigrare,& huc illúcque abſque fructu vagari cogat:ſpémq; inanem maiora commoda acquirendi eius animo iniiciens,illis, quibus iam anteà ſecura fruebatur,penitus priuet. Nam Moyſes,vt videtur, tribulem eum & cognatũ cogitatione anticipauerat, qui neceſsitudine ſit cum ea cognatione, quæ ſumma eſt,colligatus. Atque cognatio ea quidem ſumma eſt,cùm ſit vna reſpublica,lex vna eademq;, & vnus Deus.Cuius quidem legis ſubſidio fit, vt qui eadem gente orti,ad rempub.regendam deliguntur,nunquam talibus vitiis qualia cõmemorata ſunt,ſeipſos inficiant:ſed contrà,pro tranſlatione incolarũ à ſua patria in alienam, illis qui in peregrina & extera regione,diſperſi, eandem religionem colunt, tutum planè aditum in ſuam concedere,pro alienæ pecunię direptione,his qui opis indigent,opitulari,ſuásque facultates ac fortunas in commune conferre velint. Primo die,quo ad magiſtratum quiſpiam acceſſerit,iubet Deus,vt ſua manu compendium legis,quaſi tabulam omnes leges breuiter comprehendentem, deſcribere incipiat:eo planè conſilio,vt illa,quæ præcepta ſunt, in eius animo firmè inhæreſcant.Nam legenti quidem ſententiæ celeriter percurſæ,è mente effluunt: at libero ſe vacuo animo ſcribenti, in memoria firmius imprimuntur altiúsq; inſident,dum cogitatio attentè in ſingulis immoratur, & ſe penitus in illis defigit,nec antè ad alteram ſe transfert, quàm priorem perfectè plenéq; comprehenderit. Atque cum ſcripſerit, in dies ſingulos legere & euoluere ſtudioſè nitatur, quò non modò præclara illa præcepta,quæ omnibus ſunt adiumento,aſſiduè & ſine intermiſsione memoria repetat,verumetiã,animo ritè

ritè inſtituto,& ad perpetuam ſacrarũ legum cõmentationem aſſuefacto,conſtans earũ amor & deſiderium in ipſo ingeneretur.Etenim cõſuetudines diuturnæ amicitiam verã ſyncerãq; non erga homines ſolùm,ſed etiã erga amabiles illas literarũ formas gignunt.Hoc facilè fiet,ſi princeps libros & cõmentarios nõ alterius,ſed ſuaipſius manu ſcriptos legat.Nam ſua cuiuſque ſunt cuiq; & notiora & faciliora ad intelligẽdum.Arq; ei legenti talis fortè occurret cogitatio:ego,qui tantus & tam præpotens princeps ſum,iſta,nõ alio vſus miniſtro(cũ infiniti ferè adſint mihi) meaipſius manu deſcripſi. Nũquid igitur vt librum eo modo implerem,quo illi,quo mercede cõducti ſcribant,aut qui oculos exerceant & manus,illos ad cernendi ſenſum acuendum,has autẽ ad ſcribendi celeritatẽ? Nullo modo certè:ſed vt iſta in libro ſcribens, ſtatim pòſt in animũ trãſcriberem,& diuiniores formas,quæ deleri non poterũt, in mẽte imprimerẽ.Alij quidem reges bacillo,quod manu tenent,pro ſceptro vtuntur:erit autem mihi ſceptrũ,liber, qui ſummã legum complectitur:erit etiã decus & gloria,quã nullus aduerſarius poſsit obterere:erit denig; inſignæ imperij integri, incorruptiq; primã regni Dei effigiem adũbrantis. Sacratis igitur legibus perpetuò nixus fultusq;, duas res longè præſtantiſsimas obtinebo.Vnam,æqualitatẽ,qua nihil melius reperiri poſsit. Arrogãtia enim & inſolentia eſt animi inſulſi parũ futura proſpicientis.Aequalitas autẽ beneuolentiam & ſecuritatẽ ab illis,quibus præſumus (nam hæc duo pro debita meritorum cõpenſatione reddunt) nobis conciliat.Quod autem inæquale eſt,grauiſsima creat pericula.Atq; vt illa quidem,dum ab inæqualitate,quæ inſidiarũ tenebras,& bella ſubminiſtrat,prorſus abhorreo,facilè poſſum effugere:ita dum æqualitatẽ, quæ eſt à ſeditione aliena,quæq; quaſi lucem ſecuritatis & tranquillitatis ſtabilitatẽ gignit,diligenter colo,vitam tutam & ab inſidiis vacuam degã.Alteram rem quoq; hinc acquirã,vt non tãquam in tutrina,leges ac decreta à vero detorquẽdo deflecten dóve,in alteram partẽ propendeam:ſed dem equidem operã, vt ea,quò viuẽdi rationẽ integram & ab omni labe vacuã aſſequar,per mediam viam publicã recto æquabilíq; greſſu deducam.Mediam autẽ viam,Moyſes regiam nominare ſolet, quæ eſt interpoſita inter nimiũ & parum:neq; id quidem ſine cauſa.Siquidem medium in ternario ſummũ gradum,& vt ita dicam,imperatorium obtinet:atq; ea,quæ vtrinq; ponuntur, in-

dissolubili vinculo ad cohærentiã copulat,à quibus etiã ipsum, regio more,vndiq; stipatũ est.Ait porrò Moyses,principi legitimo æqualitatẽ colẽti,incorrupte ac verè iusta æquáq; iudicãti,omni cura & cogitatione in legũ præscripta inquirenti, imperij diuturnitatem,præmiũ esse propositũ:non quòd vita multorum annorũ ei in repub.administrãda à Deo tribuatur, sed vt doceãtur ignari & imperiti rerũ,principẽ æquũ & legitimũ, quãuis excedat è vita,propter res gestas,quas tanquã suæ probitatis monumẽta, quæ nulla vnquã delebit obliuio, reliqt ad immortalitatẽ diutissimè victurum.Est præterea illius qui summũ maximúmq; magistratum in repub.gerit,vicarios seu socios sibi deligere:qui & administrationi & iudicio,& aliis deniq; rebus procurãdis,quæ ad cõmunem pertinẽt vtilitatẽ,vnà præsint.Nam vnus,etiã si studio paratissimo sit,& corporis,animíq; robore maximè omnium polleat,nõ satis habet viriũ ad magnitudinẽ multitudinémq; negotiorũ,quæ quotidie tã crebra,alia aliũde,afferũtur,sustinẽdam,nisi sibi(cui quidem arrogãtia,non solũ detestãda,sed vt malũ omnium maximũ maximéq; infestũ,habẽda odio est)eos adiunctos habeat,qui præ cæteris prudentia,viribus,iustitia, & pietate præstare videantur. Isti enim erunt adiutores ac socij ad probũ præstantémq; virũ, qui est reipub.negotiis vehemẽter oppressus.subsidio leuãdum recreãdúmq; maximè idonei. Quinetiam cùm causarum aliæ grauiores sint,leuiores aliæ,has quidẽ ne rebus parui momẽti conflictetur,magistratibus inferioribus non absq; causa debet committere:illarũ autem,ipse necessariò animaduersor sit longè accuratissimus.Causæ grauiores sunt illæ quidem putãdæ, non vt quibusdã placet,cùm nobiles cũ nobilibus de iure disceptant,aut cum locupletibus locupletes,aut principes cũ principibus,sed cõtrà,cùm priuati,egẽtes,& inglorij cum potẽtioribus controuersiam habẽt:vbi in iudice sola spes sita est,nimirũ vt nihil intolerabile indignúmve subeãt. Vtriusq; rei exẽpla, quæ sanè imitari præclarum est,in sacris legibus reperiuntur. Erat enim tẽpus aliquãdo,cùm solus Moyses iudicia administrauit,séq; à primo vsq; mane ad vesperã iisdẽ fatigauit:at nõ multò pòst,socer eius,cũ videret,quãto & quàm graui negotiorum onere premeretur,dũ qui lites,alter alteri,intẽderãt,semper confluebãt,optimũ ei consiliũ dedit, vt vicarios seu socios sibi deligeret:quò hi quidẽ de rebus leuioribus deciderent,ipse autẽ in grauiores inquireret,sibíq; tẽpus ad se colligẽdũ daret,

Quiq

Quibus verbis persuasus Moyses(habebant enim non parum vtilitatis) spectatissimos viros ex vniuersa multitudine elegit, eósq; rectores simul & iudices constituit:præcepitque vt ad se referrent rerũ iudicia grauiorum.Hunc descriptum ordinẽ sacrosancti libri continẽt ad principes ac magistratus cuiusque ætatis erudiẽdos.Primũ ne consiliarios reiiciant, quasi ipsi satis habeãt virium ad omnia suapte ingenij acie circũspiciẽda, cùm Moyses omnium sapiẽtissimus ac sanctissimus eos minimè fuerit aspernatus.Deinde,vt secundos & tertios rectores deligant:eo quidẽ animo,ne ipsi rebus leuiculis defatigari.grauiores magísq; necessarias negligãt.Fieri enim nequit, vt natura humana omnia assequatur. De vno quidem exẽplo dictũ est.Alterius iam facienda est fides.Eas lites,quæ sunt humiliorũ abiectiorúmq;,dixi esse grauiores.Imbecilla res, vidua, pupillus & aduena.Horum causas summũ regem, & eum, qui omnium præficitur imperio,disceptare oportet. Nam, vt apud Moysen est,huius vniuersitatis moderator Deus,eos non à suo æqua iurisdictione reiicit. Etenim cùm propheta virtutes Dei prædicat ad hũc modum,Deus magnus & potẽs, qui nõ accipit personam,neq; munus recipit,iudicium faciens. adiũgit,Quibus est iudicium?nõ præsidibus & tyrãnis,& his qui terræ marísq; dominatu potiti sunt,sed aduenæ,pupillo,& viduę.Aduenæ,quia cognatos,quos solos adiutores habuisse cõuenerat,hostes sibi implacabiles reddiderit,dum à fabularũ cõmentis, & à multorum deorum imperio(quas res permagno æstimarunt parẽtes.aui,maiores,& omnes qui sanguinis cõmunione cum eo,qui hanc præclarã migrationem fecerit,cõiuncti erãt) se ad veritatẽ transferebat.Pupillo,quia patre & matre, qui sunt natura adiutores propugnatorésq; orbatus sit,atq; adeò facultate quæ sola est ad auxilium ferendũ necessaria,destitutus. Viduæ deniq;,quia viro,qui parentũ loco tum curã illius,tum patrocinium susceperat,priuata sit.Nã eædem partes viro tribuuntur in tuẽda vxore,quæ parẽtibus in virgine.Ferè etiã vniuersa Iudæorum gens locũ obtinet pupilli,si cũ cæteris omnibus cõparetur.Hæ nãq;,cùm calamitates vrgeant,modò cælitus nõ fuerint inuectæ,propter crebra inter ipsas vitæ cõmercia non destituuntur illis opitulatoribus,qui cõmuniter ipsis inseruiant. Illi autẽ genti,cùm peculiaribus institutis ac legibus viuat,nemo est,qui opem ferat.Nam homines ex ea editi,graues quidẽ sunt necessariò: vtpote qui tanquam oleo seipsos tinxerint ad

ſummæ virtutis profeſsionem. Et quod graue eſt, ſeuerum eſſe ſolet: à quo magna pars hominum, propterea quòd voluptatis cenſectetur illecebras, abhorrere videtur. Attamẽ Moyſes ait, Deum vniuerſi rectorẽ, cui gens iſta ſe totã dicauerit, eius orbi tatem & ſolitudinẽ commiſerari: quandoquidẽ ea ſola ex vniuerſo hominũ genere Deo procreatori & parenti, quaſi primitiæ, tribura eſt. Cauſa quidẽ eſt iuſtitia eximia virtúsq; eorum, qui autores huius gentis extiterunt: quæ res non aliter, atque immortales plantæ, permanentes, fructum perpetuò florentẽ, poſteris ſalutarem, & omnibus vtilem (modò ipſi ſe vitiis, nõ quæ nullam recipiunt curationẽ, ſed quæ ſanabilia ſunt, ſolùm contaminauerint) producunt. Neq; quiſquam certè, qui nobilitatem in numero perfectorũ bonorum ducit, rectè facta contemnat: ſed ſic putet potius, eum in grauius odium meritò incurſurum, qui ex optimis ortus parentibus, ſuæ vitæ ac morum vitioſitate illis turpitudinis maculam aſperſerit. Nã cùm domeſtica probitatis habeat exempla, quæ ſibi proponat ad imitãdum, & nihil inde ad ſalutarem vitæ inſtitutionem excipiat, vehementer culpandus eſt. Lex porrò homini patrocinium ac curam reipub. ſuſcipienti rectiſsimè interdicit, ne in gente doloſè incedat, Nam fraudulenti mores ſunt animi illiberalis & abiecti, ſimulationis tenebris facinus admiſſum obtegentis. Princeps enim ſic illos, qui ſuo parent imperio, tueri debet, vt parens liberos: quò ipſe ab illis etiam, tanquã ab ingenuis filiis viciſsim colatur. Ac propterea cõmunes ciuitatum, ac gẽtium quaſi parẽtes (ſi verũ dicendum eſt) ſunt boni principes & magiſtratus: qui parem, imò verò maiorem interdum benevolentiam erga ſuos declarant. Sed qui ad perniciem ac damnũ eorũ qui reguntur, magnos ſibi principatus acquiſiuerunt, non principes, ſed hoſtes appellandi ſunt: quippe cũ ea moliantur, quæ capitales & infeſti inimici ſoleant. Quinetiam qui aſtutè & ex occulto faciunt iniuriã, ſunt deteriores his, qui apertè nos oppugnant: ſiquidẽ hos facilè propulſare licet, cùm ſimultatẽ ſuis quaſi integumentis euolutam palàm oſtẽdant. At illorum improbitas, cùm alienum apparatũ, tanquam in theatro, quò minus verè, qui ſint, cognoſcantur, ſibi aſſumant, ægrè percipi deprehendive poteſt. Atq; principatus ac magiſtratuum genera ſola magnitudine ipſa inter ſe diſcrepãtia, per vniuerſas (propè dixerim) vitæ partes manant ac funduntur. Nam quòd rex eſt ciuitati, idem eſt pago primarius, familiæ dominus, medicus

cus ægrotis, dux exercitui, nauarchus claſsiariis, & mercibus: nauib⁹ mercatoriis & onerariis nauclerus: gubernator nautis. Quibusquidẽ omnib⁹ poteſtas eſt vel bene de ſuis promerẽdi, vel malè. Velle autẽ debẽt, quod melius eſt: ac melius profectò eſt, prodeſſe quibus poterũt, nemini obeſſe. Eſt enim iſtud, Deũ ſequi. Quandoquidem licet illi facultas ſuppetat vtrumq; præſtandi, vult tamen ea ſola, quæ bona ſunt. Argumento eſt mũdi ortus, & eius gubernatio. Nam quæ nõ erant, euocauit in lucẽ, vt eſſent: ordinẽ exinordinato: qualitates ex his rebus, quę iiſdẽ carebant: ex diſsimilibus ſimilitudines: ex diſsparibus naturis, pares & in idem cohærentes: ex rebus à cõmunitate & concẽtu abhorrentibus, cõmunitates & concẽtus: ex inæqualitate, vt ita dicam, æqualitates: ex tenebris deniq; lucẽ efficiens. Illi enim & beneficis eius miniſtris ſemper curæ eſt, vt deterioris naturæ erratũ in meliorem rationem cõmutent cõuertántq;. Par eſt igitur bonos principes ac magiſtratus, ſi qua illis cura ſit, vt Dei ſimiles efficiãtur, iſta ſedulò imitari. Ac cũ infinita ferè ſint, quæ præterfluunt & mentis humanæ aciẽ fugiunt, vtpote quæ in tantã ſenſuum turbã, quæ falſis opinionibus eam a vero abducat, inq; fraudem illiciat, illigata ſit, imò verò in corpore mortali (quod ſepulchrũ propriè appellari poteſt) condita & quaſi humata, nullum iudicẽ pudeat fateri ſe neſcire, quod neſciat. Nam primùm, qui mentitur, ipſe ſeipſo fit deterior, cùm ex animo veritatem, tanquã in exilium eiecerit. Deinde verò, dum cæcã ſuam notitiam palàm oſtendit, eos de quibus habetur iudicium, propterea q⁹ ea parum videt, quæ iuſta ſunt, infinitis certè afficiet incõmodis. Quando igitur obſcuritas ipſarũ rerum, quæ ſua natura magnas tenebras menti offundunt, impedimento eſt, quò minus percipiantur, earũ indicia ab ſe reiiciat, referátq; ad iudices ſolertiores. At quoſnã alios iſtos eſſe putemus, quàm ſacerdotes, & eũ qui primas inter illos tenet? Etenim veri & ingenui Dei miniſtri, ſunt acuta admodum mẽtis indole imbuti ad diſcernendum: & quia Deus ipſe, ſummus eorum rex ac dominus, exquiſitiſsima acie, quid agant, obſeruat, erratum etiam, quod alioqui perexiguũ eſt, non exiguum ducunt. Quapropter omnibus ſacerdotibus præceptum eſt, vt nec vinum, nec quod inebriare poſsit, bibentes, victimas offerant, ne vllum erroris & delirationis venenum irrepens in animum, eius oculos cæcet. Fortaſſe etiam quòd qui verè ſacerdos ſit, ſtatim ſit propheta: neque genere magis quàm virtute

ad Dei cultum & obseruantiam accedit. Prophetę autem nihil obscurum est & incognitum: quippe cùm solem sola cõprehensum cogitatione, & radios, quos nulla vmbra opacare poterit, in se contineat: quibus certè ea, quæ sensum fugientia, sola mẽte percipiuntur, euidentissimè comprehendat. Rursum, qui sunt mensuras, pondera, & stateras tractaturi, vt mercatores, caupones, circũforanei, & qui aliis merces vendunt ad viuendũ necessarias, siue siccæ illæ sunt, siue humidæ, à præfectis fori reguntur illi quidem: sed deberẽt, modò homines moderati tẽperatíq; essent, ipsi sibi imperare, nec metu, quę æqua sunt, sed sua voluntate facere. Nam rectè factum, quod nostri ipsorum animi inductione fit, omnino præstabilius est, quàm quod necessitate coacti facimus. Quocirca iubet cauponibus, mercatorib⁹, & aliis, qui eiusmodi vitæ genus delegerunt, vt æquas stateras, mensuras, & pondera sibi cõparent, nihílq; per fraudem moliãtur, quò emptores damno afficiant, sed ex animo liberè & syncerè singula & dicant, & agant: illud mente complectentes, iniquos quæstus ad pernitiem valere maximè: diuitias cum æquitate partas, nunquam nec eripi, nec surripi posse. Et quoniam mercedes opificibus, propẽsæ solertísq; industriæ præmia proponuntur (nam qui sunt in egestate, hi opus faciunt, non illi, qui in magna rerũ abundantia viuunt) præcipit, ne illis differatur solutio, sed eodem die operis merces præbeatur. Nam absurdum est, vt locupletes ex illis rebus, quæ inopibus suppetũt, fructum capiant, & ipsi, cum omnibus copiis circũfluuant, gentes contrà, non pro eodem illicò remunerẽtur. An non ista manifesta sunt exempla, quæ intuentes maiora scelera pręcaueãt? Qui enim nõ soluit mercedem debitã omnino procrastinari, sed vesperam statutam esse voluit, ad quem opifex, præmio laboris accepto, domũ abire debet: an non idem multò anteà, rapinam, furtũ, fraudationem creditorũ, & quæ sunt eius generis, vetabat, quò animũ ad spectatas probitatis formas ac species percipiẽdas instrueret pulchréq; informaret. Est illud itẽ præceptum præclarè, ne quis iniuriã acceptã etiã cùm possit, memoria teneat, neq; par pari propterea referat, neq; quenquam cõuitio probrísve afficiat, & maximè quidem surdum. Nã pugna est illa quidem omniũ iniquissima cùm altera pars in agendo, altera in patiendo solùm versatur. Ac perinde faciunt illi, qui obices cæcis opponunt, aliásq; res ante pedes proiiciũt, atque hi, qui mutis, & auribus captis maledicunt. Nam cùm illas

illas propter ignorationem transgredi nequeant, necesse est eos in hæc duo incommoda incidere, vt & à via aberrent, & pedum lędant vestigia. Illorum ergo animis, qui eiusmodi rerũ cùm inuentores, tum æmulatores sunt, lex metum, quem Deus ipse minatur, iniicit: idque meritò & accommodatè. Nam eos, qui sibiipsis succurrere non valeant, solus ille manu sua protegit defenditq;. Atque iniustè facientes sic ferè coram affatur. Quid stulti? vos ne, me nescíente, peccare vos posse arbitramini? Qui certè cùm eorum calamitates irrideatis, & peccetis in eas res, quibus eos miserè affligi contigerit, in aures scilicet, maledictis, in oculos, obicibus ante pedes proiectis, Deum, qui omnia oculis intuetur ac lustrat, nunquam celare poteritis. Qui etiam miserorum res asperas afflictásq; perinde insectamini, ac si vos non sitis pares calamitates subituri: vti videlicet tum corpus omni morborum genere captũ oppressumq;, tum sensus penitus fractos diminutósq; habeatis. Quiquidem exiguæ & leuiculæ rei causa non langueſcunt modò, sed eas etiam perferunt debilitates, quæ nũquam in integrum restitui queant. Eos igitur, qui suiipsorũ obliti sunt, & sibi plus honoris & gloriæ vendicant, quàm, quod humanæ naturæ imbecillitati debeatur, & incertas atque improuisas fortunæ insidias (quę sępenumero fulmina ex inopinato iactat, & eos qui se eundo vitæ cursu vtuntur, in ipso fœlicitatis portu euertit) omnino effugisse se credunt, quid attinet se insolenter efferre, & in aliorum miserias supramodũ insultare? Cur non iustitiam potius, tum quæ Deo omniũ rectori ac duci assidet, tum cui ea datur facultas, vt etiam, quæ in recessus abduntur, non aliter, ac si in clara solis luce essent posita, vigilanti & peracuta oculorũ acie conspiciat, admodũ reuerentur? Isti mihi videntur propter nimiam crudelitatem, ne à mortuis quidem abstinere manus, sed quod vulgò in prouerbij cõsuetudinem abiit, mortuos mactare non vereri. Nam in membra, quæ sunt iam quodammodo mortua (oculi enim, qui nõ cernunt, mortui sunt, & aures itidem, quæ non audiunt) vsq; eo insultãdum, contumelioséque inuadẽdum statuunt, vt in eũ cuius hæc sunt membra, etiã si ex hominum numero deletus esset, feram immanitatẽ, & animũ implacabilem declararent: nec quicquam humanitatis commiserationísve (quæ duo etiam hostes in crudelissimis bellis erga mortuos seruare solent) erga eum præstarẽt. Sed hæc hactenus. Deinceps concẽtum quendã similium præceptorũ tradit,

his verbis: Non facies iumenta tua coire cum alterius generis animantibus: non vineam seres diuerso semine: vestimenta ex duobus contexta (opus planè adulterinum) non indues. Primum præceptum annumeratur ex legibus, quę contra adulteros, latæ sunt, quò sceleris turpitudo magis ante oculos proponatur: videlicet ne alienis nuptiis, non modò coniugum mores violando, verumetiam bonam spem ingenuæ sobolis propagandæ penitus pręcidendo, aliquando struamus insidias. Nam qui animalibus rationis expertibus coitu eorum, quæ sunt alterius generis, interdixit, videtur fibras adulterij radicitùs euulsisse. Ad eas item leges, quæ iustitiæ sunt propriæ, hoc ipsum etiam referri potest. Neque est recusandum, quò minus vnam eandémque rem, si qua ratione fieri possit, ad plura accommodemus. Par est igitur, ea, quæ communione coniungi possunt, in vnum cogere. Quæ enim sunt generis vnius, ad communitatem nata sunt: siquidem contrà, quæ sunt diuersi, à coniunctione communionéque abhorrent. Quibus quidem si quis nefarios congressus admiscere moliatur, iniquus est, & legem naturæ euertit. Lex etiam, quæ verè sacra est, tanta vtitur cautione in æquitate tuenda, vt ne agrum animalibus, quæ sunt robore disparia, arari permittat: sed vetet, quò minus asinus & bos simul iugati arent: ne animal: quod imbecillius est, præpotentibus robustioris viribus, magis eniti & contendere coactum, defatigetur ac penitus succumbat. Atque tametsi bos animal robustius in numero mundorum animalium ponitur, asinus autem, imbecillius animal, in numero immundorum: tamen illis animalibus, quæ videntur deteriora, vtilitatem, quæ ex æquitate capitur, lex non inuidit: idque mea quidem sententia, necessariò ad iudices erudiendos, ne ignobiles & abiecti in iudiciis inferiores discedant. Apud quos non de genere, sed de virtute, aut vitiositate disceptari solet. Est illud præceptum, quod est postremum in coniugatione, nimirum, Ne linum cum lana, quæ sunt alterius generis, contexas, istis quidem haud quaquam dissimile. Etenim in illis non solum diuersa natura, res est à societate aliena, sed etiam vis violentior alterius (quando necessitas postulat, vt illis vtamur) ad dilacerandum potius, quàm ad coniungendum valet. In coniugatione trium præceptorum, illud medium locum obtinet: Ne quis vineam diuerso semine ferat. Prima causa est, ne quæ essent generis diuersi, ipsa inter se commiscerentur.

Nam

Nam sata cum arboribus, & arbores cum satis minimè coalescere cohæreréque solent. Ac propterea natura non idem tempus certum statutúmq; virisque definiuit ad anniuersariorum fructuum procreationem: sed his ver, tempus oportunum tribuit ad demetendum: illis autem ad earum fructus percipiendos, qui durioribus inuolucris obteguntur, extremam ęstatem. Vsu venit enim eodem tempore, vt hæc quidē siccitate arescāt, cùm anteà siccitate aridæ. Nā hyeme, cum folia arboribus excidunt, sata florent: vere autem è contrario, cùm omnia genera satorum arescunt, arborum, tam mansuetarum quàm agrestiū materiæ frondescunt. Et est eadem ferè temporis circumscriptio, in qua & satorum fructus matureſcunt, & fructus arborū initium sui ortus capiunt. Meritò igitur ea, quæ sunt tot differentiis, & naturæ, & florum, & idoneorū temporum ad suos fructus producendos inter se distincta, seiunxit ac segregauit: ordine in inordinati locum introducto. Nam ordini cognata est pulchritudo, inordinato autē deformitas. Secunda est, ne vtraq; species vicisim & lædatur & lædat, dū altera alterius ad se attrahit alimentum. Quoquidē (sicut in fame & rerum necessariarum penuria accidit) minutatim distributo, plantæ omnes omnino flacceſcent: & vel sterilitatem suam ipsæ ostendent, cū sint omnino infrugiferæ, vel inopia alimenti debilitatæ, nunquam eximios fructus producent. Tertia autem, ne frugifera terra nimis graui onere prematur: idq; partim ob continuam & cohærentem rerum eodem tēporis momento seminatarum consitarúmve crebritatem, partim ob duplicatam fructuū propagationem. Nam domino ex agro, sicut regi ex ciuitate, satis est vnum vectigal quotānis exigere. Plura autem tributa velle capere, est insignis cuiusdā auaritiæ: qua leges naturæ penitus proſtratæ iacent. Quare lex cum his, qui vitem auaritiæ causa serere statuerint, sic loquitur: Ne sitis deteriores regibus, qui armis & copiis militaribus vrbes ac regiones subegerunt: qui quidem, quò non solū in posterum prospiciant, verumetiā illis, qui in sua ditione sunt, parcant, vnum annuum vectigal exigēdum decernunt: hoc apud animum proponentes, vt ne exiguo tēporis spatio eos prorsus ad extremam inopiam redigāt. Vos ex eodem solo, vere quidem, hordei, & tritici tributa exigitis: æstate autem, eorum fructuū, qui durioribus integumentis inuoluuntur: sicq; idem solum, duplici vectigali exacto, eneruare vultis. Defatigabitur quidem ipsa terra, nec iniuria, more ath-

letæ, cui non datur locus respirandi virésque colligendi, quò ad alterius certaminis initium paratior accedat. Verùm, vt videtur, vos eorum, quæ ad communem vtilitatem præceperim, facilè estis obliti. Quod si memoriam præcepti, quod de septimo anno traditum est, teneretis, quo æquum putaui agrum propter labores sex annorum, quos statutis anni temporibus fructus secundum naturæ leges proferendo sustinuisset, quasi sacrum debere interquiescere, nullóque agriculturæ opere fatigari, non iuueniliter ac temerè elati, non violenta auaritiæ impulsione commoti, de sementi noua cogitaretis, terréq; tum quæ arboribus consita est, tum maximè, quæ est culta vitibus, semina mandaretis, quò duplici fructu, vtroq; quidem iniusto, in singulos annos, vestras opes amplificaretis: ac præ nimio facultatum augendarum studio, præter modum auidi & appetẽtes pecuniæ conquirendæ videremini. Nam qui septimo anno agros suos quiescere permittit, nullo fructu ab illis percepto, quò terra fatigata vires suas reficiat, idẽ nequaquam eandẽ duplici onere grauare premeréq; in animũ inducet. Quocirca inter eiusmodi reditus non modò vuæ germen, sed sementis fructum prophanum & impurum esse cõstanter affirmarem: partim quòd spiritus vitalis, qui in feraci solo residet, opprimitur quodammodo & suffocatur, partim quòd, qui eas res hoc modo parare studeat, Dei munera labefactat absumítque: atque adeò suas cupiditates, dum eas modicis terminis minimè circũscribit, lõgè latéq; fluere ac diffundi sinit. An non ergo par est eiusmodi præceptiones amplexari, quæ hominum auaritiã admodum coercẽt penitúsq; amputant? Qui enim, dum priuatus est, se assuefecerit, etiam in plãtis ab iniquo lucro abstinere, idem si maioribus opibus comparatis fiat rex, eandem consuetudinem erga viros pariter ac mulieres tenebit: ne scilicet duplicia tributa exigat, néve illos, qui ipsius parent imperio, vectigalibus opprimat. Nam cõsuetudo, quæ simul cũ ætate creuit, ad duros ac difficiles mores tum molliendos, tum instituẽdos quodãmodo, tum deniq; ad formas pulchriores scitè effingendos, saiis habet viriũ. Ac formæ pulchriores sunt illæ quidem, quas iustitia in animo imprimit insculpitq;. Ista quidẽ Moyses sigillatim vnicuiq; decernit. Sunt etiã alia præcepta latius patẽtia, quæ genti vniuersæ cõmuniter edicit: admonens, vt ea non erga amicos solùm & socios, verumetiã erga eos, qui à nostra societate desciuerũt, præstemus. Ait enim, si intra mœnia cõclusi, vestro parete imperio recusent, vestra iuuẽtus probè armata, cum apparatu bellico eos adoriatur, & exercitu vndiq; circũfuso, ad aliquod tẽporis spatium expectet, & quò res gerendas firmius cõstantiúsq; suscipiat, rationi potius, quàm iræ obtemperet. Confestim igitur fœciales mittãt, qui eos ad concordiã hortentur: & pariter vires copiarum eos obsidentium ad bellum gerendum aptissimas commonstrent. Quod si eorum, quibus ad nouas res moliendas adducti erant, illos pœniteat, & quacunque conditione conuersi, se quò pax constituatur, vobis subiiciant, vestri fœdera (pax enim licet valdè incommoda, bello longè anteponenda est) lubentes excipiant: sin viribus & audacia confisi, magnos spiritus sumant ad contumaciam, vestri, vbi æquitatis subsidium, quòd nequid superari, nacti fuerint, machinis primùm ad murum admotis, impetum faciant. Deinde partibus eorum disruptis, agmine facto, irruant. Atque telis in hostes exquisitè coniectis, in omnes partes, districtis gladiis, eos trucident: nec ea, quæ anteà pacis appetentes, patrare ad tempus differebant, acriter & acerbè vsque eo persequi desistant, quoad hostium exercitum vniuersum, nullius ætatis ratione habita, penitus prostrauerint. Tum aurum, argẽtum, reliquáq; prædam capiant. Postremò vrbem facibus iniectis incendant, non solũ ne eadem ipsa in posterũ aliquãdo excitari, seditionémve conflare possit, verumetiã vt vicini illius rei metu (homines enim alienis malis ad modestiã erudiri solẽt) admoniti, sapere discãt. Cęterũ virgines & mulieres dimittantur liberæ, quoniã nihil earũ rerũ, quas bellũ seditiosè molitur, ab illis euenturũ expectare poterũt: vtpote quæ propter naturalẽ imbecillitatẽ immunitate & vacatione à bello gerendo donatæ sunt. Ex quo perspicuũ est, Iudæorũ gentẽ cum omnib⁹, qui concordes sunt, & pacẽ ex animo amplexantur, amicitiã & fœdus retinere. Neq; tamẽ hæc gẽs adeò abiecta est, vt illis, qui vi manúq; iniustè in eam imperiũ occupare nitũtur, præignauia se dedat illa quidẽ, sed cùm pœnas de eiusmodi sumere aggrediatur, inter eos, qui fallaciter & intidiosè, & q secus in vita erga ipsam animati videãtur, accuratè distĩguat. Nã est animi planè efferati & immanis illis mortẽ inferre, qui vel minimũ, vel nihil omnino peccauerint. Atq; cum homines bellũ parant, mulieres etiam (quarum vita natura sua pacis & ædiũ custodiæ fautrix est) tanquam accessionem adiungere, in eodem vitio est. Tantum porrò iustitiæ amorem eorum mẽtibus, qui in sua repub.

repub.degunt,inseuit Deus,vt ne vrbis hostilis & infestę agros frugibus redundantes populari,aut segetes vastando,aut arbores excidendo,quò fructus perirent,aliquando aggrederentur. Cur enim,inquit,iniuriarum memor, in res inanimas natura mansuetas,& fructus iucundos proferentes ęquis? Heus tu,nunquid arbor ferum & truculentum animum,qualis in hoste existere solet,declarat,vti pro his,quæ reddiderit,quæq; parata sit reddere radicitus extirpetur? Imò verò contrà,multum iuuat, cùm affluentiam rerum, non solùm quæ ad victum necessariæ sunt,sed etiam quæ ad lautam & delicatã vitam quæruntur,victoribus suppeditet. Non enim homines solùm dominis suis pensitant vectigalia,verumetiã plantæ, ea quæ sunt multò vtiliora(sine quibus vita non poterit constare) certis anni temporibus largiuntur.Infrugiferis autẽ & sterilibus,atq; adeò illis, quibusmateria agrestis insit ne parcatur ab his,qui eas excidere voluerint ad valla,ad cruces,ad palos, ad fossas extruendas & ad scalas ac turres ligneas,cum opus sit,faciendas. Ad istas nanque res,& alias eius generis,erunt valdè accommodatæ.Diximus igitur,de his,quæ ad iustitiam pertinent. Ipsam autem iustitiam(cuius quidem dignitatem nulla laus,nullâve cõmendatio exæquare valet)quis poëta,quísve orator satis prædicare poterit? Vnum tamen bonum,quod cum ea coniunctum est,omnium facilè prestantissimum(æqualitatem dico)quamuis de aliis dicere supersedeas, satis profectò erit ad eius laudationẽ. Est enim æqualitas, vt hi,qui in naturæ peruestigatione versantur,nobis tradiderunt,mater iustitiæ: Est etiam lux,quam nulla opacat vmbra: solis quoq;,si verum licet dicere, similitudinem gerit: quandoquidem inæqualitas,in qua insunt nimium & parum,quæque origo ac fons est obscuritatis,illi ex aduerso repugnat.Aequalitas omnia,quæ cælum,terrâve continet,ratis legibus atq; institutis pulchrè gubernat. Cui enim obscurum est,solem dies cum noctibus,& noctes cum diebus, æqualitate spatiorum,quæ proportione constant,metiri? Quæ quidem ex euentu quodam anniuersario appellantur,æquinoctiũ vernum, & autumnale.Natura verò rem adeò perspicuè ante oculos posuit,vt vel imperitissimi æqualitatem illam,quæ in dierum ad noctes collatorum longitudine cernitur, sentiant. Quid verò cõuersiones & ambitus lunæ(quæ quidem tum crescit, tum defectibus ad initia recurrit,id est, & à sua cum sole cõgressione, quoad luce penitus compleatur,tranat,& ab hoc ad illã denuò) an

an-non spatiorum æqualitate circumscribuntur? Nam tantum crescit luna, quantum imminuitur in vtraque quantitatis forma,siue quæ in multitudine,siue quæ in magnitudine cernitur: vsque adeò vti in cælo, quod est natura purissimum, æqualitas egregiè præter cæteras res colatur. Eadem est ratio aëris, qui ad eam proximè accedit. Nam cum annus quadrifariam diuidatur,in ea nimirum, quæ ἐτησίους ὥρας, id est, statuta anni tempora appellamus, aëris natura vnà conuerti & mutari solet,inque illis conuersionibus mutationibúsque ordinem, qui dicendo exprimi nequit,in inordinato commonstrat.Cũ enim in hyemem, ver,æstatem, & autumnum, mensibus numero ternario in singula tempora æqualiter partitis, distributus sit, ἐνιαυτὸν, id est, annum (qui quidem, vt ipsum nomen indicat ἀυτὸς ἐν ἑαυτῷ, id est,ipse suo ambitu omnia coërcens continet) omnino conficit: quippe cum non aliis,temporum vicissitudinibus,quàm illis,quas ἐτησίους ὥρας vocamus, hoc possit efficere. Quinetiam æqualitas ipsum aërem tranat, à cælestium rerum ac superarum extremitate exorsa, & ad terrestrium oras vsque peruadens:quippe quæ suam puriorem naturam,ætheri finitimam in sublime tollit:alteram autem,quę est quasi splendor ex ea profusus, secundum eius lumen dico, deorsum,instar solis,mittit.Etenim eorum,quæ apud nos peccantur,inæqualitas:quæ autem rectum ordinem tenent, æqualitas causa est.Quæquidem & in natura vniuersi (si quàm maximè significanter dicere velimus) ornatus est:& in vrbibus, democratia,quæ & optimis legibus temperata est,& rerũpub. præstantissima. Est etiam integra valetudo in corporibus, in animis verò perfecta virtus.Nam inæqualitas contrà, morborum,aliorúmq; malorum origo & causa existit.Verùm hominem vitam,quàm longissimè propagantem tempus planè desiceret,si omnes æqualitatis & iustitię. quam peperit æqualitas, laudes dicẽdo persequi vellet.Quocirca satius esse puto,vt his, quæ sunt expositа, contentus,cætera diuina,eius quasi simulachra in studiosorum animis, quò eorum memoriam excitem, tanquam in augustissimo loco ac domicilio descripta relinquam

PHIL

PHILONIS IVDAEI, De iudicis officio.

Ioanne Christophorsono Anglo, interprete.

CVM omnes, qui sunt ciues in sacrosancta repub. à Moyse descripta, omni animi motu à ratione auerso, omníque vitiositatis genere vacuos esse iubet lex, tum eos potissimũ, quibus vel sortitione, vel hominum suffragiis defertur potestas de aliis iudicandi. Est enim absurdum, vt vitiis implicati teneantur hi, qui aliis iusta æquáque administrare profitentur: quiquidem officia naturæ debent tanquam ad picturæ cuiusdam primariæ exemplar accuratè exprimere. Quemadmodum enim vis ignis, quæ multò antè sua sponte feruet, omnia, quæcunque attingit, calfacit, & è contrario, niuis vis, cùm sua frigescat natura, res etiam alias refrigerat: sic quoque iudex debet syncera esse iustitia refertus, si modò æquum & bonum his, qui eius implorant auxilium, subministrare voluerit, vti tãquam salutari riuulo ex dulci fonte deriuato sitim eorum, qui æquitatis cupiditate ducuntur, expleat. Quodquidem facilè fiet, si non solùm cùm ad iudicium dandum accesserit, putet se simul & de aliis iudicaturum, & aliorum subiturum iudicium, verumetiam si cùm sit sententiam dicturus, assumat sibi tum prudentiam, vt non per errorem labatur, tum iustitiam vt quod sit suum cuiusque, id cuique pro dignitate tribuat, tum fortitudinem, vti cùm sit supplicium hominibus in aliquo maleficio deprehensis irrogaturus, neq; precibus flecti, neq; misericordia possit. Nam cui istæ virtutes curę sunt, communis reip. patronus meritò debet existimari, simílisq; bono haberi gubernatori: quippe cùm tumultuum & perturbationum procellas ad salutem eorum & securitatem, qui res suas eius fidei commiserint, sedare tranquillaréq; sedulò laboret. Primùm ergo iubet lex, ne iudex rei cuiquã temerè aures præbeat. At quid, quæso, hoc sibi vult? Heus tu, inquit lex, aures tuæ purgatæ sunto. Purgabuntur autem, si flumen honestæ disciplinæ & præceptionum cõtinenter in eas illabatur: sermones autẽ inanes, plebei, ridiculi, siue poëtarum sint illi quidem, siue mimorum, siue præstigiatorum, qui res nihili verbis magnific

gnificè extollunt, prorsus ab illis depellantur. Aliud præterea, quod cũ superiore prorsus consentit, ex hoc præcepto, Ne scilicet iudex rei cuipiam aures temerè præbeat, significatur. Qui enim animũ attendit testimonio eorũ, qui rem solũ auditione acceperint, non prudenter quidem & sana mente, sed temerè & inconsultò attendit: siquidem oculi cùm in rebus gestis defigãtur, eas ipsas res quodãmodo contingunt, & subsidio lucis, qua omnia colluſtrantur aperiuntúrq;, penitus comprehendũt. Auribus autem, vt quidam ex veteribus scriptoribus appositè dixit, minus fidei est adhibendum, quàm oculis: quippè cum rebus non intersint illæ quidem, sed sermonibus, qui sunt rerum interpretes, quíque verum dicere non semper solent, in omnes partes rapiuntur. Quapropter quidam ex Græcis legumlatoribus, qui è sacratis legis Mosaicæ tabulis idem ipsum transferebant, præclarè videntur præcipere, ne aures testes adhibeantur: perinde ac si oporteat ea, quæ quispiam viderit, certa iudicare, quæ autem audiuerit, incerta. Porrò secũdum datum est iudici præceptum, ne munera capiat. Nam munera, inquit lex, cęcant hominum oculos, æquum & bonum labefactant, mentẽ via publica absq; errore incedere non sinunt. Et quemadmodũ in causis iniquis munera capere, est hominum longè perditissimorum, sic quoque in iustis idem ipsum facere, eorum est, qui certè ex dimidia saltẽ parte in improborũ numerũ referri meritò poterũt. Sunt enim quidã vestitu eleganti & exquisito amicti, semiimprobi, iustitiæ munus iniustè exequentes: quiquidem in eo sunt gradu locati, vt de maleficiis contra eos, qui eadẽ admiserint, decidant. Qui certè non gratis secũdum eos, qui causam obtinere necessariò debẽt, sententiã pronuntiandã putant, sed audacter affirmant cognitionẽ suam venalẽ esse, & mercede cõduci oportere. Itaq; cũ aliquis hoc illis crimini dat, dicunt se æquum & bonum non violasse. Illos enim causa cecidisse, quos cadere æquum erat, hos autem causam obtinuisse, qui obtinere debebant: atq; hoc pacto se purgare nitũtur, sed malè. Nam bonus iudex duas res secum ad causas afferre debet: cognitionem ex legibus haustam, & à muneribus capiendis abstinentiam. Siquidem qui muneribus adductus æquum & bonum administrat, hic rem natura pulchra imprudens deformẽ efficit. Itẽq; alia peccat, partim seipsum pecunię capiendę assuefaciẽdo, quæ res hoĩes ad grauia scelera solet impellere, partim nocendo ei, cui prodesse debuerat, pretium pro æqui & boni administratione

tione persoluenti. Quocirca scienter & peritè præcipit Moyses æquum & bonum æquitate exequendum esse. Quo præcepto tacitè indicat etiam in eo exequendo locum habere solere iniustitiam: idq; committi ab illis, qui nõ modò in iudiciis, verũ etiam vbiq; terra marique, atque in omnibus, propè dixerim, vitæ negotiis dona pro æqui ac boni administratione capiunt. Iam verò aliquis exiguam pecuniæ summam sibi creditã reddit, quò fraudi sit potius creditori, quàm emolumẽto: vti nimirum cùm in parua summa, fide seruata, creditorẽ inescauerit, possit in maiore fidem datam fallere, sicq; illum dolo decipere. Quodquidem nihil aliud est, quàm æquum iniquè exequi. Nam rem alienam reddere, æquum sanè est: sed id iniquè fit, cùm ad plures res per fraudem acquirendas fit. Causa autem in primis, cur hęc in grauissimis rebus peccata sint, ex eo nascitur, quòd homines ad mentiendum assuescunt. Quam rem à primo tempore ætatis, atque adeò ab ipsis incunabulis partim nutrices, partim matres, partim reliqua domesticorum seruorum, ac liberorum turba ita infundũt in animos, vt in factis dictisq; semper existat, & cùm eisdem simul quasi nutriatur. Estq; præterea eadem res ita ab illis animo copulata coniunctáque, vt pars eiusdem necessaria à natura profecta videatur. Quæ sanè licet à natura reapse generata esset, tamen deberet rerum honestarum disciplina & institutione penitus præcidi. Nam quid tam pulchrum in vita, quàm veritas? Quam sapientissimus Moyses in stola summi sacerdotis sacerrimo in loco propter pectus, vbi pars animi est, qui principatum obtinet, collocauit: eo consilio, vt illum monimento omnium pulcherrimo, præstãtissimóq; exornaret. Quinetiam iuxta veritatem, aliam quandam facultatem ei cognatam posuit, quamquidem declarationem nuncupauit: hásq; duas res duarum formarum orationis, quæ nobis insunt, tanquam imagines esse voluit. Quarum formarum mente concipitur altera, altera ore profertur. Nam quæ profertur ore, declarationis indiget, qua ea, quæ in interiore nostra cogitatione recondita sunt & abstrusa, singula proximo aperiantur. Quæ autem mente concipitur, veritate eget cùm ad vitæ, tum ad actionum illarum, quibus via ad beatam vitam munitur, perfectionem. Tertium præceptum iudici datum est, vt in res magis, quàm in homines, qui in iudicio litigant, inquirat: eásque à persona eorum, de quibus habetur iudicium, omnino secernere separaréq; nitatur, atque

veniat

veniat quasi coactus non modò in ignorationem, verum etiam in obliuionem eorum, quos norit memoriáq; teneat, vt familiarium, amicorum, & ciuium: & rursus, alienorum, inimicorum, & peregrinorum, ne vel beneuolentia, vel odio inductus, æqui & boni cognitionem obscurare conetur. Nam alioqui necesse est, non aliter ac cæcum, qui sine baculo viam aliquam ingreditur, nullósque habet duces, quorum subsidio nitatur, impingere labíque. Quapropter bonus iudex eos, qui litigant in iudicio, quicunq; illi fuerint, tanquam ob oculis remouere debet, simplicémque & nudam rerum intueri naturam: quippe cùm non opinionem, sed veritatem sequendo, iudicare oporteat. Istúdque secum cogitet, iudicium ipsius Dei esse: iudicem autem administratorem iudicij, atq; administratori, quamuis rem omnium, quæ in humana vita cernuntur, longè prestantissimam sibi habeat à Deo Opt. Max. creditam, non tamen permissam esse potestatem, vt in his, quæ sunt Dei propria, per indulgentiam cuiquam gratificetur. Porrò præter ea, quæ sunt modò commemorata, aliud præterea Moyses dignum sanè admiratione tradit, cùm iubet, pauperis in iudicio non capiendam esse misericordiam: & tamen idem ipse vniuersas leges à se descriptas præceptis de misericordia & clementia referfit: qui vt eos, qui superbi sunt & arrogantes, magnis infectatur minis, sic magna proponit præmia his, qui proximorum calamitates subleuare non grauantur: quíque facultates non possessionem suam ac propriam putant, sed egentium communem. Nam verum profectò est illud, quod quendam è veteribus non inscitè dixisse fertur: homines nulla alia in re magis Deum sequi, quàm in benignè faciendo. Nam quod, quæso, excellentius bonum est, quàm vt mortales Deum imitentur immortalem? Quocirca diues, qui argentum & aurum domi congesserit, neutiquam in thesauro suo illud reseruet, sed proferat in medium, vti duram & acerbam inopum victus rationem læta & liberali largitione subleuet. Itémque si quis illustris sit, non debet se nimium efferre insolentérque gloriari, sed colere æqualitatem, & libertatem loquendi etiam ignobilibus impertire. Quod si porrò quisquam robore corporis valeat, sit firmo imbecillioribus præsidio, & non quemadmodum in gymnicis certaminibus fieri solet, viribus infirmiores superare contendat, sed studeat potius vires cum illis communicare suas, quos propriæ deficere videantur. Nam qui è fontibus sapientiæ doctrinam

hauserint,hi,inuidia ex animis tanquam in exilium eiecta,non aliorum impulsu,sed sua ipsorum animi inductione proximorum commodis inseruiunt:doctrinæque riuulos in eorum animos per aures infundunt:ad eum finem,vt simili eos scientia & cognitione imbuant. Atque vbi vident iuuenes, quasi plantas virentes & generosas,natura & ingenio valere plurimum, lætitiam inde permagnam capiunt: quandoquidem arbitrantur se diuitiarum,quæ sunt animi propriæ,quæque vnæ veræ diuitiæ sunt,hæredes inuenisse. Quos cùm sibi asciuerint,eorum animos doctrina & præceptionibus, more agricolarum, vsque eo colunt,quoad firmatis stirpibus virtutis florescentes, fructũ probitatis efferant. Eiusmodi quædam præceptionum quasi simulachra attexuntur legibus,dispersèque inseruntur, non alio consilio, quàm vt egentibus res ad vitam necessariæ affatim suppeditent: quorum quidem in iudicio solo misereri non licet. Nam misericordia in aduersis casibus locum habet. Qui autem sua sponte se obstringit sceleribus,is non infelix,sed iniustus censendus est. Atque vt iustis honores,ita iniustis supplicia rata esse debeat. Quare nemo improbus,etiam si egens sit, & permiserationem,quæ de eius inopia suscipitur, subterfugere conetur,quò minus pœnas det,iudicem dolo deludat:quippe cùm admiserit facinora,quæ non misericordia, sed odio digna videantur. Iudex autem,cùm accedat ad iudicandum,non aliter atque bonus argentarius, naturas rerum secernat separatímque expendat,ne eas,quæ sunt puræ probatæque,cum adulterinis confundat commisceátve. Multa quidem alia cùm aduersus falsa testimonia, tum de iudicibus dici possunt, sed ne nimis longus sim,veniendum est ad illud,quod est decem præceptorum extremum:quod quidem, vt alia singula, paucissimis verbis à diuino oraculo prolatum est: sic enim se habet. [Non concupisces.]

FINIS.

Hic liber in nonnullis exemplaribus coniungitur cum eo,qui,De pietate, inscribitur.

ALT

ALTERA VERSIO
PHILONIS IVDAEI,
De oraculis seu effatis diuinis decem, quæ summa sunt legum capita.

Ioanne Vœuræo Gallo, interprete.

RES gestas virorum,quos & sapientes prædicat Moses, & sacri libri declarant primores ducésq; gentis nostræ extitisse,adeóq; legum non scriptarũ vice & loco esse,superiorũ librorum confectione patefeci: deinceps iam ipsa scriptarum legũ summa capita accuratè, diligentérq; persequar. Nec verò,si qua se offeret allegoriæ ratio, hanc prætermissurus sum,in eorũ gratiam,qui reconditã sententiam studiosè inuestigant,& facilioribus interim omissis, de difficilioribus statim quærere consueuerunt. Si cui autem mirum videatur,cur in vasta solitudine potius, quàm in vrbibus leges suas tulerit Deus,is sic habeto. Primùm,dici vix posse,quàm multis vitiis magna pars vrbium inquinari soleat. In iis locum plerumq; est tum impietati in Deum,tum mutuis hominum inter se iniuriis:omnia enim adulterata inibi, corruptáque esse. Quæ syncera sunt legitimáq;, prospero successu vinci ab adulterinis:vera item,à verisimilibus,quæquidem reuerà planè falsa sint:ficta tamen & emẽtita rerum simulachra exhibeant,quibus ferè alij alios in vrbibus circũuenire solent: vbi fastus ingens,quo nihil in hominum mentes irrepit occultius,quẽ admirantur & colunt nonnulli,innanẽ gloriam honesto & speciosoloco habentes propter coronas aureas, vestésq; purpureas,ac satellitum, lecticarúmq; multitudinem, quibus isti,qui vulgò beati ac felices dicuntur,sublimes ferũtur,interdum quidem mulis equisque iunctis,interdum etiam hominibus,qui sellas ceruicibus subeant ac gestent,idq; adeò maiore animi quàm corporis cruciatu faciãt propter iniuriæ atrocitatem,reique indignitatem. Quinetiam multorum,præter hæc,

vitiorum autor opifexque factus est, insolentiæ, arrogantiæ, impuritatis: atque hæc ipsa sunt tum externorum, tum ciuilium intestinorúmq; bellorũ initia, quæ terra mariq;, publicè ac priuatim miscent turbántq; omnia. (Quid verò cõmemorem mutuas ciuium offensiones?) Parit enim fastus etiam cõtemptum rerum diuinarũ, quantumvis summum honoris gradũ tenere censeantur. Sed quis tandẽ honor iste fuerit? quandoquidẽ abest veritas, quæ re verbóq; honorabilis esse, vel ex eo intelligi potest, quòd contrà falsa rerũ species despicabilis naturâ sit, & honoris expers. Rerũ verò diuinarum cõtemptus neminem latet eorum, qui vident paulò acutius. Infinitę enim rerũ species pingendi sculpendiq; artibus fictę & expressæ sunt, & delubris etiã templisq; cinctæ & ornatę: atq; excitatis aris, honores diuini fignis & statuis, cæterisq; id genus rebus, inanimisquidem illis, exhibiti: quos qui exhibuerunt, in sacris literis cõuenienter appositéq; cum scorti liberis cõparari solẽt. Quemadmodũ enim hi, quòd ignorent vnum modò sibi esse patrem naturalẽ, patris nomine appellãt, quotquot matri amatores fuerint: sic & in singulis vrbibus ferè extiterunt, qui cùm ignoratione veri Dei tenerentur, infinitam nominum falsò vsurpatorũ multitudinem in deorũ catalogum retulerint. Mox cùm alia apud alios diuinis afficerentur honoribus, viguerũt de summo bono discrepãtes sentẽtiæ, quæ homines ad alia omnia transuersos rapuerũt. Ad ea igitur in primis spectasse videtur Deus, dũ suas leges extra vrbiũ pomeria sibi ferendas esse duxit: ac præter hæc illud quoq; cogitasse, oportere eũ, qui leges sacras suscepturus esset, animum habere elutum ac repurgatũ ab iis inquinamẽtis, quę miscellanea turba, hominúmq; colluuies in vrbibus sic illinere cõsueuit, vt elui vix possint. Fieri autẽ non posse, vt id vnquam prius vlli cõtingat, quàm à suis segregetur ciuibus: & verò, si segregetur, ei statim cõtingat: sed longo pòst tẽpore, dum videlicet impressæ superiorũ scelerum notæ paulatim obliterentur, omninóq; deleantur: quo modo artis medicæ periti curãt ægrotos, quos non prius sibi nutriendos putant, quàm morborũ causas exemerint. Dum enim hæ perstiterint, inutilis planè nutritio fuerit, nihilq; aliud præstiterit, quàm noxiã morbi materiã. Meritò igitur cùm ex pernicioso oppidanorum cõmercio suos in solitudinem abduxisset, quo eorum animos à vitiis repurgaret atq; eximeret, cibum tãdem mentibus exhibere cœpit. Sed quemnã hunc fuisse præter legem, sermonémq; diuinum putabimus?

Sequitur causa tertia, quę huiusmodi ferè est, Quemadmodum qui longam suscipiunt nauigationem, nõ vela tunc remósq; aut gubernacula adornare incipiunt, cùm iã è portu soluerint, sed prius quàm se à terra subducant, quæcunq; ad nauigationem cõducunt, apparant: ita existimauit ille non eos, quibus iam sorte distributa esset prouincia, aut iam remp. fundatã & constitutam haberent, leges exquirere, quibus remp. constituant: sed eos qui magna alacritate reipub. administrãdę rationem & formam, qua ipsa respub. vtiliter ac salutariter cõstitui possit, meditati essent ac didicissent, eò colonias deducere, vbi paratã illam reipub. gerendæ formam stabiliant summa cum animorũ consensione, æquabiliq; cõmunionis iure, ac distributione eorũ quæ cuiq; cõgruunt. Adferunt nõnulli & quartã causam, non illam quidẽ inconcinnã, neq; verò à veritate alienam. Cùm enim necesse esset mentibus persuaderi leges illas clarissima verisimáq; Dei oracula, non hominũ inuenta cõmentáve esse, Hebræos suos procul ab vrbibus abduxit Deus in vastã solitudinem, ac nõ solùm fructibus fatiuis, sed etiã aqua potabili infœcundam, vt dum penuria laborãtes rerum necessariarũ, ac proinde sibi à siti & fame timẽtes, derepente incidere̅t in copiã rerũ spõte sese ipsiis offerentiũ, cælo videlicet confertim depluẽte alimentũ, quod manna nominatur, ac demittente obsonium, prouentum nimirum coturnicũ velut ex fœcundo ac prolifico aëre in terrã ruentium: aqua etiã, quæ amara prius esset, dulcescente, & in naturã potabilis transeunte. deniq; prærupto saxo, aquarũ vim instar imbrium effundente: iam tum neq; Nilum admirarẽtur, neq; dubitarent leges illas ab ipso Deo esse latas. Cuius rei fidẽ ipsis abũdè faceret diuina benignitas, quã presi angustiis experirentur, nihil tale sperãtes. Cùm igitur abundè ea, sine quibus non viuitur, suppeditasset Deus, ea largitus statim est, sine quibus nequaquam bene viuitur. Porrò quidẽ ad vitam tuendã cibus potúsq; necessarius erat. Is suppetebat citra vllam ipsorũ curam industriãmve. Ad vitã autem benè ac rectè instituendã opus omnino erat legibus ac præceptis. Lex ferebatur, quæ non in speciẽ tantùm meliores efficeret. Atq; hactenus causas maximè probabiles cõsentaneásq; recẽsuimus, quæ quidem hac de re dici possint: veras eñ solus Deus perspectas habet & cognitas. Præfatus verò quæ de his mihi dicenda videbãtur, deinceps leges ipsas quàm potero diligẽtissimè persequar. Si prius illud quod & res ipsa postulat, indicaro. Deũ ita legum

sacrarum oracularem se autorem esse voluisse, vt alias quidem earum ferret ac promulgaret ipse, alias verò prophetæ Moïs, quem ex omnibus potissimùm vt maximè idoneum rerum sacrarū interpretē delegisset, opera ministeriōq; ederet: sed quas ex sua tantùm persona oraculū reddens tulisset, contigisse vt simul & leges essent, & summa particulariū legum capita, quas verò Mose vtens internuntio dedisset, omnes ad eadē illa referrentur capita. Dicā vt potero de vtroq; genere, ac priore quidem loco, de eo quod magis vniuersale est, in quo illud digaū in primis quod admiremur, circunscriptū id conclusúmq; esse decusse, qui numerus integer est & perfectus. Is enim omnes numerorū differentias complectitur, parium & imparium. Parium quidem vt 2, impariū autem vt 3, & ex vtrisq; compositorum parium impariū, vt 5. Omnes item numerorū inter se cōpositorum species, vt multipliciū, superparticularium, ac superpartientium. Proportiones quoq; omnes decussis continet. Primùm Arithmeticam, in qua medietas pari numero prestet, pariq; superetur, vt in numeris 1, 2, 3. Deinde etiam Geometricā, secūdum quam qualis ratio sit secundi ad primū, talis quoq; sit ad secundum tertij, quo se habent modo numeri 1, 2, 4. Et quod spectare liceat in duplis ac triplis, in sesquialteris quoq; ac sesquitertiis, & id genus aliis. Harmonicam quoq; in cōplexu decussis proportionē cōparationémq; inuenias, in qua videlicet medietas eadē portione extremorū ab altero abśit, alterum exuperet, vt in numeris 3, 4, 6. Quin & triquetrorū & quadratorū, cæterorúmq; multangulorū proprias affectiones in se decussis manifestè recipit, quemadmodū & modulationum, quarū Diatessarō cernitur in cōparatione sesquitertia, cuiusmodi est quatuor ad tria. Diapente in sesquiplici, qualis trium ad duo: Diapason in duplici, cuius generis est duorū ad vnum: Disdiapason in quadrupla, qualis octo ad duo. Hinc fit vt qui nomina rebus primi indiderunt, quos constat fuisse sapientes, non ab re mihi videantur Græcè nominasse Δεκάδα, id est decussem, quasi δέχεσθαι à verbo δέχομαι, hoc est capere, quòd omnia numerorū rationúmq; & cōparationum eorumdem inter se, concentuum quoq; & modulationum genera in se recipiat. Ad hæc meritò quispiam in admirationē ipsius decussis vel ob id rapi possit, quòd rerum omniū naturam & affectionē cōplectatur, quatenus quidē aliæ dimensionem habent, aliæ nō habent. Vnū modò punctū est, quod dimensione careat: tria, in quibus tota versatur

tur dimensionis ratio, linea, planū, solidum. Etenim quod punctis duobus terminatur, linea est. Quod duas habet dimensiones, planum, fluente in latitudinem linea. Quod tres, solidum, longitudini latitudiniq; adiecta altitudine. Arq; hīc substitit, nec ad plures dimensiones progressa natura est, hisce tribus cōtenta. Cæterùm numeri horum autores & archetypi, sunt, puncti quidam, quod ipsum dimensione caret, vnū: lineæ verò, duo: ac plani quidem, tria: solidi autem, quatuor: quorum coaceruatio, vnius inquam, duūm, triū & quatuor, decussem absoluit, qui obiter alia quoq; mira, aspectúq; iucunda intuētibus exhibet. hoc enim propemodū metimur numerorum, vt ita dicam, infinitatē, propterea quòd fines quatuor ipsunt constituentes, sunt vnū, duo, tria, quatuor. Quibus totidē fines æquis portionib⁹ respondētes, centenarium ex decussibus gignunt. Decem enim, viginti, triginta, & quadraginta coaceruatis procreatur cētenarius. Eodem quoq; modo & millenarius ex cētenariis cōflatur, & myrias est millenariis. Porrò vnū, decussis, cētenarius & millenarius metę sunt quatuor, vnde progressus fiat adipsam decussis generationē. Quiquidē præter supradictas alias quoq; spectandas præbet numerorū differētias, in primísq; numerū primum nūcupatū, quē vno tātùm metimur, cuiusmodi esse 3, 5, 7, diuidēdo intelligas. Deīde quadratū, quaternariū, numerū quidem pariter parē: tum etiā tessellatū, octonariū, figura præditū, longitudini latitudiníq; æqualē habente altitudinē: denique senarium, qui vel hoc ipso eximius est, quod suis ipsius partibus, quæ sunt vnū, duo, tria, exæquetur, cōpleatúrq;. Sed ecquid hoc loco necesse est pluribus decussis vim immēsam, præstātiamq; recensere, & quod nobis obiter attingendū fuit, in eo tanquā serio opere diuti⁹ hærere? Eiusmodi verò est vt ex se satis supérq; magnū, adeóq; iustum cōmentādi argumentū iis præbere possit, qui se totos ad mathematicas disciplinas cōtulerunt. In præsens igitur supersedebimus de vi ac potestate decussis plura dicere. Vnū tamē illud nec ab re fortasse nec temerè, quò rei specimē lectori præbeam⁹, huc adferemus. Eos q totos dies philosophiæ placitis incūbunt, asserere vniuersam rerū naturā in decem categorias, quas vocāt, recidere. Cęterū has esse, substantiā, qualitatē, quantitatē, quæ cū aliquo cōparātur, facere, pati, habere, sitū esse, & sine quibus nihil prorsus cōstet, tēpus, locúmq;. Nihil em̄ inueniasquod horū sit expers: verbi gratia, ipse aliqd habeo substantiæ, nēpe quæ ad męi cōstitutionem construc-

 némq;

némq; maximè fuerunt idonea, mutuatus ab ipſis elementis, igni, aëre, aqua, terra: quorũ coagmentatione, quę in hac mũdi fabrica viſuntur, extiterũt vniuerſa. Qualitatis quoq; particeps ſum, qua videlicet homo cẽſeor: & quãtitatis, qua quãtus. Sed & in eorũ numero ſum, quæ cum aliquo cõparantur, vt cùm mihi adſtat quiſpiã dextra ſiniſtráve. Quinetiã dum quid cotũdo incendóve, aliquid facio: dũ trucidor ab alio aut cõtundor, patior. Reliquas quoq; catẽgorias, quæ ſunt, ſitũ eſſe, habere, tempus & locus, ſi rẽ explores, mihi hærere videas. Sitũ quidẽ eſſe, vt propè ſedere aut decũbere: habere verò, vt indutũ armatúmve eſſe. Sine loco autẽ, ſine tẽpore ſubſiſtere nullo modo poſſum, vt nec vllum quidẽ eorũ quæ modò dicta ſunt. Sed de his ſatis multa. Iam attexenda nobis ea ſunt, quorũ gratia hæc attigimus. Sunt autẽ decẽ illa effata, quæ ſiue diuina oracula vocites, ſiue leges, ſiue ſanctiones, nõ aberres à vero. Sunt enim oracula quæ ingẽti coacta multitudine hominũ vtriuſq; ſexus, edidit ille vniuerſitatis huius autor ac parens Deus. Abſit tamen vt vnquã in animum inducamus, adhibitã ab illo hãc eſſe vocis rationem, qua ſenſa noſtra prodimus. Næq; enim vt hominibus, ita deo quoq; neceſſarius eſt oris & linguæ arteriarúmq; vſus. Sic igitur cenſeo, Deũ tunc inſigne quoddã, & maieſtate ſua dignum edidiſſe miraculũ, iuſsiſſe ſonũ aſpectabilẽ effingi ac procreari in aëre admirabiliorẽ perfecto quorumvis inſtrumẽtorum muſicorũ concentu: ac ne illum quidẽ inanimum, nõ tamen animatũ inſtar animalis ex corpore animóq; conflati: Quin potius animũ rationis ſermonisq; cõpotem, & claritate ac ſplendore prẽditũ, qui in certã quandam affectionẽ, aërem cõponens intendénsq;, & in flãmam vertens, tandẽ inſtar ſpiritus tuba erũpentis, voce perfecta ita intonaret, vt ex ęquo audire viderẽtur & qui in propinquo eſſent. & qui longiſsimè abeſſent. Voces humanæ paulò longius exporrectæ hebeſcere minuíq; ſolẽt. Itaq; fit, vt ſic productæ ſenſum langueſcãt, propter virium imbecillitatẽ, nec facilé ab iis, qui lõgius abſunt, in aures recipiantur: nec ſanè mirum, cùm edãtur inſtrumẽtis corruptioni interituíq; obnoxiis. Hanc verò vocẽ nouo quodã modo formatã, adeóq; ſpirantẽvis diuina excitabat, & quoquouerſum fundebat, multò etiam clariorẽ exhibens qua ſonus deſineret, ac vim quandã auditus ſingulorum, qui adeſſent, animis inſerens auriculari longè acriorem ac præſtantiorem. Aurium enim ſenſus neſcio quo modo t ardior cùm ſit, ceſſat ac velut immotus manet, donec ipſo aëris ictu moueatur & exciteturꝛ at ſenſus numine afflatæ, mira celeritate iis, quæ dicuntur. velut procurrit obuiam. Hæc habui quę dicerẽ de voce illa diuina. Iam verò illud ediſſerã circa quod nõ ab re quiſpiã hęrere poſsit, qua de cauſa, cùm tot hominum millia vnũ in locũ coacta eſſent, vnumquodq; ex illis decẽ oraculis ita ediderit Deus, quaſi ad vnũ tantùm, non ad plures verba faceret. Hunc enim in modũ effatus eſt: Ne adulterator, Cædem ne facito. Ne furator. Quo genere orationis in cæteris quoq; vſus eſt. Dicendũ igitur primo loco Deum illud ſtatuere documentũ, iísq; dare voluiſſe, qui in ſtudio ſacrarum literarũ verſarentur, eum, qui ad legis diuinæ regulã mores ſuos vitãq; cõponat, etiamſi vnus ipſe ſit, tamẽ haberi à deo numeroſiſsmæ gẽtis loco, addam etiã, omnium gentium. Quinetiã, ſi ſecundo orationis flumine longius prouehi neceſſe ſit, auſim vnũ illum cum vniuerſo orbe cõparare, quando qui alio loco virum quẽdam iuſtũ laudat approbátq;: Ego, inquit, Deus tuus ſum. Atq; ille quidẽ non alius profectò ab eo eſt, à quo edita ſunt decem hæc oracula: erat enim & mundi deus. Ac in acie quidẽ eodem locati ordine milites, ſi peræquè ſuo ſe centurioni gratos acceptósq; præbeant, iuſtam laudẽ, iuxta quoq; præmia conſequuntur. Poteſt & altera cauſa adferri, quòd ei, qui cõcionem habet, ſeu iubere quid, ſeu vetare vult, neceſſe nõ eſt ita orationẽ quaſi cum multis ageret, inſtituere, ſed eam potius ſic temperare licet, vt dum velut ad ſingulos, qui coràm adſunt, dirigitur, ad omnes nihilominus pertineat. Facilius enim perſuadetur, ac citius morem gerit qui alienam exhortationem ceu ſibiipſi peculiariter factam excipit. Cæterùm admonitionẽ, quam quis ſibi cum multis cõmunem audit, ferè ſurda ore præterit, & ipſam populi multitudinem habet pro cõtumaciæ ac rebellionis ſuæ velamine. Tertia cauſa eſt, vt ne quis vnquam imperatorum regúmve vllum ex eorum numero, qui vitam agunt priuatam & obſcuram, arrogantia ſuperbiáque tumens faſtidiat, contemptuíque habeat, ſed ad ſcholam potius ſacroſanctarum legum ſubinde accedens, diſcat non probabiliter tantùm, ſed verè multò magis ratiocinari: itáque dediſcat ſtultè, arroganter ac magnificè de ſe ſentire, vnde & illud ſequatur, vt libenter ac volens ſupercilia deprimat. Si enim ille ortu ac principio carens, immortalis ac perennis, nulliúsque rei laborans inopia huiuſce vniuerſitatis opifex & fautor: denique rex regum ac deorum Deus ne abiectiſsimum quidem tantæ multitudi-

nis desperit, quin potius diuinorum oraculorum epulum huic præbere dignatus est, velut vnum hunc tibi conuiuam adhibiturus, & vni cæleste hoc poculum paraturus esset, quo animus, quatenus quidem fas est, magnis sacris initiandus irrigari perfundique posset? Ego homuncio quid est quod glorier, & ceruice sublata, ac ingenti distentus spiritu ferociter efferar, insiliámque in eos qui sunt eiusdē mecum naturæ consortes, quíque impari quidem fortuna vtuntur, non tamen imparem dissimilémve cognationis nataliámque originem habent, vna nimirum eademque forma præditi, quæ communis est omnium hominum natura? Igitur si vel vniuersum maris terrarúmque imperium penes me sit, me nihilominus & aditu facilem & affabilem familiarémq; iis præbere velim, qui vel anxij & rerum omniū inopes, vel obscuri humilésq; sunt, aut qui domestico maximéq; proprio destituuntur auxilio ac præsidio, cuiusmodi ferè sunt liberi qui vtrunq; parentem, vxores quæ maritos amiserunt. Cuiusmodi item senes illi, quibus vel nulla vnquā suscepta soboles est, vel si qua suscepta est, immaturo fato cōcesserit. Non enim æquū censeo, vt homo cùm sim, tollam animos, aut seueritatem quandam præ me feram tragicæ proximam. Me igitur intra naturæ humanæ septa continebo, nunquā inde exiliens, sed omnem potius cogitationem in hoc conferens, vt discam humano affectu ac more viuere, non solùm propter rerū vicissitudines, quibus peræquè obnoxij sunt, & qui rebus vtuntur prosperis, & qui premuntur aduersis, sed etiam propter ipsum decorum, quod, quamlibet constanter ac tutò res secundæ fluant perpetuò in vita seruari ac retineri debet. Ob hæc inquā mihi videtur Deus in edendis oraculis hoc genere sermonis vtens, velut ad vnum oracularē illam orationem habere voluisse. Quod ad locum attinet, totus, vti decebat, plenus erat miraculis. Nā & ingētibus tonitruis percellebatur sensus auriū, quasiq; adobruebatur, simúlq; stellantibus fulgetris coruscabat æther, & prolixus ac vehemens reconditæ tubæ sonitus audiebatur, demittebatúrq; nubes, columnę similitudine: cuius spira quidē terræ hærebat, reliquū verò corpus mira altitudine sursum ferebatur. Deniq; è cælo dilabebatur ignis, vasta fumi caligine, proxima quæq; obscurans. Nam par erat vt, cùm se diuina vis exereret, & in terram demitteret, nihil eorum, quibus constat hic mundus inferior, torpesceret, remissiúsve ageret: quin potius, sedibus mouerentur omnia, & officiosē

ciosē accurrerēt. Præsto erat populus sese iam triduū expiās, ab vxoria quidem cōsuetudine, cæterisq; voluptatibus, præterquā iis, quę victū ferè necessariò comitātur, abstinens, ac se lauacris & aspergine lustrans. Quinetiā lotis vestimentis cultū in primis candidū ac purum præ se ferens, & summis pedibus, quasi suspensus teneretur, ingrediens aures surrigebat, à Mose nimirum admonitus vt se ad concionē pararet. Hanc enim ille futuram intellexerat, cùm semotis arbitris euocatus oraculū acciperet. Statim de medio igni, qui è cælo dilapsus erat, edita vox est, quæ omniū animis metū horrorēq; incuteret, flāma ad sermonem iis, qui audiebant, assuetum & familiarē apta accommodatáq;. Quæ autē verba edebantur, tantā vim habebāt claritatis ac perspicuitatis, vt cernere ea potius quā audire populus videretur. Si quis verbis meis fidem nō habet, audiat Mosem ipsum qui dixerit, ab vniuerso populo vocē esse apertissimè visam. Etenim humanæ voces auribus, diuinæ verò oculis reuerà hauriūtur. Quid ita? Quoniā quæ à Deo dicūtur, verba nō sunt, res sunt. Certius autē est oculorū, quàm auriū de rebus iudiciū. Optimè verò & perquā Deo conuenienter vox ab igni profecta dicitur. Huiusmodi enim sunt diuina oracula, vt instar auri videri possint, igni accuratissimè probata. Sed & allegoria subest eiusmodi, vim notari in igne duplicē: vnam illustrādi, vrendi alterā: ideóq; eos, qui studiosē diuinis oraculis obsecundent, immortales fore, ac purissimæ lucis participes, legibus diuinis velut astris in ipsorū animis collucētibus: quotquot verò detrectēt imperiū, nullū finem habituros vnquā incendij domestici ab internis exoriētis libidinibus, quæ vitā eorū, in quibus hærent flammę in morem depopulātur. Hæc sunt de quibus dicendū mihi fuit initio huiusce cōmentationis. Iam ad ipsa oracula venire, omniáq; ipsorum inter se discrimina excutere conuenit. Decem igitur numero cùm essent capita, in duos digesta sunt quinarios, totidémq; stelis inscripta. Prior quinarius primaria oracula, posterior secūdaria cōplectitur: Ambo quidem præclari, vitæq; apprimè vtiles. Amplas enim ac publicas vias aperiunt eodē pertinentes, quibus tutò insistere possit animus rerum optimarum studiosus. Portò autem qui primas obtinet quinarius, primùm agit de monarchia, qua regitur ab vno mūdus. Deinde de statuis ac signis, cæterisq; id genus artis humanę operibus. Tum de nō iurādo, temerè adhibito Dei nomine. Mox de trāsmittendo die septimo, vti decet sacrū ac Deo dicatum

catum diē. Postremò de colendis parentibus tum ambobus cōmuniter, tum priuatim singulis, vt ad Deum quidem hoc scripturæ caput referatur primū, patrem videlicet & conditorem huius vniuersitatis: deinde ad parentes ipsos, qui pro suo modulo illū imitati, particulari quadā procreatione velut liberorum autores fiunt. Alter autē quinarius totus interdictionibus constat, adulterij, cædis, furti, falsi testimonij, cupiditatis, nihil appingētes operis superuacanei. Horū igitur vnūquodq; diligēter & accuratè dispiciamus. Iam primū omniū Deus vniuersorum, quæ existūt, autor est ac fons perennis. Pietas itidē virtutū origo prima & præcipua. Quibus de rebus primo loco disserēdum. Error quidā haudquaquā exiguus multò maximā hoīm partē occupauit, & is quidē de re, quam par erat vel solam vel certè in primis omnis erroris expertē singulorū animis insidere. Nā ꝓ diis habuerūt alij elemēta quatuor, ignē, aërem, aquā, terram. Alij solem ac lunam, cæterásq; stellas tum erraticas tū fixas, alij vnum modò cælū, alij mundū vniuersum. A' supremo autem illo, maximéq; venerando procreatore ac moderatore huius amplissimæ mūdi Reip. inexpugnabilis inuictíq; exercitus imperatore, rectore deniq;, à quo vniuersa ab omni æuo adeóque in omne æuum salutariter administrantur, oculos auerterunt, séque furtim subduxerunt. Cæterùm suis illis diis falsa commentitiáq; nomina attribuerūt alij alia. Terrā enim vocarunt nunc Proserpinam, nunc Cererem, nunc Plutonem: mare appellarunt Neptunum, marinos ei genios suppræfectos addentes affingentésq;. & comitatū item, in quo ingens turba esset vtriusq; sexus. Aërem vero, Iunonē: & ignem, Vulcanum: prætereà Solem, Apollinem: Lunam, Dianam: Luciferū, Venerem: & planetam, qui à Græcis *σίλεων* appellabatur, Mercuriū nominarūt. Quin & aliorū quoq; astrorū penè omnium nomina, fabularum scriptoribus velut per manus tradiderūt. Hi demulcendis capiendisque auribus miro artificio commēta molientes, simúlque attexentes, visi sunt ad huiusmodi nominum inuentionem, vniuersa adhibuisse probabilis & argutæ orationis lenocinia. Hoc pacto cùm cælum in duo secuissent hemisphæria, quorum alterum super terram extaret, sub terra lateret alterum, vocarunt *Διοσκόρους*, id est, Iouis filios, Castorē videlicet, Pollucémq; intelligentes. Ac de vita quidem horum, diebus alternante, multa prodigiosè affinxerunt. Cælo enim iugi ac perpetuo tenore in orbem se agente, necesse hemisphæriorum

rum vtrunque alteri vicissim quotidie cedere, itaque alterum suprà esse, infrà alterū, nostra certè opinione: cùm alioquì satis constet in orbibus nihil summum reuera, nihil infimum esse: Nostri modò respectu, quod supra caput est, summū: quod huic ex aduerso respondet, infimum dici solere. Iam eum, qui syncerè & verè philosophari didicerit, germanæque ac meræ pietatis studiosus esse cœperit, pulcherrima sanctíssimáque docet constitutio, vt nulli eorum, quibus constat mundus, merum imperium, & plenam summámque potestatem esse suspicetur. Ortum enim habet. At quod oritur, obnoxium interitui est, nisi autoris ipsius & conditoris prouidentia & cura ab interitu vindicetur. Quod etiam si fiat, extiterit nihilominus aliquando tempus, cùm id in rerum natura non esset. Nefas autem dicere Deum à certo tempore ortum esse, nec antè fuisse, aut omnino sempiternum esse, negare. At inuenti sunt tamen vesani nescio qui, tam præpostero iudicio homines, vt non solùm pro diis haberent quæ paulò antè commemoraui, sed eorum etiam vnumquodq; pro maximo & principe Deo colerēt: illi quidem certè vel propter indomitam ingenij tarditatem verum Deum ignorantes, vel de cognitione eiusdem non admodum laborantes, quòd putarent ea solùm esse, quæ sub sensum caderent: causam, quæ animo tantùm cerneretur, & ratione intelligeretur, nullam esse: Et tamen præsto id erat vnde fides perspicuè fieri posset. Nam cùm animo & vitam sustinerent, & consilia inirēt, & reliqua humane vitæ munia obirent, nunquam tamen efficere potuerunt, vt ipsum corporeis oculis cernerent, quamlibet studiosè annixi & ambitiosè, an quo modo hoc ipsum simulachrum omnium maximè diuinum oculis vsurpare possent. A' quo profectò rationi consentaneū erat gradū facere ad cognitionem ortu carentis & sempiterni Dei, qui oculis mortalium subductus, vniuersum mundū salutariter regit ac moderatur. Vt enim, si quis honorē & cultū, qui magno regi debeatur, eius suppræfectis tribuat ac satrapis, videri possit non stultus tantū & rerum imperitus, sed temerarius etiam, & ad audendū proiectus, vt qui nullo delectu seruos colat pro domino: ita si quis pari honore prosequatur tum omnium autorem ac procreatorem Deum, tum quæ ab eo condita sunt & procreata, sciat se maximè omnium temerè & iniquè agere: neque verò dum paria disparibus ad hunc modum tribuit, honoratiora reddere, quæ sunt cōditionis tantò inferioris, sed quantū in ipso est Dei

maiesta

maiestatē imminuere,qui ordinis est modis omnibus superiōris.Sunt & qui eò progrediātur impietatis, vt ne paria quidem impertiant,sed procreatis,quidvis honoris cultúsq; exhibeāt, procreatori nihil tribuant.Quin ne mentionem quidē faciant eius,quo nihil obuium magis,nihil magis publicum.Studiosè enim voluntariā sibi inducentes obliuionē miseri,obliuiscūtur illius ipsius,cuius vtique solius meminisse consentaneum erat. Nonnulli deniq; dira quadā rabie perciti palā edere improbitatis suæ specimen nō dubitāt,maledicā contumeliosámq; linguam exacuētes,ac Deū ipsum cōuitiis maledictísq; appetentes,& eadē opera dolore cōficientes pios homines,quos hæc audientes statim subit ingēs vixq; cōsolabilis mœror,animúmq; exest.Atq; hic quidē aries est,qui abi mpiis admoueri cōsueuerit.Hęc vna res,qua piis ora conātur obstruere,vitā quietam & tranquiliam instituētibus,& vt præstātissimā amplectentibus, ne in præsens se aliósve exasperent. Vniuersas igitur eiusmodi præstigias auersemur,& quæ naturā cognata congenitáque nobis sunt,ac fratrum nostrorū nomine ceuseri debent,etiamsi substātiā cōstant puriore ac nobiliore,& interitu minus obnoxia,ne adoremus. (Porrò fraternæ coniunctionis rationem inter se habent quæcunque ptoceata sunt, certè quatenus talia sunt:siquidem qui vniuersa precreauit,vniuersorum pater est.) Mente verò ac lingua,totisque viribus,& summa quidem constantia ad cultū accingamur illius ortu carentis ac sempiterni huius vniuersitatis autoris,cauentes ne succumbamus: imò ne locum quidem demus mellitis nonnullorū sermonibus ac lenociniis,quibus multos haud dubiè, qui sic cauissent, euadere potuissent,in exitium pertractos scimus. Præceptum primum & præceptorum longè maximum & augustissimum nostris insculpamus cordibus, quo admonemur vnicum illum summum & habendum esse & colendum Deum. Opinioni verò, quæ deorum multitudinem astruit, nemo eorum qui syncerè & cādidè verum indagare cupiant,aurem vnquam præbuerit, Cæteri quotquot vt deos venerantur & colunt aut solem & lunam,aut vniuersum etiam cælum mundúmve,aut præcipuas aliquot eius partes,hallucinantur quidem: quis enim inficias ierit? cùm ea quæ regem dominúmque agnoscunt, tantopere extollant,& quasi regio solio collocent: minori tamen hi sese scelere obstringunt,quàm qui ex lignis,lapidibus,auro,argento ve, aut alia materia fingunt ac formant pro arbitratu quisq; suo

suo varia:itaque orbem terrarum signis,statuísque replent, & aliis id genus humanæ artis opificiis, quorū procreatrix tum pictoria,tum fabrilis ars grauia in hominum vitā damna, detrimentáque inuehere solet.Subuertitur enim opinio quam de sempiterno Deo haberi,& qua in primis animum sulciri firmarique conuenit.Quibus ea sublata est,ii instar nauium,quę omnibus destitutæ sunt armamentis,fluctuantes perpetuò huc illuc aguntur,neq; se in portum vnquam recipere,neque in firmam veritatis stationem subire possunt. Tanquam cęci sint,oculos nunquam in id coniiciunt, quod & aspectu dignum in primis est,& ad quodvnum oportebat ipsos omnem oculorum aciem intendere.Horum sanè vita mihi videri solet haud paulò miserior,quàm sit eorum qui externam visionem vel depravatam habent,vel omnino etiam deperditam.Etenim hoc illi incommodo præter voluntatem afficiuntur, quia vel in granē quempiam morbum oculorum,vel in manus hostium inciderunt:hi verò sponte sua internos animi oculos non labefactarunt solùm,sed prorsus quoq; sibi abiiciendos esse putauerunt. Hinc fit vt meritò illis quasi aduersa fortuna vtentibus miseri cordia præsto sit:his tanquā flagitiosis pœna irrogetur, qui ne illud quidem vnà cū cæteris animaduerterūt, quod in prōptu adeò est,vt vix qui adhuc balbutiat puer, ignoret, opificē opificio maximè præstare,primū quidē tēpore,(antiquior enim est, & quodāmodo operis à se constructi pater) deinde etiā vi ac dignitate. Quod enim agit eo,quod patitur, nobilius est & illustrius.Cúmq; par esset(tāetsi ne hoc quidē ipsum impietatis crimine vacaret)pictores ipsos potius ac statuarios summis honoribus velut deos colere,hos tamen in obscuro iacēre siuerunt, nihil quicquā illis amplius,quàm cæteris hominib⁹ tribuētes: operaverò manibus ipsorū sculptra pictáve deos esse censuerūt. Et cōplures quidē ex ipsis artificibus inopes & obscuri ad multam senectutē peruenerūt,ac tandem aliis atq; aliis succrescēti bus infortuniis de vita decesserūt.Quæ verò arte delineārat ac elaborarāt,iis purpura,auro,reliquísq; id genus reb⁹ splēdidis ac magnificis,quas diuitiæ suppeditāt,magna cōciliata autoritas: Adhibiti etiā cultores ac sacrifici nō ingenuè modò conditionis hoīes,sed & primæ nobilitatis,& q̄ corporis etiā forma p̄cellerēt.Diligēter em̄ & accuratè tū in genus sacrifici ingrūt, an ipsū irreprehēsum sit & inculpatūtū cōpago toti⁹ corporis explorāt,an ea prorsus oīb⁹ suis ptib⁹ cōstet.Sed hęc leuiora,tā etsi

etsi per se satis supérque grauia sunt. Quod sequitur, omnium est longè grauissimum & indignissimum. Nonnullos enim ex ipsis opificibus animaduerti etiã opificiis suis vota precésque fundere, ac sacra facere. Hi tolerabilius profectò manus suas venerari & colere poterant. A quo tamẽ abstinere si mallẽt, ne nimio sui amore laborare viderẽtur, certè adorarent malleos, incudes, stylos, forcipes, cæteráq; instrumẽta, quibus adiuti, huiusmodi formã induxerũt materiæ. Quanquã his eò prolapsis dementiæ, illud à nobis liberè & ingenuè loqui volẽtibus meritò dici potest, votorum omnium primum præcipuúmq; esse, vt optemus nos esse Dei quàm similimos, & ad eius naturam, quàm maximè fieri potest, accedere contendamus, quæ summa fœlicitatis nostræ est. Iam igitur vota facite, precésq; fundite ô præclari, vt simulachris figmentísque vestris perquàm similes euadatis. Qua ex re summæ beatitudinis fructũ colligere possitis, neque cernentes oculis, neque audientes auribus, neq; respirantes odorantésve naribus, neque ore vocem edentes, cibúmve gustantes, neque quicquam accipientes manibus dantésve, aut vllo modo molientes, neque pedibus ingredientes, neque verò vlla alia corporis parte vim vllam exerẽtes, sed velut sacrosancto quodam ac præsidiario carcere interdiu noctúque concluſi & asseruati, nidorem è victimis perpetuò trahẽtes. Id vnum ex omni genere bonorũ ipsis simulachris attribui affingive potest. Sed equidem arbitror ipsos hęc audientes primùm commotum iri vehementer, quasi non preces ego, sed diras potius deprecationes memorem, mox verò ad conuitiosam defensionẽ sese conuersuros, & abundè recriminaturos. Maximũ hoc fuerit indicium manifestæ eorũ impietatis, quòd deos colant, quibus natura similes nunquã ipsi fieri velint. Ab animato igitur inanimum ne adorator. Perquàm enim absurdum fuerit, si quod ars fabricauit, ab eo colatur ac religiosè obseruetur, quod natura ipsa procreauit. Cæterùm Aegyptus non hoc modò crimine totius quidem communi regionis illius, sed & altero maximè insigni meritò accersitur. Nam præter signa statuásq;, bruta etiã animalia diuino honore prosecuti sunt Aegyptij, in primisque tauros, arietes, hircos, quibus & prodigiosas quasdam fabulas affinxerunt. Nec mirum fortasse sit ea coli ab illis animalia. Mansuetissima enim sunt, & ad vitam plurimũ conducunt. Bos arator sulcos ducit & sementi apparat: idem, vbi iam repurganda grana fuerint, trituris maximè futurus idoneus.

idoneus. Aries vestimentum suppeditat, tegumentũ longè præstantissimũ. Corpora enim si nuda essent, facilè paterent omnibus immoderati tum caloris tum frigoris iniuriis, nunc solis ardoribus æstuãtia, nunc frigida cæli intemperie rigentia. Iam verò modũ omnem prętergressi ex feris immanes cùm primis & intractabiles, leones & crocodilos, & ex serpentũ quoq; genere aspidẽ veneno, quod eiaculari solet formidabilẽ templis honorant, lucis, sacrificiis, ludorũ festis diebus, põpis, & id genus aliis. Nam & in terra & in aquis, quæ duo elemẽta magno vsui esse voluit mortalibus Deus, perscrutari immanissima quæq; ac truculentissima, nihil in terra offenderunt leone efferatius, nihil in aquis crocodilo atrocius, quorũ tamen vtrunq; diuinis prosequuntur honoribus. Quin & aliàs consecrarũt animãtes, canes, feles, lupos, & ex volucrũ genere ibides & accipitres: deinde etiã ex piscibus integra quorundã corpora, quorundã certas tantùm partes. Quibus rebus quid potest esse ridiculũ magis? Ideóq; qui primi in Aegyptum peregrè profecti sunt, vtiq; prius, quam eius regionis mores insolẽtes animis imbibissent, risu propemodũ enecti sunt. Quotquot autẽ de vera sanáq; doctrina nõnihil degustarunt, mirantur rebus tã indignis, tãtùm tribui dignitatis, & eorũ, quibus id vsu veniat, sortẽ deplorant. Existimãt enim, quod & probabile est, ipsos cõditione esse multò deteriore, quàm ea sint, quibus tantũ honoris exhibent, & in quæ sic animos suos effundũt, vt pro feris ipsi haberi possint humana specie obambulãtibus. Sustulit igitur sacris suis legibus Deus vniuersam hãc deos cõsecrandi rationẽ, & ad se, qui verè Deus est, honorandũ colendúmq; homines euocauit, nihil ille quidẽ opus habens honore, qui ei debetur, (neq; enim aliena eget opera qui sibi abundè sufficit ipse, suppeditátq; omnia) sed volens generi hominũ, quod per deuia ferebatur, viam rectam turámq; munire, quam qui ingrederẽtur, itaq; naturam ducem sequerentur, facilè prestãtissimi finis cõpotes euaderent, cognitionem adepti eius qui verè sit, & quẽ primum perfectissimũq; bonum appellare possis. Quandoquidẽ ab eo velut perẽni quodam fonte mũdus ipse, quæq; in eo insunt, largum particulariũ bonorũ succum trahunt. Iam cùm etiam de secundo præcepto quantũ licuit disseruerimus, de eo deinceps quod ordine sequitur, dicendũ nobis est. Est autem huiusmodi, non esse temerè & incõsideratè vsurpandũ nomen Dei. Porrò quidem ordinis manifesta ratio est, siquis nonnihil meatis aciem intẽdat. Nomen

enim proximè rem, de qua dicitur, sequitur, haud aliter atque vmbra corpus. Cùm igitur de habẽdo colendòq; Deo, qui verè ac semper est, dictum iam esset, è vestigio conuenienti ordine ac serie consecutum est præceptum perquàm appositum de nomine eiusdem. Nam hac quidem in re multis variisq; modis peccatur ab hominibus. Præclarum sanè & vitæ apprimè vtile, nunquam iurare, idémq; naturæ humanæ valde cõgruum, quã insita ratio docet sic veracem esse oportere, quasi quoties verba facit, iurare se putet. Altera verò, quod aiũt, nauigatio, iurisiurã di religionem sartam rectam seruare. Continuò enim, qui iurat, in suspicionem venit attentatæ fidei. Cunctandum igitur tentandúmq;, num quo modo captata procrastinatione, iurãdi occasio summoueri possit. Quòd si qua vis necessitatis vrgeat, quicquid illud est, quo de agitur, diligenter & accuratè considerandum. Res est haud parui momenti, etiamsi ex more cõtemptui habeatur, Iusiurandum enim testimonium quoddam est Dei de rebus controuersis. Deum verò testem laudare mendacij, planè impium. Agedum, si ita videtur, rationis acie intuere mihi mentẽ eius, qui peieraturus sit. Animaduertes eã nullo modo conquiescere, sed contra tumultuari secum & commoueri, vt quę velut in ius trahatur, & contumeliis maledictisq; adobruatur. Nam cuiusq; animo adhęret genius ipsi congenitus, nihil ille quidem solitus sceleris in se admittere, vt qui semper & improbitatem odio, & amore virtutem sponte sua prosequatur. Is modò accutorẽ, modò iudicem pro re nata vnus idémq; agit, qua prouocatus ac permotus, vt accusator quidem arguit, accusat, ac formidabili specie metum incutit: rursúsq; vt iudex præcipit, admonet, & ad resipiscẽdum incitat. Si flectere potest, magna alacritate recipit in gratiam: sin minus potest, bellum gerit perpetuum, nec vllas paciscitur inducias, dies ac noctes instat, nec lancinare desinit, & vulnera, quæ nullo remedio curari possint, infligere, dum miseram sceleratámq; hominis vitã abrumpat. Hìc equidem te libenter rogarim ó periure quisquis es. Ecquid ausis ad quemquam amicorũ aut necessariorũ tuorum accedere, ab eodem stipulaturus, vt quæ neq; viderit, neq; audierit, ea quasi oculis auribúsq; hausta, ac sibi diligẽter explorata, obseruatáq; testimonio suo in gratiam tuam suffulciat? Non ausis, opinor, id enim facinus est desperatæ deploratéq; amentiæ. Quibus oculis amicum intuens, si modò sobrius es, & mẽtis compos, ab eodem petes, vt nomine amicitiæ, quæ tibi

tibi cum eo intercedit, cuiquã iniuriam facias, & [illegible] diuina pariter humanàq; omnia rontẽnas ac violes? Nõ dubiũ prorsùs quin, si hæc ille audierit, planè repudiaturus sit falsum hoc & emẽritũ amicitiæ simulachrũ: deinde secũ etiã ipse expostulaturus, quòd principiò cũ eiusmodi homine amicitiã inierit: deniq; ab eodem quàm ocyssimè tanquã à bellua efferata rabiéq; percita resulturus. Itáne verò de quibus ne amicũ quidẽ interpellare ausis, ad ea testẽ impudẽter citabis parentẽ ipsum rectorémq; mundi Deũ? & eò temeritatis venies, sciẽs nihil esse quod illius fallat oculos, nil quod aures fugiat, an verò ignorãs? Si ignoras, pietatẽ aduersus deũ tollis. Porrò sceleriũ omniũ fons est impietas. Ad hoc grauissimũ scelus, illud accedit, quòd mira quadã arte & astutia ipsam quoq; iurisiurãdi religionem oppugnas, cùm per eum, quẽ neq; aduertere, neq; omnino esse putes, sic iures, quasi eũ rerum humanarũ procurationẽ habere cẽseas. Sin est autẽ, vt mũdum noris à deo regi administrariq;, neq; verò id solùm, sed etiã ab eodẽ hominũ vitæ cõsuli & prouideri, nulla iam impietate impietas tua superari potest, qui, si minus ore & lingua, certè interno animi affectu, cuius tibi cõscius es, cũ Deo sic agas. Iuuato me falso testimonio, iuuato collusione, iuuato deniq; fraudis & imposturæ societate. Spes mihi vna tuẽdæ laudis ac famæ apud homines, veritatis dissimulatio. Alteri tãtò inferiori tu tãtò superior, homini quidem eidémq; improbo tu Deus idémq; omniũ optimus ac præstãtissimus iniquam operã præstare ne dubitato. Sunt & alij qui nulla fructus atq; emolumẽti spe ducti, temerè nullóq; discrimine de rebus quibuslibet subinde iurent. Id quo prauæ cõsuetudini acceptũ referri debere vel illud satis docet, quòd etiã vbi nihil prorsus in cõtrouersiam adductũ est, iurãt, volẽtes fortasse orationem efficere deiuriis vsurpãdis pleniorẽ. Quasi verò nõ satius esset nõnihil de verbis ipsis decidere: imò verò qñ ex crefrequẽtiq; deiurio periurium nascitur & impietas, sermonis ac vocis vsum prsus amittere. Necesse est igit eũ, qui iuratur⁹ sit, oĩa paulò diligẽtius excutere & curiosius: & id quidẽ in primis quo de agitur, explorare, magni sit momẽti nẽne, & an reuerà factũ sit, an etiã firmiter ipse, qd factũ est, animo cõplexus sit. Deinde se quoq; ipsũ recognoscere, puróne sit à præuaricatione aĩo, corpore ab ingnamẽto & illuuie, lĩgua à ꝓbris & cõuitiis. Nõ em̃ piũ est, vt quo ore qs sacrosan. & augustũ Dei nomẽ vsurpet, eodẽ promẽdis cõtumeliis & maledictis abutat. Porrò lo-

ci quoq; temporis idonei habēda ratio est. Nonnullos enim iam animaduerti, qui in locis profanis & impuris, vbi neq; de patre, neq; de matre, imò ne de vllo quidē sene alienigena, qui honestè & cū laude vixerit, mentionē fecisse par est, iurare non dubitarent, & integras deiuriorū formulas connectere, impiè clarū & celebre Dei nomē, vbi minimè oportuit vsurpare auſi. Quin suprà dicta contemptui habeat, sciat se primùm scelestum esse & impurum: deinde maxima supplicia, quæ ipsum intercipiant, velut in insidiis esse: neq; enim diligēs illa rerum humanarum inspectrix, quam nos iudiciorū præsidem, Græci Νέμεσιν nominant, à quoquā qui tantis se sceleribus polluerit, exorari, aut vllo modo flecti potest. Ea tū quando nō simul atq; peccatū est à quopiam, pœnas ab eodē sumit, videtur hac quidem lege, vt fœnore permultū forti accessiurū sit, supplicia fœnerare, quæ cùm tēpestiuū fuerit, ex vsu Reipub. à debitore exigere possit. Quartum præceptū de feriis diei septimi, quæ Deo dicatæ sunt, agit, docétq; eas purè ac sanctè transmittendas esse. Has nonnullæ ciuitates semel in mense celebrant, numero adæquantes Calendis ex placito diuino institutis. At Iudæi sex interiectis diebus, septimū continenti quodā circulo festum agunt. Cuius rei causa perquàm manifesta deprehenditur ex ipsa cōditi orbis historia. Siquidē ea mūdum sex diebus creatum esse docet: Septimo autē feriantem ab omni opere Deū cœpisse, quæ bellè cōdidisset, intueri & contemplari: ex quo præceptū etiam tradi iis, qui in hac Repub. diuinis fundata legibus versaturi essent, vt quemadmodū cæteris in rebus, ita hic quoq; Deum sequētes ducē, negotiis operibúsq; sex diebus incūberent, septimo quiescerent, léq; sapientiæ studio traderent, speculationi rerum naturalium vacarent, dispicerēt num quo se scelere superioribus diebus inquinassent: deniq; à se rationem dictorū factorúmque ad suæ ipsorū mentis tribunal diligenter exigerent, ipso etiam diuino sermone discepratore atq; censore adhibito: itaq; ea quę inconsideratè neglexissent, corrigerent, ac ne iterū vllum in se scelus admitterent, in posterū cautius diligētiúsq; prouiderēt. Sed dierū sex vsuram Deus in exædificationē mundi cōsummationémq; semel cōtulit, spatio tēporis nihil opus habēs. Hominibus verò, quorū sors, quia mortalis & caduca est, ad necessarias vitæ vsus plurimis eget, ad extremū vsq; vitæ actum diligenter & studiosè in eo perseuerandū, vt sibi comparent quæ ad vitam degendā necessaria sunt, sacris feriis septimo quoq; die

inte

intercalatis. An-nō præclara hæc exhortatio, & quæ plurimùm valeat ad animos cùm ad alias virtutes, tum maximè ad pietatem incitādos? Semper tibi, inquit, imitādum propone Deum. Sed illud dierū spatium, quanto quidē spatio mundum architectatus est Deus, exēplar tibi sit temporis, obeundis actionibus, cōficiendis q; negotiis, destinandi perquàm idoneū ac sufficiēs: Septimus verò dies, operæ philosophicis ac diuinis speculationibus impendendæ. Septimo enim die inspexisse dicitur Deus quæ cōdiderat, vt & ipse intelligas tum naturæ opera, tum tua quæcunq; ad felicitatē contendunt, tibi speculāda contemplandā q; esse. Ab hoc igitur vitæ vtriusq; laudatissimæ archetypo, tū eius quæ in actione cernitur, tum eius quæ in cognitione & contemplatione versatur, ne oculos vnquā remoueamus: sed ad ipsum assiduè respicientes, nostris ipsorum mentibus illustres imagines ac formas insculpamus, & mortalitatem hanc ad immortalitatis ipsius similitudinem, quoad fieri potest, dictis factisq; idoneis effingamus. Qua verò ratione dicatur sex diebus cōditus à deo mundus, cùm ei nihil planè tēporis spatio ad agēdum opus sit, tractata alibi explicatáq; allegoria demonstratū est. Prærogatiua certè, quam in rerū natura septenarius numerus habeat, patefacta ostensáq; ab iis est, qui disciplinas pertractando ipsam diligenter accurateq; vestigarūt. Hæc æstimatur ex ea, quæ in numeris virgo est, quæ matris expers, habitudine, vni illa quidem principióq; maximè propria. Ad hęc quoniam inerrantis orbis vnū idea est, septem erronū profectò erit septenarius. Vno enim septenarióq; incorporeū illud cælum cōstat, quod aspectabilis & corporati exēplar est. Porrò ex indiuidua diuiduáq; natura concretū est ipsum cælum. Sed indiuidua quidem natura primā ac summam inerrantémq; conuersionē sortita est: Diuidua autē vi atq; ordine secūdam. Illi vnum præest, hāc moderatur septenarius, quæ sexies diuisa septem errones, quos vocamus, effecit, ita dictos, non quòd quicquā eorum, quæ in cælo sunt, & naturam habēt diuinam ac beatā, vllo modo deerret, cùm nihil æquè expers erroris sit: Siquidem illa perpetua quadā sibiq; simili vertigine æuum velut glomerāt, nec vnquā à suo deflectunt euariántq; curriculo: sed potius quòd quæ motu circūagantur ipsū indiuiduo extimóq; orbi cōtrario, erratica impropriè vocauit hominū temeritas ac stultitia, suum ipsorū errorem ad cælestia referentiū: quæ tamen in illa diuina acie ordinem nunquam deserunt. Ob hæc igitur aliáq; item plura,

magno in honore septeũarius habetur. Verũtamen nõ aliunde tanta eidem prærogatiua est,quãta ex eo quòd in primis conditorẽ,parentémq; vniuersorũ prodit,ac velut spectãdum exhibet.In hoc enim quasi speculo videre sibi videtur humana mẽs Deum molientẽ procreãtémq; vniuersa,& eadem moderãtem. Iam verò vbi de feriis actũ est diei septimi, quintũ præceptum traditur,quod est de colẽdis obseruãdisq; parẽtibus, eiq; locus attribuitur in cõfinio vtriusq; quinarij.Hoc igitur prioris quinarij postremo loco positũ,sacrorum augustorũmq; præceptorum iungit cõplétq; quinarium,eadémq; alteri quinario annectit,qui iura hominibus ipsis inter se retinẽda exercẽdáq; cõplectitur.Eius verò rei causa,vt equidẽ opinor,hæc est:Parentũ natura,essentiæ mortalis immortalisq; quoddã velut confiniũ est:mortalis,propter corpora ipsorũ fluxa & caduca, quæ hominum reliquorúmq; animalium cognatione teneãtur:immortalis,ob vim facultatémq; procreãdi,qua quodãmodo Deum repræsentẽt vniuersorũ procreatorem.Iam sanè quidem nõnulli cùm se alteri parti addixissent,alterã viti sunt habere cõtẽptui. Vehementiore enim pietatis amore rapti,diuino cultui totam vitã suam dicarũt,aliis,quæ vna quoq; suscipienda tractandáq; erant,in totũ ferè prætermisis.Alij verò nihil in bonorum numero habẽdũ esse rati extra ea,quæ homini ab homine debentur officia,vnũ modò hominum cõmercium amplexi sunt, & cõmunitatis societatisq; desiderio capti,ex æquo omnes ad vtẽda fruendá ; bona vocauerũt,ac malis omniũ miseriisq; remedium,quãtum potuerunt,adhibuerunt.Hos quidem certè rerũ humanarum,illos diuinarũ impensè studiosos meritò quis dicat,ac semiperfecta quidem virtute prædito vtrosq;. Eos enim demũ numeris omnibus absolutos esse,qui se vtriusq; probauerint.Quotquot autem neq; vllam propensi in res humanas animi fidem faciunt significatione vel lætitiæ,dum bene cedũt res mortalibus:vel doloris,dum malè:neq; amore implicãtur pietatis & innocentiæ,videri omnino possint in ferarũ naturã degenerasse:ex quibus haud dubiè primas atrocitatis partes ferat is,qui nullam habet parẽtum rationem,& vtranq; partem exagitãs,Deo pariter hominibúsq; aduersatur.Sciat igitur duplici se iudicio,quorum certè vtrunq; sponte naturæ agnoscatur,reum peragi,diuino humanóq; ;tac diuino quidem impietatis damnari,quòd qui in rerum naturam ipsum,cùm antè nõ esset,addoxerint,atque hoc ipso Deum imitati sint,eos minimè colat

colat & obseruet:humano autem inhumanitatis planè conuinci.Nam apud quẽ beneficium collocabit,qui quos habet arctissimo consanguinitatis vinculo coniunctos,& à quibus amplissimis muneribus affectus est,quorum nõnulla etiam tãta sunt, vt paria facere nunquam possit, eos paruipendit ac dispicit? Quî enim possit quispiam eos vicissim procreare à quibus sit procreatus? Parentibus videlicet eximiã prę liberis sortem largita natura est,vt beneficia cõferãt,quibus par gratia nulla vnquam referri possit.Quò sit vt meritò indignũ & graue cẽseri debeat,si qui pro omnibus,quæ acceperũt,parem gratiã rependere nullo modo possunt, ne pro leuioribus quidẽ velint.His ego videor mihi iure dicturus. Ab hominibus feras domari oportere.(Et sæpe quidẽ ipse incidi in leones,vrsos, pardósq; ita edomitos,vt nõ iis modò hominibus,à quibus alerentur, tractabiles se mãsuetósq; præberent,quasi beneficiũ agnoscerent, sed aliis quoq;:nec verò alia de causa,vt equidẽ sentio, quàm q hos illis similes esse cernerẽt.)Decet enim deteriora semper se ad prẽstantiorũ æmulationem cõponere,itaq; spẽ existere proficiendi in melius.Nũc contrà hortari cogor homines, vt nonnullarum ferarũ æmulos se imitatorésq; præbeant. Illæ norũt didicerúntq; bene de se meritis gratiã repẽdere.Canes pro tuẽda domo herili dimicant:& vbi periculi aliquid ex improuiso acciderit,nõ sinunt se superstitibus heros è vita tolli. Quinetiã eos qui tuẽdis gregibus adhiberi solẽt,aiũt in propugnãdo grege ita ferè perseuerare,vt extrema patiãtur omnia,quò ab omni damno ac detrimento pastores ipsos vindicẽt. An-non illud maximè pudendũ,in reponẽda gratia vinci à cane hominẽ,ab audacissima petulãtissimáq; fera animal mãsuetissimum?Sed si nõdum satis terrestria nos edocẽt animalia,ad aërea transeamus,vnde quæ par est,discamus.Ciconiæ vbi cõsenuerunt, nec iam ad volatũ vires sufficiunt,nidis se continent. Earum pulli, propè dixerim,terrãs ac maria circũuolitãtes,vndecũq; parentibus victũ quærtitant.Atq; ille quidem,ita vt eam ætatẽ decet, quieti se tradunt,& reliqnã vitam agunt in deliciis & summa rerũ copia.Hi,quos labores tolerãt in suppeditando parẽtibus victu,eos leues planè ducẽtes tum pietatis ergô , tum quòd se, vbi cõsenuerint,vturos sperent simili natorũ officio, necessariũ debitum in tẽpore vicissim exoluũt,& quale acceperũt beneficium,reponũt.Nõ possunt vtiq; neq; nati statim ab ortu,neque parẽtes sub extremũ vitæ tempus victũ sibi parare. Quò fit vt

ipsæ ciconiæ sponte naturæ antè, quàm è pullis excesserint, foueantur à parentibus, posteáq; eosdē senes magna alacritate foueant. An non igitur quotquot curam parentum depositorunt, pudore affici, & à se ipsi pœnas exigere debent, cùm paruam eorum rationē habeant, quibus vel solis vel cum primis prospectum ab ipsis esse oporteat, & in quos non tā conferri beneficiū, quàm referri gratia videatur? Nihil enim habent liberi, quod non idem parentibus acceptū referri debeat, vt quod ipsi de suo deciderint, aut cuius quoquomodo liberis autores fuerint. Ecquid igitur hi pietatem ac sanctitatē, duas virtutum reginas, finibus animorum suorū complexi sunt? Amandarunt potius, & in exilium relegarunt. A' Deo procreātur liberi parentum ministerio. Porrò qui ministrū aspernatur, vnà principem quoq; ipsum aspernatur. Sunt verò & qui audeāt paulò magnificētius parentū nomen celebrare, dicántq; patrē ac matrem deos vtiq; esse humanis oculis expositos, & in fingendis animalibus imitātes ipsum summū ortu & origine carentem Deum. Cęterùm hunc vniuersorū Deum esse, illos eorū tātùm quæ procrearint. Fieri verò nequit, vt qui impiè contēnat eos, quos intuetur prę: sentes, pietatē erga eum, quem non videt, colat. His de honore parentibus exhibēdo pertractatis, prior diuiniórq; absoluitur quinarius. Ac sequitur alter, & is quidē interdictionibus constans, mutua hominū commercia spectantibus, initio ducto ab adulterio maleficiorū maximo. Primùm nanq; fons huius & origo studiū voluptatis est, quod eorū, in quos semel inuaserit, & corpora frāgit, & vires animi soluit, eiusdémq; vitiat & labefactat substantiā. Siquidem in morem ignis subinde inualescētis quicquid attigerit exest, nihil saluum in vita humana, nihil integrū relinquens. Deinde etiam eum, cuius iam animo adulterium implantauit, nō modò ad iniuriam faciēdam instigat, sed vnà quoq; docet iniquitatē ipsam cum altero cōmunem habere, & societate earum rerum inire, quarū minimè liceat. Vbi enim insana furiosáq; libido cuiuspiam animum semel occupauit, non potest is tandē suæ ipse auiditati satis esse. Duos omnino, vnū præeuntis, alterū obsecundātis partes gerentem, conuenire necesse est, prouehendis incōtinentię & silacitatis vitiis longè turpissimis. Neq; eā dicere licet, eius quæ adulterio polluitur, corpus tantū vitiari corrumpíq;, imò, si verū fateri volemus, ipsius animū à viro abalienari magis, quàm corpus iudicabimus. Docetur eā modis omnibus illū auersari atq; odisse.

Ac

Ac minus quidē id graue esset, si se odium palàm apertéq; proderet. (Cauētur enim facilius quę perspicua sunt & manifesta.) Sed neq; in suspicionem venire, neq; deprehendi facilè potest. Miris dolis tegitur, & quasi velis quibusdam obtenditur. Quin sæpe accidit vt valde à re diuersam amoris ac beneuolentiæ opinionem vir habeat, pręstigiosis nimirū captiosisq; fascinatus vxoris illecebris. Porrò cōturbantur tres subuertuntúrq; familiæ: Vna eius viri, cuius violēmnr nuptialia fœdera, quiq; & votis fraudatur cōiugalibus & spe legitimorū liberorum spoliatur: altera adulteri: adulterę tertia. Ambo enim contumelia infamiáq;, ac maximis quibusq; probris aspergūtur. Horū si fuerint amplæ & numerosæ familiæ, quia aliis atq; aliis subinde contractis matrimoniis magna existit ciuiū inter se necessitudo atq; cōiunctio, hæc ipsa noxa circūquaq; grassatur, & vniuersam etiā ciuitatē peruagatur. Atqui grauis omnino molestáq; res est, vbi de liberis ambigas, tui sint an alterius. Et tamen niū pudicā habes vxorem, dubium tibi prorsus incertúmq; est, cuiusnam reuera sit patris qui in lucem editur fœtus. Et res interim in occulto si latet, spurij legitimorū liberorum ordinē sibi locúmq; vindicantes, alienā familiam polluunt & labefactant, & hæreditatē, quatenus ea quidem paterna censetur, sed quæ tamen ad ipsos nullo iure pertineat, consequuntur. Atq; adulter ipse posteaquā virus suum effuderit, & sobolē omniū conuitiis expositam procrearit, deniq; libidinē suam expleuerit, non sine graui alterius iniuria, subducet se, ac ridendam præbebit eius, quem reclamātibus legibus violauit, ingnorationē. Hic autem perinde ac si vtroq; oculo captus esset, nihil eorū animaduertēs quæ domi gerūtur, cogetur susceptos ex inimicissimis liberos pro suis curare. Iam retegatur maleficiū, extrema omnia passuri sunt infelices liberi nullo suo merito. Cùm eā marito adulteræ suum sit genus, & adultero suum, ad neutrum tamen referre originem suam poterūt. Quando igitur illicitus concubitus tot ac tātas parit calamitates, adulteriū quod & odiosum hominibus, & Deo inuisum est, meritò cætera post se scelera maleficiáque omnia censetur relinquere. Altero verò edicto cauetur ne quis cædē perpetrare ausit. Natura enim cùm animal, quod ad societatem colendam, & ad vitā ex legum præscripto instituendam procrearat, mansuetissimū esse vellet, ad concordiam ipsum communionémq; vocauit, rationem largita, cuius vi ad concentionem temperationémque mores deduci possent. Qui-

cunque igitur cædem facit, sciat se leges sanctionésque naturæ pulchrè & ex vsu omnium conditas positásq; subuertere. Nec tamen ignoret se sacrilegio quoq; obnoxium esse, ex quo rem, quam Deus sibi sacram in primis dicatámq; esse voluit, sustulerit. Namque donaria homine vel augustiora vel sublimiora? Aurum argentúmque & lapilli, & quæcunque præterea pretiosa materia est, inanimorum ædificiorum ornamenta sunt inanima. Homo verò animal præstantissimum, quod ad animum attinet potiorem eius partem, cognatione quadam cum purissima cæli natura, & vero, vt permulti censent, cum ipso quoque mundi parente coniunctissimus est, vt qui mente præditus sit, quæ omnium, quæcunque in terra sunt, maximè sempiternum illud beatúmq; exemplar æmuletur ac repræsentet. Tertiò posterioris quinarij interdicto furtum prohibetur. Quandoquidem qui alienis inhiat, communis Reipublic. hostis est. Nam in omnium fortunas animo & cogitatione inuadit, reipsa in nonnullorum bona manus iniicit. Inexpleta videlicet habendi cupiditate tenetur, sed virium imbecillitate in eas redigitur angustias, vt ad paucos tantùm peruenire possit. Itaque qui fures aliquid virium potentiæque nacti sunt, totas compilarunt ciuitates, nullo se suppliciorum metu coercentes, quod sibi legibus superiores esse viderentur. Atque hi ferè sunt, qui ad constituendam stabiliandámq; paucorum potentiam, valde propensum habent ingenium, qui dominatum imperiúmque appetunt, qui insignia furta faciunt, venerandis principatus imperiique titulis ea velantes, quæ tamen ipsa verius latrocinia dicerentur. Edoceatur igitur quisque iam inde ab ineunte ætate nihil rerum alienarum, quantulum idcunq; sit, clàm subtrahendum esse, propterea quod longiusculi temporis consuetudo, ipsa tandem euadit natura superior, & quæ exigua sunt initio, nisi coerceantur, subinde augescunt, itaque progressum ad magnitudinem faciunt. Hoc Dei vetitum de rebus alienis non attrectandis statim excidit aliud eiusdem de falso testimonio non dicendo. Norat enim falsos testes multis esse magnísque, imò grauissimis quibusque sceleribus obnoxios. Primùm enim augustam illam & sacram veritatem violant, qua nihil in hominum vita sanctius ac diuinius: (siquidē instar solis cuiusdam ita splendore suo res ipsas illustrat, vt nihil in obscuro iaceat:) Deinde præterquam quod mentiuntur, etiam res ipsas velut nocte quadam ac profunda caligine inuoluunt,

uunt. ac nocentibus quidem operam præstant, innocētibus autem struunt insidias, affirmantes quæ neque viderunt, neque audierunt, neque verò sciunt, ea certò se scire compertáque habere. Admittunt præterea tertium scelus superioribus multò grauius. Qui enim inter se litigant, vbi res manifestis rationibus vel tabulis probari nequit, ad testes confugiunt, quorum oratio iudicibus velut regula quædam est eorum, de quibus sentētiam pronuntiaturi sunt. In his enim acquiescendum solis, vbi non est alia probationis via. Qua ex re illud vsu venire solet, vt qui falsis exagitātur testimoniis, ij si in causa alioqui superiores esse poterant, iniuria afficiantur. Qui verò iudices talia testimonia audiunt, pro æquis & iustis iniqui & iniusti censeantur. Et hoc quidē scelus ad impietatē etiā pertingit. Nō em̄ citra iusiurādū iudicia exerceri solēt, sed horribili potius iureiurādo adhibito, quod ꝓfectò ab iis violatur magis, qui fucū faciūt mortalib⁹, quàm ab iis q à iurisiurādi religione aberrant, rerū ignoratione circūuenti: qñquidē hi peccāt insciētes, illi fallere & vincere studēt sciētes, ac oīno de industria peccāt, & eos, qui sentētiæ aduersentur, ad peccati societatē inducūt ignaros quidē, nec satis intelligētes quod attētatur ad suppliciū imme ritò nōnullis irrogandū. His igitur de causis falsi testimonij dictionē à Deo vetitā esse puto. Extremo loco prohibet idē cupiditatē nō ignorans illā, aut res nouas moliri semper, aut struere insidias. Omnes quidē certè animi ꝑturbationes graues sunt ac molestæ, ipsū mouētes quatiētésq; præter naturā, nec valere sinētes. Omniū verò grauissima cupiditas est, propterea ꝙ cęterarum perturbationū, quæ extrinsecus incidūt atq; aduenient, nulla videt ab animi volūtate pendēre: sola ipsa cupiditas oritur à nobis, voluntariáq; est. Sed qd hæc sibi volunt? Præsentis boni opinio quiescētem animū erigat atq; excitat, & valde sublimē rapit, nō aliter ac fulgetrū oculos. Vocatur autē hæc affectio, voluptas. Bono autē cōtrariū malū, vbi irruptionē fecerit, & certū vulnus inflixerit, statim ipsū animū recōdita quadā tristitia; cogitatione inutilū nolētémq; repler, Atq; hęc perturbatio dolor appellat. Cū autē malū nōdum intrò receptū percellit hominē futurūq; est vt subeat, sęq; insinuet, pauorē ac mœrorē ꝓmittit inauspicatos nūtios, qui animū cōcutiāt. Et hæc quidē affectio metus nominat. Cū verò quis opinionē cōcepit boni nō ꝓsentis, & hoc ipsum assęq cupit, suū iōgissimē agit, impellitq; animū, quē dū intēdit plurimū, volēs id, cui⁹ desiderio tenet, attīgere, velut rotæ alligat⁹ distēdi, cōuelliturq; magno

quidem studio appetitum bonum captans, quod assequi tamen nullo modo possit. Huic planè idem usu venit quod iis, qui mira quidem alacritate, at non pari celeritate abscedentes persequuntur. Videtur & circa sensus nonnihil contingere simile. Fit enim vt dum oculi ad rem quampiam aspectabilem, quæ procul absit, peruenire contendunt, seque admodum exporrigunt, & magis quàm virium ferat imbecillitas, exerunt, per vacuum cõcidant, nec planè rem obiectã intueri possint. Ad hæc etiam violento cõcitatóq; impetu debilitati, caligine suffundã tur. Itidem vbi sonus subobscurus è longinquo fertur, repentè arriguntur aures ac velut impetu quodam insiliunt annitentes propius, si queant, accedere. Tãta incessit cupido vocis clare manifestéq; excipiendæ. Cæterũ ea quãdo adhuc, vt par est, subobscura fertur, nihil exhibet certæ veræq; cognitionis. Quò fit vt magis subinde crescat vanũ irritumq; eiusdẽ percipiendæ desiderium auiditate ipsa Tantaleum quoddã inferente supplicium. Nam quæ Tãtalus concuperet, cùm iam sibi apprehensurus videretur eorum potiandorũ spe derepente frustrabatur. Quem verò sua regit cupiditas, is perpetuò rerum, quas concupiscit, desiderio laborat, nec expleri vnquã potest inani auiditatis volutabro hærens. Et verò, vt qui serpere gliscereq; morbi solent, nisi nascẽtes statim resectionibus exustionibúsve inhibeantur, vniuersam circũ circa corporis cõpagem quàm celerrimè corripiunt, nec vllã partẽ relinquunt illæsam. Ita nisi ratio, philosophiis nixa præceptis: instãt periti medici, illabentem fusti neat reprimát; cupiditatem, necesse est omnia in vita mortalium præter naturam agi & conflictari. Nihil enim immune, nihil vacuum ab hoc malo est. Id si nimia securitas, nimiúmq; otium semel exceperit, furor quidam existit, ac sursum deorsum miscentur omnia. Ineptum fortasse fuerit pluribus verbis disputare de rebus adeò manifestis, quas quis non videt vel secũ ipse, vel cum tota ciuitate, non singulis modò diebus, sed etiã singulis propè dixerim horis certa manifestáq; sui indicia prodere? Num pecuniarũ amor mulierúmve, aut gloriæ, aut alterius cuiuspiam earũ rerũ quæ sunt efficientes voluptatis leuium vulgariúmq; malorũ autor est? An non vel hac vna de causa familiæ à te inuicẽ plerũq; abalienantur, naturalẽ beneuolentiam vertẽtes in pertinaces deploratásq; inimicitias? An nõ amplæ frequẽtésq; regiones intestinis factionibus desolãtur? An nõ terra mariq; nouarũ semper calamitatũ ingẽs prouent

uentus à naualibus terrestribúsq; copiis? Græcorum enim alio rúmq; populorũ bella vltrò citróq; magna atrocitate illata & gesta ex vno cupiditatis fonte manarũt omnia, dũ opes augentur auidius, vel gloria voluptásve impẽsius quæritur. In his eñ versantur humani generis studia. Sed de his satis multa. Scitu verò dignum illud est. Decẽ hæc effata præceptáve legũ omniũ, quæ particulatim sacris sparsæ sunt voluminibus, summa esse capita. Nam primũ quidem summã legũ cõplectitur, monarchiã statuentiũ. quibus planũ manifestúmq; fit, vnũ esse mũdi autorẽ, rectorem vnũ ac regẽ, salutariter vniuersa moderãtem & gubernantẽ, qui è cælo, quod est naturæ purissimæ, paucorũ principatũ. statúmq; popularem summouerit, duas Reipũ. formas nõ perinde tutas ac salutares, quæ apud improbos homines ex inordinato rerũ statu & immodica vsurpãdæ rei alienæ cupiditate nasci solent. Alterũ autẽ caput est & summa omniũ, quæ de humanis opificiis sanciri possint. Signa, statuásque quæ pernicioſis pictorũ sculptorúmq; artibus elaborari solent, fabricari vetat. Quinetiã fabularũ figmẽta reiicit, cuiusmodi deorum cõnubia ortúsq; sunt, & quæ vtrũq; consequũtur, innumerabiles ac perquàm graues pestes. Tertiũ verò in pauca quę dam cõtrahit, & quarũ rerũ gratia iurare fas sit, & quarũ nõ sit: Tũ etiã quo tẽpore, quo loco, per quẽ iurare, quomodo affecto animo, quomodo corpore eos esse, qui iurant, necesse sit. In summo, quæcunq; de iurisiurãdi religione vel seruata vel neglecta diuinis oraculis edita sunt ac prodita. Quartũ præceptũ quod est de septimo die, summa sacrarũ feriarum òmnino cẽseri debet, simúlq; expiationũ iisdẽ præscriptarũ. erant autem hæ in ritu ferè positæ auspicatarũ idoneárúmq; ablutionũ, precum vocalium, ac solidorum sacrificiorũ. Porrò septimũ intelligi volo, & vt senario, qui genitalis maximè est, admiscetur: & vt ab eodem distinctus, ipsi superadditur, vnius speciẽ imaginémq; referens. Ac generi quidem vtriq; sacræ accensentur feriæ. Ad vnum quidẽ refertur primũ dies ille mensis cuiusq; festus & solennis, quẽ tubarum clangore indicãi ac denuntiãt. tum ieiunij dies, qui absq; cibo potúve transmitti iubetur, tum is etiã quẽ sua lingua Hebræi Pascha vocant, & quo vniuersis in tribubus singuli sacra faciũt, non expectatis sacrificiis, cùm per legẽ vniuersæ gẽti liceat peculiari quodã die fungi quotãnis sacerdotio sacrorũ gratia quæ facere ipsimet debeant. Vni præterea accensetur etiã dies, quo donaria offerũtur spicarũ perfectarum

pro acceptis beneficiis fœcũditatis vbertatisq; agrorũ. Deniq; q ab hoc septẽ supputatis hebdomadib⁹ quinquagesimus dies est, & Pẽtecoste verbo Græco vocitatur, quo solẽt Hebræi panes offerre, qui à re dicũtur primatũ frugũ panes, quãdoquidẽ frugum ac fructuũ primitiæ sunt, cibũ mitẽ placidúmq; præbẽtiũ, qui homini animaliũ placidissimo ac mãsuetissimo assignat⁹ à Deo est. Septenario autẽ maximæ multorũq; dierũ ferię attributæ sunt circa æquinoctiũ vtrũq;, vernũ & autũnale, geminis feriis in geminũ æquinoctiũ incurrẽtibus, earúmq; singulis, septem dies cõplectentibus, vnis quidẽ vere, vbi finẽ accipit vniuersa semẽtis: alteris verò autũmno. cũ vniuersi colligũtur reponũtúrq; fructus, ij etiã qui ex arboribus percipi solẽt. Septeni verò dies meritò attributi sunt septenis mẽsibus æquinoctij vtriusq;, vt eximiũ diei vnius sacri festiq; decus & ornamentũ singuli mẽses habeãt recreãdis relaxandisq; animis. Sunt præterea leges multò pulcherrimæ ad mãsuetudinẽ societatémq;, simul ad modestũ & æquabile vitæ genus adducẽtes, quarũ nõnullæ de septimana quiete positæ sunt, cuius gratiã iisdẽ cautũ legibus est vt totã regionẽ interquiescere sinãt incolę, neq; serẽtes, neq; arantes, neq; verò interlucãtes, aut aliud omnino quicquam eorũ, quæ ad agrorũ cultum pertinent, exequẽtes. Etẽ legislator tantus ingenio præditus minimè imperioso ac duro, regionẽ tum cãpestram tum montanã sex totos annos fatigatã producẽdis fructibus, pẽdendisq; vectigalibus annuis interquiescere voluit. quò ea velut respiraret, & quasi libertate quadã recrearetur. Sunt & de quinquagesimo anno latæ leges, quoquidẽ anno, quæ modò dicta sunt, plenissimè prẽstantur, ac possessiones restituuntur familiis, prout sors ab initio cuique obtigerit, res apprimè necessaria, & humanitatis iustitiæq; plena. Quintum verò præceptũ, quod est de colẽdis obseruãdisq; parẽtibus, multas & eas quidem necessarias leges quodã velut inuolucro tegit, de senibus & adolescẽtibus, de principib⁹ atq; horũ potestati obnoxiis, de beneficiis, & iis, apud quos beneficia collocãtur, de seruis ac dominis. Etenim parentes in numero eorũ habẽtur, qui superioris sunt cõditionis ordinisq;, quo numero cẽsendi sunt senes, magistratus, benefici ac domini. Liberi verò iis annumerandi planè sunt, quorũ est ordo cõditióq; inferior. Ac liberis quidẽ accensendi tũ iuniores quiq;, tũ ij qui sub alterius potestate sunt, tũ ij etiã, erga quos benignitas beneficẽtiáq; exercetur, tum verò serui. Adhæc verò alia pleraq; sancita

cita sunt. Imperatũ iuuenibus, vt senilem acerbitatẽ ferãt, senibus, vt iuuentutis curã habeant. Iis autẽ qui sub imperio sunt, magistratibus suis vt pareant, magistratib⁹ ipsis vt eorũ, quib⁹ præsunt, vtilitati consulãt. iis verò, qui beneficiũ acceperunt, vt gratiam referãt, qui cõtulerũt ne quasi mutuũ dantes repetãt. Seruis quoq; vt heris ex animo pareant ac seruiãt, heris vt humanos se mãsuetósq; præbeãt: quibus ex rebus nasci soleat æquabilis illa inæqualitas. Atq; hi quidẽ sunt fines prioris quinarij multa summatim breuitérq; perstringentis. Neq; enim paruus est legũ particularũ numerus. Alterius autem quinarij primo capite arguuntur adulteri. Huic edicta subiiciuntur plurima de stupratoribus, de puerorũ amatoribus, de iis qui libidine diffluũt, & illicitos effrẽnatósq; sequũtur cõcubitus. Horũ verò descriptæ species sunt in diuinis legibus, nõ vt varia multipliciáq; incõtinẽtiæ genera indicẽtur, sed vt qui turpiter vitã traducũt, planè deterreãtur, auribus suis tam multa probra, vt eos pudeat, hauriẽtes. Altero verò capite prohibet homicidiũ, atq; huc leges vniuersę de vi illata, de iniuriis, de pulsationib⁹, de inflictis vulneribus, de mutilationibus positæ referũtur, necessariæ quidẽ illæ, ac omnibus perquam vtiles. Tertiũ autẽ caput, quod est de nõ furãdo, cõplectitur quæcũq; aduersus eos legibus definita sunt, qui vel creditoribus decoquunt, vel negant depositũ, vel societatis iura violant, vel impudenter aliena rapiunt, deniq; habendi nimia cupiditate adducti circunscriptis fraudatisq; clàm palámve aliis plus sibi vsurpãt, quàm par est. In quartũ autem caput, quod falsum testimoniũ dicere vetat, multa recidũt, Nemini fraudi esse, Neminẽ calumniis circũuenire. Neminẽ qui sceleris aliquid moliatur, opera iuuare, Nemini prætextu bonæ fidei fucũ facere. Quibus de rebus omnibus latæ sunt leges valde cõsentaneæ. Quintũ verò caput cupiditatẽ arcet atq; inhibet. Porrò ex ea velut vitiorũ omniũ scatu rigine manãt actiones nefarię, quę priuatim ac publicè, magis ac minus per fas ac nefas, tum circa corpus, tũ circa animũ, tũ circa ea quoq;, quæ dicuntur externa, se prodũt ac proferũt. Nihil enim vt antè etiã dictũ est, cupiditatẽ fugit. Quin ea velut flãma in materiam agens, pascitur absumens depopulánsque omnia. Multa verò eorum, quæ huc referuntur, constituta imperatáq; sunt tum ad illos exhortãdos qui se admoneri reprehendive æquo animo ferunt, tum ad pœnas contumacibus ac refractariis, qui toto vitæ tẽpore huic se permiserint affectui, irro-

gand

gandas. Atque hæc de altero quinario, quantum satis est, dicta sunt. Itaque peruentum ad finem decem effatorum, quæ Deus ipse pro dignitate numinis diuinitus elocutus est. Aptũ enim congruénsq; ipsius maiestati erat, vt summa legum particularium capita ipse ex sua persona diuinitus: ipsas verò particulares leges oraculari ministerio summi vatis, quẽ ex omnibus velut optimũ præstantissimúmque selectum, ac diuino spiritu afflatum sacrorum oraculorum interpretem designarat, mortalibus traderet. Iam verò deinceps expediamus qua de causa, cùm decem illa effata siue leges proponeret, simpliciter ac nudè aliud imperarit, aliud vetuerit, nec vllum aduersus eos, qui transgrederentur, supplicium nominatim statuerit ac definierit. Deus erat, atq; idem continuò dominus clemens ac bonus, solius quidem boni autor, non item mali. Arbitratus igitur illud in suam ipsius naturam maximè quadrare, si præcepta traderet syncera, & citra vllam suppliciorum mentionem, ne fortè quis cæco ac præpostero ductus animi iudicio ægrè atq; inuitus, sed contrà potius prudenti consilio vsus alacriter & vltrò rectã viam insisteret, noluit supplicia suis admiscere oraculis, non quod asylum aliquod iniquitati hominum aperire vellet, sed quòd sciret ipsam iusticiæ præsidem Dicen Græcis nomina tam sibi perpeuò assidentem, & res humanas intuentem & obseruãtem, minimè hìc tardam remissámve fore, vt quæ improba hominum facinora sponte naturæ oderit, quin potius congruenti sibi cognatóque munere perfuncturam iis, qui delinquant, vlciscendis. Ministros enim ac suppræfectos Dei quasi belli ducis quosdam, decet erga desertores, qui ordinẽ in virtutis acie deserunt, vindicibus vti gladiis. Cæterùm ipsi summo imperatori adscribenda publica salus ac securitas est, publicã pacem tuenti: & omnibus vbique omnia pacis commoda abundè semper largitérque suppeditanti. Pacis Deus ipse autor est ac dispẽsator: ministri eius bellis & certaminibu, præsunt.

Finis alterius Tomi.

IN PHILONIS IVD. OPERA, RERVM ATQVE *verborum Index Tomi alterius.*

Abstinentiæ leges 186
Accusatio inimicis non est cõmittenda 312
Adamus hominum omnium nobilissimus 246
Adulantium miserrima seruitus 229
Adultera à bestiis nihil differt 149
Adulter sacrilegio prior 130
Adulterium quàm grauiter à Deo prohibitum 130.144
Adulterij & stupri collatio & differentia 149
Adulterij expiatio ibid.
Aegira ciuitas mari submersa 295
Aegyptus cur hyemem ignorat 17
Aegypti plagas 17.18.19.20
Aegypti homines in seditiones procliuissimi 297
Aegyptij tumultu oppressi flagellantur 304
Aegyptiorum leges 46
Aegyptiorum in mari interitus 24
Aegyptiorum idolatria 124
Aegyptiacus typhus 62
Aegyptiacorum sacerdotum rasiones 108
Aelim 25
Aequalitas iustitiæ mater & nutrix 107
Aequalitas in cælo & terra omnia optimè dispositi ib.
Aequalitatis opera 108
Aeschili locus 212
Agnorum agnarúmq; in sacrificiis vsus 156
Agrippa ex animi dolore incidit in morbum grauissimũ 347.348
Agrippæ res gestæ cõtra Flaccum 307
Agrippæ ad Caium profectio 347
Amatoris concupiscentia qua lege punienda 170
Amicorum omnia sunt communia 24
Anaxagoras præ amore philosophiæ prædia sua reliquit 234
Anaxagoræ de siderum influxu sententia 273
Anaxarchi dictum de animæ immortalitate 226
Ancillæ quomodo tractandæ 189
Andronis domus diripitur 303
Animæ sanitas 111
Animæ quatuor affectus 248
Animalia sacrificiis idonea

188.189
Antigenidæ tibicinis dictum 229
Antisthenis philosophi de bono viro dicterium 216
Appelles tragœdus 340
Appollo medicinæ inuentor primus 328
Apollinis oracula certissima 329
Apollinis statua 327
Aqua innocentiæ symbolũ 149
Aquæ vsus in sacrificiis veteris testamenti 198
Aquarum amaritudo 24
Arietum in sacrificiis vsus 188
Ascalonitarum cum finitimis Iudæis simultates 341
Assyriorum literæ 6
Astrologiæ scientia 34
Asyli ius quatenus nefariis cõmunicandum 152.158
Arabiæ pastores optimi 9
Arabum in Hebræos odiũ 112
Arca fœderis 53.54
Arca vas legibus destinatũ ib.
Argonautę libertatis amantissimi 230
Arietis pro remissione peccatorum oblatio 60
Arietum in sacrificiis vsus 195
Ariolorum pœna 154
Aristotel. de mũdo opinio 258
Armentorum in sacrificiis vsus 198
Arrogantia quid 92
Arrogantiæ natura ibid.
Athenienſium leges 45
Athenienſium excellentia ingenia 229
Athlantis insula intra vnius diei & noctis spatium ingẽti terræ motu & inundatione submersa 283
Atrium tabernaculi 153.154
Auaritiæ detestatio 52
Auditus ratio 208
Augusti Cæsaris res gestæ 333
Augusti Cæsaris pro Iudæis decreta 352
Aulæa tabernaculi vela 33
Aures minus fidei habent quã oculi 95
Austri venti natura 17

BAal asino insidens ab angelo repellitur 35
Balaces 35.36
Balacis regis res gestæ 54.55
Bellum gerere quatenus liceat 40
Belli instrumenti via ac ratio 151.152
Beneficentia homines in deos mutantur 94
Biantis philosophi in rebus aduersis animus infractus 231
Boëthij de mundo opinio 280 284
Bono viro nihil omnino deest 110
Boum in sacrificiis vsus 188
Bysi prouentus 53
Bura ciuitas mari submersa 303

CAduceatorum officiũ 328
Caimi in fratrem crudelitas 195
Caius pestis ciuitatis, populi deuorans lues & pernities declaratur 328
Caius sorores suas quo solus imperaret in exilium mittit 326
Caius honores & insignia vsurpat insanus quorũ virtutes semper est aspernatus 327
Caius non magis voce quàm oculis loquitur 347
Caius in diuersis locis sibiipsi statuas erigit 357
Caius non contentus se æquiparari semideis æmulationem cum maioribus diis petit 326.327
Caius ab Alexãdrinis pro deo cultus 145
Caius diuinossibi honores mutato habitu ascribit 325.326
Caij ambitio ibidem
C. contra Aegyptios & Iudæos res gestæ 306
C. contra Flaccum res gestæ 307.308
C. in Flaccum crudelitas 316
C. in Silanum socerum crudelitas 324.325
C. inconstantia & leuitas 326
C. in monitores suos seueritas 324
C. vafricies & in rebus gerendis inconstantia 323
Caij in fratrum impietas 326
Caij ambitio leuitas & insania 325.326
Caij erga Iudæos innatum odium 329.330
Caij ad Petronium Syrię prę sidẽ pro Iudæis epistola 354
Caius sanctum templum cum iure asyli in suũ templum demutare conatur addito Caij noui Iouis titulo 355
Călani Indi patientia 224
Candelabra ramisornata quid significent 55
Capitonis insatiabilis auaritia 340
Captiuæ ab hostibus quomodo tractandæ 85
Castoris & pollucis fabula 326
Carbunculi morbus vnde dicatur 168
Charitatis officium 44
Carabas ab insana multitudine per lusum in regem coronatur 299
Chananæa 24
Chananis regis res gestæ 32
Charitas pietatis soror 78
Chereæ in loquendo libertas 228
Cherubim 54
Ciconiarum in parentes pietas 129
Cinerum in sacrificij vsus 199
Circumcisio quãto in honore apud gentes habita 168
Circumcisio fœcunditatis gratia instituta ibid.
Circumcisio cordis ceo gratissima 203
Circumcisionis mos cur inualuerit 168
Cœlesyria 22
Concupiscentia peccatum horrendum 134
Concupiscentiæ pœnæ ibid.
Coniugium pontificibus & sacerdotibus concessũ 181.182

Coniugij leges 145.146
Couiugia quæ illicita 146.147
Coniugalis fidei violatæ pœna 149
Connubia quomodo in Dei populo contrahenda 42
Connubij commẽdatio 153
Conscientiæ malæ elegans descriptio 314
Consecrationis victima 60
Cõuiuij insani descriptio 237 238
Conuiuia philosophorum diuersi generis 239
in Conuiuijs quid & quomodo agendum ibidem
Corruptio quid 273.274
Coturnicum miraculum 27
Creditorum leges 82
Critolai de sempiternitate mũdi opinio 277.278
Crocodili 261
Crœsi regis de Biãte dictũ ibi.
Cultus diuini saluberrimi præcepta 253
Cynædi 153

DArdamicarum mulierũ virile facinus 227
Decalogi expositio 121.122. 123.124.125
Decimarum leges 83
Decimarum vsus 186.187 188
Defuncti quomodo lugẽdi 69
Dolus insula olim sub vndis marinis latuit 290
Democriti de mundo opinio 274
Democratia 108
Democritus propter philosophiæ studium prædia sua reliquit 234
Denarij numeri perfectio 117
Deucalionis diluuium 252
Deus quid 172
Deus cur supra omnes creaturas solus adorandus & inuocandus 122.123
Deus in rubo flammeo Mosen alloquitur 120
Deus nulla alia re quã per sensum illustratur 173
Deus per seipsum illustrat sui notitiam 156
Deus semper est sibi par & sui similis, nec in melius nec deterius mutatur 283
Dei nomen non proferendum 67
Dei nominis profanatio in quibus consistat 125
Dei nomen non profanandum 138
Dei nomen quomodo profatur 77
Dei opera nõ sunt cerotina, sed omniũ perfectissima 280
Dei immensa potestas ex creaturis eius metienda 170
Dei essentia voce non potest exprimi 172
Deuteronomium 99
Diluuium Noë 49.50
Diogenis de mũdo opinio 280
Diogenis de vera libertate sententia 232
Diogenis Cynici præclara dicteria 228
Diuortij lex 145
Dualitas passibilis & diuisibilis materiæ imago 164

EBrietas insaniam generat 237.238
Elementa à quibusdam pro numine culta 127
Epicuri de mundo opinio 274
Essæi 223.224
Essæorum hæresis 232
Epicuri locus 230
Exilij diuersa ratio 213
Expositores infantum qua pœna plectendi 155

FAmuli à seruis quomodo differunt 132
Felicitas vera quibus absoluatur rebus 93
Fidei officium 253
Filiorum erga parentes pietas quàm studiose à Deo præcepta 128
Flaccus Auillius summa Tiberij amicus 295
Flaccus fortunæ inconstãtiam in suis rebus deplorat 313. 314
Flaccus ab Isidoro in gymnasio accusatur 311
Flaccus in sua prouincia captus, suæ crudelitatis morte pœnas luit 308
Flacci Auillij Aegyptij præsidis laus 295
Flacci Auillij contra Iudæos res gestæ ibidem
Flacci in Iudæos crudelitas 305
Flacci ad Caium epistolæ adulationis plenæ 307
Flacci ad deum confessio 316
Flacci exilium 313
Flacci in exilium nauigatio quàm dura ibidem
Flacci ii exulantis pro Iudæis ad Deum oratio 314
Flacci crudelitas grauissimè punita 313
Flacci mors crudelissima 316
Fluuius in sanguinem à Mose versus 14
Fœcialium officium 328
Fœnus populo Dei prohibitum 81
Fortitudinis laus 110
Fratris nomine in sacris quid intelligendum 81
Frugalitatis leges 186
Furtum grauiter à Deo prohibitum 131

GAllorum gallinaceorum pro libertate pugna 229
Gorgonei capitis vis 344
Græcorum conniuia 239
Græcorum leges 45
Gratiæ deæ nunquam separãtur conjunctæ lege naturæ immobili 44
Gratiarum actio sacrificium Deo gratissimum 200
Grauidam mulierem lædens quomodo puniendus 155
Gyarum insula omnium sterilissima 312

HAereditariæ successionis leges 81.82
Hebræi per solum legum cõtemptum expugnabiles 38
Heb. inuicta potentia 32
Helice ciuitas mari submersa 293
Helicon à Claudio Germanico interficitur 341
Heracliti de anima opinio 281

Herculis labores 326
Hieroglyphicæ notæ 5
Hierosolyma non Iudææ sed multarum aliarum etiam vrbium metropolis 448
Hierosolymitanum templum ante Caium nunquam admisit effigiem ac statuã manufactam 349
Hierosolymitani templi structura 340
Hippopotami 261
Holocaustorum leges 191
Hospitalitatis lex 6
Homicidium quid 152
Homicidium nõ semper morte puniendum 159
Homicidiũ fortuitũ & destinato cõsilio non commissum, qua ratione puniẽdũ 152.155
Homicidij lex pœna 152.153
Homicidij lex quàm latè sese extendat 160
Homicidæ non vna morte puniendi 152.153
Homicidis Asylorum ius quatenus communicandum 152
Iactantia 42
Iason argonautarum princeps 230
Idololatriæ causæ & primordia 169.170
Idololatria lege diuina cur toties prohibita 170.171
Idololatræ peccatores omnes impietate superant 127.128
Idolorum vsus in populo Dei nequaquã ferendus 160.170
Ieiunium verum 45
Ieiunij sanctissima obseruatio 45
Iesus conuictor contubernalis & successor Mosis 78.80
Ignis essentia purissima 61
Ignis natura 120
Ignis verus vsus 61
Ignis sacrificiis cur adhibitus ibidem
Imperatoris Romani prærogatiua 320
Imperij administrandi præcepta 260
Impij quibus rebus à Deo execrentur 266
Impiorum pœna ibid.
Incrudelitatis malum 70
Infantum expositores quomodo puniendi 155
Infantum interfectores qua pœna afficiendi 156
Ingratitudo omnium vitiorũ mater 92
Innocentia gratissimum Deo sacrificium 142
Impia pœna domini grauissima 267
Intellectus sensui tãquam vir mulieri præstat 291
Intestina in sacrificiis cur abluantur ibidem
Inuidiæ natura 42
Iocineris natura 193
Iracundiæ affectus perniciosissimus 218
Isaac 253
Isidorus sycophanta 336
Isidorus Flaccum in gymnasio accusat ibid.
Isidori hominis turbulentissimi res gestæ 318
Israël 255

Iudæi à Flacco miserè ac crudeliter tractantur 304
Iudæorum festa 308
Iudæorum scholæ 68
Iudæorum erga leges diuinas amor & studium 342
Iudæorum in conseruanda & defendenda sua religione constantia 343.344
Iudæorũ ob captum Flaccũ ad Deũ gratiarũ actiones 309
Iudæorum apud Petronium & Caium supplicatio, ne priuentur sua religione 343
Iudaicam gentem Deus sæpe eripuit exitio 339
Iudicis institutio 95
Iudicis boni officium 355.357
Iulia Augusta tẽplum Hierosol. ornat 352
Iulij Cæsaris mors 227
Iuramentum quid 125.138
Iuramentum quomodo faciendum 125.126
Iuramentum à quibus efflagitandum 141
Iuramẽtum propter leues causas ab hominibus non est efflagitandum 125
Iuramenti variæ formulæ 139
Iurandi potestas virginibus legibus adimitur 141
Iuris diuini veneratio 44
Iusiurandum quando rebus dubiis interponendum 135
Iusiurandi sanctitas 125
Iusiurãdi nõ seruati pœna 140
Iustitiæ officium 44
Labor à Deo & natura hominibus impositus 64
Lacedemoniorum leges 145
Lamiæ hortorũ curatores 356
Lamponis hominis turbulentissimi res gestæ 310
Lamponis contra Flaccum accusatio 311
Lepidi pro Flacco apud Caiũ Bassum deprecatio 315
Leuiticæ tribus pietas 63
Lex quid 247
Lex antiquitus lingua Chaldaica scripta 46
Lex diuina absolutã scientiam desiderat 176
Legis officium 43
Leges Mosaicæ ex lingua Chaldaica in Græcam à Ptolemæo conuersæ 48
Leges Mosaicæ nullo tempore abolitæ aut mutatæ 47
Leges Mosaicæ quàm latè sese extendant 135
Leges decem tabulis per Mosen propositæ, cur singulos appellent, non plures 117
Leges de seruis 159
Leges de homicidio inuoluntario ibidem
Leges diuersarum gentiũ 45
Legum Mosaicarũ diuisio 127
Legum Mosaicarum differentia 250
Legũ Mosaicarũ perfectio 44
Legũ Mosaicarũ scopus 85.86
Legum diuinarũ veneratio 44
Legislatoris officium 43.65
in Legislatore requiruntur omnes virtutes 44
Legislatoriæ facultati quatuor insunt ibidem

Libertas omnibus rebus meritò anteponenda 226.227
Libertas à brutis etiã animalibus amatur 229
Libertas omnium felicitatum fons 203
Libertas vera in quibus potissimùm consistat 232
Libertas vera quibus tribuenda ibidem
Libertatis veræ indicia ibid.
Libertatis veræ descriptio 22
Lugendi tempus à Mose præfinitur 70
Luna cur pro dea à gentibus culta 171.172
Lunæ cursus 55
Licurgi leges 218

Macro cur à Caio interfectus 324
Macronis mors 323
Macro vt Caius imperium adipisceretur operam dedit 320
Macro Caium Tiberio sæuienti & ad necem poscenti ereptuit 323
Macro equitum Romanorum primus & nobilissimus 325
Macro in adipiscẽdo imperio Caio adiutorem se præbuit 320
Madianæorum in Hebræos odium 113
Magiæ laus 154
Magiæ apud Persas studium vulgarissimum 222
Magi Aegyptij virgas in dracones vertunt quos omnes Mosis draco obsorbuit. 30
Manij Maximi Aegyptiorum præsidis res gestæ 303
Manus ne in vanã incidamus cupiditatem quomodo abscindendæ 164
Maris rubri miraculum 75
Mars profligator bellorum & pacis opifex 349
Masculorum concubitores in populo Dei nõ ferendi 146
Matrimonium in populo Dei quomodo sit cõtrahẽdũ 250
Matrimonium lege Mosaica quibus denegatũ 144.145
Matrimonij leges 146
Matrimonij sanctitas 142.143
Matrimonij cõmendatio 144
Medicinę prima inuentio 329
Mendacij detestatio 96.179
Mens omniũ sensuũ caput 55
Mercenarij absq; cunctatione soluendi 82
Mercurius deorum internuntius 292
Meretricis salarium in sacrarium non reponendũ 209
Meretrices in populo Dei non sunt ferendæ 148
Meretrices à rebus diuinis plane arcendæ 180.181
è Meretricibus nati in scripturis qui dicantur 206
Messoribus à Mose leges præscriptæ 82
Miltiades gallinacearum certamen instituit 229
Minotauri fabula 127
Miracula 23.24
Mœstitiæ quid 132
Mors malorum est in hoc mũdo

do miseriarũ finis, pœnarũ autẽ sempiternorũ initiũ 259
Mortis duæ species 258
Mortui quomodo populo Dei deflendi 70
Mos 5
Moses in ripam fluminis expositus 3
Moses nouum naturæ miraculum 5
Moses pastorum princeps 10
Moses rex, legislator, propheta & pontifex 65.256
Moses vir Dei amãtissimus 65
Moses populi Dei dux 20
Moses cur propheta dicatur 65
Moses legislatorum omnium præstantissimus 48
Moses omnium virtutum verum exemplar ibid.
Moses nepos regius habitus 7
Moses dux populi Dei declaratur 13
Moses cum fratre oracula cõmunicat ibidem
Moses Deo altare dedicat 29
Moses iudex multitudine negotiorum obrutus vicarios sibi assumit 100
Moses cur suam historiam à mundi initio sit exorsus 48
Moses cur decẽ leges in duab⁹ tabulis proposuerit 127
Moses cur legis transgressoribus pœnas nõ adiunxerit 37
Moses fratrem põtificem oraculo designans populi seditionem concitat 65
Moses solus sine argento ac reliquis opibus regnum administrauit 256
Mosis nomen vnde 5
Mosis patria 3
Mosis educatio 6
Mosis sacerdotium quale 51
Mosis virtutes 43
Mosis æquitas & mansuetudo 81
Mosis pietas 20; tẽperantia 83
Mosis sobrietas 4
Mosis in Arabiam fuga 8
Mosis pastoris visio 20
Mosis philosophia 5
Mosis prophetiæ initium 73
Mosis erga hostes humanitas 532.533
Mosis miracula 23.24.25
Mosis cum Deo in monte colloquium 61
Mosis ad Deum assiduæ præcationes 24.173
Mosis efficacissima ad Deum pro dimicantibus oratio 28
Mosis fortissimi ducis res gestæ 29.30
Mosis in Aegyptũ profectio 13
Mosis edicta 60
Mosis cum sophistis atq; magis contentiones 13
Mosis libri historiales qua ratione conscripti 48
Mosis leges cur non in ciuitatibus, sed in solitudine latæ 115.116
Mosis leges cur denario absoluantur numero 117
Mosis leges speciales 137
Mosis leges perfectissimæ 44
Mosis leges nunquam abolitę aut mutatę 44.45

Mosis leges ad æquitatis regulas summo studio cõscriptæ 164
Mosis in scribendis legibus diuinis modus & ordo 48
Mosis mors 77
Mosis sepulchrum ibid.
Mosis vita sermoni vbiq; simi lis 7.8
Mosi tota vita elegantissimè descripta 16.17
à Mose qua intentione quóve studio leges conscriptæ 48
Mosaicæ leges quàm latè sese extendunt 133
Mosaicarum legum differentia 250
Mosaicarũ legum scopus 86
Mosaicarum legum sanctitas gentibus etiam cognita 46
Mosaicarũ librorũ diuisio 250
Mundus quid 169.273
Mundus Dei templum 176
Mũdus est incorruptibilis 273
Mundus posítne præsenti ornatu amisso, dissolui in vnã eandémq; speciem 274
Mundi dies natalitius 27.67
de Mundo diuersorum philosophorum opiniones 275. 276.277.278
Munerum corruptiones 186
Munificentiæ cõmendatio 97

NAtura varietate sui artificij semper gaudet 16
Naturæ mirabilis in reb⁹ producendis ordo atque artificium 189
Naturæ in rebus conseruandis admirabile studium 192
Naturæ in rebus omnibus liargissima munificentia 109
Nilus Aegyptũ inundat 26.66
Nobilitas expiatæ purgatæq; mentis præcipua sors 265
Nobilitas nihil prodest indignis hac prærogatiua generis 247
Nobilitatis veræ initia 244
Nobilitatis verę descriptio ib.
Noë arca eiúsq; mysterium 50
Noë diluuium ibidem
Norbani Flacci prõcõsulis ad Ephesiorũ magistratũ pro Iudæis epistola 312
Nubis prodigium 22
Nuptię lege diuina quibus vetitæ 144

OCelli de rerum natura libri 174
Octauiani Augusti res gestæ 333.334
Oculi totius corporis duces & principes 164.165
Oculi excusi pœna atq; vindicatio 164.165.166.167
Oculorum vsus cur hominibus datus 217.218
Oedipodis Laij filij nuptię 143
Omentum 157
Orationis virtutes ibid.
Ordeacea puls cur in adulterij expiandi sacrificiis adhibeatur 148
Ordei vsus duplex 149

PAedicones 173
Palmæ septuaginta 25
Palmæ arboris natura ibid.
Panætij philosophi de mundo opinio 28

Parentes à filiis qua ratione honorandi 128
Pascha Iudæorum 133
Pascha Iudæorum quibus ritibus ac ceremoniis celebrata 69
Pasiphaës nefanda libido 147
Pastoralis ars apud veteres prę ludium ad regnum 9
Pathici 146
Pauor quid 132
Peccati pœna 13.49.253.266
Peccatorum diuersorum differentiæ 194.145
Pedes in sacrificiis cur ambulantur 191
Pedum lotio in sacrificiis quid significet ibid.
Pentecostes festum 133
Periurij detestatio 126.127
Periurij pœna 142
Persæ Magi clarissimi 154
Persarum coniugia sacris literis repugnant 143
Persicorũ Magorum artes 222
Petronius Syriæ præses 341
Petronij in rebus gerendis solertia 342
Petronij contra Iudæos res gestæ 341
Pharao in mari rubro submergitur 24
Pharaonis in filios Hebr. crudelitas 3
Pharus insula 47
in Pharo insula celebratur legum Mosaicarum solennitas 48
Philadelphia ciuitas 46
Philosophia per oculos humanos in nostrum deducta est hospitium 165
Philosophia à terrenis rebus ad cælestia hominem auocat 134
Philosophiæ encomiũ 124.165
Philosophiæ vtilitas 234
Philosophorum conuiuia diuersi generis 239
Phinees dux fortissimus 46
Phinees belli dux declaratus, suos ad fortitudinem adhortatur 39
Phinees pro concione laudatur à Mose 40
Pietas virtutum omnium verum principium 127.
Pietas virtutum omnium dux atq; gubernatrix 256
Pietas omnium virtutum fundamentum 153
Pietas gratissimum Deo sacrificium 155
Pilatus auratos clypeos dedicauit intra sanctam vrbem in Herodis regia 351
Pindari locus 291
Planetarum figuræ 55
Platonis de mundo opinio 275
Platonica conuiuia 238
Poculum redargutionis 149
Pœnæ malorum à Deo hominibus ordinatæ 250
Pœnitentiæ fructus 51.252
Pondera adulterina in sacris prohibita 103
Pontificis veri munus 180
Pontificis summi vestitus & ornamenta 56.180
Pontificum matrimonia 180

Pontificum vnctiones 60
Pontificum veteris testamenti leges 181.182.183
Pontificibus virgines tantùm in matrimonium concessæ 181.182
Posidonij de mũdo opinio 280
Præ licamenta decem 118
Primitiæ frugum in ecclesiæ ac sacerdotum vsum potissimùm institutæ 185
Primitiarum vsusfructus 182
Primogenitorum leges 185
Principatus cur externo rarissimè detur 99
Principes omnes debent esse sacerdotes 75
Principis institutio ibid.
Principis officium 322.323
Principes non sunt sorte eligendi 98.99
Principes publici ciuitatum & gentium parentes 102
Principes reuerà populi pastores 216
Principes mali hostibus pernitiores 102
Principum electiones legitimæ 82
Principum electiones quomodo instituendæ 98
Prodigia dira 12 vsq; ad numerum 25
Proditionis pœna 162
Prophæra quid 257
Protei Aegyptij diuersæ formæ 326
Proseuchæ 68
Ptolemæus Philadelphus leges Mosaicas ex lingua Chaldaica in Græcã transtulit 46
Ptolemæi Philadelphi laus ib.
Puellæ violatæ pœna 150.151
Pueris miraculum 17
Pupillorum curam cur potissimùm agat Deus 204
Pythagoræ symbola 213
Pythagoræ philosophia ibid.
Pythagoreorum de mundo opinio 294

Quaternarij numeri virtutes 56
Quinarij numeri nobilitas 52
Quinarij numeri vsus 127

Ranarum miracula 14.15
Reuipiscentiæ vis 92
Rex, lex animata 43
Regis optimi descriptio 10
Regum officia 43.276
Regum Siciliæ oppidum 293
Risus quid 258.259
Rodus insula 290
Roris miraculum 26
Rubris mari miraculum 75
Rubus ardens à Mose visus 11
Rubus ardẽs in quo dominus Mosem est alloquutus, quid significet 127

Sabbatum quid 133
Sabbatum quibus ceremoniis atq; operibus à populo Dei sanctificandum 171
Sabbati sanctificatio 27.67
Sabbati nõ obseruati pœna 68
Sacerdos membro aliquo mutilatus à sacris arcendus 182
Sacerdotes publico stipendio alendi 186.187
Sacerdotes honorificè ab omni populo in omnibus tractandi

tandi 184.185
Sacerdotes membro mutili aut impuris sacrificiis non sunt admittendi 196.197
Sacerdotũ varius vestitus 179
Sacerdotum leges 178.179
Sacerdotum coniugia quomodo contrahenda 181
in Sacerdotibus non tantùm corporis, sed animæ potissimùm puritas lege requiritur 178
Sacerdotalis officij sanctitas 175
Sacerdotalis vestis ænigmata 56.57.58
Sacerdotalis vestitus cur tam eleganter & copiosè proscriptus 60
Sacrificij vasa 54
Sacrificia expiatoria 194.195
Sacrificia Deo quæ gratissima 200
Sacrificia Deo acceptissima innocentia & castitas 140
Sacrificia cõmunia atq; particularia diuersi generis 197
Sacrificia in veteri lege cur membratim diuidantur 191. 192
Sacrificia quædã veteris testamenti cur abstemia 180
Sacrificiorum vsus 55
Sacrificiorum puritas 198
Sacrificiorum diuersi generis interpretatio 193
Sacrificiorum in vetere lege diuersitas 198
à Sacrificiis qui excludendi 206
Sacrilegij pœna 152
Salis in veteris testamenti sacrificiis vsus 201
Salpaath eiúsq; progenies 70
Sanguis cur in offerendis rebus diuinis circum altare fundatur 191
de Sapientia iudicare difficile 79
Sapientiæ antiquitas ibid.
Sonipes 16
Scortationis peccatum à Deo grauiter punitum 38
Scytarum leges 46
Serani coniuratio 321
Semele à Baccho grauida facta 229
Sensuũ quinq; certa officia 52
Septenarij numeri in sacris frequentia 133
Serui à famulis quid differant 232
Serui à dominis qua ratione tractandi 159
Seruum inobedientem num occidere liceat ibidem
Seruitutis diuersæ rationes 214
Seruitutis iugum omniũ grauissimum 217
Seruitutis iugum omnib⁹ formidabile 227
Sicilia insula maris impetu à terra Italiæ auulsa 293
Siculi freta historia ibid.
M. Silanus à Caio genero obtruncatur 325
Silani accusatio ibidem
Similitudo omnis fallax 258
Simulachrorum cultus, apertissimo Dei verbo repugnat

gnat 122.123
Sodomæ & Gomorræ incendium 49
Sol pro Deo ab Aegyptiis cultus 169
Solis virtutes 179
Solitariæ vitæ cõmendatio 235
Solonis Athenienſis leges 144
Soror in vxorẽ non ducẽda 143
Spathephori Aegyptiorũ carnifices 304
Statuarum adoratio 169
Stephanio Tiberij Cæſaris libertus 308
cum Sterilibus mulieribus nõ eſt congrediendum 146
Stoicorũ de mũdo opinio 274
Stupri pœna 150.151
Stupri & adulterij collatio atq; differentia 150
Subſtantia dialectica quid cõprehendatur 118
Superbia quid 255.256
Superbia vnde accendatur 101
Superbiæ natura 92
Superbiæ deteſtatio 91
Superficies quid 117
Supplicio publico affecti, poſt mortẽ ſunt ſepeliendi 160

TAbernaculum 52
Tabernaculũ à Moſe ad tẽpli modum adornatum 53
Tabernaculi ædificatio 52
Tantali fabula 132
Temperantiæ leges 186
Templi miniſtrorũ ordines 70
Terra fidiſſima hominum nutrix 316
Terra fœcundiſſima rerum omnium mater 278
Terra cur à poëtis Pandora dicta ibid.
Terra & aqua innocentiæ ſymbola 149
Teſtimonium falſum nequaquam eſt dicendum 131
Thamar veræ nobilitatis ſpecimen 248.249
Theophraſti de mundo ſententia 290
Therapeutæ 233
Therapeutrides ibidem
Therapeutharũ diuerſi ritus & mores 233.234.235
Tiberius Cæſar callidiſſimus atq; in noſcitandis occultis hominum volũtatibus perſpicaciſſimus 320
Tiberij Cæſaris imperiũ 317
Tiberij Cæſaris teſtamentum 318
Timiditatis natura 233
Torpor 256
Triptolemi fabula 251
Triſtitia quid 132

VEla tabernaculi 54
Venatio bellicæ artis prę ludium 10
Venefici pœna non diu differenda 153
Veneficarum pœnæ atq; ſupplicia 154
Ventorum ſeptentrionalium virtutes 155
Verberones 232
Verbum Dei verum animæ lumen 91
Veritas à Deo non ſeiungitur 63
Veritatis laus & cõmẽdatio 96

Veri

Veritatis comes 96
Veſtitus optima ratio 111
Victima conſecrationis 60
Victimarum in veteri lege ordo atq; diuerſitas 189
pro Victoria gratiæ in primis Deo agendæ 32.33
Viduarum curam cur Deus potiſsimùm agat 204
Vindemiatorum leges 82
Vinum cur ſacrificãtibus lege diuina prohibitum 180
Virgæ duodecim tribuum à Moſe erectæ 64
Virginitatis laus 151
Virginum violatores quomodo puniendi ibid.
Vir bonus moleſtiſsima in mũdo ſarcina 216
Viri boni deſcriptio 224.225
Virtus ſola reddit homines immortales 23
Virtutis dignitas 82
Virtutis præmia 50.262.263
Virtutis radices autor naturæ in proximo depoſuit 221
Virtutes omnes virgines 256
Virtutes ſudoribus parantur non otio 64
Virtutes perfectæ non cadunt in multitudinem 224
Virtutum præmia à Deo hominibus propoſita 251
Virtutum vera deſcriptio 74
Virtutum magna eſt inter ſe cognatio ibidem
Viſus cæteros ſenſus omnes vſu atq; dignitate ſuperat 164
Viſus in homine excellẽtia ib. cum Viſu cæteri ſenſus omnes peculiarẽ quandam habent familiaritatem 165
Vitæ humanæ fragilitas 7.8
Vitæ ſolitariæ laus 235.236
Vitæ contemplatiuæ iucunditas 233
Vituli pro remiſsione peccatorum oblatio 60
Vnctiones pontificum ibid.
Vnitas primę cauſę imago 164
Voluptas naturalis propter vſus immodicos incidit in reprehenſionem 142
Votum quibus rationibus Deo ſoluendum 197
Vrna fictilis cur adulterij expiandi ſacrificiis adhibeatur 149
Vſura in populo Dei prohibita 81
Vulgi natura atque inconſtantia 216
Vulgi natura & ingenium 62
Vulgi in rebus ſecundis inſolentia 44

ZElotypia 148.149
Zelotypia moleſtiſsimus affectus 145
Zenonis philoſophi de bono viro ſententia 219
Zenonis oraculum 232.

FINIS.

LVGDVNI,
Excudebat Nicolaus Perronillus.
1561

Universidad de Deusto
Biblioteca

Diga.
s pustulas
tur releuetur
teriores co-
exteriores.
ania son sin
otomia phle
mia.
botomia,
botomia.
vasos
xj fol.xxxij.
. fo.xxxiij.
fol.xlj.
fol.lviij.
fol.lxj.
Vazques del
mol.

Fol.	Pa.	Lin.	Por.	Diga.
8	2	4		postulas pustulas
9	2	7		relesuetur releuetur
23	1	pe.		cosas exteriores co- sas asi exteriores.
71	1	1		son en sania son sin sania.
66	1	6	)	
		11	)	phlobotomia phle
		15	)	botomia.
88	1	15	)	phleubotomia,
		16	)	phlebotomia.
95	2	20		vosos vasos
104	1	8		fol.xxxj. fo.xxxij.
	2	7		fol.xxij. fo.xxxiij.
105	1	8		fol.xl. fol.xlj.
		15		fol.lvij. fol.lviij.
		pen.		fol.lix. fol.lxj.

Iuan Vazques del Marmol.

Fol.	Pa.	Lin.	Por.	Diga.
8	2	4		postulas pustulas
9	2	7		relesuetur releuetur
23	1	pe.		cosas exteriores co- sas asi exteriores.
71	1	1		son en sania son sin sania.
66	1	6	)	
		11	)	phlobotomia phle
		15	)	botomia.
88	1	15	)	phleubotomia,
		16	)	phlebotomia.
95	2	20		vosos vasos
104	1	8		fol.xxxj fo. xxxij.
	2	7		fol.xxij. fo.xxxiij.
105	1	8		fol.xl. fol.xlj.
		15		fol.lvij. fol. lviij.
		pen.		fol.lix. fol.lxj.

Iuan Vazques del Marmol.

Universidad de Deusto
Biblioteca

...,dele usque ad, *venerentur*, exclus. = Dominica 2. post Trinitatẽ, fol. 330. pag. 2. ante medium, ibi, *Sanctus hic non compuruit unus*, dele, *unus*. = Dominica 4. post Trinitatem, fol. 349. pag. 2. in medio, post illud, *Annus pro die*, dele usque ad, *Gloriam, uia Mariæ*, exclusivè. = Dominica 9. post Trinitatem, fol. 409. pagin. 1. propè medium, ibi, *Sola eleemosyna comes est defunctorum*, dele, *sola*. = Dominica 10. post Trinitatem, fol. 412. pagin. 2. parum à medio, post illud, *Longè præstantius esse*, dele usque ad, *Quantum ad prophetiæ*, exclusivè. = Dominica 14. post Trinitatem, fol. 462. pagin. 1. sub initium, post illud, *Per vos erubescatis*, dele usque ad, *Iterum eodem*, exclusivè. = Dominica 21. post Trinit. fol. 526. pagin. 1. ante medium, post illud, *Per totum ædificium*, dele usque ad, *excors poterat dicere*, exclusivè. = Dominica 23. post Trinitatem, fol. 546. pagin. 1. ante medium, post illud, *Ecce ego mitto*, dele usque ad, *Sed à diverticulo*, exclusivè. = In Postilla Evangelij, §. *Amen dico vobis, venient*, fol. 29. pag. 1. à medio, ibi, *Nec ulla novit arma nisi*, rescribe, *quæ præcipua habet arma*. = Et paulò inferius, post illud, *Vehementissimè intonarent*, dele usque ad, *Quis ergo non metuat*, exclusivè. = In Festo S. Ioannis Evangelistæ, in Postilla Epistolæ, statim initio, fol. 32. p. 1. post illud, *Imitatus non fuero*, dele usque ad, *Licentia ea*, exclusivè. = In Festo SS. Innocentiũ, in Postilla Epistolæ, §. *Qui empti sunt de terra*, fol. 46. pagin. 1. in fine, ibi, *Maxima pars ipsorum Apostolorum & Evangelistarum Martyrumque*, dele, *Apostolorum & Euangelistarum*, &, *què*. = Et ad finem Postillæ, fol. 47. pag. 2. à medio, post illud, *Legitimum votum habẽdum*, dele usque ad, *quod faciunt ij, qui neque*, excl. = In Postilla Evangelij, §. *Qui consurgens, accepit*, folio 51. pagin. 2.

sub initium, ibi, *Qui verbo Dei credit, verbo Dei non obedire non potest*, dele duplex illud, *Non*. — In Festo Circumcisionis, in Postilla Epistolæ, §. *Non est Iudæus, neque Græcus*, fol. 58. p. 1. versus finem post illud, *Vnum in neutro genere*, dele usque ad, *Confirmat hoc quod*, exclus. — In Festo Epiphaniæ, in Postilla Evangelij, §. *Audiens autem Herodes*, folio 75. pag. 1. à medio, post illud, *Radices suas altiùs figunt*, dele usque ad, *Tu Episcope animarum*, exclus. — In Festo Purificationis in Postilla Epistolæ, §. *Et quis poterit cogitare diem*, fol. 83. pag. 1. versus finem, post illud, *Nequitiæ & malitiæ*, dele usque ad illud pagin. sequent. *Simeoni & Annæ*, exclus. — In Festo S. Matthæi, Apostoli, in Postilla Epistolæ, §. *Oportet ergo ex his viris*, fol. 98. pag. 1. initio, post illud, *De initiandis accipiunt*, dele omni usque ad illud, *Studia litterarum neglecta*, exclusivè. — In Postilla Evangelij, §. *Omnia*

Et [illegible] versus finem, post illud, *Cum primis commendat*, dele usque ad, *Supereſt celebritas*, exclusivè. — Et post illud, *Et Epiphaniæ*, dele usque ad illud pagin. sequent. *Tu laice rudior*, exclusivè. — Feria 2. Pentecostes, in Postilla Evangelij, §. *Vt omnis qui credit in eum*, fol. 135. pagin. 1. à medio, ibi, *Nempè fidem*, adde, *Vivam*, & post vocem, *Vivam*, dele usque ad, *Fides purificat*, exclusivè. — Ibidem pagin. 2. post initium, ibi, *Tam fides nihil prodest sine charitate, quàm charitas sine fide*, dele, *Tã*, &, *quã charitas sine fide*. — In Festo Corporis Christi, in Postilla Epistolæ, §. *Numquid domos*, fol. 159. pagin. 2. in medio, post illud, *Asperum requirit*, dele usque ad, *Qui hodie cum*, exclusivè, & expunge quoque notam marginalem, *Missæ abusus*, &c. — In Festo Visitationis B. Mariæ, post Postillam Evangelij, ad finem, fol. 204. pagin. 2. versus finem, post illud, *Sacramentorum participatio*, dele usq ad, *Sic vivendum es* exclusivè. — Et mox post illud, *Quotid accipere possit*, dele usque ad, *Fides etiã non est*, exclusivè. — In Festo S. Mari Magdalenæ in Postilla Epistolæ, in Pra fatione, fol. 205. pagin. 2. sub initium ibi, *Solam vero fidem*, scribe, *Solam ve Christi gratiam*. Et ibi, *Ethnicos enim e dem fide*, rescribe, *Eadem Christi grat* — In Festo Assumptionis B. Mariæ, Postilla Evangelij, §. *Maria optimam pa tem*, fol. 242. pagina 2. in medio, post illud, *Sine verbi auditu*, dele usque ad, *auferetur ab ea*, exclusivè. — In Festo Sancti Matthæi Apostoli, in Postilla Epistolæ, §. *Et ipse dedit quosdam*, ad finem fol. 272. pagin. 1. sub initium, post illud *Supprimere dignetur*, dele usque ad fin §. — Ibidem §. *Ad consummationem S. ctorum*, folio 272. pagin. 1. ad fin illud, *bonum opus de[illegible]erat*, dele

Non sola & [illegible] sa, scribe, *mortua*, & ibi, *Sed vera & ra*, dele, *Vera, & sincera*. — In Festo Oc nium SS. in Postilla Epistolæ, §. *Et cl mavit voce magna*, fol. 295. pagin. 2. ad me dium, post illud, *Opus habet opera*, dele u que ad, *Obsignatio certa ex*, exclusivè.

Ex Indice Dele.

Abusus Missæ quanti. — *Editionis B bliorum Vulgatæ locus aliquis falsi notatus.*

Gerardvs Mercator Rupel mundanus.

Eius *Chronologia*, hoc est, Temporu Demonstratio exactissima, ab initio m di usque ad annũ Dñi 1568. ex eclypsibu & observationibus Astronomicis omniu temporum, sacris quoque Biblijs, & op mis quibusque Scriptoribus summa fi

Universidad de Deusto
Biblioteca